Procuratoriæ ord. S.ti Benedicti in gallia

DE VETERI MONACHATV, ET REGVLIS MONASTICIS,

LIBRI VI. QVIBVS CVM VMBRATILES VETERIS *Paginæ Monachorum lineæ, tum Chriſto Domino, eiuſque Diſcipulis corporata origo; tum etiam per Orbem vniuerſum propagatio, varij mores, Regulæ, Inſtituta, progreſſus, caſus, ac reſtauratio ſeriò expenduntur.*

OPVS IN DVAS PARTES DISTRIBVTVM, Monachatum Orientalem continens:

INDAGATORE, EXPOSITOREVE,

R. A. P. M. FRANCISCO BIVARIO Hiſpano, Mantuæ-Carpetano, Ciſtercienſi, domo Nucalenſi;

CONTINVATORE

M. F. THOMA GOMEZ CAVCENSI, ITIDEM NVCALENSI,

A Monaſtice S. Paulæ, vbi Biuarius morte interceptus deſiit, aliiſque argumentis ab ipſo inchoatis, ſed perfectis non planè.



LVGDVNI,
Sumptib. PHILIPPI BORDE, & LAVR. ARNAVD.

M. DC. LXII.

CVM APPROBAT. ET SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

AD SACRAM
CISTERCIENSIS ORDINIS
CONGREGATIONEM
IN REGNIS CASTELLÆ ET LEGIONIS.
OPERIS NVNCVPATIO.

P*OSTHVMVS* is (*MATER ALMA*) *ſed nondum poſtremus, Biuarij fœtus ſpeciali prorſus Dei beneficio, Tuáque prouidentiâ ſeparatum diù iam obtinet portum. Lachrimabaris quotidiè elucubrata à Biuario de VETERI MONACHATV, ET REGVLIS MONASTICIS: ecquis fuit diſertorum quin lachrimaretur? Verùm areſcat iam lachryma: cur enim doleas, ſi periſſe non credis? cur impatienter credas ſubductum, quem cernis reuertentem?* En viuit filius Tertul. l.de pat. c.9.
tuus Biuarius: *en reuertitur inſigne ipſius Opus de Monachorum Inſti-* 3. Reg. 17.
tutis & operibus, ſuper quod tribus vicibus expanſa *atque* menſa *es: nempe Moribus, Dilectione, Liberalitate. Tu namque Veterum Monachorum integra, religioſáque præcepta moribus exprimis, priſcorúmque Regulas ex Magni P. N. Benedicti Regula hauſtas, ſedulâ imitatione metiris, quâ Plinianum illud adimples:* Mores hominum ſenüere, non
fructus. *Tu dilectionis ſinum Biuario expandis, eiuſq; ſcripta refoues gre-* l.2.c.46.
mio. Ac tandem materno affectu exuperante omnia intra vterum denuò filium recipis, adeóque beneuolè amplexaris, vt antiquis Mæcenatibus ſuperior exiſtens liberali largitate deſideriis occurras, ſumptúſque editionis adijcias, vt te Matrem Biuarius dubitare non poſſit, cum ſe experiatur in muneribus filium. Quid Te indulgentius, quid potuit eſſe conſultius, quæ ſpem ſuperas, cupienda præuenis, vota præcurris: quæque animi Auſon. p.
noſtri celeritas Diuum inſtar affectat, beneficiis præeuntibus antece- Conſul. ad Gratian.
ditur. Præſtare tibi eſt, quam nobis optare velocius. *Quis ergo miretur glorioſâ Tui nominis inſcriptione Biuarij ſcripta nobilitata prodire; & quod tuis conatibus redit ad vitam, & in lucem prorumpit, tibi Ma-*

Digitized by Google

ter chariſſima, quod tuum eſt, reddidiſſe. Quid ego in re tanta præſtiterim, ne tibi faſtidio ſim libens ſupprimo, verum ſtatim exprimo ad Lectorem. Quod autem ad honores meos pertinet, hac vna Operis huius editione totam animi mei ambitionem, votaque ſaturaui. Accipe Religio ſacra Biuarij, meoſque labores, quibus dum faues, obnoxium me, promptum, deuotum, fidelem, atque in puluere hiſtorico ſtudioſum æmulatorem, Operíſque huius continuatorem (faxit Deus argutum) habebis. Redigor nunc ad ſilentium, non ingratus beneficiis, ſed oppreſſus, ſermonis magis fine, quam gratiæ: namque hæc perpetua erit, & calcis terminum ignorabit. Vale.

Tuus humillimus cliens

FR. THOMAS GOMEZ.

Digitized by Google

LECTORI
CONTINVATOR.

Pauca præloquar, Lector, ſed Operis veſtibulo notatu perneceſſaria.

PRODIT in vulgus minimè vulgare BIVARII Opus de VETERI MONACHATV, ET REGVLIS MONASTICIS, prô Deum! quandiù apud diſertos & Hiſtoricos, famâ vulgatum, ac Votis expetitum? Serò quidem emergit, verùm aliquando tamen: ſerò; ſed nondum peracto negotio. Pugnauerat namque diù, & adhuc pugnat, pro cauſa communi Monachatus recentiorum Patrum ac Theologorum fortiſſimum agmen cum aduerſario non admodum facili, facile tamen effutiente Monaſticem rem nouam in Eccleſia eſſe, noſtrique æui Monachos recentioribus moribus ſtudere. Anceps ne aliquando victoria fuit? Abſit: *Hæc eſt enim victoria, quæ vincit mundum, Fides noſtra*; 1.Ioan.5. ſed diuturna tamen, ſed ſudabat tyronum robur, iuuenum vis, virorumque ſolertia. Quid quod ſalus ſociorum in diſcrimen vocatur? Vetulos nè in auxilium adiungemus? Quidni? iam enim apud Ouidium

Martis opus iuuenes, animoſaque bella gerebant, Faſt.5.
Et pro Dijs aderant in ſtatione Senes.

Prodeat ergo nunc in arenam veterana legio veteratore BIVARIO Nouatorum hoſtium caſtra aſceticam aciem oblatrantium debellatura. Elias, & Antonius vetuſta vtriuſque Paginæ quadrata agmina cogant, atque in puluerem veniant, ipſi enim ſunt Dij immortales, vno veroque Deo atteſtante, *& filij* Pſ.81. *excelſi omnes:* Vos autem impij Monachorum obtrectatores, *ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis.* Sed quibus armis? *Arma ſenectutis artes,* 8.de Sen. inquit Tullius, *exercitationéſque virtutum.* Ea verò non aliundè ſumenda, niſi ex perilluſtri iſto ac publico armamentario, BIVARII mente iamdiu meditato, ac tandem ipſius calamo (heu) non facto, incepto tamen, etiamne dicam perfecto? Et veriùs. Si enim

Dimidium facti qui benè cœpit, habet, &
—— pro toto eſt prima operis pars,

perfectum habere opus rectè dixerim, qui tale opus exorſus eſt.

O quale opus! O expectatas Monaſticæ Reipublicæ literas! Vidit BIVARIVS tela vndique Nouatores hæreticos in Monaſticem intendere, machináſque impiè moliri: teláque ipſe acerrima, ſi quæ alia, in armario iſto repoſuit, quibus hoſtium improbitatem funditùs retudit; quo facto paratior viſus eſt, quam ſperauerat hoſtis. Cuius namque quantumuis in Monachos infenſi ora non obſtruunt à primo hominum vſque ad Chriſtum Redemptorem, altè

doctéque ab ouo (vt aiunt) petitæ Monachatus vmbræ? veræ Monaſtices à Chriſto Domino eiuſque Apoſtolis ducta, ac luculentiſſimè explanata origo? ab Apoſtolis vſque ad Antonium perſecuta abſque interruptione progreſſio? & tandem vſque ad Magnum Parentem Benedictum Occidentis ſolem ſucceſſio toto Oriente continuata? Numquid ex cerebro? Inimici noſtri iudicent, an odio, vel amore, verborumvé inani copia Vetuſtatis dogmata adſtruxerit Autor, & non potius veritate, & præſcripto: non enim riuulos vnquam conſectatus eſt, ſed mare, vnde exeunt flumina, adiit; vtramque videlicet Reginam ſacram; fontéſque puriſſimos hauſit Patrum atque Hyſtoriographorum vetuſtiſſimorum, quibus nullus vnquam ſui compos fidem denegauit: ac tandem M. S. exemplaria antiquiſſima conſuluit, nactus præſertim magno Dei beneficio (vt ipſe fatetur) Caradignenſem Codicem membranaceum 800. abhinc annis exaratum, egregium, ſi quod aliud, priſci ſæculi monumentum, è quo emaculatas ſanctorum Patrum Poſthumij, Macarij, Pachomij, & Baſilij Regulas profert, quæ integritati ſuæ reſtitutæ, lucem hactenus non viderant.

Quid nunc ergo cauillaris lutherane? quem tibi rei nouitas à te conficta attulit errorem? Nonne verba iſta nos fecimus, aut nouamus? Scripſimus ne (vt nunc cætera ſileam) limpidiſſimum illum nullaque ex parte fucatum aut vitiatum, nuper memoratum Codicem Caradignenſem, in quo, præter dicta, Caſſiani Collationes, ac Regulæ ſanctorum Patrum Benedicti & Fructuoſi, totaque ſubſtantia trium votorum ſexcentis locis extant Gothicis caracteribus exarata? Certè quoties continuaturus inceptum hoç opus ſacrum Codicis huius theſaurum ante oculos pono, aduerſus recentes à te in nos iactatas de nouitate calumnias, nouo argumento fides mea non indiget. Tu te vide vt eripias ex ea, quam in hoc Opus congeſſit autor, telorum copiam, turbamque patronorum.

Sed heu dolor! obiit Madriti BIVARIVS antiquitatum lampas fulgentiſſima, cum iam prope diem perfecta M. Maximi Commentaria prælo dare, Opuſque iſtud perficere parabat: immaturóque ipſius deceſſu hæc diu, multum, & multo labore quæſita, vna eripuit hora: huius namque editio deſperata eſt, illius vero dilata in ſexdecim annos, & ad vltimum Madritenſium Typographorum oſcitantia innumeris mendis prodiit reſperſa.

Agebam tunc 24. ætatis meæ annum, ſupremúmque ſtudiorum meorum Athenis illis noſtris Collegij Complutenſis D.P.N. Bernardi: ſed agebat iam mecum liberaliter BIVARIVS; ea enim erat à natura animi comitate conſtitutus, & ſuauitate ditatus, vt nec iuuenem barbatulum, & imperitum fere quinquagenarius, totáque Chriſtianitate percelebris, benignè ac familiariter complecti dedignaretur: Ego autem erga eum eiuſque ſcripta eodem affectu eram, quo erga me ipſum. Exin BIVARII Autographa ad Nucalenſem ædem clariſſimi huius hominis matrem (quo cum mihi fuit domus, & militia communis) delata, atque in eius tabulario repoſita & inuoluta, cum fors tempuſque ferret diligenter euoluere, tranſcribere, linire, lituriſque purgare, inchoata proſequi, ac perfecta in lucem, ſi fas eſſet, edere propoſui. Extitit iam tempus optatum mihi magis quam ſperatum, omninóque ereptum à publicis occupationibus, quibus deſtinebar immeritus, & inuitus: Deus nobis hæc otia fecit; & continuò quaſi diuturnam ſitim explere cupiens, antographum de VETERI MONACHATV celeriter & auidè arripui, lætuſque complectebar, mecum

cum

cum reputans abſolutum eſſe opus, ſolaque ex ſcriptione indigere vt in vulgus emergere poſſet. Verum ſpem meam fefellit; primis namque paginis valde recreatus, cum totas deinde commouerem, dolore paſſim afficiebar multa inchoata, perfecta verò non planè comperiens. Sed cum ad extremam perueniſſem, nimium perturbatus ſum, titulum de MONACHATV S. PAVLÆ truncum omnino, ac Monaſticam Paleſtinæ Hiſtoriam præclarè quidem inceptam, ſed inexpletam, imò vix dimidiatam cernens. Verti me ad Elenchum Operis: totiuſque Syriæ, Meſopotamiæ; Indiæ, & Aſiæ Monaſticem reperi promiſiſſe ſecundo Tomo BIVARIVM, nec ſummo tamen leuíve calamo attigiſſe. Quanto ſtatim mœrore iacuerim, non facilè dicam: dolorem adhuc minuere non poſſum, nec ſi poſſem vellem. Millies de propoſito, imò ab incepto tranſcriptionis labore deſiſtere volui, totieſque redij, iniuriam Eccleſiæ commodis atque ſplendori totius Monaſtici ſtatus inferre timens, ſi Opus hoc, etſi imperfectum, quocunque tamen proceſſiſſet, cum trucibus blattis bella gerentem relinquerem: præſertim cum primus, ſecundus, tertiuſque liber, quibus tenebricoſa Monachatus ſæcula illuſtrantur, penè fuerint abſoluti, quartuſque præclarè inchoatus. Tranſcripſi ergo ingenti quidem labore autographum lituris ſcatens, ſegmentiſque compactum: quippè quod Autor ſecundis nondum linierat curis, diſtribui argumenta, notaui titulis marginalibus, numeros affixi, indices texui: ac tandem phraſi, ſtylo, methodo, ſtudiis libriſque ab Autore citatis lentè, ſedulò, ac faſtidioſè perpeſſis, ex ſcriptoris munus Continuatoris animo expleui: quod qualiter, quantóque rubore præſtiterim in præfatione ſecundi Tomi, Lector, aperiam. Operis namque huius progreſſus & continuatio fiducia diſpari prodeunt; quippe Biuarij ſcripta poſſunt populum non timere: meis etiam intra me erubeſco. Tandem Orientis Hiſtoriam in duos tomos partitus eſt autor ne (vt rectè admonet Nazianzenus in ſuis Tetraſtichis) curriculum totum maris ſimul aſpiciens à toto excedas, totamque nauigationem ſimul obeas.

Denique vitam, moreſque Biuarij in præſenti ſubnectere ſuperuacaneum aliqui iudicauere, quòd in limine Commentariorum M. Maximi id me præpedito ab alio præſtitum ſit: ſed ab alio ſané qui Biuarium vix nouerat, cuius illuſtriora facinorum prætermiſit, quæ quidem ego à Reuerendiſſ. P. M. Petro Xalonio Nucalenſi Generalis Præfecturæ dignitate ornato ipſius Biuarij in diſciplinis cum Aſceticis tum Scholaſticis, publiciſque honoribus coæuo, præſertim autem ex literis ſuper hac re Hiſpano ſermone ad me datis Reuerendiſſimi P. M. Andreæ de Aualos Sacramenienſis, qui per triennium Biuarij Collegam, dimidioque anno ſubditum egerat, recens vero in Generalem euectus eſt Comitiis huius anni 1656. necnon & à R. P. Ludouico de Caſpedes Spinenſi Abbate, ſacris olim mænibus à Biuario in Præpoſitum ſublato, in Epiſtolio Latino ad me itidem conſcripto, viris ſane probitate morum, atque doctrina conſpicuis, aliiſque honeſtiſſimis teſtibus accepta, integriùs (abſit verbo inuidia) ſequentibus reddere curaui.

Digitized by Google

BIVARII ACTA

à Continuatore hiſtoriæ huius Integrè reddita.

Orat. in fun. S. Gorgoniæ ſororis ſuæ.

HAVD QVAQVAM, Lector (*vt verbis te Nazianzeni præmoneam*) ad gratiam noſtra declinabit oratio, etiamſi cuperemus: ſed in medio ſermonis & veritatis ſtatueris, tanquam diſpenſator quiſpiam prudens; quin nec præterquam quod decorum eſt BIVARIVM fratrem laudabo; quod verò decorum eſt iuſtus etiam exigit. Ac ideò nequaquam tali timeo timore, ne veritatem tranſcendam, ſed penitùs contrarium, ne aliquid de veritate omittam, ac multa quæ digna ſunt præteream, gloriamque laudis diminuam. Veritate igitur tanquam canone vtemur ac termino (*ab his accepta quos nuper in calce Prologi expreſſimus*) ad illamque ſolam reſpiciemus.

I. Patria, parentes. Dies natalis.

FRanciſcus Biuarius natione Hiſpanus, honeſtis parentibus ex oppido Paracuellos prope Complutum progenitus, ſed Madriti natus, tinctuſque baptiſmate in Eccleſia S. Crucis, genio Hiſtoriographus, profeſſione Theologus, Inſtituto Monachus, Ordine Ciſtercienſis, domo Nucalenſis, quæ Aſturicam & Interamnium interiacet, octaua die Maij apparitione S. Michaëlis Archang. in monte Gargano ſacra primum hanc lucem Deo auſpice vidit an. Cr. 1584. vt ipſe prodit in Comment. M. Maximi an. Cr. 590. n. 1. Clara profectò die, quâ nulla vnquam Hiſpanis glorioſior, vtpote Synodi III. Toletanæ celebratione decorata, cuius Actis perpetuo nuntio impijs Arrianorum erroribus dato, Rex & Regina, Epiſcopi, Proceres Gothorum, cæterique Catholici laudes ingentes Deo reddiderunt, feſtiuiſque præconiis Gothis omnibus ad fidem conuerſis, congratulati ſunt. Clara demum Biuarij exortu, cuius ibidem (& vbique) adhibita face, Hiſpaniæ ſplendores recens è tenebris emerſere.

II. Grãmaticæ & Rethoricæ tyrocinia. Monaſticẽ arripit.

Puerulus, vix circum vbera pendens ludere deſierat, iamque Compluto Grammaticis Rethoricisque ludebat tyrocinijs, puerilibus aliis ludere neſcius, quippe qui tot calami luſus obſequio auſpicabatur Eccleſiæ. Cœperat impubes adhuc Artibus, quæ digna liberis ſunt, Logicæ ſcilicet & Philoſophiæ, illuſtri ingenio ſe dedere: ſed ab excellentiori Monachatus Philoſophia auocatus, inanemque ſubterfugere meditatus, Deo ſe conſecrare decreuit, quò ſi forte aliquantulum illudenti ſæculo impegerat, Monaſtice luſtraretur. Ciſtercium ordinem intemeratæ Deiparæ ſacrum, cuius potiſſimum deuotione toto vlterius vitæ curriculo flagrabat, operi tanto delegit: Collegijque noſtri Complutenſis doctorum hominum conſultis auribus ad Nucalenſe Monaſterium tranſmiſſus an. Cr. 1599. ætatis ſuæ 15. quintâ Nouembris die à R. P. D. Prudentio Gutierrez emeritum ibi Abbatem agente, Monaſtico habitu donatus eſt. Experta verò iudicio graui mater alma adoleſcentis in moribus honeſtatem, in præceptis promptitudinem, in aduerſis patientiam, in proſperis humilitatem, in diſcendis genium, in agendis ſolertiam, Hæroüm, quos fœcunda vetuſque mater cunctis ſæculis edidit, ſucceſſorem Nouitium coniectabat: alium inquam Alphon-

Nucalium perilluſtres Scriptores.

ſum

Digitized by Google

ſum Ruizium Niduli Philoſophici autorem, Phœnicem, prô dolor, in Nidulo ſuo non-
dum abſoluto morientem; dicamne viuentem, dieſque ſuos multiplicantem? Cyprianum
alterum, quem muſæi Complutenſis plauſus rediuiuum quotidie replicant, primariæ ſacræ
Scripturæ Cathedræ moderatorem, ac totius ferè ſacræ Paginæ Interpretem, cuius dun-
taxat in Iob & Cantica lucem videre Commentaria, cætera latent in Tabulario Nuca-
lenſi aliquando Deo auſpice emerſura: alterum vè Ignatium de Ibero Magni Ciſtercien-
ſis exordij viuidum elucidatorem, vnde fama illius exorſa & æternum duratura: com-
pluriumque aliorum quos breuitas ſilentio inuoluere cogit. Nec confuſa eſt ab expectā-
tione ſua; imò potius Biuarij ſtudiis cumulatè ſatisfacta, vt iam aperiet rediens vnde di-
greſſa fuerat oratio.

Tertiò Monachatus ſui anno ingenuis Dialecticæ & Philoſophiæ diſciplinis in Mona- III.
ſterio S. Claudij ad Auiæ confluentem imbutus ſub magiſterio celeberrimi P. Gregorij de Traditur
Aranda Mererolenſis facilè naturæ penetrauit arcana; cunctiſque integri auditoris apud ſtudiis Artium.
Salmanticenſes & Complutenſes actis gradibuſque conſcenſis, iterum in Artium pale- Fit lector
ſtram cathedræ emeritus moderator reducitur, qua pridem Vigil euaſerat diſcipulus. Artium.
Nec ſolum in Philoſophicis & Theologicis eruditum, ſed & prophanis cum Græcis tum Scientiarū
Latinis literis, Mathematicis (maximè Gnomonicis) Poëticis, Muſiciſque refertum, ac omnium
tandem vniuerſas ferè callentem diſciplinas nouimus Biuarium cuncti eiuſdem æui Ciſter- gnarus.
cienſes alumni: norunt, & quotquot eius ſcripta vtraque manu reuoluunt. Erat autem
videre potiſſimum qualiter è cathedra docens naturæ vi genijque impetu raptus omni-
genam eruditionem ſcholaſticis lectionibus admiſcebat, Hiſtoriæ præ cæteris, cuius ponde- Scholaſti-
re ferebatur quocumque ferebatur; in tantum vt quoties Veterum Patrum vel Philolo- cis Hiſto-
gorum nomina incidebant, quaſi abſque libertate digreſſus, eorum patriam, mores, quæ, rica admi-
ad quos, quo ſæculo, quibuſque de cauſis ſcripſiſſent neruosè ac luculenter diſcipulis ape- ſcet.
riret. Sed quod maiori commendatione dignum eſt, pluribus hiſce licet intentus, ſiue auſ- Virtutibus
cultator, ſiue Cathedræ moderator exiſtens cunctas virtutes Monaſticas (paupertatem præcipuè
præcipuè ac vitæ auſteritatem) opere docebat. Vnde iam Ciſtercium in eo priſcorum mo- ſtudet.
ribus & ſapientia referto, Veteris Monachatus vſque ad ipſum penè ignoti ac tenebris
offuſi tam pium exemplo vitæ magiſtrum, quam ſcriptis ſolertem augurabatur inda-
gatorem.

Florebat ætate Biuarius, térque vna hæc arbor ſcribendi acumine, docendi magiſte- IV.
rio, omnique virtutum genere incredibili cunctorum gratulatione florebat. Sed mœre- Theolo-
bat honore ſuo, & ora laudantium fugere feſtinabat: ſoliuſque Monaſticæ perfectionis giæ lectu-
tentus deſiderio, vno vix anno Theologicæ lecturæ expleto, Scholaſticis valere iuſſis, Nu- ræ renun-
calenſis Matris gremio ſe abdidit, violentam in ætate fortunaque florentiſſima è collo ciat.
executiens ambitionis dominationem. Nihil in gratiam, vel more blandientium dico,
ſed omnia pro teſtimonio, & minus ſuis meritis: habitus ſermo, vultus, inceſſus doctri-
na virtutum cunctis erat. Interea R.P.D. Andreas de Soto eximiæ virtutis vir cunctiſ-
que literarum ornamentis excultus An. Cr. 1617. in Abbatem aſſumptus, ſtatim in Biua-
rium perfectum expletumque omnibus numeris Monachum in rectis oculis, Præpoſiti onus Fit Nuca-
vnaque totius Monaſticæ diſciplinæ molem humeris eius impoſuit. Ipſe autem officioſo lium Præ-
muneri ſatisfacere, nihilque pręter Religionis negotium, & Abbatis ſui pręcepta exequi poſitus.
ſic impensè flagrabat, vt pluribus, ſed tepidis quidem, nimiopere feruidus videretur. Ad-
huc tamen Prepoſiturę curis (quas noſtri innumeras norunt) cum animo, tum opera di-
ſtentus, vt liberè vix reſpirare poſſet, Hiſtorię ſtudio, atque antiquitatum indagine tan-
quam ferrum à magnete tractus & allectus, libellum illum aureum Hiſpano ſermone Scribit Hi-
exarauit, cui titulus: Perilluſtrium æquè atque ignotarum in vulgus Sancta- ſtoriam
rum, Hiſtoriæ mirabiles, fuditque in lucem, quem Deo propitio latinitate dona- Virginum ignotarū.

tum

Digitized by Google

tum præſenti opere abſoluto iuri communi non inuidebo.

V. Conſtituitur Romæ Procurator.

Euectus eſt vertente triennio, Anno videlicet Cr. 1623. in Generalem Ordinis Præfecturam vir ille maior ſuis laudibus vita ſanctitate ſpectabilis Reuerendiſſ. P. D. Andreas Frugillo, cui Biuarij virtus & ſtudia perſpecta ſatis & cognita erant: quibus permotus eum in Procuratorem Generalẽ Ordinis apud Sanctiſſimum P.R. Vrbanum VIII. Pont. Max. ex florentiſſimo commilitonum coæuo ſibi numero delegit. Ille verò cui ſolum fracto & obiecto animo obtemperare inerat, nulla de aulicorum patrociniis quibus aditur; Vrbem præmuniri ſolent, habita ratione, tenuis & modicus eodem anno Romam profectus eſt, morum dumtaxat probitate, ſtudiorumque ſuorum potentia fultus. Hac bellica machina aditum pluribus obſtructum cum ad Romanorum pectora, tum etiam ad

Commentaria in Dextrum ibi excreuit.

Bibliothecam Vaticanam, quam ardebat, aperuit, ſitimque ſatiauit hauſtis inde perilluſtribus Commentariis in Chronicon L.F. Dextri quæ ibidem elucubrata Pariſiis prælo dedit. Rurſus quinque Patres à calumnia ſententiæ illis falſò adſcriptæ aduerſus. Deiparæ

Et quinque Patrũ Vindicias.

immaculatam Conceptionem luculentiſſimo Apologetico vindicauit. His iam cunctorum ſibi in Vrbe animos iure deuinxit. Fruitus eſt potiſſimum amicitiis R. P. D. Hilarionis Rencati Abbatis Monaſterij S. Crucis viri primarij: nullus in Vrbe literatus homo de

Quanto honore à Romanis cõplexus.

Biuario ignorabat: Doctoratus lauram cunctorum plauſu à Minerua ſuſcepit An.C. 1626. Cardinales Eminentiſſimi (Trejo præſertim & alij complures ipſius amantiſſimi) certatim beneuolentia & honoribus virum ex literis complectebantur: ac tandem præclara

Sanctiſsimo notus.

ipſius fama in tantum percrebuit, vt ad aures Sanctiſſimi peruolaret, qui vt erat Eccle-

Cardinalis ab eo auguratur.

ſiæ caput vigilantiſſimum, eruditorum portus, ſinus, præmium, egregiiſque literis politiſſimus, Biuarium antiquitatum Eccleſiæ excellentiſſimum (vt accepi à viris grauiſſimis qui ſecum Romæ conuixerant) toto pectore, ac fere aperto, Cardinalem augurabatur. Hic honorificentiùs aliquid vix nobis accidere poterat. Sed ô arcana Dei noſtri iudicia, quibus omnia feruntur!) elapſo triennio, elapſa de manibus honorificentia eſt: Reuerendiſſimus namque P.M.D. Valerianus de Eſpinoſa Nucalenſis, vir alias doctiſsimus & pru-

E Roma vocatur.

dentiſſimus, ratus negotia Ordinis in Vrbe non multum vrgere, Biuarium è Roma inſtanter euocauit; ipſo autem nihil contra Generalis ſtomachum (forſam non ſibi ſatis æquum) agere volens, ſtatim Hiſpaniam repedeuit, plus prompta obedientia, quam Tyria purpura nobilitatus.

VI. Præclara de ipſo in Vrbe fama.

Sed prius quam hinc recedamus, qualem virtutis & literarum afflatum odorem in Vrbe reliquerit ex literis ad me datis R. P. Ludouici Ceſpedes ſubijcere libet, his verbis: Romæ (& tunc erubui, & nunc erubeſco) ei ſucceſſor accitus ſum in arduo illo munere Procuratoris generalis, vbi eum inueni tanto virtutis & ſanctimoniæ nomine famigeratum, vt etiam ſi glorioſè Ciſtercij familia à priſca purioris Regulæ ſinceritate deſciuiſſet, vnius huius viri reuerentia ſufficeret ad reſtituenda primordia, lucidiſſimumque exiſtimationis fulgorem. In illius Curiæ miniſtris tam ſupremis quam infimis viuentem adeo omnigenæ illius ſapientiæ, animi ſinceritatis, dexteritatis in rebus agendis, morum integritatis, atque grauitatis cum vrbana comitate coniunctæ recordatione minueni, vt etiam ſi cuncti eius ſucceſſores obſcuri & illaudati nominis inuenirentur, eorum nuditatem (vt meam) operire poſſet autoritatis eius vmbra, & famæ ornamentum, quod ſibi & ſucceſſoribus inculpabilis vitæ teſtimonio, literarumque celebritate acquiſiuit. Scriptorum & ſtudiorum eius in Auctoribus melioris notæ eiuſdémque literaturæ profeſſoribus, non ſolum plauſus acceptionem, verum adorationem inueni. Reperiuntur in Vaticana Bibliotheca manu eius annotatæ antiquitates, quæ hodie pluris fiunt, ſubinducta linea curioſiùs & exquiſitiùs excuſſis, animaduerſæ dubiarum ſententiarum mentes,

Digitized by Google

mentes, & ad oram loci difficiliores illuſtrati. Abbas Caietanus ſcripta ſua eius mentione decorat, pluribuſque ipſius effert eruditionem. Abbas D. Ferdinandus identidem non minori obſeruatione, cum Verbo tum ſcriptis in libro, quem typis dedit, cui titulus Italia ſacra; vbi (vt ſæpè-ſæpiùs ipſe mihi indicauit) ſi aliquando Biuarium impugnat, potius ad commendationem ipſius tendit, quem ad partem aduerſam ſuſtinendam. *Hæc ille.*

Rediit ergo Hiſpaniam Biuarius. Sicut autem Moyſes ille diuinus Ægypto egreſſus, non aurum, non argentum, non ſuppellectilem quibus reliqui de populo ditati & onuſti recedebant, ſed tulit oſſa Ioſeph ſecum, ſacrarum eius exubiarum theſauro contentus: ſic Biuarius Roma egreſſus vnde alij digniatibus decorati decedunt, ſacra dumtaxat corpora Sanctorum Martyrum Valeriani & Floræ inde auellenda ſecumque aſportanda curauit, ac propriis humeris vecta in ſuo Nucalenſi Cœnobio, aureis vrnis deſuperque pulchris eorum ſuperpoſitis ſtatuis altera militari, Virgineóque altera ornatu, Lyſippi opere fabricatis, magno ad ſacras Lypſanas confluente populo, in ſupremo altari, perpetuo rei monumento, honorificentiſſime collocauit, die 4. Maij, qua ſolemni ritu eorum natalitia quotannis celebrantur: quod ipſemet prodit lib. 2. de Veter. Monach. cap. 13. num. 18. Affixit etiam ſerico panno à tergo ſtatuarum appenſo ſimulachra Sanctorum Pontificum Ciſtercienſium Petri de Tarantaſia, & Guillermi Archiep. Bituricen. quas ipſe Romæ linteis depingi curauerat: pictor verò venerando Biuarij vultu ſibi complacitus, ipſius effigiem in imagine S. Petri de Tarantaſia, quæ dextram tenet, ad viuum expreſſit: quod licet ipſe pictura abſoluta egrè tulerit, linteumque Nucalibus protulerit verebundus; verum id diuina prouidentia factum arbitror, ne tanti viri Veneratione dignum ſimulachrum poſteris è memoria, oculiſque excideret. Quibus omnibus ego nouitium agens oculatus teſtis interſui. VII.

Corpora SS. Mart. Valeriano & Floræ ſecum defert.

Nucalibus collocat.

Biuarij effigies.

Neque hic prætereundum ratione temporum habita, eodem anno recens Roma reuerſum Biuarium paulo ante præfatam Sanctorum Martyrum collocationem eius opera in Monaſterio ſaltus noualis (noſtris Sandoual*) non multum à Nucalibus diſſito, caput Diuini Hierothei è tenebris emerſiſſe. Qualiter autem id acciderit, caputque leuauerit Biuario extrahente Eccleſiæ Segouienſis vertex, ipſe luculenter prodit in Apologetico pro Fil. Dextro in fronte Commentariorum M. Maximi præfixo, quem tu conſulas* §. *V.* VIII.

Prodit caput S. Hierothæi.

Eodem labente anno ſublatus eſt in Præfecturam Generalem Ordinis mirificus ille ſplendor Hiſpaniæ Reuerendiſſimus P. M. D. Angelus Manrique Primariæ Cathedræ Salmanticenſium moderator Regiæ maieſtatis Philippi IV. à Concionibus, ad vltimum in Epiſcopali Pacenſis Eccleſiæ throno ſublimatus, Biuarij ſtudiorum exultor fidiſſimus, quem Nucalenſibus eligendum in Abbatem propoſuit. Verum etſi recti Biuarium diligerent, cumque ſibi præfici totis viribus expetijſſent, tepidiores tamen, quibus ante acta nouem ab hinc annis Biuarij Præpoſitura feruida nimis viſa fuerat, ipſius (alias natura ſanè leniſſimi) zelum ſtomachati; tanquam aſperum & amarum repudiauere. Vbi mirandum, quod cum ipſe in Capitulo electioni præſens adeſſet, pluréſque circa ſuffragia quorundam ipſum animo minus æquo videntium agitarentur de nullitate controuerſiæ, quæ ad ipſius, vtpote Magiſtri, iudicium deferebantur, pro legitimitate ſuffragiorum probabiles excogitabat, & adhibebat rationes, plus ſibi propria reſolutione contrarius, quam ipſius electionis oſſores. Abſoluta vero electione, alteróque in Abbatem publicato, alacrior cæteris ac lætior effectus Hymnum, Te Deum laudamus *primus aſſumpſit, & ad Reuerendiſſimum P. Petrum Ialonium ſibi amicitiis coniunctiſſimum hæc atteſtantem conuerſus, placido vultu, riſúque per ora fuſo dixit:* Funes ceciderunt mihi in præclaris. *Verbumque ex ipſius ore nullum (vt fas erat viro præclaro) niſi gratulabundum, niſi elegans, niſi humile exijt.* IX.

A Nucalenſibus repudiatus.

Lætior inde effectus.

Florebat

Monaſterij S. Annæ regendum ſuſcipit.

X. *Florebat interea laude ſanctitatis in Monaſterio S. Annæ Valliſoletanę Vrbis inter alias virtute ſpectatiſſimas fœminas Maria cognomento Euangeliſta. Cumque ad Generalem delata fuiſſent Nucalenſium electionis acta, ne Biuarium, nunquam veri honoris vacuum, occupatione publica vacantem relinqueret, Sanctimonialium ipſius Monaſterij ſpiritus regendos (negotium reuera arduum) gnaro induſtrio, experientiſſimoque rei huius, ſi cuius fuit vnquam, huic homini commiſſit.*

Præficitur Abbas Vallis Dei.

Iam triennium erat; annuſque aderat 1619. quo ad Abbatiam Monaſterij Vallis Dei in Comitiis Generalibus nominatus eſt; atque à Monachis in Abbatem electus.

Renunciata dignitate redit ad Mon. S. Annæ.

Sed nuntio dignitati remiſſo, paruis Confeſſarij latebris contentus ad altiora abripi ſupplex ac demiſſus recuſauit. Hæc dicimus, non quod honorum præclara habentibus grandia ſint, ſed quod contemnentibus mirabilia. Suſpicimus dignitate pollentes, laudamus pro Chriſto honores deſpicientes, & mirum in modum quos habentes paruipendimus, ſi habere noluerint, prædicamus.

Mariæ Euangeliſtæ prophetia à Biuario probata.

Accidit autem Biuario ad regimen Sanctimonialium regreſſo Mariam Euangeliſtam celitùs præmonitam didiciſſe, diuino conſilio ſe deſtinatam ad extruendum proprijs manibus nouum aliud Inſtituti ſui Monaſterium, ipſique Antiſtitam fore præficiendam: neque his, vtpote ab Omnipotente decretis humilem Conuerſæ (noſtris Lega*) habitum quem à conſecratione geſtabat obſtare poſſe. Aperuit ſpiritualis filia Biuario ſpirituali pedagogo reuelationem, ſuiſque ipſe ponderibus diligenter examinatam aurificis ſtatera probauit; atque in Dei laudem ſilentia rumpens diuinum oraculum voce vulgauit. Audiere hoc æmuli ſtudiorum Biuarij, ſtatimque Dei virum vt impoſtorem temerè ſugillare cœperunt. Res percrebruit cæpitque in ore omnium ac ſermone verſari.*

Vterque illuſionis condemnatur.

Generalis vero tempeſtatem ſedere cupiens miſit comprobatores ſpirituum, viros quidem doctrina ac pietate præditos, ſed qui plus forſam populari trutina, quam opera multa impenſa reuelationem examinantes vtriuſque ſpiritum illuſionis condemnarunt. Hinc vehementiùs æmulatio Biuarium clamoribus, conuitijs, & ſibilis conſectabatur, & parum abfuit quin lepidibus appeteretur. Quod adeò patienter ac fortiter tulit, vt miro modo videretur Biuario patiente alium loquentem non exagitari. Sed ſi verum eſt, iuxta parœmiam, exitu acta probari, glorioſam, iuſtam, meritamque ſatiſfactionem honori vtriuſque reddidit Altiſſimus.

Impleta Prophetia.

Quatuordecim namque elapſis annis Maria Euangeliſta è Monaſterio ſuo vocata & extracta Biuario ipſo, Sacramenæ tunc Abbatem agente comitata, primum lapidem iecit Monaſterij S. Crucis oppidi Caſarubios del Monte *Toletanæ Diœceſis, ipſique in Antiſtitam præfecta paucis poſt abſolutum ædificium tranſacti annis vitam ſanctitate conſpicuam cum pretioſa morte coniunxit: ſicque deluſa cælitus eſt obtrectatorum dicacitas & cauillatio: ſimulque apparuit quinam fuerint hallucinati, Biuarius ne eiuſque diſcipula, an vtriuſque ſpiritus Cenſores.*

Remouetur ab officio.

Interim tamen præſſuram paſſus eſt vir Sanctus. Generalis namque certior factus à Legatis de exiſtimata illuſione ipſum à munere Confeſſarij remouit, Monaſterijque noſtri Madritenſis nudum Conuentualem, puramque haſtam adſcripſit.

Madriti à cunctis celebratur.

XI. *Cæterùm ea eſt Dei noſtri fortis ſuauiſque prouidentia, vt in his quæ caſu fieri, caſuſque videntur, aſcenſum & exaltationem ad ampliorem honoris gradum molliatur. Vix namque Madriti limina attigerat Biuarius, & iam à cunctis diſertis, doctiſque hominibus ſummoperè colebatur, præcipuè verò à præcipuis, optimis, ac præſtantiſſimis viris D. Thoma Tamayo de Vargas Indiarum Senatore. D. Laurentio Ramirez de Prado Regij Caſtellæ Senatus, atque ad Ludouicum XIII. Galliæ Regem Ex legato, D. Ioanne de Pelafox vtriuſque Orbis cum in Senatu tum in Epiſcopatu ſplendore, quorum aliorumque complurium ex Proceribus Aulicis, literiſque ornatis hominibus amicitiis ſtrictiſſimè ſociatus eſt. Nam præterquam quòd ex fuſis à ſe Romæ Commentariis Fl. L. Dextri, Sanctorumque Vindiciis, cunctis emunctæ naris rei literariæ cultoribus notiſſimus erat, con-*

tinuationem

Digitized by Google

tinuationem M. Maximi quam Nucalibus inchoauerat, & Valliſoleti perficiebat, tunc temporis expoliebat, typiſque parabat. Auxerat hiſce diebus Philippus IV. Hiſpaniarum Monarcha D. Thomam Tamayum de Vargas munere Hiſtoriographi generalis vtriuſque Orbis: ipſe verò Senatoriis curis diſtentus onus tantum ſibi ſuperaddere veritus, re maturè pertractata cum Excellentiſſimo Comite Benauentano Biuarij fidiſſimo patrono, cui memoratam Hiſtoriam Perilluſtrium & ignotarum Virginum *primum calami ſui fœtum dicauerat, Chronici Generalis exarandi laborem ad humeros eius transferre apud Monarcham conſultabant. Hic ſecundò literarum Biuarij premium ampliſſimum, par meritis, & genio accommodatum nouo horizonte illuceſcere cœpit, placuerat enim Regi de conſultatione, eamque probauerat. Sed vix dum ſeſe viſenda obtulerat ſecunda ſecundiorque fortuna, cum ſtatim, Deo rem moderante, à Generali, neſcio qua prætexta friuola cauſa, iuſſus eſt egredi Madrito, vt cum maximè florere poſſet, tum viuere etiam ipſi puderet. Ipſe autem cuius cordi altius infixum erat Superioribus obedire, quam honoribus aſpirare honorem maximum reputauit interim ſe obtemperando exhibere inhonorum, vt à facie olei humilitatis iugum putreſceret elationis.*

Augeratur Hiſtoriographus Generalis Hiſpanicus.

Madrito euocatur.

XII. *Non ſatiabatur cauſidicus iſte Sanctorum eorundem præconiis, ſemper auidus ſemperque ſitiens Beatorum (Hiſpanorum præcipuè) celebritatem. Prætereo nunc agmina Diuorum quæ ipſius Commentariorum face ab obliuione vindicata atque Hiſpaniæ ab Hiſpano iſto præclaro reſtituta fulgebunt in perpetuas æternitates. Verum indicari ſaltem præ omnibus in præſenti digna eſt inuentio illa miraculoſa incomparabilis illius theſauri Sanctorum Martyrum Vrgabonenſium, ipſo indagatore inchoata, præcurſore monſtrata, & motore perfecta, cui toties cæleſtia lumina teſtimonium perhibuere. Sufficiat inquam pro temporum ratione hæc indicaſſe An. C. 1628. patrata, iamque ab ipſo eleganter narrata loco ſupra citato §. VI. quem in conſules.*

SS. Martyrum Vrgabonenſium inuentio.

XIII. *Hæc triennij clauſa periodo nouum inchoatur, quo in Generalibus Comitiis Reuerendiſſimus P. M. D. Petrus de Andrade Valiſbonenſis vir doctiſſimus & apud Salmanticenſes Doctoratus Laura inſignitus Generalis Ordinis Præſulatus habenas adeptus eſt. An. C. 1629. Exortum eſt hoc anno Ciſtercium nouis primitiuæ auſteritatis fulgoribus in Monaſterio Sacramenia Diœceſis Segouienſis ſub diſciplina R. P. D. Petri de Oliuares viri ſanctitate morum, omnique ſapientia colendiſſimi. Arripuere ſtatim nonnulli nouum, ſeu potius vetuſtiſſimum, nouiter tamen illuſtratum Inſtitutum, cunctis exordij clariſſimi ſub Roberto Parente reſtitutum apicibus; primus autem Biuarius, cui primas ſemper cæteri detulere. Communes vitæ illius auſteritates exequi poſſe, ſat erat: imò pro mirando erat. Verum id Biuario primoribus tantum labris primordia Ciſtercij attigiſſe videbatur: ac proinde Abbatis permiſſu orationis, abſtinentiæ, ſilentij, humilitatis, corporiſque afflictationum penſum penè duplicabat. Cernens autem vir ille mirandus qui ipſi præerat inter auſteritates cum generales tum ſupererogatas vix reſpirandi tempus habere Biuarium, finémque ſcribendi penè feciſſe, quo plurimum vtilitati Eccleſiæ detrahebatur, Regulam Sanctiſſimi P. N. Benedicti Commentario Hiſtoriali ac literali illuſtrare aliquandiu hortatus eſt, ad vltimumque præcepit. Sed verò id non aliter Biuario exequi poſſe viſum fuit, quin prius ab ouo Monaſticem totam exponeret, Vetuſque illuſtraret Monachatum cui altis radicibus tota Sanctiſſimi Patris Regula infixa dignoſcitur: eaque occaſione præſens opus aggreſſus eſt, vt ipſe prodit in Prologo: quod oliuario piiſſimo ſummæ laudi adſcribendum cenſeo, quippe cui & argumentum & Opus debemus. Porro ſcribendi tempus Biuario prouidit diurnas horas, quibus eum ab Oratorio priuatis diebus vi ſequeſtrauit: nocturnas verò preces inceſſanter diebus ipſis conſectabatur; feſtiuiſque diebus noctu diuque ad opus Dei primus occurrebat: ac reliquas horas, cum orationi potiſſimum, tum etiam iniuncto ſibi operis huius exarandi immenſo labori operam dabat.*

Ciſtercij noua primordia arripit.

Quanto feruore.

Iubetur illuſtrare Regulam N. Bened.

Tot verò tantiſque animo diſtentus, & corpore attritus, nunquam laſſatus eſt, nunquam infirmatus ſegnicie, nunquam tædio fatigatus: ſed addens ſcientiam, addebat dolorem: & quaſi oleum flammæ adijciens, maioris ardoris fomenta capiebat. Inter hæc autem, aliorum minima pluris, ſua maxima flocci pendebat: ſemperque habebat in ore, contribules ſuos confici laboribus, ſe autem ſolum Monaſterij panem in otio comedere.

XIV. Præficitur Abbas Sacrameniæ. *Annus voluitur 1632. quo in Generalatus ſede Reuerendiſſimus P. M. D. Michaël Belcanius Monte-Sionenſis ingenio acer, ac perilluſtris Verbi Dei præco collocatur, & abſoluto triennio Sacrorum Mœnium vacat Abbatialis noui Ciſtercij decorata crepundijs. Feruebat in pectore Petri Oliuarij zelus nouellæ plantationis, nouique feruoris irrigatorem deperibat. Cumque Biuarij mors & iamdiu ante noſſet, & recens ſub ferula ſua per triennium vitæ ſapientiæ & prudentiæ ipſius periculum maturè feciſſet, eum ſibi ſucceſſorem ſacris mœnijs, tunc potiſſimum ſacris, nominari curauit, quod in Comitiis Generalibus facile obtinuit. Cauens autem Biuarium, qui ſcopum habebat quietis, & à negotiis liberationem, dignitati, vt pridem, valere iuſſurum, piam quidem, dignamque ſolertiæ ſuæ Biuario molitus eſt fraudem: Commiſſariúmque electionis poteſtate ſibi à Capitulo Generali commiſſa armauit, vt ſi fortè Biuarius electioni Monachorum renuntiaret, ſub diſtricta obedientia omni ſupplicatione poſthabita, Capituli nomine cogeretur onus Prælaturæ ſubire, hamumque hoc pacto improuiſus deglutiret. Sic ab Oliuario piè, ſolerter, & cautè excogitatum, ſicque factum eſt. Electus enim in Abbatem Biuarius totus contremuit, & Prælaturæ pondus quod totis hactenus viribus fugerat, vt totis viribus ſuperiùs* Renunciat. *reformidabat: humique proſtratus, tot gemitibus, fuſiſque per ora cadentibus lacrimis ab honore, onere potius æthna ſibi grauiore abſolui rogabat, vt toto Conuentu, totoque* Cogitur onus ſubire. *foro, fletus ingens gemituſque fieret, & congratulationes in eiulatus, ſignaque lætitiæ cymbalorum ſonitu edita funus potiùs (heu iam propinquum) præſagirent, quam gaudium. Reſtitit Prælaturæ ſed abſque inobedientia, ſubijt honorem, ſed ex obedientia, ſed abſque faſtu. Qualiter autem ſe geſſerit cum in honore eſſet ab eodem qui ſupra Ludouico de Caſpedes rei oculato teſte gratum erit audire.*

XV. Qualiter in honore geſſerit. Ex quo (*inquit*) ſe totum abdidit, vt è faſtigio dignitatis auſterioris vitæ rationem doceret, non facile dictu eſt quam apte vocari potuit iuſtiſſimus vnus & ſeruantiſſimus æqui. 2. Æneid. 2. Sciebat enim curâ pro viſu perinde agere, ac ſi hoſtis ingrueret. Solitus erat primus ſumpſiſſe labores, primus iter carpſiſſe pedes, & tyronibus cæleſtis militiæ monſtrabat tolerare labores, non iubebat. Nulla die etiam ferialis officij deſideratus eſt inter Angelorum munia, itavt nobis non ſolum eſſet exemplo, ſed rubori. Ibidem adamantinus manebat intentus Orationi, donec ſignum Primæ precationis audiretur; vbi per horam intererat conuentuali contemplationi. Cætum capitularem aſſiduè frequentabat, ſextiſque feriis decoram ac cæleſtibus plenam conſiliis commonitionem ſpiritualem habebat, & vt erat ſermo illius vitæ Angelicæ tenore conditus, animos ad ſublimia fortiùs quam Homeri catena mirificè rapiebat. Poſtea agni cruentam aram ſuper incruentam lacrimis ſemper profuſus recolebat: gratiiſque prolixè ſolutis cellam repetebat mutos magiſtros & indiuiduos amicos viſendi cauſa, quos tertia precatio relinquere non inuitum cogebat, non enim alius prior Oratorij ſubſellia occupabat, ibique perſtabat abſque vlla requietis vel minima clauſula tanquam non maximis curis diſtentus, vſque ad Nonam. Abſtinentiam eius pene naturæ aduerſariam agnoui, neque aliis paſtum etiam in aduerſa valetudine niſi piſcibus & herbis. Non inde ſomnus feſſos occupabat artus, ſed ſtratis relictis incubabat doctis ingenij monumentis. Hora tertia poſt meridiem Veſpertinis precibus, Completoriis,

Digitized by Google

riis, mentalique orationi aſſiduè intererat: nec parcebat pedum ablutioni quæ Sabbatis, nec Verborum pulſationi quæ quotidie fiebat ad ſacellum ſacrarij nuncupatum; vbi tantam vini effundebat cruoris, vt hodie ſolidi teſtes parietes irrefragabilem reddant veritatem. Noctis autem ſe intendentibus tenebris, poſtquam ego Præpoſitum agens vniuerſum fratrum Conuentum coëgeram ad ipſum concedebam illius benedictione roborandus, vt ſcirem ſi fortè me dignum aliquo faueret imperio; & tunc iam eum admirabar ad pluteum libris vallatum, ita hilarem, paratum, & vigilantem, vt facilè mihi perſuaderem eorum vſque ad intempeſtam noctem contubernio aſſiduè perfrui, vt prius oliuitas quam ſtudium conſumeretur. *Nec prætereundum (vt ab ipſo aliiſque oculatis teſtibus accepi) quod cum diu noctuque codicibus incubaret, nunquam & nullibi ad menſam ſedebat, ſed humi ſuper ſtoream vel tegeticulam poplitibus intus modeſtiſſimè flexis, more noſtrorum multa panis & aquæ pœnitentium.* Pergit Addam elingue ferè ſilentium: ſi id rumpebat (proximorum nimirum commodo) modeſte, & prudenter agebat. Familiaris conuerſatio æquanimiter in eo ſpectabatur abſque perſonarum acceptione: non quod præter animi mentem aliquid in gratiam loqueretur; ſed blandi incuſatoris perſonam ſemper ſuſtinuit, amica ſolatia prudenter ingerens & efficaciſſime monens vnumquemque in officio contineri. Egeſtatem voto ſtabilitam adeo coluit, vt his etiam caruerit quæ Regula non vetat; non duabus vſus tunicis, nam eodem modo diu cucullatus incedebat, quo ſe noctu ſomno parabat. Neque id vſquam quominus etiam conſpicuus omnium oculis ſe præberet: nihil enim in habitu corporis apparebat (vt de P. N. Bernardo) quod poſſet offendere intuentes.

Præfuit ſacris-mœniis biennio, ſed quinquennio profuit. Perpolierat ibi M. Maximi Commentaria, typiſque tradenda Madritum profectus An. C. 1634. via ſua Paularium peruenit ſacræ Carthuſiæ per illuſtre Cœnobium, cui meritis & dignitate PRIOR *præerat clariſſimus ille vir ſui Ordinis ſplendor D. Ioannes de Baëza Biuarij perneceſſarius: ſecumque tulit Autographum de Veteri Monachatu tamdiù à Baëza, quamdiù Autor deſideratum. Cuius cum leuiter capitum argumenta percurriſſet (neque enim hoſpiti otij plus erat) vehementer ſuadebat amicum, vt quam breuiſſimè potuiſſet, hunc aureis caracteribus (vt ipſe pluries aiebat) librum à cunctis Religionibus meritum exarari Typograpicæ luci mandaret. Cui cum Biuarius paupertatis cultor eximius ſalſiſſimo ioco reſpondiſſet quinque argenteos (quos ſecum dumtaxat deferebat) in editionis expenſas congeſſiſſe, ingentique iſta pecunia opus ſtatim aggreſſurum, vir ille ſtrenuus dimidium pecuniæ ad editionis expenſas neceſſariæ, cum primum ſub prælo ſudaret, dare promiſſit. Verum, prò dolor, priuſquam Biuarius inde recederet ægrotare cœpit ad mortem. Tantillum tamen morbo leuatus, iter ſibi inſtare prætextus amico vale dicens, reliquum iter confecit, ac Madrito ſe contulit.* XVI. Madritum per Paularium abit. Salſi ioci Biuarij cũ D. Ioanne Baëza.

Pauciſſimis verò elapſis diebus, honeſto conuiuio exceptus ab Illuſtriſſimo D. D. Ioanne Palafoxio ſui amantiſſimo de integro ægrotans è menſa ſurrexit. Decidit in lectum: cumque ſe moribundum præſenſiſſet, ſtatim cæteris curis abiectis, præſidia dumtaxat ad beatam vitam comparandam parare curabat: ſed dum ſemper parabatur, mors eum inuenire non potuit imparatum. Itaque ſacroſanctis Eccleſiæ Sacramentis munitus. An. C. 1634. ætatis ſuæ 50. Decembris 15. die factus obediens vſque ad mortem, mortem quidem immaturam, ſed vitæ ſimilem, ſed pretioſam, ſed cunctis adſtantibus inuidioſam obiuit: corporiſque ſarcina depoſita leuior volauit ad ſuperos. Madriti cœlum, cunctaque aſtra, Religioſæ, inquam, ac literariæ myriades Biuarij raptus tonitru contremuere: vltroque XVII. Ægrotat ad mortem. Obitus. Funera.

ſuopte naturæ impetu ad funeris exequias confluxere cum ex Religionibus vniuerſis, tum etiam ex Eccleſiæ ſæculique Proceribus, Senatoribus, aulicis, academicis, totaque Curiæ frequentia omnigenæ literaturæ profeſſores, Biuarium cunctis notum ex literis, literarumque parentem non ſiccis oculis profitentes, iuſtáque paterno funeri perſoluentes. Ac demum cunctis adſtantibus in noſtro Monaſterio Madritenſi (vbi animam egit) S. Annæ matri Matris Chriſti dicato, quarum potiſſimùm deuotione feruebat, in catacumba ſacelli S. Mariæ de Exilio (noſtris del deſtierro) *prope altare ad lauam honorificentiſſimè tumulatus eſt. Accepi autem à quodam grauiſſimo, fidéque digniſſimo ex noſtris Monachis viro probitate morum conſpicuo (quem modeſtiæ ipſius conſulens ſupprimo) non diu multum poſt Biuarij deceſſum ipſius requiem in celis deſuper ſibi fuiſſe reuelatam. Faxit Deus regnet. Sed finis iam ſit. Iamque ipſe ſcriptis ſuis pullulet rediuiuus, & loquatur.*

Sepultura.

Ipſius requies reuelata.



Digitized by Google

LECTORI SVO BIVARIVS

SISTE, PRECOR, PAVLISPER LECTOR, & vnde huius Operis exarandi occaſio ſumpta tibi aperio.

POSTQVAM à commentandis Dextri & Maximi Chronicis manum re-
traxi, iniunctum illico mihi nihil minus cogitanti ſenſi onus Regulam
S. P. N. Benedicti, cuius à iuuentutis ipſo lumine apicibus deuinciebar,
quoad fieri daretur, illuſtrandi: iniunctum vero ab eo qui mihi præerat.
Miraberis forſan, aut etiam condolebis mihi, vt qui ex vberrima meſſe,
optimáque ſegete, in horridam ſalebroſamque valde aream deſcendiſſe videar: deeſſéque
modo Biuario luxuriandi copiam tacito murmure meditaberis, ratus haud dubium ter-
ram me ſqualidam, arentémque excolendam ſuſcepiſſe, aut ſemitam nunc calcare tri-
ſtiſſimam, quem multi Veterum, Recentiorúmve doctrina & autoritate conſpicui exi- Plautus in
guo percepto fructu excoluerint, & inceſſerint, ac niſi *de Veteribus* (quod aiunt) *vatici-* Pſeudol.
nari, aut aquam inaniter in mortario tundere, nihil mihi reliquum fore. Erant profectò Lucianus
Autorum meorum Chronica velut amœniſſima prata puriſſimis irrigata riuis, omnigenis in ſect.
florum ſplendoribus ſuáve olentium referta, vt quocumque manum verteres, fragrān-
tiſſimas legere integrum eſſet, & totos implere calathos. Ibi hortum Gaditani Columelle Columellæ
adeſſe diceres. Sic ad votum cuncta: in horto.

Nunc & odoratæ peregrino munere plantæ
Sicaniis croceæ deſcendunt montibus Hiblæ,
Natáque iam veniunt hilari ſampſica Canopo,
Et lachrimas imitata tuas Cynereïa Virgo.
Sed melior ſtactis ponatur Achaïca myrrha
Et male damnati mæſto qui ſanguine ſurgunt
Æriaci flores, immortaléſque amaranti
Et quos mille parit diues natura colores.

Et verè quidem; quippe ſuomet ſanguine rubricatos Martyres malè damnatos, & Virginum choros ſtacteis lacrimis fragrantes, Confeſſoréſque myrrham primam olentes, Doctores, Præſules, veluti odoratas peregrino munere planctas inibi intueri licebat, & tanto numero, vt cum Flora Naſonis.

Sæpè ego digeſtos volui numerare colores Ouid. Faſt.
Nec potui: numero copia maior erat. 5.

Nunc verò *aquam è punice poſtulare* videor cum Plauto & ab arida gleba ſuccum; ab ho- Plaut. in
minum inquam hirſutorum genere, in montibus & ſpeluncis errantibus, quos Paulus Aſin.
melotis opertos, & caprinis pellibus deſcribit. Sed verè quinam, rogo, Flauiana & Maximiana prata, cum pridem gelu obducta erant, tot amarantis, narciſſis, violis, liliis, roſis, floribus odorem ſuauiſſimum reddentibus, oculóſve tam vario ac viuido colore demulcentibus referta fuiſſe crederet? Et nihilominus labore pene improbo.

Roſcida cum primum folijs excuſſa pruina eſt Ouid.
Et variæ radiis intepuere comæ.

quis non flores gratiſſimos legit?

Conueniunt pictis incinctæ veſtibus Horæ Ouid.
Inque leues calathos munera noſtra legunt

Digitized by Google

Protinus accedunt Carithes, nectuntque coronas,
Sertaque, celeſtes implicatura comas.

Deut. 32. Et nunc quoque non me latet qui doceat *ſugere me de petra oleumque de ſaxo duriſſimo:* Spiritum Domini loquor, qui humilibus dum ſeſe inſinuat mentibus ab auſtro *perflat* Cant. *hortum*, arentémque quantumlibet, & ſqualidum *fluere facit aromata illius*. Et hortus quidem Benedictinæ Regulæ, ſi grammata intueàris ſumma, quod hactenus plerique fecere, aridus & inſipidus primo tibi aſpectu videbitur: cum primum verò foliis excuſſa pruina fuerit, quos flores non hactenus produxiſſe, quæ non edidiſſe ex eis mella comperies? ſane de Benedicto Regulam condente dictum reor.

Ouid. Faſt. 5.
Mella ſuum munus, volucris ipſe mella daturus
Ad violam & cythiſos, & thyma cana vocat.

Et quam latè patens deliciarum campus gelu excutiendus, dum Regulam Benedicti manibus verſo, ſeſe mihi offerat, quæris? Ipſis vniuerſi cingitur finibus,

Petron. Arbit.
Qua mare, qua terra, qua ſidus currit vtrumque.

Quæ tempora theſis hæc complectatur rogas? Quotquot Chriſti Eccleſia ſæcula metit, ne quid vltra temerè proferam. Nonne Benedictus hic ille eſt, quem Monachorum Patriarcham à Domino conſtitutum, lyppi quoque & tonſores ſciunt? Ad eum proinde reſpectum habuiſſe, haberéque procul mihi dubio eſt, quotquot Monaſticem adhuc profeſſi ſunt, & natos natorum, & qui naſcentur ab illis. Hic ille prorſus Paterfamilias à Domino datus qui Regulam Monachis condens protulit de theſauro ſuo noua & vetera, dum nimirum Veterum Patrum flóres carpens, mores legens, mella noua, diuino afflatus ſpiritu dare docuit & dedit; lapis proinde Monachorum angularis effectus, cui ſuperioris æui Patres æternitatem debeant, ſequentes vitam: ipſe Monachorum vita labili, adhuc ſtatum. Seuerant ſanè quidem Chriſti diſcipuli Monaſticorum florum grata ſemina, quibus Ægyptus grauida innumeras edidit roſas vepribus ſenſim inſertas, ſed odore & vſu mirabiles. Paleſtina narciſſis ſcatuit, myrrhas dedit, Capadocia & Pontus achantos: Oriens violas, Antonio Pachomio Machario Baſilioque cultoribus: ſed heu me,

Ouid. 5. Faſt.
Lilia deciderant, violas arere videres
Filaque punicei languida facta croci.
Florebant oleæ, venti nocuere proterui
Florebunt ſegetes; grandine læſa ſeges.
In ſpe vitis erat, cælum tupeſcit ab auſtris,
Et ſubita frondes decutiuntur aqua

Minabantur iam iam fata Monaſtices ruinam, vnus tamen Nurſiæ flos Benedictus hortum vniuerſum mirificè reſtaurauit, vt iure de eo illud Moderati noſtri canere queas

Columel. vbi ſup.
Nube noua ſeritur, cæli pendentibus vndis
—— illuſtri mittit quem Nurſia campo.

Nullus toto orbe vnquam flos erupit cuius iſte odorem non reddat, colorē non exprimat.

Ergo diſpicienti mihi Benedictini horti ſuaueolentiam qui Priſcorum omnium florum pulchritudinem odoremque reddit exprimit, & æterno virore donatos ſeruat, *à linea* quod aiunt incipere neceſſum fuit, floréſque maiorum exquirere, ſemina cuncta, mores inquam, inſtitutaque Veterum Patrum ſeriò indagare, hortos vniuerſos qua latè patet Orbis, & nunc & olim Monachis plenos penè ſuperſtitioſè circumſpicere: vt ita quorum Benedicti diſciplina odores reddat, colores exprimat, liquido eruere queam: ſine quo profectò labore quantum ipſa præſtet, callere nemo poterit. Id verò poſt homines natos conatum integrè aliquem prorſus ambigo. Conati quidem plerique ſunt ſic literam Regulæ interpretari, vt Benedictum ipſum ſi fas eſſet loquentem inducerent,

Perſ. ſect. 1
—— An erit qui velle recuſet
Os populi meruiſſe, & cedro digna locutus
Linquere?

Conabor & ego prouinciam totam à me ſuſceptam luſtrare, aut illuſtrare: conabor *nihil ex agro dicere* cum Suida, & ſi quando res ſe obtulerit facilis iuxta Martialis præceptum *addere piper*. Si quando verò in difficiles nodos inciderint, omnem iacere aleam, quo veritatem fugientem aſſequar. Verùm *homo ſum & humani à me nihil alienum puto*, quod olim Chremes ille Terentij ingenuè faſſus, & Maro doctus.

Ariſtid. in Pericle. Terent. in Heautont. Eclog. 8. Eccli. 1.
—— Non omnia poſſumus omnes.

Spiritu

Spiritu haud dubium ore illorum loquente Diuino, qui apud Salomonem iam omnia expertum inquit *Cuncta res difficiles* non poteſt *eas homo explicare ſermone.* Æquè enim explodendi ſunt, iuxta cum ignauiſſimis *qui Delphinum natare docent*, ſumma dementia, & *qui numeris Platonicis delectantur*, ſumma ſuperſtitione. Tam illi triuialia, quam abdita iſti, & ſibi quoque ipſis inacceſſa loquuntur. Iam igitur permittamus vela ventis, & oram ſoluentibus bene precemur.

Sed vero quoniam gratum tibi fore reor eorum omnium, quæ paulatim à nobis expendenda, & indaganda ſunt, ſaltem vmbram primo aſpectu contueri, operepretium duxi ſyllabum librorum nunc ipſo in capite totius Operis proponere, vt argumento vniuſcuiuſque & difficultatibus, quæ in eorum frontibus ſeſe offerunt, delecteris.

CENSVRA REVERENDISSIMI P. M. Fr. ALFONSI PEREZ Sacri Ordinis Ciſtercienſis iampridem Generalis, deinde Diffinitoris, in Suprema Sanctæ Inquiſitionis Senatu Qualificatoris: nunc verò Almarienſis Epiſcopi.

DE mandato Reuerendiſſ P. N. Generalis Reformatoris M. F. Andreæ de Aualos, hunc primum Tomum de Veteri Monachatu à Reuerendo admodum Biuario noſtro, quondam præmeditatum: immatura tamen morte (non ſine ingenti omnium noſtrorum dolore) ſublato, vix ad limam perductum: attenta cõſideratione perlegi; ſi quid tamen in opere ipſo deſiderari poſſet, in M. Thoma Gomezio erudito pariter ac doctiſſimo cõtinuatore occurrit ſtatim: quò ad ſatietatem deſiderium explerem Neque enim par fuiſſet, quod viro tanto (qui in dextero dexterum, & in Maximo ſe maximum præbuit: quique in euoluendis, eruendis, & extricandis antiquitatis monumẽtis, ipſa veluti obliuione corraſis, quam plurimis ſcitu digniſſimis, atque ad ornatum Eccleſiæ maxime neceſſariis, tanto labore, vitæque ſuæ diſpendio inſudauerat.) Hæres deeſſet, qui tanti Patris (veluti Phœnicis cineres) codices exuflaret, vnde pulchrior Biuarius in opere ſuo poſthumo de Veteri Monachatu, ad perpetuam iuuentutem in omnium memoriam reſtitueretur. Legi iterum, atque iterum Tomum iſtum, ſumma animi delectatione; nihilque in eo noſtræ fidei puritati, aut bonorum morum ſinceritati aduerſum reperi: imò nihil quod non maximè Eccleſiæ neceſſarium, tum ab retundendos, infringendoſque Nouatorum errores circa Monachatum, tum etiam ad inflãmandas voluntates amore tantæ perfectionis, tantorum Sanctorum Monachorum regulis, exemplo, eximiaque vitæ ſanctitate comprobatæ; quare dignum opus iudico, cui facultas ad prælum concedatur. Matriti in Monaſterio noſtro S. Bernardi, die 5. menſis Auguſti, anno 1657.

Fr. Alfonsvs Perez.

NOs M. D. Fr. Andreas de Aualos ſacri Ciſtercienſis Ordinis in Regnis Caſtellæ & Legionis Generalis Reformator, facultatẽ concedimus, vt primus Tomus *de Veteri Monachatu, & Regulis Monaſticis*, à R. P. M. Fr Franciſco Biuario compoſitus (dignum quidem Autoris opus) grauium doctorúmque virorum noſtræ Congregationis iudicio probatus, in lucem prodeat, typiſque mandetur. In cuius rei fidem his ſigillo noſtro, noſtrique Secretarij nomine munitis, manu propria ſubſcripſimus. In noſtro Regio Monaſterio S. Mariæ de Monfero, die 20. Auguſti 1657.

Fr. Andreas de Aualos
Generalis Reformator.

Loc † ſigilli.

De mandato Reuerendiſſimi Patris noſtri Generalis

Fr. Melchior Valtierra *Secretarius.*

REmitere eſte libro al Reuerendiſſimo Padre Fray Bernardo de Ontibexos Abbad de ſan Martin el Real d'eſta Corte para quel lo vea, y con ſu cenſura ſe traeja. Madrid y Septiembre 11. de 1657.

D. PARGA.

Digitized by Google

REVERENDISSIMI P. MAGISTRI FR. BERnardi Hontiberenſis dudum Benedictinæ Congregationis Generalis, & Sancti Martini Parochocœnobij Matritenſis eiuſdem Congregationis Abbatis, Cathedræ Primariæ ſacræ Theologiæ in Ouetenſi Academia Moderatoris emeriti, nunc verò Calaguritani & Calciatenſis Epiſcopi, ſupremique Senatus ſacræ Inquiſitionis à cenſuris, de hoc opere iudicium.

PERILLVSTRISSIMI Doctoris Petri Ferdinandi à Parga, Regiæ huius Curiæ pro Eminentiſſimo Cardinali Toletano Vicarij, delegatione vidi, recurri, animóque luſtraui hoc opus, de Veteri Monachatu, & regulis Monaſticis, (tribus ſcilicet prioribus libris contentum) ab egregio Patre ingenio, atque eruditione præcipuo, déque hiſtoria Eccleſiaſtica optime meritò Magiſtro Fr. Franciſco Biuario, Ciſtercienſis familiæ alumno editum: opus quidem poſthumum, ſed plane fœliciſſimum, quod eiuſdem familiæ affectu, doctrinaque æqualem inuenit parentem, nimirum Patrem Magiſtrum Fr. Thomam Gometium, à quo beneuole deterſus, excultus, atque perfectus, veluti ab eadem ſtirpe vegetior, fructuoſiórque renaſcitur. Quid autem de eo ſentiam ingenue profero, Opus eſt ex intimis vetuſtatis penetralibus depromptum: diuinarum ſcripturarum ſolertiſſima indagatione elaboratum: ſacrorum interpretum, Patrum, aliorúmque multi generis ſcriptorum recondita lectione refertum: nec hiſtoriarum modo, verum Theologiæ, iuriumque non vulgari peritia exornatum. Monaſticarum autem rerum, ad noſtram erudititionem, faſtidijque leuamen mira varietate diſtributum: copioſa aduerſus hoſtium impugnationes farragine armatum: velut Dauidica illa Turris cum propugnaculis, clypeis, omnique armatura ædificata, qua & hæreticorum tela retundere, & aliorum opinantium machinamenta diſturbare, qui monaſtici ſtatus inſtitutionem, neſcio quo antiquitatis iure Chriſto Domino exigere videntur. Doctrina iſta Cenſores ipſo conſulto inſerta fuit l. 2. c. 4. num. 24. per modum conſequutionis neceſſariæ ad Autoris principia atque in præſenti obliterata, ne ex approbatione operis neuus ipſi (tametſi pulcher) accreſcere videretur. Nihil ergo eſt in hoc opere, quod ingenio, vel induſtria Auctoris vacuum ſit. Multo autẽ minus inuenietur in eo quippiam, quod fidei Orthodoxæ, Eccleſiaſticis decretis, Authoris moribus aduerſum, ſuſpectúmve, aut ambiguũ appareat, quin potius omnia vſque adeò ſana, incorrupta, docta, enucleata, atque perſpicua ſunt, nihil ampliùs deſiderari valeat. Quod ſi me quiſpiam, ob eiuſdem profeſſionis vinculum ſuſpectum reputet iudicem, Tu eruditè Lector periculum facere quamprimum ſtudeas, minoraque æſtimabis quæ protuli, maiora quæ taceo: omnia verò Reginæ Sabæ ſtupore digna comperies. Videbis itaque opus ſuo auctore digniſſimum. Vtinam ſicut opus in lucem prodire dignum eſt, ita auctor redire in lucem poſſet. Apud S. Martinum die 16. Aprilis Ann. 1658.

M. Fr. BERNARDVS HONTIBERENSIS.

NOs el Licenciado Don Alonſſo de las Ribas, y Valdes Viſitador Eccleſiaſtico de Madrid, y Vicario della y ſu partido; por el preſente, y por lo que a Nos toca damos licencia para que ſe pueda imprimir, y imprima el primo Tomo *de Veteri Monachatu & & Regulis Monaſticis*, compueſto por el P. M. F. Franciſco de Biuar de la Orden de S. Bernardo: atento por la Cenſura de arriua conſta no ay el coſa contra noſtra Fee Catholica y buenas coſtumbres. Dado en Madrid 24. de Abril de 1658.

LIC. DE LAS RIBAS.

Por ſu mandado

DIEGO GARCIA DE ALVARADO Notario publico.

Digitized by Google

Approbationes Doctorum.

Viri Doctiſſimi R. ad. P. Franciſci Biuarij Ordinis Ciſtercienſis, *De Monachatu Veteri tum Orientis cum Occidentis, & Regulis Monaſticis* Obſeruationes non minus vtiles quam ſingulares publicandas, Nos infraſcripti Doctores Theologi Pariſienſes cenſuimus hac die quinta Ianuarij anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi ſecundi.

Fr. Ioannes Robe' *Ordinis Prædicatorum.*

Fr. Pavlvs Landry *Ordinis Prædicatorum.*

Approbatio Ordinarij.

Viſa Doctorum Approbatione harum obſeruationum R. P. Franciſci Biuarij, *De Monachatu Veteri*, &c. editioni libenter annuimus, Lugduni die ſecunda Februarij 1662.

DENEVFVILLE *Vic. Generalis.*

Conſenſus Procuratoris Regij.

Viſis ſupradictis Approbationibus, non intercedo Regis causâ, ne liber cuius in iis fit mentio, typis vulgetur à Philippo Borde, & Lavrentio Arnavd Bibliopolis Lugdunenſibus: Idipſum quibuſcunque aliis, vt par eſt, prohibendo. Lugduni die 3. Februarij, anno 1662.

VIDAVD.

PERMISSIO.

Fiat iuxta Concluſiones Procuratoris Regij. Datum die tertia Februarij, anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

DVSAVZEY.

LIBRORVM ELENCHVS.

I. PARTE CONTINENS.

Lib. I. *De Monachatu Veteris Teſtamenti ab Orbe condito ad natum Dominum.*

Lib. II. *De Monachatu Noui Teſtamenti à nato Domino ad S. Antonium.*

Lib. III. *De Monachatu Ægypti vniuerſæ, Doctoribus SS. Antonio, Macarijs, Poſthumio. Athanaſio, Ammone, Pachomio, & aliis.*

II. PARTE.

Lib. IV. *De Monachatu Paleſtinæ & Arabiæ, Doctoribus SS. Hilarione, Epiphanio, Syluano, Hieronymo, Paula, Euthymio, Saba, Theodoſio, Ioanne Reytenſi, Climaco, & aliis.*

Lib. V. *De Monachatu Syriæ vniuerſæ, Meſopotamiæ & Indiæ, Doctoribus SS. Patribus Chryſoſtomo, Ephrem Barlaamo, & aliis.*

Lib. VI. *De Monachatu Aſiæ, Doctoribus Baſilio Magno; & Gregorio Nazianzeno.*

Quibus Orientalis Monachatus abſoluitur.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Librorum, Capitum, & Paragraphorum, quæ in hac prima parte continentur.

LIBER I.

De Veteri Monachatu ab Orbe condito ad natum Dominum.

CAP. I. QVANTAM Nouum cum Veteri Teſtamẽto concordiam quod ſpectat ad Monaſticem habeat. Vbi mira Ioachimi Abbatis ſententia explicatur. pag. 1.

II. Quid de Monachatus antiquitate Patres ſcriptum reliquerint? p. 5.

III. Ad inſtar Protoplaſtorum in paradiſo degentium & Angelorum perpetuo Deum collaudantiũ Monachos mores ſuos conari componere. p. 9.

IV. Abelem iuſtum Monachorum prototypon extitiſſe. p. 13.

V. Sanctos Patriarchas Monaſticis præditos fuiſſe virtutibus; ſed omnibus ſimul, vt perfectum Monachum facerent, neminem. Vbi multa de eorum caſtitate. p. 14.

VI. Præclarum Cœnobiorum typum Arcam Noë extitiſſe. p. 19.

VII. Moyſes quo iure à Petro Damiani Monachorum parens adſtruatur? p. 21

VIII. Greges Prophetarum Samuele Doctore Cœnobitarum vitæ dediſſe exordium. p. 25.

IX. Eliam omnibus ornatum Monaſticis virtutibus Eremitam perfectum ſe præbuiſſe, & ideò Principem Monachorum. p. 32.

X. Eliſæum ex Eremita patrem egiſſe Monachorum. p. 38.

XI. Sub Eliſæo magiſtro Filios Prophetarum Cœnobia conſtruxiſſe, cum intra vrbes, tum in ſolitudine. Et quæ de eorum ſucceſſione memoria manſerit. p. 42.

XII. Rechabitarum Religioſorum exordium, mores, & durationis Inſtituti tempus p. 50.

XIII. Quinam fuerint Eſſeni veteres? Deq; eorum Religione ac moribus. p. 53.

Eſſenorũ Veterũ mores ex Ioſepho. p. 54.

Eſſenorũ Veterũ mores ex Philone. p. 57.

Eſſenorum Samaritanorum mores ex Epiphanio. p. 58.

XIV. De Phariſæis, Scribis, Nazaræis, & Nathinæis. p. 60.

Phariſæorum Inſtituta ex Ioſepho. ibid.

Phariſæorum mores ex Epiphanio. ibid.

Scribarum Inſtituta ex Epiphanio. ibid.

Quænã fuerit Nazaræorum Religio? p. 62

Quænã fuerint Nathinæorũ Inſtituta? 64.

XV. Fertur iudicium de toto Veteris Teſtamenti Monachatu. ibid.

LIB. II.

De Monachatu Apoſtolico à nato Domino ad S. Antonium.

CAP. I. IOannem Baptiſtam Monachatus iterati Principem, velut ſydus matutinum in Aurora legis gratiæ refulſiſſe. p. 68.

II. Chriſtum Dominum vnicum Monaſticæ perfectionis ac ſtatus extitiſſe Doctorem & Principem, à quo cæteri exempla vitæ doctrinamque hauſerint ſuis tradendam diſcipulis. p. 72.

III. Hieroſolymis ſub Apoſtolis cœpiſſe Cœnobitarum ſtatum, & vitam cõcors Sanctorũ Patrum ſententia fert. p. 76.

IV. Non vtcumque Monaſticæ vitæ exemplar, ſed nouum ac perfectum eius ſtatum votorũ emiſſione ſubnixum ſub Sanctis Apoſtolis vigere cœpiſſe p. 82

V. Monachos ab ipſa ſui inſtitutione ſolemnia emitiſſe vota autoritate Patrum defenditur p. 88.

VI. Ratione id ipſum conuincitur, & oſtẽditur Monachos ſemper fuiſſe incapaces ineundi nuptias, & dominij omnis expertes. p. 96.

VII. Appendix de ſolemni Voto virginitatis ſanctæ Deiparæ p. 105.

VIII. Trium

Digitized by Google

VIII. Trium ſimul vulgatorum votorum emiſſionem nunquam non fuiſſe ad verum Monachatum neceſſariam, ac cætera quæ addi ſolent extra eſſentiam huius prorſus eſſe. pag. 111.
IX. Quæ ſolemnitas adhiberi ſolita ſub Apoſtolis fuit in profeſſione Monachorum; vbi de ipſa profitendi formula pag. 116.
X. De Tonſura & Veſtibus eorumdem priſcorum Monachorum ſub Apoſtolis victitantium. p. 123.
XI. De numero, forma, qualitate, colore, & myſterio veſtium Monachorum primitiuæ Eccleſiæ. pag. 129.
§. 1. Quot numero fuerint. ibid.
§. 2. Prædictorum veſtium quæ fuerit forma. p. 132.
§. 3. De veſtium Monaſticarum qualitate, ac materia. p. 140.
§. 4. De veſtium Monachalium colore apud Veteres p. 145.
§. 5. Myſteria Monaſticarum veſtium priſcorum Monachorũ aperiuntur p. 153.
XII. Vetuſtiſſimorum Therapeutarum ſeu Monachorum Inſtituta, & mores ex Philone p. 158.
Notæ in inſtituta Therapeutarum p. 161.
XIII. Nunquam interrupta Monachorum ſeries ab Apoſtolis ad S. Antonium oſtenditur. p. 179.
Primo Eccleſiæ ſæculo ab An. C. 34. vſque ad 100. p. 181.
Secundo Eccleſiæ ſæculo ab An. C. 100. ad 200. ibid.
Tertio Eccleſiæ ſæculo ab An. C. 200. vſque ad 300. ibid.
XIV. Priſcorum Monachorum ſecundi & tertij ſæculi mores vſque ad S. Antonium. p. 186.

LIB. III.

De Monachatu Ægypti vniuerſa.

CAP. I. Quatuor præcipuè in Ægypto extitiſſe Monachorum paleſtras, ita diuerſas, vt niſi vocis tunc obſiſteret inſolentia, quatuor *Ordines* dici poſſent. p. 193.
II. De Arſinoitis S. Antonij diſcipulis p. 194
§. 1. S. Antonij inſtituta moralia quibus Monachos ad virtutem formabat ibid.
§. 2. S. Antonij inſtituta militaria aduerſus varias verſutias dæmonum p. 197.
S. Antonij ad Monachos ſermo. ibid.
§. 3. S. Antonij Abbatis Epiſtolæ. p. 201.
Paraphraſis in Epiſtolas. p. 201.
III. Quouſque Antonij inſtitutio ſe extenderit? p. 214.
§. 1. Cui Macharius & Poſthumius Regulas ſcripſerint? ibid.
§. 2. De Regula S. Macharij Abbatis. 218
In nomine Domini: Incipit Regula S. Macharij, qui habuit ſub Ordine ſuo 5000. Monachorum. ibid.
§. 3. De B. Poſthumij Regula, qui Sancto Machario in regimine Antonianæ paleſtræ ſucceſſit. pag. 220.
Regulæ S. Poſthumij patris 5000. Monachorum. pag. 221.
§. 4 Quibuſnam Macharius à Machario, & Poſthumius à Poſthumio diſcerni valeant; pag. 224.
IV. De Nitriotarum inſtitutis, autore S. Ammone, Doctore Magno Athanaſio. pag. 226.
§. 1. Eorum exordium. ibid.
§. 2. Nitriotarum inſtituta ex D. Hieronymo, Rufino & Palladio. p. 227.
§. 3. Magnum Athanaſium Præceptorem fuiſſe Monachorum. Et quas Regulas viris & fœminis dederit. p. 230.
S. Athanaſij ad Amonem Nitriotarum principem Epiſtola. p. 231.
Regula Monachorum authore S. Athanaſio Epiſcopo Alexandrino. p. 232.
Eiuſdem S. Athanaſij Regula Monacharum ibid.
V. Scithiotarum mores & Inſtituta. p. 239.
§. 1. De origine Scithiotarum, & à quibus ſcripti eorum mores. ibid.
§. 2. Ipſa Scithiotarum Inſtituta & mores. p. 245.
Sermo S. Arſenij ad Fratres in Capitulo congregatos. pag. 246.
§. 3. Quando & quare Scithiotarum Congregatio deſtructa fuit. p. 256.
§. 4. De Scithis reſtauratione, déque eius iterata euerſione. p. 262.
VI De Tabenneſiotis Monachis, qui magno Abbate Pachomio autore coaluerunt. p. 265.
§. 1. De eorum exordio, Regularum diſtinctione & autoribus. ibid.
Regula Angelica Pachomio celitùs miſſa p. 266.
§. 2. Incipit Præfatio B Hieronymi de Regula S Pachomij hominis Dei p. 269.
Regula S. Pachomij in quatuor partes diſtributa. p. 271.
De quatuor partitionibus eius autoris iudicium. p. 287.
Epiſtola D. Pachomij ad Syrum Patrem Monaſterij Cenum. p. 270
§. 3. Pachomiani Inſtituti ratio ampliùs aperitur: de eiuſque ſucceſſione, ampliatione & duratione. Vbi de Thebaydæ Monachatu. p. 291.

INDICV.

Digitized by Google

INDICVLVS
Doctorum & Palæſtrarum priſci Monachatus.

LIB. I.

Doctores & Palæſtræ figurati Monachatus.

LINEÆ *Patrum & ſucceſſio quibus veri Monachatus tempora & ſchola præfigurantur.* cap. 1. pag. 2. 3. & 4.
Patrum ſententia de antiquitate figurati Monachatus. c. 2. p. 5
Protoplaſti. c. 3. p. 9.
Abel iuſtus. c. 4. ibid.
Patriarchæ Veteres vſque ad Noë. c. 5. p. 14.
Noë. c. 5. à n. 10. p. 17.
Noë & arca. c. 6. p. 19.
Moyſes c. 7. p. 21.
Greges Prophetarum ſub Samuële Doctore. c. 8. p. 25.
Elias. c. 9. p. 32.
Eliſæus. c. 10. p. 38.
Filij Prophetarum ſub Eliſæo Doctore. c. 11. pag. 42.
Rechabitæ ſub Ionadab eorum magiſtro. c. 12. pag. 50.
Eſſenorum religio. c. 13. p. 53.
Doſithei. c. 13. à n. 16. p. 58.
Phanſæi. c. 14. à n. 1. p. 60.
Scribæ. c. 14. à n. 6. p. 61.
Nazaræi. c. 14. à n. 9. p. 62.
Nathinæi. c. 14. à n. 15, p. 64.
Iudicium autoris de toto figurato Monachatu. c. 15. ibid.

LIB. II.

Doctores & Palæſtræ veri Monachatus, Naſcentis Eccleſiæ.

IOannes *Baptiſta veri Monachatus Lucifer, & Præcurſor.* c. 1. p. 68.
Chriſtus Dominus Monachorum magiſter & exemplar. c. 2. p. 72.
Sententiæ Patrum de inceptione veri Monachatus. c. 3. p. 76.
Trium Votorum emiſſio. c. 4 p. 82.
Solemnium Votorum initium. cap. 5. p. 88. 7. p. 105. & 8 p. 111.
Votum virginitatis Deiparæ. c. 7. p. 105.
Profeſſionis Monaſticæ ſolemnitas ſub Apoſtolis. c. 9. p. 116.
Tonſura & veſtes eiuſdem æui. c. 10. p. 123.
Veſtium eiuſdem temporis, numerus, forma, qualitas, materia, color, & myſterij. c. 11. pag. 129.
Therapeutarum ſchola. c. 12. p. 158.
Trium priorum ſæculorum Monaſtices. c. 13. p. 179. & 14. 186.

LIB. III.

Doctores & Palæſtræ Ægyptij Monachatus.

QVatuor *Palæſtræ in Ægypto.* cap. 1. pag. 193.
Arſinoitæ ſub diſciplina SS. PP. { *Antonij.* c. 2. p. 194. *Macarij.* c. 2. §. 2. p. 197. *Poſthumij.* c. 2. §. 3. p. 201.
Nitriotæ ſub SS. PP. { *Amone.* c. 4. §. 1. p. 226. *Athanaſio.* c. 4. §. 3. p. 230.
Scithiotæ ſub diuerſorum PP. Magiſterio. c. 5. pag. 239.
Tabennaſiotæ ſub magno Pachomio & aliis. c. 6. p. 265.

DE

Digitized by Google

DE VETERI MONACHATV ET REGVLIS MONASTICIS.

TOMVS PRIOR.

DE MONACHATV ORIENTALI.

LIBER PRIMVS.

De veteri Monachatu ab orbe condito, ad natum Dominum.

CAPVT PRIMVM.

Quantam Nouum cum Veteri Teſtamento concordiam, quod ſpectat ad Monaſticem, habeat?

VBI

Mira Ioachimi Abbatis ſententia explanatur.

1. MONASTICEM viuis coloribus deſcripturo primas Lineas ducere in ipſo picturæ veſtibulo neceſſum eſt, vt paulatim ex vmbra ad extrema lineamẽta veniendi aditus pateſiat: *tunica* namque (quod aiunt) *à Limbo abſoluenda eſt.* Cauendum vero ne quis nobis improperet, quod Hermogeni olim Tertullianus, à lineis excidiſſe, ſi nimirum extra cancellos egredi contingat; & nihilominus curandum ſummoperè, vt nulla figuræ quam intendimus, formandæ neceſſaria nobis excidat linea; & cum coloribus obduci poſſit, ne lineam ducamus albam; quam Gellius l. 20. cap. vlt. reprehendit in Scriptoribus, tranſlata à tabulis monochromatis metaphora vbi nulla pigmentorum varietas oculos ſatiare valet.

Sanè de Patribus ſub Veteris vmbra Teſtamenti degentibus 1. Corinth. 10. *Omnia illis in figura contigiſſe*; quod ſigna alia in re, in ea quoque de qua nunc agimus vetum habet. Quis enim tanti ponderis negotium, quale in Eccleſiâ Monaſtica vita eſt, abſque vmbra aliqua præcedente, credat inductum? Quis præſtantiſſimæ pulchritudinis effigiem, nullis primum diductis lineis, de repente perfectam, & perpolitam? Inde eſt quod communi Patrum calculo ad Eliam, & Eliſæum inſignes Veteris Paginæ vates, & Propheticarum turmarum doctores, vitæ huius origo reducitur, quorum mox verba producemus. Primas proinde eius lineas imaginis antiquos ieciſſe Prophetas certum eſto, ſecundas, eaſque perfectiſſimas Apoſtolos, à quibus in Catholica Eccleſia Monachorum ordo vitam, & ſtatum acceperit; à Benedicto extrema lineamenta; vt quidquid deinceps ei perfectionis additum ſit, ab eius diſciplina manauerit. Vel ſi mauis, ætates Monaſticæ vitæ recenſere, infantiæ ſuæ ſub Veteris Teſtamenti vmbris primos emiſiſſe flores, ac ſub Diſcipulorum Domini adoleuiſſe doctrina: robur verò & virilitatis ſtatum ab Antonio, Pachomio, Baſilio, ſed præcipuè à Benedicto ſuſcepiſſe profitemur.

2. Monachatus primæ Lineæ.

Status. Perfectio.

Habeo eius rei grauiſſimum B. Ioachimi Abbatis teſtimonium, ex concordia Veteris ac Noui Teſtamenti, iuſſu trium ſummorum Eccleſiæ Antiſtitum Lucij, Vrbani, ac Clementis eorum nominum III. ab eo exarata petitum, è cœleſtis ſapientiæ arcanis, diuino deprompta munere, vti ipſe iiſdem Romanis Pontificibus humili ingenuitate faſſus eſt, & operis oſtendere maieſtas videtur. Scopus fuit, mirabili, ſed facili calculatione demonſtrare

3. Ioachimi Abbatis ſententia.

Digitized by Google

monſtrare duo Teſtamenta, duobus illis Cherubim hinc inde arcam Domini mutuis aſpectibus circunſtantibus adumbrata non ſolum myſteriorum euentibus ſibi inuicem correſpondere; ſed tempora pariter, & ætates, quibus acciderunt, ætatibus, & temporibus, quibus adumbrata fuerant, parilitate numeri ſeruaſſe concordiam:atque ea ſupputandi, conferendique noua veteribus, ratione habita, qua ætate Veteris Teſtamenti Monaſtica, Cœnobialiſque vita ſub. S. Eliſæo ſumpſit exordium, eâdem Noui ſub S. Benedicti Magiſterio extremam accepiſſe manum. Mira res! ſed habet aſſertio veritatem. Enimverò floruiſſe ſub Aſa Rege pronepote Salomonis Eliſæum habemus ex 3. Reg. cap. 15. & 19. Aſa verò in linea Iudicum populi, quæ à Moyſe Legiſlatore ſumit exordium, ſitus eſt ſub generatione 21. Ab Eliſæo turſus, ſeu Aſa, ad Achim in linea, quæ abeo ducit ad Chriſtum interceſſere itidem generationes 21. quo tempore ſynagogæ religio vehementer floruit, exortis in Iudæa Phariſæorum, Scribarum, & aliorum ſectis, tunc temporis iuſti, ac recti amantiſſimis, vt cap. 15. huius libri dicemus; quamquam ſucceſſu temporis, cuncta edaci dente corrodentis, vehementer ab inſtituto deſciuerint.

Deinde ab Achim enumeratis 21. generationibus, ad S. P. Benedictum iuſta temporis menſura peruenimus; ab eoque poſt alias 21. generationes vehementius Ordinem eius refloruiſſe liquidum erit, Cluniacenſibus, Ciſtercienſibus, Valumbroſanis, cæteriſque eius diſciplinæ addictis Congregationibus, ad multam Eccleſiæ gloriam, & pulchritudinem ſponſæ augendam Diuino munere exortis.

4. Concordia veteris & noui Monachatus, & Clericatus.

Quo videas mira Dei prouidentia, *quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*, effectum; Vt duo illa Cherubim (quod ad myſteria Monaſticæ inſtitutionis ſpectat) non ſolum ſibi mutuo re ipſa correſponderint, vt quæ ab altero ſub Veteris vmbra Teſtamenti ab Eliſæo exordium, à ſectis Phariſæorum, & Scribarum (vt interim de cæteris taceam) incrementum tum ſumere videbatur; eadem ab altero ſub ſpectatiſſimEuangelij ſplendoribus à Benedicto ſtatũ Cluniacenſibus, cœteriſque Benedictinis Congregationibus amplitudinem accipere expectaretur: verum id ſtatis temporibus, parilique generationum tranſacto numero, pulcherrimo ſanè prouidentiæ genere accidiſſe. Nec id ſolum obſeruauit Ioachimus, ſpiritus illos Cherubinos mutuis ſuis aſpectibus contuitos, ſed (quod ad Clericorum Ordinem attinet) quatuor pariter, alterius & vigeſimæ generationis decurſus myſticè profectò elapſos ab Adam, ſeu ab Abele primo Sacerdote, ad S. Papam Gregorium, Benedicti noſtri diſcipulum, ſub quo, qua nunc viget gloria; & maieſtas Clericalis Ordinis, præcipuum incrementum accepit: nimirum ab Adam vſque ad Iacob, à quo electus Dei populus exordium cepit, duodecim tribuum interuentu, decurſæ ſunt generationes 21. A Iacob vſque ad Oziam Regem, ſub quo Iſaïas floruit, itidem generationes 21. Iſaïas autem Clericorum Princeps, Ioachimo teſte, eſt habitus. Ab Ozia vſque ad Chriſtum Dominum, eiuſque Apoſtolos generationes 21. Et ab eodem Domino IESV ad eius vicarium Gregorium generationes, nec plus, nec minus 21. Quæ vt manifeſta fiant, lineas perſonarum in eis generationibus contentarum, à Ioachimo ex Sacris paginis compilatas, ob oculos conſtituamus, vtcumque à nobis pro maiori rei euidentia, ex eius nihilominus doctrinâ, elucidatas.

Ab *Adam* primogenitus eſt *Seth*, à quo cæteri. 5.

Prima Generatio.	*Seth.*	Gen. 5.
2. Gener.	*Enos.*	
3. Gener.	*Cainan.*	
4. Gener.	*Malaleel.*	
5. Gener.	*Iared.*	
6. Gener.	*Henoch.*	
7. Gener.	*Matuſalem.*	
8. Gener.	*Lamed.*	
9. Gener.	*Noë.*	Gen. 11.
10. Gener.	*Sem.*	
11. Gener.	*Arphaxad.*	
12. Gener.	*Sale.*	
13. Gener.	*Heber.*	
14. Gener.	*Phaleg.*	
15. Gener.	*Ragau* aliàs *Reu.*	
16. Gener.	*Sarugh.*	
17. Gener.	*Nachor.*	
18. Gener.	*Thare.*	
19. Gener.	*Abraham.*	
20. Gener.	*Iſaac.*	
21. Gener.	*Iacob.*	

En ab Adam ad Iacob 21. Generationes. Nunc bifariàm fieri poterit perſonarum ſupputatio vſque ad Dauid; nimirum, aut generationum ipſarum ſeriem proſequendo à Iacob & deinceps ad Dauid, aut à Moyſe per Iudices populi ad primum Regum iuſtum Dauid; vtrâque enim viâ myſteria futurorum panduntur, & inter vetus ac nouum Teſtamentum correſpondentia illorum deſiderari poteſt, nec ab re, cum ætates veteris Eccleſiæ, & res ſub eis notatu digniſſimas percurrentes, per Iudices, ac Reges populi Dei, qui rerum hiſtoricarum veluti certi gradus haberi ſolent, non minus quàm per patres filios generantes ſupputare poſſimus; & aliter à Moyſe, aliter verò à Iacobo idem populus exordium ſumpſerit: ab hoc nimirum per carnalem generationem, ab illo per legis diuinæ traditionem. 6. Duplex ſupputatio perſonarum.

Linea Patrum.

Poſt *Iacob*, primò genitus eſt ab eo. 7.

Prima Generatio.	*Iudas.*
2. Generatio.	*Phares.*
3. Gener.	*Eſron.*
4. Gener.	*Aram.*
5. Gener.	*Aminadab.*
6. Gener.	*Naaſon.*
7. Gener.	*Salmon.*
8. Gener.	*Booz.*
9. Gener.	*Obeth.*
10. Gener.	*Ieſſe.*
11. Gener.	*Dauid.*
12. Gener.	*Salomon.*
13. Gener.	*Roboam.*
14. Gener.	*Abias.*
15. Gener.	*Aſa.* ſub quo *Eliſæus.*
16. Gener.	*Ioſaphat.*
17. Gener.	*Ioram.*
18. Gener.	*Ochozias.*
19. Gener.	*Ioas.*
20. Gener.	*Amaſias.*
21. Gener.	*Ozias.* ſub quo *Iſaias.*

Linea

Digitized by Google

Lineæ Patrum continuatio.

8.	Prima Gener.	*Ioathan.*	
	2. Gener.	*Achaz.*	
Duplex ſupputatio perſonarum.	3. Gener.	*Ezechias.*	
	4. Gener.	*Manaſſes.*	
	5. Gener.	*Amon.*	
	6. Gener.	*Ioſias.*	
	7. Gener.	*Ioachim.*	
	8. Gener.	*Iechonias.*	
	9. Gener.	*Salathiel.*	
	10. Gener.	*Zorobabel.*	
	11. Gener.	*Abiud.*	
	12. Gener.	*Eliachim.*	
	13. Gener.	*Azor.*	
	14. Gener.	*Sadoch.*	
	15. Gener.	*Achim,*	Sub quo floruit Sinagoga nouis exortis ſectis.
	16. Gener.	*Elind.*	
	17. Gener.	*Eleazar.*	
	18. Gener.	*Mathan.*	
	19. Gener.	*Iacob.*	
	20. Gener.	*Ioſeph*, vir MARIÆ, de qua natus [eſt.]	
	21. Gener.	*CHRISTVS* Dominus.	

Lineæ Patrum continuatio.

			Anni Domini.	
9.	Prima Generatio ſecundum ſpiritum	à Chriſto Domino.	30	*Hic ab Apoſtolis Monachorum vita inſtituta.*
	2. Gener.	à Chr. Dño.	60	
	3. Gener.	à Chr. D.	90	
	4. Gener.	à Chr. D.	120	
	5. Gener.	à Chr. D.	150	
	6. Gener.	à Chr. D.	180	
	7. Gener.	à Chr. D.	210	
	8. Gener.	à Chr. D.	240	
	9. Gener.	à Chr. D.	270	*Paulus primus Eremita.*
	10. Gener.	à Chr. D.	300	
	11. Gener.	à Chr. D.	330	*Hic ab Antonio, Monachi inſtituti.*
	12. Gener.	à Chr. D.	360	
	13. Gener.	à Chr. D.	390	
	14. Gener.	à Chr. D.	420	
	15. Gener.	à Chr. D.	450	
	16. Gener.	à Chr. D.	480	
	17. Gener.	à Chr. D.	510	
	18. Gener.	à Chr. D.	540	
	19. Gener.	à Chr. D.	570	
	20. Gener.	à Chr. D.	600	
	21. Gener.	à Chr. D.	630	*Sub hac S. Gregorius Papa floruit.*

Lineæ Patrum continuatio.

10.	22. Gener.	à Chr. Dño.	660	
	23. Gener.	à Chr. D.	690	
	24. Gener.	à Chr. D.	720	
	25. Gener.	à Chr D.	750	
	26. Gener.	à Chr. D.	780	
	27. Gener.	à Chr. D.	810	
	28. Gener.	à Chr. D.	840	*Hic Canonicis regula in Concilio Aquiſgranenſi ex S. Auguſtini ſcriptis data eſt.*
	29. Gener.	à Chr. D.	870	
	30. Gener.	à Chr. D.	900	
	31. Gener.	à Chr. D.	930	
	32. Gener.	à Chr. D.	960	
	33. Gener.	à Chr. D.	990	
	34. Gener.	à Chr. D.	1020	
	35. Gener.	à Chr D.	1050	
	36. Gener.	à Chr. D.	1080	
	37. Gener.	à Chr. D.	1110	
	38. Gener.	à Chr. D.	1140	
	39. Gener.	à Chr. D.	1170	
	40. Gener.	à Chr. D.	1200	
	41. Gener.	à Chr. D.	1230	*Hic orti Mendicantes.*
	42. Gener.	à Chr. D.	1260	

Linea Iudicum.

11\. Poſt *Moyſem*, primus Iudex creatus eſt.

1. *Ioſue.*
2. *Othoniel.*
3. *Aoſt*, & ei cœuus *Samgar.* * — *Samgar non fuit Iudex.*
4. *Debora*, cum *Balaac.*
5. *Gedeon.*
6. *Abimelech.*
7. *Thola.*
8. *Iair.*
9. *Iepte.*
10. *Abeſſa.*
11. *Abilon.*
12. *Abdon.*
13. *Sanſon.*
14. *Hely.*
15. *Samuel*, ſub quo cuneus Prophetarum.
16. *Saul.*
17. *Dauid.*
18. *Salomon.*
19. *Roboam.*
20. *Abias.*
21. *Aſa*, ſub quo *Eliſæus.*

** NOTA.*

Quod Samgar contemporaneus fuerit Aod, & idcirco non debeat alterum gradum ab eo in linea Iudicum conſtituere, probat Ioachimus ex illo cap. 4. Iudic. *Addideruntque filij Iſraël facere malum in conſpectu Domini poſt mortem Aod, & tradidit illos Dominus in manus Sabim Regis Chanaam,* à qua ſanè ſeruitute Debora eos dicitur liberaſſe. Cum tamen ſi poſt Aod iudicaſſet populum Samgar, dici oporteret, *poſt mortem Samgar*, non *poſt mortem Aod*: Quare quod ſuperius dixerat facer ſcriptor cap. 3. *Poſt hunc fuit Samgar, & ipſe quoque defendit Iſraël*, non ad dignitatis ſucceſſionem, ſed ad fortitudinis gloriam referendum eſt: quaſi ſecundus fuerit ab Aod, qui præcipuus erat Iudex, & Dux populi. Porrò Barac ſimul cum Debora iudicaſſe, liquidum eſt ex cap. 4. & 5. Iudic. Vnde non duas ſed vnam ætatem Iudicum ambo conſtituere debent.

Lineæ Iudicum continuatio.

12\.
1. *Ioſaphat.*
2. *Ioram.*
3. *Ochozias.*

Digitized by Google

4. *Ioas.*
5. *Amaſias.*
6. *Ozias.*
7. *Ioathan.*
8. *Achaz.*
9. *Ezechias.*
10. *Manaſſes.*
11. *Amon.*
12. *Ioſias.*
13. *Ioachim.*
14. *Iechonias.*
15. *Salathiel.*
16. *Zorobabel.*
17. *Abiud.*
18. *Eliachim.*
19. *Azor.*
20. *Sadoch.*
21. *Achim*, ſub quo Scribæ, & Phariſei.

Lineæ Iudicum continuatio.

13. 1. *Eliud.*
2. *Eleazar.*
3. *Mathan.*
4. *Iacob.*
5. *Ioſeph* vir *MARIÆ*, dequa.
6. *CHRISTVS Dominus.*

				Anni Domini.
7.	Prima generatio ſecundum ſpiritum à Chriſto Dño.			30
8.	II.	Gen.	à Chr. D.	60
9.	III.	Gen.	à Chr. D.	90
10.	IV.	Gen.	à Chr. D.	120
11.	V.	Gen.	à Chr. D.	150
12.	VI.	Gen.	à Chr. D.	180
13.	VII.	Gen.	à Chr. D.	210
14.	VIII.	Gen.	à Chr. D.	240
15.	IX.	Gen.	à Chr. D.	270
16.	X.	Gen.	à Chr. D.	300
17.	XI.	Gen.	à Chr. D.	330
18.	XII.	Gen.	à Chr. D.	360
19.	XIII.	Gen.	à Chr. D.	390
20.	XIV.	Gen.	à Chr. D.	420
21.	XV.	Gen.	à Chr. D.	450*

* *Poſt hanc S.P. Benedictus ortus eſt, in ſequenti.*

Lineæ Iudicum continuatio

14.

1.	XVI.	Gener.	à Chr. D.	480
2.	XVII.	Gener.	à Chr. D.	510
3.	XVIII.	Gener.	à Chr. D.	540
4.	XIX.	Gener.	à Chr. D.	570
5.	XX.	Gener.	à Chr. D.	600
6.	XXI.	Gener.	à Chr. D.	630
7.	XXII.	Gener.	à Chr. D.	660
8.	XXIII.	Gener.	à Chr. D.	690
9.	XXIV.	Gener.	à Chr. D.	720
10.	XXV.	Gener.	à Chr. D.	750
11.	XXVI.	Gener.	à Chr. D.	780
12.	XXVII.	Gener.	a Chr. D.	810
13.	XXVIII.	Gener.	à Chr. D.	840
14.	XXIX.	Gener.	à Chr. D.	870
15.	XXX.	Gener.	à Chr. D.	900
16.	XXXI.	Gener.	à Chr. D.	930
17.	XXXII.	Gener.	à Chr. D.	960
18.	XXXIII.	Gener.	à Chr. D.	990
19.	XXXIV.	Gener.	à Chr. D.	1020
20.	XXXV.	Gener.	à Chr. D.	1050
21.	XXXVI.	Gener.	à Chr. D.	1080 *

* *Poſt hanc orti ſunt Ciſtercienſes.*

Lineæ Iudicum continuatio.

				Anni Domini.
1.	XXXVII.	Gener.	à Chr. D.	1110
2.	XXXVIII.	Gener.	à Chr. D.	1140
3.	XXXIX.	Gener.	à Chr. D.	1170
4.	XL.	Gener.	à Chr. D.	1200
5.	XLI.	Gener.	à Chr. D.	1230 *
6.	XLII.	Gener.	à Chr. D.	1260

15.

* *Hic orti Ordines Mendicantium.*

Vnam quamlibet ſub Euangelio ætatum, ſeu generationum pari annorum numero conſtituendam eſſe, ex eo docet Ioachimus, quod *primus homo de terra terrenus, ſecundus verò de cælo cæleſtis*, Apoſtolo teſte ſit: hinc generationes. Veteris paginæ, quæ ad terrenum ſpectat, penes perſonas ipſas generantes conſtituentur, & conſequenter diſparibus annis conſarcientur: Euangelica verò quæ hominibus generantur carent, omnes Chriſto Domino adſcribendæ ſunt, ipſequè exemplar omnium debe eſſe. *At quoniam triginta annorum erat Dominus* (vt Abbatis ipſius verbis vtar lib. 2. Concord. tract. 1. cap. 16.) *Quando capit habere filios ſpirituales; quod etiam præfiguratum fuerat in vnctione Dauid, & inchoatione prophetiæ Ezechielis Prophetæ, & electione Ioſeph in Principem Ægypti; rectè ſpatium generationis in nouo teſtamento triginta annorum numero terminatur: nimirum quia perfectio ipſius numeri ad fidem pertinet Trinitatis.* Et ruſſus. *Et quoniam nec facilè, nec decens fuiſſet inueniri in filiis Eccleſiæ veram generationum ſucceſſionem; ſatis eſſe debuit, quod tam lucidè præceſſit in ipſo Chriſto. Quare in Teſtamento nouo non ſecundum carnem accipienda eſt generatio, ſed ſecundum ſpiritum. Quomodo ſecundum ſpiritum? Audi ipſum Dominum in Euangelio: quod natum eſt ex carne caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt.* Sed verò *ſpiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus.* Ac tandem: *Igitur generationes Eccleſiæ ſub ſpatio 30. annorum ſingulæ ſub ſingulis tricennariis accipiendæ ſunt: ita vt ſicut Matthæus comprehendit tempus primi ſtatus ſub ſpatio generationum 42.* (id eſt his 21.) *ita tempus ſecundi ſuper eodem generationum numero terminari non ſit dubium: maximè cum hoc oſtendatur ſignificatum in numero dierum, quo manſit abſconditus Elias à facie Achab, & quo mulier amicta ſole, quæ deſignat Eccleſiam, manſit abſcondita in ſolitudine a facie ſerpentis: accepto haud dubium die pro anno, & mille ducentis ſexaginta diebus pro totidem annis.* Nam 42. generationes Chriſtianæ, ex 30. annis coaleſcentes aſcendunt ad 1260. & tres anni cum dimidio, quos latens Elias egit cum non pluit ſuper terram, ex 42. menſibus conficiuntur. Vnde vtroque teſtimonio 42. numeri myſterium commendatur.

16. Concordia generationum cum Euangelio.

1. Reg. 5. Ezech. 1. Geneſ. 41.

Ioan. 3.

3. Reg. 17. Apoc. 12.

Quod ſi quis ſcire velit cur potiùs in hoc numero 42. generationum ſpectari debeat myſterium, cùm inter ſe conferuntur, quàm in quouis alio, ſciat id iam ante Ioachimum ab Euangeliſta Matthæo obſeruatum, qui tribus 14. ex quibus 42. conficiuntur, terminauit tempus ab Abraham ad Chriſtum Dominum: imò vt hoc fieret, non renuit tres interdum generationes ſilentio obuoluere, vt Hieronymus conceptis docuit verbis; ne quis ſuperſtitioſo ſcrupulo in vna aliquando generatione hæſitet, dummodo in proxima ſuperiori, aut inferiori myſterium inueniat: quòd ipſe Ioachimus notatum reliquit cap. 11. illius tract. 1.

17. Numeri 42. myſteria quã tum ad tempora Monachatus.

Deinde reſpondemus eum numerum eſſe præſignatum in 42. menſibus quibus Elias latuit à facie Achab; & annis 1260. quibus mulier amicta ſole egit in ſolitudine; qui 42. generationes annorum 30. conficiunt: eo præſertim, quòd mulier latens in ſolitudine figura ſit Eccleſiæ, cuius in receſſu diuinæ ſapientiæ ſub 42. numero generationum magna latebant myſteria; & Elias totidem menſibus abſconditus myſteria Monaſticæ vitæ præfigurabat, quæ 42. generationum numero hinc inde latebant Et quia plerumque replicantur myſteria, ad medietatem eiuſdem numeri (id eſt ad 21.) coarctantur. Sic inter ſacrificium Iſaac, & Chriſti Domini 42. generationes intercedunt, & totidem inter Iacob cum Tribubus. 12. populo exordium præbentem, & Chriſtum Dominum cum 12 Apoſtolis Euangelicam Eccleſiam condentem: quæ nimirum generationes inter Abel, & Eliſæum; & inter Eliſæum, & Benedictum; & inter Benedictum, & ciſtercienſium exordium reperiuntur. Ita prorſus arcanis ſuæ prouidentiæ diſpoſuit Deus, vt vel inde diſcamus recentiora à veteribus præfigurata, ante binarium 21. generationum (ſeu 42.) & hæc ab illis dependere, atque vtraque ſimul ad perficiendam eandem picturam ſpectare.

18. *In his Benedicti tempora præfigurata eſſe.*

Videas ex ſimili aliarum generationum collatione noua, ac mirifica relucere myſteria. In linea Patrum Eliſæus ſub Aſa in 15. generatione floruit; in linea vero eadem poſt 42. generationes, nimirum in 15. Chriſti S. Benedictus niteſcit, vt quæcumque ſupputatio fiat, hunc ab illo præfiguratum fuiſſe credamus, & ea propter ad Benedictum ſpectaſſe ſupremam manum ponere, vltimoquè tandem perficere quod ab Eliſæo fuerat vtcumque inchoatum. Ad hæc in linea Patrum Aſa, & Eliſæus ſub generatione 15. fuere; & poſt 42. in 15 Euangelij S. Benedictus floruit. Item quinta generatione ante Eliſæum prima mentio conuentus, ſeu cunæi Prophetarum ſub Saüle fit: & quinta generatione ante Benedictum cæpit S. Antonius Monaſteria in Ægypto extruere. Deinde 15. generatio lineæ Iudicum vbi Samuel floruit, correſpondet 15. generationi, lineæ Patrum, vbi Eliſæus ſub Aſa enituit: vtrobique Monachorum Vmbræ. Simile quid ab Eliſæo aſcendendo ad Adam 42. generationes per lineam Iudicum reperire licet. Quod ergo ab Eliſæo patratum eſt, ſub Adam cæptum fuiſſe credamus oportet: nimirum cæptum ab Abel, à quo prima Monaſticæ vitæ origo haud dubium exordium ſumpſit, vt mox aperiemus, Noë (vt hoc etiam dicam 9.) Nona ab Adamo generatione fulſit, cuius Arca myſtica quædam cænobiorum figuratio creditur: & nihilominus non à generatione Euangelica, & decimæ initio, habitare cæpit deſerta Paulus Eremicola, & illico Antonius cænobia erigere. Quod ſi templorum ſibi forma in Arca illa præſignata ſit, habes poſt 21. generationem Dauidem Templi fabricam meditantem, & mox Salomonem exequentem; & poſt alias 21. id eſt à Noë 42. Zerobabelem iterum Templi maieſtatem reparantem; & quod mirabile eſt, poſt alias 42 generationes, Vigeſima nona, aut trigeſima Euangelica, Canonici regulares refloreſcere cæperunt, dum ipſi agente Ludouico Pio Imperat. a Patribus Aquiſgrani Congregatis regula Auguſtiniana donati ſunt, vt ſuo loco liquidò commonſtrabimus. Quo etiam tempore ſub S. P. Benedicti regula degentes ad eius præſcriptum mores ſuos conformare iterato cæperunt. Demum ad annum Chriſti 1230. Ordines mendicantium diuino munere in Eccleſiam inducti ſunt. vt more Apoſtolico hinc inde diſcurſantes Euangelij fidelibus iuſſa refricarent: & tamen ſurſum ad 42. generationem eoſdem reperies Apoſtolos Chriſti receptores diſciplinæ intentiſſime attentos, & paulo poſt mundum ea illuminantes. Longum eſſet myſteria quæ in hoc concordiæ ſtudio, teſtamentorumque collatione à mirabili viro Ioachim. Primum iuuenta reperiri liceat, ad vnum omnia recenſere. Sat eſto ea quæ noſtro conueniunt inſtituto vtcumque tetigiſſe, vt eam plurimi habendum credas, dum nos, quæ noſtra ſunt, ſpeciatim perluſtramus.

GAPVT II.

Quid de Monachorum antiquitate Patres ſcriptum reliquerint?

QVo igitur referimus Monachorum originem? nam qui ſupra ætatem aliæ rem dedu xerit, non facilè inuenitur. Placet in hoc in limine diſquirere, vt cætera in offenſo pede curramus. Quæſtionem eſſe veterrimam, quam plerique tractauerint, ſedauerit nemo, ex D Hieronymi teſtimonio deducimus. Is vero in vita Pauli Eremitæ, *inter multos* inquit, *ſape dubitatum eſt à quo potiſſimum Monachorum eremo, habitari capta ſit*: Opinio quę tunc temporis apud omne vulgus inuoluerat aſſerebat: *Antonium huius propoſiti fuiſſe caput.* Sed Antonij diſcipuli Amathas, & Macharius, quorum ſuperior, magiſtri corpus ſepeleuit affirmabant: *Paulum quendam Thebæum, principem iſtius rei fuiſſ.*, vt pote qui ſub Decio, & Valeriano Auguſtis perſecutionē in Eccleſiam minitantibus, & mouentibus ad A. C. 253. eam declinans eremum Vaſtiſſimam penetrauerit, anno ætatis 23. & per totos 90. eam incoluerit vſque ad ann. Chriſti 343. quo feliciter diſceſſit è vita; vt luculenter probat Baronius ad ann. C. 253. Atqui Antonius nec dum in hanc lucem emerſerat anno illo 253 ſeceſſu Pauli illuſtri; cum ſequenti, Euſebio, & dextro in Chron. teſtibus 254. natus ſit. Quare in eam quoque ſententiam inclinat Hieronymus, ita tamen & non ſuo nomini adſcribatur, ſed aliorum opinioni, quod mihi ſonant illa eius verba, *Quod non tam nomine, quam opinione, nos quoque comprobamus.* Nec mirum cum ab aliis Eliæ, & Ioanni Baptiſtæ originem Eremitarum deberi, affirmarum ſciret. *Quidam enim altius repetentes, à B. Elia, & Ioanne ſumpſere principium.* Quid autem ea de re ſentiat, ſubdit inquiens. *Quorum & Elias plus nobis videtur fuiſſe quam Monachus; & Ioannes ante propheſare cæpiſſe, quam natus eſt.* Vbi non negat Eremitarum eos amplexos inſtitutum, ſed fuiſſe dumtaxat Monachos; erant namque ſimul, & præcipuo munere, Prophetæ: imò id ſepe idem Hieronymus faſſus reperitur. Quæris vbi? Primum in epiſt. ad Euſtochium 22. de cuſtodia Virginitatis. *Huius vitæ*, inquit, *autor Paulus, illuſtrator Antonius, & vt ad ſuperiora conſcendam, Princeps Ioannes Baptiſta fuit. Talem verò virum Ieremias quoque Propheta deſcribit Trenor. 3. dicens: Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius, & tacebit, quoniam ſubſtulit ſe ſuper ſeipſum.* Quibus ſane non tam de futuris prophetaſſe, quam rei ſui temporis deſcripſiſſe vi-

1. D. Hieron. & communis Doctorum SS Clementia.

Digitized by Google

detur. Idem Epiſt.13.ad Paulinum. *Nos autem habemus propoſiti noſtri principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macharios: & vt ad ſcripturarum autoritatem redeam, noſter princeps Elias, noſter Eliſæus, noſtri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis* Denique Epiſt.4. ad Ruſticum Monachum: *Et Ioannes Baptiſta,* (ait) *ſanctam matrem habuit, Pontificiſque filius erat: & tamen nec matris affectu, nec patris vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret caſtitatis. Viuebat in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere. Veſtis aſpera, zona pellicea, cibus locuſtæ, melquè ſilueſtre: omnia virtuti, & continentiæ præparata. Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri Teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas prope fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis, polenta, & herbis agreſtibus victitabant.* Et quibuſdam interpoſitis, ad Moyſi imitationem Ruſticum Monachum reuocat, inquiens: *Quid deſideramus vrbium frequentiam, qui de ſingularitate* (hoc eſt de Monachiſmo) *cenſemur? Moyſes, vt præeſſet populo Iudæorum, quadraginta annis eruditur in eremo; paſtor ouium, hominum factus eſt paſtor.* Et in Comment. ad 7. Mich. *Non quod ſolitaria vita, & prophetica, quam habuerunt Elias, & Ioannes condemnanda ſit.* Hæc perpetua ſanctorum Doctorum mens fuit quorum tibi indicem ſemel hoc loco texere operę pretium viſum eſt, ne eadem ſæpe refricare ſit neceſſum.

2. S. Baſilius. D. Baſilius Epiſt. ad Chilonem diſcipulum, Anachoretam ex Monacho; de ſolitudine agens, ait: *Hic mons celeber Carmelus, in quo Elias demoratus perplacuit Deo. Hic ſita eſt campeſtris planities, in quam ſeorſim à cæteris cum ſe Eſdras ſubmouiſſet, libros ſcripturæ diuinitus inſpiratæ omnes, ex Dei mandato, ad communem omnium vſum eructauit, & exprompſit. Hic ſita eremus eſt, in qua B. Ioannes eſitans locuſtas, formulam pœnitentiæ hominibus præſciundæ ſua prædicatione præſcripſit, & euulgauit. Hic Doctores & Prophetæ in ſolitudinibus errantes, & montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ. Hic Apoſtoli, & Euangeliſtæ* (de Pachmos loquitur) *ac Monachorum ab vrbium aditu longiſſimè diſparata conuerſatio.* Et in opere ſpeciali de laudibus eremi ait: *Porro tibi Moyſes debet bis acceptæ legis Decalogum. Per te Elias nouit Domini per tranſeuntis excurſum. Per te Eliſæus duplicem magiſtri ſortitus eſt ſpiritum. Te Ieremias aſpexerat cum dicebat bonum eſt viro,* &c. Idem in conſtitut. Monaſt. c.19. *de Canonicis,* ideſt, *Cœnobitis* ſic ait. *Hi liberatoris noſtri, eiuſque vita dum inter nos verſaretur, inſtitutorum, veri, perfectique imitatores exiſtunt. Quemadmodum enim ille coacto Diſcipulorum choro, communia cuncta, ſequè ipſum communem Apoſtolis præbuit, ita hi quoque Antiſtiti ſuo obtemperantes, genus viuendi Apoſtolorum, ac Domini imitantur.*

3. S Gregorius Nazianz. S. Gregorius Nazianz. Orat. 5. ſeu Apologia, poſtquam ex fuga rediiſſet, hæc habet. *Eliæ carmelum animo agitabam, & Ioannis deſertum* Porro Monachum fuiſſe Theologum nemini dubium, & tamen Eliam & Ioannem imitari geſtiebat: quod iterat Orat.25.

4. D. Ambroſ. D. Ambroſius, lib.10. Epiſt. 82. de Monachis Vercellenſibus agens, à S. Euſebio eruditis, eos ad exemplum veterum inducit, inquiens. *Hinc illi proceſſerunt viri, Elias, Eliſæus, Ioannes, & Eliſabeth, qui pelliceis tunicis induti, inopes, atque egentes, anguſtiis, & doloribus afflicti in ſolitudinibus errabant: inter alta, & condenſa montium, inuia rupium, ſpecularum horrida,* &c.

S. Athanaſius Epiſt. ad Dracontium Monachum, monens ne fugeret Epiſcopi onus ſubire: *Neque enim* (inquit) *Tu ſolus ex Monachis es conſtitutus, neque ſolus Monaſterio præfuiſti, neque ſolus à Monachis dilectus es. Noſti enim ſerapionem Monachum eſſe, & quot Monachorum fuerit præfectus.* Et poſt recenſitos Apollonium, Agathonem, Ariſtonem, Amonium, Muitem, Paulum, & alios à Monachatu ad Epiſcopatum traductos ſubdit. *Et tamen iſti Epiſcopi conſtituti non contradixerunt, ſed habentes pro exemplari Eliſæum, & conſcij quid Elias egerit, & erudití quid Diſcipuli Chriſti, Apoſtolique fecerint, ſuſciperunt hanc curam.* Et poſt pauca: *Quando Elias aſſumptus eſt niſi cum vniuerſam prophetiam ſuam adimpleſſet? quando in ſpiritu dupla obtinuit Eliſæus, niſi cum omnibus relictis* (quod Monachorum proprium eſt) *aſſectator factus eſt Eliæ?* De Elia itidem, & Eliſæo Eremiticam vitam agentibus, iterum loquitur lib de interpretatione Pſalmorum. *Elias item, & Eliſæus in monte Carmelo ſedentes, Dominum inuocent, & perpetuo dicant: Viuit Dominus in cuius conſpectu aſſiſto hodie:* ſed clariſſimè in vita Antonij c.7. *Igitur S. Antonius ſecum reputans, oportere Dei famulo ex inſtituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud ſpeculum vitam ſuam debere componere,* 5. S. Athanaſ.

D. Ioannes Chryſoſt. hom.69. in Matth. ad c.21. *Amictus autem ipſis* (Monachis) *Fortitudini ſuæ conueniens circumiacet. Non enim effœminatæ, ac eneruæ per terram ſibi veſtes trahuntur, ſed ita eis præparata ſunt, vt beatiſſimis Angelis illis Eliæ dico, & Eliſæo, Ioanni, ac vniuerſis Apoſtolis; etenim aliis caprarum, aliis camelorum pilis confecta ſunt; multis coria ſolum, & ea vetuſtate conſumpta ſatisfaciunt.* Rurſum pulchertimè in libello de comparat. Regis, & Monachi, hæc habet: *Itaque non nos modo ad ſanctos Monachos, dum rei vſus poſtulat, confugimus, ſed vel reges ipſi ad eoſdem in temporibus formidandis, haud aliter quam famis tempore mendicantes, ad diuitum domos confugiunt. Nonne Achab Iudæorum Rex per famem, & annonæ caritatem in Eliæ precibus ſpem poſuit ſuam? Atqui bello erumpente, Paleſtináque in tantum adducta periculum, vt funditus excidenda eſſet Iudæorum Reges miſſo exercitu, miſſis peditibus, ſagitariis, equitibus, ducibus, centurionibus, ad Eliſæi preces ſe receperunt; exiſtimabant enim Dei ſeruum ſibi multarum myriadum inſtar, fore.* Idem hom. de S. Ioanne Bapt. *Conſiderate Monachi dignitatem veſtram; Ioannes veſtri Princeps eſt dogmatis, ipſe Monachus ſtatim vt natus, in eremo viuit, eremo innutritur.* Et hom.1. in Marc. *Sicut Sacerdotum principes ſunt Apoſtoli, ſic Monachorum princeps Ioannes Baptiſta eſt.* Eiuſdem verba ex. hom.56. ad populum dabimus paulò inferiùs, c.3. 6. D. Ioan Chriſoſt.

Theodoretus in Philotheo, cum agit de Euſebio Abbate c.4. *Dominus clamat per Prophetam: O paſtores? nam ſeipſos paſtores paſcunt, non oues. Et ideò magnum quoque Eliam, qui hanc vitam ſequebatur iuſſit verſari in medio impiorum: & ſecundum Eliam tantopere celebratum Ioannem qui amplectebatur ſolitudinem tranſmiſit ad ripas Iordanis, illic baptizare iubens, & prædicare. Quoniam ergo tu quoque es Dei qui te fecit ardens amator, multos quoque tecum alios effice amatores.* His Ammianus hortabatur Euſebium ad proximorum curam ſuſcipiendam; vnde ſubdit Theodoretus: *Cum hæc diceret, & ſimilia diuinum virum manſuefecit, & voluntario illo* 7. Theodoret.

effoſſo

effoſſo carcere eremi eduxit, & abduxit, & ſuorum ſodaiium ei curam tradidit. Et c.4. Martianum Anachoretam Eliæ, & Ioanni Baptiſtæ comparat.

8. Theophil. Theophilactus in c.1. Lucæ. *In virtute, ac ſpiritu Eliæ venit Ioannes, eo quod eremita fuit etiam ipſe; & frugalis vitæ.*

9. Vita S. Pachonij. Author vitæ S. Pachomij à Dionyſio exiguo Latinitate donata c.1. *Erat per id tempus B. Antonij vita cunctis ad imitandum præclarè propoſita; qui magni Eliæ, atque Eliſæi, nec non & S. Ioannis Baptiſtæ æmulator exiſtens ſecreta interioris eremi ſtudio ſectatus eſt ſingulari: vitámque cœleſtium in terris geſſit amore virtutis.*

10. Sozomenus. Sozomenus lib.1.c.12. *Hanc præclaram viuendi rationem primus (vti quidam memorant) inſtituit Propheta Elias, & Ioannes Baptiſta.*

11. B.Piammon. B. Piammon Abbas Deiolcenſis apud Caſſianum collat 18. c.5. *Itaque cœnobitarum diſciplina à tempore prædicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordium; iſtud ergo ſolùm fuit antiquiſſimum Monachorum genus; quod non modo tempore, ſed etiam gratiâ primum eſt, quodque per annos plurimos ſolum inuiolabile vſque ad Abbatis Pauli, vel Antonij durauit ætatem; cuius etiam nunc adhuc in diſtrictis cœnobiis cernimus reſidere veſtigia.* Et c.6. *De hoc perfectorum numero, & vt ita dixerim fœcundiſſima radice, ſanctorum etiam Anachoretarum, poſt hæc flores, fructuſque prolati ſunt. Cuius profeſſionis principes hos, quos paulo ante memorauimus, ſanctum videlicet Paulum, vel Antonium nouimus extitiſſe ad imitationem, ſcilicet Ioannis Baptiſtæ, qui in eremo tota permanſit ætate Eliæ quoque, & Eliſæi; atque illorum, de quibus Apoſtolus ita commemorat: circuierunt in melotis,* &c.

12. Ioannes Caſſianus. Caſſianus lib.2. inſtit. c. 5. *Cum in primordiis fidei, pauci quidem, ſed probatiſſimi Monachorum nomine cenſerentur: qui ſicut à Beatæ memoriæ Euangeliſtâ Marco, qui primus Alexandrinæ vrbi Pontifex præfuit, normam ſuſcipere viuendi: non ſolùm illa magnifica retinebant, quæ primitus Eccleſiam, vel credentium turbas legimus celebraſſe.* Multitudinis ſcilicet credentium erat cor vnum, &c. *Verum his multò ſublimiora cumulauerant.*

13. D. Iſidorus. S. Iſidorus lib.7. Ethymolog.c.13. *Anachoritæ Eliam, & Ioannem Cœnobitæ Apoſtolos imitantur. Anachoritæ ſunt, qui poſt cœnobialem vitam deſerta petunt.* Idem lib. 2. de Offic.Eccleſ.cap.15. *Vnde ad Monachos ſtudium defluxerit paupertatis, vel quis huius conuerſationis extiterit autor, cuius iſti habitum imitantur, videamus. Quantum enim pertinet ad autoritatem veterum ſcripturarum, huius princeps Elias, & diſcipulus eius Eliſæus fuerunt, ſiue alij Prophetæ qui habitabant in ſolitudine, vrbibuſque relictis faciebant ſibi caſulas prope fluenta Iordanis. Huius etiam propoſiti in Euangelio Ioannes Baptiſta extitit, qui eremum ſolus incoluit, locuſtâ tantùm, & agreſti melle nutritus. Iam deinde progeniti ſunt conuerſationis huius nobiliſſimi principes Paulus, & Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per vniuerſum mundum adoleuit ſancta inſtitutio Monachorum:* Hæc in communi de vtráque vitâ cum dixiſſet ſubinfert quid de quâuis in ſpeciali ſentiat, inquiens: *Primum genus eſt Cœnobitarum, id eſt in commune viuentium inſtar ſanctorum illorum, qui temporibus Apoſtolorum Hieroſolymis vendita, ac diſtributa omnia ſua dabant indigentibus, qui habitabant in ſanctâ communi vitâ, non dicentes aliquid proprium, ſed erant illis omnia communia, & anima vna, & cor vnum in Deum. Horum igitur inſtitutione Monaſteria ſumpſere principium. Secundum genus eſt Eremitarum, qui procul ab hominibus recedentes, deſerta loca, & vaſtas ſolitudines ſequi, atque habitare perhibentur; ad imitationem ſcilicet Eliæ, & Ioannis Baptiſtæ, qui eremi receſſus penetrauêre.*

S. Barlaam inductus à S. Ioanne Damaſc. in hiſtor. cap.12. ſolius Antonij meminit, inquiens. 14. S.Barlaam *Si de vnius ipſorum, hoc eſt Antonij, qui etiam Monaſticæ vitæ auſpex, ac princeps extitiſſe dicitur, vitam ſigillatim exponerent,* &c.

S.P. Bernardinus Mellifluus, ac Theodidactus 15. Doctor in Apolog. ad Guillel. *Ridendas* (ait) *An* S. Bernardus. *lugendas dixerim huiuſmodi ineptias? Sic Macharius vixit? ſic Baſilius docuit? ſic Antonius inſtituit? ſic Patres in Ægypto conuerſati ſunt? ſic denique ſancti Odo, Maiolus, Odilo, Hugo, quos ſe, ſui vtique Ordinis* (Cluniacenſis haud dubium cuius fuerunt Abbates Cluniaci) *Principes, & Præceptores habere gloriantur, aut tenuerunt, aut teneri cenſuerunt?* Idem de vita ſolitaria ad fratres Carthuſ. de monte Dei: *Hæc nouitas non eſt nouella vanitas, res enim eſt antiquæ religionis, perfectè fundata in Chriſto pietatis antiqua hæreditas Eccleſiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonſtrata, iamquè noua gratia ſole exorto in Ioanne Baptiſtâ inſtaurata, & innouata; ab ipſo Domino familiariſſimè celebrata, ab eius diſcipulis ipſo præſente concupita poſt paſſionem verò Domini calente adhuc in cordibus fidelium effuſi eius ſanguinis recenti memoriâ ſolitariam hanc vitam eligentibus paupertatem ſpiritus ſectantibus, & in ſpiritualibus exercitiis, & in contemplatione Dei pingue otium, altero in alterum zelantibus, deſerta repleta ſunt. Ex quibus legimus Paulum Macharium, Antonium, Arſenium, & alios quam plures in ſancta huius conuerſationis republicâ conſulares viros.* Sed & ſuperiùs memoratus. Guillelmus cap. 7. lib. 1. de eius vitâ ſcribit in commendationem ſuorum Clareuallenſium adduxiſſe Bernardum hiſtoriam de Eliſæo Propheta, & filiis Prophetarum, cùm eo in deſertis locis vitam Eremiticam ducentibus: quomodo cum aliquando ad horam refectionis ventum eſſet, amaritudo quædam mortis in olla decoctionis eorum inuenta per virtutem Dei, & infuſionem farinulæ dulcorata eſt, &c.

B. Petrus Damiani in opuſc. 15. de ſuæ Con- 16. gregationis inſtitutis cap. 2. de origine vitæ Ere- D. Petrus miticæ hæc habet: *Huius itaque vitæ normam, vt* Damiani. *anteriora prætercam, in veteri teſtamento Elias cœpit, Eliſæus vero aucto diſcipulorum collegio dilatauit, in nouo autem Paulus, & Antonius non diſſimili ab his inuicem proportione creduntur, dum conſtet iuxta fidem geſtorum, quod & Paulus in eremo ſingulariter vixit; & plures Antonius in hac profeſſione diſcipulos enutriuit. Quamquam & hoc certe non lateat, quod & Moyſes ſub ipſo tunc promulgatæ legis initio 40. annis populum per deſerta ductauerit; totidemque diebus ipſe Redemptor noſter, eluceſcente iam videlicet Euangelij gratia eremum conſecrauit: teſte Marco, qui poſt enarrationem Baptiſmi praſto ſubintulit: & ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum, & erat in deſerto 40. diebus, & 40. noctibus, & tentabatur à Sathanâ, eratque cum beſtiis. Baptiſta quoque Ioannes huius profeſſionis aſſertor non mediocriter extitit, qui ſine humano victu in deſerto viuere non humana virtute decreuit.* Et in opuſc.18. quod eſt Apologetic. Monachorum aduerſus Canonicos ſic loquitur: *Multum fratres Canonici, ſi digni eſtis audire, miramur, quomodo, vel ob quam cauſam conamini nos à conſortio, & vnitate vniuerſalis Eccleſiæ ſeparare; cum conſtet à*

Digitized by Google

Monachis, non à Canonicis uniuerſalem Eccleſiam fundatam, & gubernatam, & à diuerſo errore cribratam. Apoſtoli nempe fundatores, & Rectores Eccleſiarum, noſtro non veſtro more viuebant vt lucas Euangeliſta in Actibus Apoſtolorum refert: & Philo diſertiſſimus Iudaeorum in libris, quos in laudem noſtrorum conſcripſit, primitiuos Chriſtianos Monachos, non Canonicos, vocat, & habitacula eorum Monaſteria nuncupat: ac quam plurima dicit eos laudabilia egiſſe, & conſcripſiſſe. Certe noſtri, non veſtri Ordinis Moyſes, & Elias fuere, eremum qui incoluere, noſtri autores greges Prophetarum, cum quibus reprobus Saül ſæpe cantauit. Longum eſt paginas veteris Teſtamenti reuoluere, veniamus ad nouum, quod ſupra reliquimus. Apoſtolos certe, & ſucceſſores eorum, ſi irreuerberatis oculis paginas Noui Teſtamenti percipitis, Monachico, non Canonico more viuere inuenietis.

17. Odilo Cluniacenſis.

S. Odilo Cluniacenſis in vita S. Maioli Abbatis eius Cænobij IV. apud Surium tom.3. die 11. Maij: *Quarto loco Monaſticus ordo pullulare, aut vt verius dicam, refloreſcere, & reuiuiſcere capit; quippe quem Beatos Eliam, & Ioannem Baptiſtam autores habuiſſe cognouimus; & ita deinceps per Apoſtolicam conuerſationem & vitam, incrementaque virtutum, & exercitia ſpiritualium Patrum, ad nos vſque perueniſſe lætamur. Per iſtos enim, & ab iſtis perfectiſſimè impleta eſt ſingularis illius Euangelici præcepti perfectio; ſi vis perfectus eſſe, &c. Inter huius quidem intentiſſimos auditores, & ſtrenuiſſimos executores, Beatiſſimus Pater, & meritò Benedictus, & nomine, quaſi quoddam cœleſte ſydus præclare enituit.*

18. Odo Cluniacenſis.

S. Odo pariter Cluniacenſis Abbas in ſermone de S. Benedicto, multus eſt vt eum probet ſpiritum Eliæ, Eliſæi, & Moyſi poſſediſſe, & ſimilibus id miraculis editis expreſſiſſe. *Hunc ſpecialiter* (ait) *tanquam alterum Moyſem Deus prædeſtinauit, per quem Monaſticæ legis decreta ſanciret. Nam in aqua ex petra producta Moyſem; in ferro vero, quod ex profundo aqua reddidit, Eliſæum; in corui obedientia Eliam.*

19. Smaragdus.

Smaragdus Abbas ad cap. 71. regulæ, inquit *Et Eliæ enim, & aliorum illius temporis vita, doctrina, & actio Prophetarum nihil ſunt aliud, niſi exemplar, & norma iſtius temporis Monachorum. Nam & in nouo teſtamento Ioannis, & omnium Apoſtolorum, norma ſunt omnium rectè viuentium Monachorum.*

20. Aymonius.

Aymonius Floriacenſis in ſerm. de S. Benedicto, fuiſſe admodum Beatum Benedictum Eliſæo primum comparat, & deinde Eliæ, cuius nos ſuis locis verba dabimus: ait vero quod ad rem ſpectat: *Illi ipſi antiquiſſimo, atque adeo primo Eremitarum Eliæ, quamuis iam per obſecundantes ſibi coruos ſit æquatus, videamus tamen vtrum & in eius tranſlatione non ſit diſpar à Deo iudicatus, &c.*

21. D. Bonauent.

D. Bonauentura in expoſitione regulæ Fratrum Minorum c. 2. Laudat Hieronymum, quod in Epiſt. ad Paulinum ſcripſerit: *Habet vnum quodque propoſitum principes ſuos, habemus & nos principes propoſiti noſtri Paulum & Antonium.* Item *Noſter princeps Elias, noſter Eliſæus, noſtri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & faciebant tabernacula iuxta fluenta Iordanis.* Et cap. 3. contendit fratres Minores dum tres quadrageſimas dierum ieiunant, Moyſem, Eliam, & Chriſtum Dominum imitari quadrageſimas ieiunantes. *Ieiunium Moyſi* (ait) *ſignificat mærorem pro deletione culpæ, ieiunium Eliæ pro amotione omnis miſeriæ, ieiunium autem Chriſti ſignificat ieiunium gaudij, quo non tantum à cibis carnalibus, ſed ab omni terrena delectatione delectabiliter abſtinetur. Et ideo B. Franciſcus duas quadrageſimas præcipiendo impoſuit, tertiam vero cum benedictione Dei ſuaſit, ſciens eam deuotione ſola, & non aliqua coactione adimpleri debere.* Cæteri Religioſorum ordines duas obſeruant, priſcorum ſuorum Patrum imitantes veſtigia.

22. Guillelmus de S. Theod.

Guillelmus de S. Theodorico lib. 1. de vita S. P. Bernardi cap.7. eius diſcipulos Ægyptiorum Monachorum ſucceſſores vocat. *Manſi autem* (inquit) *indignus ego cum eo paucis diebus; quocumque oculos vertebam mirans, quaſi cœlos me videre nouos, & terram nouam, & antiquorum Ægyptiorum Monachorum Patrum noſtrorum antiquas ſemitas, & in eis noſtri temporis hominum recentia veſtigia.*

23. B. Ioachim Abbas.

Mitto B. Ioachimum Abbatem, qui præ cæteris ſuadere conatus eſt ab Elia, & Eliſæo Monachorum inſtitutum deſcendere toto fere concordiæ opere. Eius duntaxat præbebo verba illa lib.4.cap.8. quibus ait. *Sub hac etiam generatione claruit Monachorum Pater, & Dux Benedictus; nimirum quia in veteri Eliſæus Propheta, qui fuit rector, & dux filiorum Prophetarum claruerat. Præceſſerat enim vita Eremitica præſignata in Elia eleuato in cœlo, & adhuc illa manente in claritate ſua, inchoata eſt Conuentualis deſignata in Eliſæo. Et notandum quod Hierico in quo præfuit Eliſæus filiis Prophetarum datum fuit in poſſeſſionem filiis Beniamin, quæ ſola ex omnibus cum Leuitica adhæſit Tribui Iuda, & facta eſt cum ea vna Tribus.* (Id eſt vnum regnum) *Hæc idcirco dico vt perpendat Lector, ita fuiſſe Eliſæum quaſi mediatorem inter Tribum Iuda, & Tribum Iſraël* (hoc eſt duo illa regna) *Quomodo Benedictus per obſeruationem Monaſticæ profeſſionis, quæ propagata eſt à perfectis Patribus Græcorum, effectus mediator inter Græcos Monachos, & Latinos, tenens firmiter fidem Petri, & ſequens vitam piorum Monachorum, qui claruerunt apud illos; & regulam S. Patris Baſilij.* Alia teſtimonia pro Elia adducam cap.10. & pro S. Ioanne Baptiſta lib.2.c.1.

Fertur de propoſita quæſtione iudicium.

24. Autoris mens.

QVid ergo in Doctrina Patrum certi definimus? Eos qui Paulo & Antonio magiſterium, & principatum Monachorum tribuunt, non excludere Ioannem Baptiſtam, & Chriſti Domini Diſcipulos; loquiquè de eo florenti ſtatu, quem accepit Monachorum ſchola ab his Patribus; imò nec Eliſæi, & Eliæ ſpiritum à Monaſtico omnino excludere: vti apud Hieronymum, & Bernardum videre eſt, qui præ cæteris pro Paulo, & Antonio ſtare videbantur: quinimo quod ſemel ſiluiſſe apparebat, alibi diligentius re perpenſa conceptis expreſſere verbis. Nemo igitur Eliam, & Eliſæum Monachorum patronos, aut Doctores fuiſſe inficiatur. Eſt qui ad Cuneum Prophetarum ſub Samuële florentem recurrat, Petrus Damiani; ſunt qui ad Moyſem, ipſemet ſcilicet, & Hieronymus, Odo, & Bonauentura: eodémque iure ſuperiora ſæcula licebit nobis intueri, ſi forſam alios illis priores eiuſdem inſtituti ſectatores reperiamus: maximè Bernardo nos præeunte, dum ait. *Res eſt antiquæ religionis: antiqua hæreditas eſt Eccleſia Dei: à tempore Prophetarum*

Digitized by Google

phetarum præmonſtrata, nullum antiquitati terminum præfiniens. Et Damianus, qui de Elia mentionem facturus, præmiſit indefinitè, *vt anteriora prætercam.* Qua in re ne ſis quæſo tam criticè ſcrupuloſus, vt ab eis, aut cæteris veteris inſtrumenti Patribus vniuerſos ſimul Monachorum mores obſeruatos fuiſſe quæras: ſed modo hos, modo illos, plus, minuſvè, prout quiſque ſpiritus portionem haurire quibat, aut illi ſeruare integrum erat. Cuius rei euidentiſſimo ſint argumento Rechabitæ, filij Ionadab, quos ſanè Hieronymus Eliæ, Eliſæo, ac filiis Prophetarum annumerandos cenſet, cum epiſt 4. ad Ruſticum, tum 13. ad Paulinum, ad quem ita ſcribit. *Noſter princeps Elias, noſter Eliſæus, noſtri Duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, &c. De his ſunt, & illi filij Rechab, qui vinum, & ſiceram non bibebant; qui morabantur in tentoriis; qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis quod non deficiat de ſtirpe eorum vir ſtans coram Domino.* Et nihilominus vxores habuiſſe, ac ſtirpem ex ſe edidiſſe, conceptis verbis tradit Ieremias cap. 35. inquiens ex eorum nomine: *Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis; ita vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris, nos, & mulieres noſtræ, filij, & filiæ noſtræ, &c.*

25. *Quis huius libri præcipuus ſcopus.*

Noſtri proinde erit inſtituti, quid in vnoquoque Monaſticorum præceptorum obſeruationis præceſſerit: ſolerter inueſtigare; ac tandem totius veteris paginæ figuris recenſitis, & exquiſitiſſima ad amuſſin penſitatis, illam quæſtionem diſquirere, quæ nonnullos vehementer torſit, *fuerint ne aliqui toto veteris inſtrumenti tempore, ante exortum gratiæ ſolem, qui Monaſticas obſeruationes emiſſione votorum celebrauerint ac firmauerint?* Vt inde liqueat præceſſerint ne Chriſti Euangelium, mores Monachorum? Quod huius rei præcipuus ſcopus eſſe videtur.

CAPVT III.

Ad inſtar Protoplaſtorum in Paradiſo degentium, & Angelorum perpetuo Deum collaudantium, Monachos mores ſuos conari componere.

1. *Quis Monachatus Scopus.*

MOnachi vnde mores ſuos hauſerint, ſi quæras, D. Baſilij ſerm. de inſtitutionibus Monachorum, à primis naturæ noſtræ parentibus, cum in Paradiſo agerent accepiſſe contendit, inquiens. *Homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei fuerat factus: imaginis autem dignitatem illam, ac decorem, peccatum, animo ad vitioſas cupiditates depreſſo, deformauit. Agedum igitur ad eam in qua ab initio eramus, & à qua propter peccatum abalienati ſumus, redeamus gratiam, nóſque rurſum ad Diuinæ imaginis ſpeciem exornemus: abiectiſque prorſus omnibus vitioſis animæ affectionibus, ſedulo operam demus* (per Monaſtica exercitia) *vt ortus noſtri autori ſimiles efficiamur.* Et ratio in propatulo eſt; enimverò Monachorum ſcopus eſt congruis gradibus ad perfectionis culmen aſcendere, ad idquè totis conari viribus perfectionis vtique amiſſæ; naturamquè, quantum fieri cum Dei adiutorio poterit, reſtaurare per peccatum originis labefactatam. *Finis itáque profeſſionis noſtræ* (ait Abbas Moyſes, apud Caſſianum collat. 1. cap. 4.) *Regnum Dei eſt, æſtinatio verò noſtra, id eſt ſcopus, puritas eſt cordis, ſine qua ad illum finem impoſſibile eſt quempiam peruenire.* Et cap. 5. *Quidquid ergo nos ad hunc ſcopum, ideſt puritatem cordis poteſt dirigere tota virtute ſectandum eſt; quidquid autem ab hac retrahit, vt pernicioſum, ac noxium deuitandum. Pro hac enim vniuerſa toleramus, & agimus; pro hac parentes, patria, dignitates, diuitiæ, deliciæ huius mundi; & voluptas vniuerſa contemnuntur.*

2. *Quibus aſſequendus.*

Id vero non aliis penè exercitiis aſſequi conantur Monachi, quam iis quibus primi homines vtebantur, ideſt continua oratione, & honeſto manuum opere frugali victu, & amictu, & ſomno parciſſimo: Homo ſiquidem non ad otium deſtinatus tunc eſt, quaſi orationi, & ſupernorum contemplationi, dumtaxat incumberet, ſed poſitus in Paradiſo eſt, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Vnde ſcitè Nazianzenus ad vtrumque eius munus reſpiciens dixit, *Adam eſſe agricolam plantarum immortalium, & diuinarum notionum in Paradiſo:* Et Bernardus ſerm. de ſapientia, & prudentia: *Cum legatur Adam in loco voluptatis ab initio poſitus, vt operaretur; quis ſanum ſapiens filios eius in loco afflictionis ad feriandum poſitos arbitretur.* Ambroſius lib. de Paradiſo cap. .. opus, & cuſtodiam hominis ita expoſuit. *Non idem eſt operari, & cuſtodire; in opere enim quidam virtutis proceſſus eſt, in cuſtodia quadam conſumatio operis deprehenditur, eoquod quaſi conſumata cuſtodiat. Hæc duo ab homine requiruntur, vt & operibus noua quærat, & parta cuſtodiat.* Et Auguſtinus de Geneſi ad liter. quem D. Thomas imitatus eſt 1. p. q. 102. ar. 3. *Quidquid ergo deliciarum habet agricultura, tunc vtique longe amplius erat. Nec erat laboris afflictio, ſed exhilaratio voluntatis; cum ea quæ Deus creauerat humani operis adiutorio, latius, feraciúſque prouenirent.* Porro Monachi opus quale eſſe oporteat, ſic Baſilius definit cap. 6. conſtitut. Monaſtic. *Cæterum in his ſe operibus exerceri Monachus debet, quæ Ordinis ipſius decoro conueniant: quæquè nullæ longiores animi diſtractiones, aut improbi quæſtus ſequantur: ſintque huiuſmodi, vt manentibus intra tectum nobis magna ex parte confieri poſſint; ne operum laboribus contentius, quam par ſit conſectandis, animi in virtutis commentatione neruos, induſtriámque elidamus: in quo illud ſpectandum, vt & corpus exerceatur, & à quiete tamen non diſcedatur.*

3. *Adæ ſomnus Monaſticæ orationis typus.*

Exercitij autem orationis Adæ ſomnus, quem in eum Deus immiſit; teſtis locupletiſſimus eſt, vt potè quem ecſtaſim mentis Patres interprætati ſunt, quorum vnus Auguſtinus *Ecſtaſis* (ait) *Adam, vt ſoporatus dormiret, rectè intelligitur ad hoc immiſſa, vt & ipſius mens per ecſtaſim perticeps fieret, tanquam Angelicæ curiæ, & intrans in ſanctuarium Dei intelligeret nouiſſima. Denique euigilans, tanquam Prophetiæ plenus magnum continuo eructauit ſacramentum.* Et Bernardus ſermon. 2. de ſeptuageſim. *Mihi quidem non niſi incommutabilis veritatis intuitu & abyſſo diuinæ Sapientiæ, corporeis, excedens ſenſibus, obdormiſſe videtur: quod ex eius verbis maximè conijci poteſt, &c.*

Victum

Digitized by Google

4. Monachorum victus in Adami victu demonſtratus.

Victum tum ex herbis, tum ex arboribus ſibi ſumendum fuiſſe, illa manifeſtant Domini verba Geneſ. 1. *Ecce dedi vobis omnem herbam ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſe ipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam*: Et illa Geneſ. 2. *Recepitque ei dicens: Ex omni ligno Paradiſi comede.* Monachi vero, quantumcumquè poſt Noëticam inundationem hominibus carnis belluarum eſus conceſſus fuerit, ab eis omnimodis abſtinendum duxerunt; quo nimirum ad priorẽm hominis vitam, victumquè pro viribus accedere ſibi eſſe in animo teſtarentur. Ita Barlaam ille Damaſcenicus rogatus de victu Monachorum à Ioſaphat, reſpondit: *Victus quidem nobis ex pomis, & ſtirpibus, quas ſolitudo cæleſti rore perfuſa, & creatoris imperio parens alit, nobis ſuppetit. Ob quæ nemo eſt qui aduerſum nos pugnam ineat, atque contendat, verum vberrimè omnibus illaboratus cibus, & extemporalis menſa proponitur. Quod ſi quando piorum fratrum, qui nobis vicini ſunt, aliquis panis benedictionem afferat, hunc tanquam ad eorum, qui cum fide obtulerunt, benedictionem à diuinâ prouidentiâ miſſum ſuſcipimus.* Sic Damaſcenus refert in vita Barlaam, & Ioſaphat capite 18.

5. Monachorum nuditas & veſtimẽta Protoparentum nuditate præfigurata.

Quod ad veſtes ſpectat non defuere in gregibus piorum Monachorum qui primos ipſos parentes nuditate ipſa referre curauerint: Talis Onuphrius fuit, *cui tanta capillorum prolixitas erat* (vt refertur lib. 6. De Vitis PP.) *vt corpus illius ipſorum diffuſione tegeretur*: Talis Macharius Romanus, *cuius capilli capitis totum viri corpus operuerant*: Tales duo illi, qui nudi prorſus Machario Ægyptio occurrentes dixerunt. *Noli timere, & nos homines ſumus. De cœnobio fuimus, & factus eſt nobis conſenſus; & egreſſi ſumus huc: ecce 40. anni ſunt Deus fecit nobis hanc diſpenſationem, vt neque in hieme frigus, neque in æſtate ardorem ſentiamus.* Eiſdem ſimilis extitit ille de quo Hieronymus in vita Pauli fuiſſe aſſerit. *Subterraneo ſpecu crinitum calcaneo tenus hominem.* Præ cæteris Maria illa Ægyptia, pœnitentium lux, quam more pecudis errantem in ſolitudine, tegmine quouis carentem reperit Zoſimas, ab ea audiens: *Abba ignoſce mihi, quoniam manifeſtare me tibi cõuerſa non poſſum; mulier enim ſum, & omni corporeo tegmine nuda.* Erat vero *nigerrimo corpore præ ſolis ardore denigrata capillos capitis habens vt lana albos, modicos & ipſos, non amplius quam vſque ad ceruicem deſcendentes.* Cæterum quamuis reliquus Monachorum chorus nuditatem tantam ferre nequiret, pellibus nihillominus, & viliſſimis illi amiculis induebantur, quibus non tam frigus depellere, quam nuditatem tegere viderentur, vt eoſdem humani generis parentes, ſaltim ſub pœnitentiæ regulis, pelliculis à Deo indutos referrent. Quamobrem quidam eorum apud Damaſcenum; *Veſtes* (inquit) *nobis ex aſperis ciliciis, & ouium pellibus ſunt, vetuſtæ omnes, atque ex variis pannis conſutæ, imbecillem noſtram carnem atterentes: etenim eadem nobis eſt tum æſtatis, tum hiemis veſtis.* Nec defuere qui more Adamico, ex arborum foliis, veſtes ſibi vtcumque corpus contecturas, conſuerent: vti Paulus ille primus dictus Eremita, de quo Hieronymus; Tanto temporis ſpatio contextis palmarum foliis veſtiebatur.

6. Paupertas Monaſtica à Protoparentibus obſeruata.

Sed verò ſi de ſubſtantialibus Monachorum cõſuetudinibus ſermo fiat, vulgatiſſimum eſt quod ad paupertatem attinet, illud Auguſtini tract. 6. in Ioan. *Tolle iura imperatorum, & quis audet dicere, hæc villa eſt mea, meus eſt iſte ſeruus, mea eſt hæc domus?* quandoquidem *iure humano dicitur, hæc villa eſt mea, hæc domus mea eſt: iura autem humana, iura imperatorum ſunt: quare? quia ipſa iura humana per imperatores, & rectores ſeculi Deus diſtribuit humano generi.* Erant igitur primis hominibus omnia communia; iuxta illud D. Thomæ 22. quæſt. 66. art. 2. ad 1. *Secundum ius naturale non eſt diſtinctio poſſeſſionum, ſed magis ſecundum humanum condictum*: vt habetur in iure Canon. diſt. 8. cap. *Quo iure*, & in ciuili, leg. *Ex hoc iure* art de iuſt. & iure, & apud Theologos cum Magiſtro in 4. diſt. 15. vbi Scotus, Gabriel, Paludanus, Ricardus, Sotus & cæteri. Nec mirum in ſtatu illo fæliciſſimo omnia communiter ab omnibus poſſidenda fuiſſe, cum id in bene gubernata à Republica Plato exoptauerit, & Pythagoras κοινόβιον, hoc eſt communem vitam inſtituiſſe dicatur, & Apoſtoli in exordio naſcentis Eccleſiæ.

Obedientiæ itidem liga mina eiſdem Protoplaſtis à Deo iniecta inficiari nemo atqui vno duntaxat tentos præcepto, de fructu vetitæ arboris non eſitando, exiſtimauit victorinus Hugo in ſuis ad Geneſ. Annotat. inquiens. *De ligno ſcientiæ ne comedas: quod autem præmittitur, ex omni ligno Paradiſi comede, permiſſio eſt. Et primum blanditur permittendo, poſt durius loquuturus imprehibitione. Quare tot permiſit, & vnum ſolum prohibuit?* Sed abs re, cum ſolidioribus fulcris Doctoris Angelici ſententia ſtet aſſerentis 1. p. q. 97. art. 3. ad 3. *Si homo non ſibi ſubueniret de cibo, peccaret, ſicut peccauit ſumendo vetitum cibum. Simul enim ſibi præceptum fuit, vt à ligno ſcientiæ boni, & mali abſtineret, & vt de omni alio ligno Paradiſi veſceretur.* Et quæ de eo poteſt eſſe dubitatio, cum facer textus habeat: *Præcepitquè ei dicens, ex omni ligno Paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Vtriquè pariter, ideſt tam affirmationi, quam negationi præceptum præmittens. Nec mirum cum de vita ſeruanda ab eo ageretur, non beneficio ſolius naturæ, ſed ex virtute ligni vitæ: quod idem D. Thomas docuit quæſt. 97. art. 4. ex Auguſtino accipiens illud lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 26. *Aderat homini cibus, ne eſuriret, potus ne ſitiret; & lignum vitæ ne ſenectus eum diſſolueret. Vitæ ſiquidem arbor medicinæ modo corruptionem hominum prohibebat*: Ex lib. qq. veter. & Noui Teſt. quæſt. 19. inſuper de Paradiſo operando, & cuſtodiendo, præceptum quoquè ei fuiſſe impoſitum, (neque enim ille abſque hominum opere, vt de creatoris manibus emerſerat, ſeruaretur) luculenter ipſemet docuit Auguſt. de Geneſ. ad liter. inquiens. *Nunc verò vbi ad id ventum eſt, vt hominem in Paradiſo cõſtitueret, eumq; per præceptum, operaretur & cuſtodiret, &c.* Et rectè quidem, quæ enim ad bonum totius humani generis neceſſaria erant, non erant ſuæ arbitrio voluntatis relinquenda: vt generationis ipſius præceptum manifeſtum facit; indigebat enim genus humanum ſicut propagatione, ita & nutritione, & ſicut illi generationi indulgendo neceſſitati occurrebatur, ita & huic labore, & cuſtodia arborũ & herbarum Paradiſi. Vide ergo pleniſſimam obedientiæ Protoparentibus materiam, eis à Domino miniſtratam: & comedere, & non comedere, & operari, & cuſtodire, & proli generando incumbere, totum eis ſub præcepto impoſitum eſt: inſuper & præcepta legis naturæ, quæ humanæ conformia ſunt.

7. Obedientia Protoplaſtorum.

Digitized by Google

8. Caſtitas Protoparentibus non fuit licita. Vnum dumtaxat ex Monaſticis inſtitutis illis deerat, & præcipua dignum commendatione, nempe caſtitas, quam ſcilicet, ſi perſtarent in Dei obedientia, minimè cuſtodirent: verum ea ad obedientiæ materiam tunc ſpectaret & eò temporis nequaquam eſſet virtus, vti docet D. Thomas q.98. art.2.ad.3. inquiens. *Continentia in ſtatu innocentiæ non fuiſſet laudabilis, quæ in tempore iſto laudatur; non propter defectum fœcunditatis, ſed propter remotionem inordinatæ libidinis. Tunc autem fuiſſet fœcunditas abſque libidine.*

9. Quo pacto Monaſtica vita perfectior ſit ſtatu innocentiæ. Scitiſſimè proinde dixit de Monachis Chryſoſtomus homil. 56 ad Populum Anthioch. *Opus autem eis, quod erat & Adæ ab initio, & ante peccatum, cum erat gloriam indutus, & cum Deo cum fiducia colloquebatur, & locum illum multa fœlicitate plenum habitabat, & cum ante præuaricationem ad colendum Paradiſum poſitus fuit. Quid enim deterius hi ſunt illo diſpoſiti? Nec vna quidem ei cura ſecularis erat: at nec his. Deo cum pura loquebatur conſcientia? hoc & hi faciunt: quinimo multo maiorem illo fiduciam habent, quanto maiorem quoque conſequuti ſunt gratiam per ſpiritus miniſterium.* Quod autem inquit maiorem Monachos conſequutos eſſe gratiam, quam Adamus per ſpiritus miniſterium, ad id tendit, vt denotet, abundantiori merito ad ſcribendum, quod Monachi naturam per illius transgreſſionem deprauatam, & inordinatam adepti, gratia ſpiritus vitam innocentiæ ſtatui conformem agant; quam ille originali præditus rectitudine, breui agere deſtituit. Is namque rebelles motus inferioris partis non nouerat, rectitudinis fauore firmatus; illi vero rebelles motus gratia, & labore penè improbo vincunt, continua inedia, vigiliis, orationibus, & quæ id genus ſunt exercitiis virili fortitudine inceſſanter incumbentes, immortalitatis fructum ſe aſſequuturos ſperant. Quale enim eſt in corpore mortis, non mortem meditari perpetuam? Moribus proinde pares Adamus, & Monachi; ſed horum magis laudi adſcribendi ſunt, quod inermes, & imbecilles naturam eandem perficiant, quam ille fortiſſimus creatus perficere, pugna victus facili deſtitit. Fortitudinis opus plenum eſt, animam ſuam perdere, *ſiue ponendo vt Martyr,* (vtor verbis Bernardi Serm. 3. in Cant) *ſiue affligendo, vt pœnitens.* Enimvero *genus Martyrij eſt, ſpiritu facta carnis mortificare: illo nimirum, quo membra ceduntur ferro, horrore quidem mitius, ſed diuturnitate moleſtius.*

10. Monachorũ cum Angelis ſimilitudo. Inde eſt quod Patrum plures Adamica ſimilitudine non contenti Monachorum mores Angelicis moribus referre non renuunt. Eiuſmodi eſt Chryſoſtomus citato loco. *Itaque ſi videtur Adam omittentes, interrogemus quid Monachorum chorus ab Angelis differat, ſuper terram canentibus; & dicentibus Gloria in altiſſimis Deo &c* Præmiſerat autem; *Hæc orbis terrarum luminaria quando Sol oritur, quin potius multo ante auroram, ex lectulo ſurgentes incolumes, & ſolertes, & ſobrij (neque enim vlla triſtitia vel ſolicitudo eos diſturbat, ſed tanquam Angeli degunt in cœlo) chorumque conſtituentes in alacri conſcientia, conſonanter omnes tanquam ex vno ore, hymnos omnium Deo concinunt, eum venerantes, & ei gratias de omnibus agentes.* Et rurſus: *veſtis autem eis fortitudine Angelica digna; non enim caudatis vtentes veſtibus, iuxta eneruatos & molles induuntur, ſed iuxta beatos illos Angelos Eliam, Eliſæum, & Ioannem, ſecundum Apoſtolos, cum veſtimenta ipſis ſint parata, his quidem ex caprarum pilis, his autem ex pilis camelorum. Sunt & quibus ſola ſufficiunt pelles, & hæ iamdudum conſecta.*

Hinc ſenex ille apud Moſchum c.194. *An neſcis* (ait) *Domine frater, quia habitum Angelorum fers?* Et 11. Monachalis habitus Angelicus.
Rufinus lib.2. cap. 2. de Hor Abbate: *Hic multorum erat Monaſteriorum Pater, qui habitu ipſo honoris videbantur Angelici.* Et cap.4. de Beno: *Per omnia quaſi Angelus ordinis vir.* Palladius item de eodem Hor c.9. Lauſiac. *Habens Monaſteria mille fratrum, habitu Angelico præditus.* Ea propter in Euchologio Græcorum in magno ſchemate Monaſtico præmittitur titulus: *Ordo magni, & Angelici habitus.* Et cum induitur dicitur: *Frater noſter N. induitur tunica iuſtitiæ, & exultationis, magni & Angelici habitus.* Et rurſus. *Sumit pallium magni, & Angelici habitus*: ideo ſic dicti, quia ſumens aiebat: *Tuæ enim obediens cooperationi, Angelicam viuendi rationem hanc accedo, amator hominum.* Eius rei rationem ſic reddit Petrus Damiani in Apologetico Monachorum cap. 2. *Igitur non ſolum prædictos Patres in veſtitu ſequimur* (recenſuerat Eliam & Ioannem, Petrum, & Paulum, & eos, de quibus is ſcripſerat circuierunt in melotis &c.) *Sed inſuper ſublimiſſimam cœlorum curiam, quod vobis durum eſt audire; Seraphim ſcilicet quis dubitet ſex alas habere: Enimvero & nos ſex alis velamur, videlicet duabus in capite, & duabus dextera, leuaque, & duabus ante & retro.*

Subdit verò: *ſi autem hæc incredibilia vobis videtur,* 12. Cucullum in alis Seraphim adumbratum.
perquirite quod Bonifacius in noſtrorum tuitione compoſuit. Is eſt S. Papa Bonifacius eius nominis IV. Cuius decretũ ex parte refertur à Gratiano 16.q.1.c. *ſunt nonnulli* & integre ex Vaticano M.S.a.5.codice à Galonio in Apolog aduerſum Conſtantinum Bellotum, vere Caietanum, a quo prædicto Damiani opuſculo ſubiectum fuit, Bonifacij autem verba ſunt: *Vnuſquiſque Angelicus ordo, quanto claritatem Dei vicinius contemplatur, tanto maiori virtute eius Diuinitati adhærens, ſine dubio roboratur. Eorum Cherubim* (corrige Seraphim) *ordo eximius prædicatur, nam vti Cherubim, ita Monachi ſex alis velantur; duabus quidem in capucio, quo caput tegitur; alis vero duabus, quibus pedes teguntur, veriſimilibus demonſtratur aſſertionibus; illud verò cuculla, quod brachiis extenditur, alias duas alas eſſe dicimus & id tamen quod dicitur, ſex alarum numerũ certiſſime impleri aſſeritur.* Hæc ille.

Vtriuſque, id eſt Adami & Angelorum 13. Griſæi Adamo & Angelis ſimiles.
ſimilitudinem, cuculla adumbratam Monaſtica B. Hildegardis Epiſtola ad Monachos Griſæos (ij ſunt ciſtercienſes) ſic complectitur. *Veſtitus iſtorum non à ſæculo eſt, ſed mirabiliter à Deo; quemadmodum Deus in illis ordinauit, qui hunc primitus oſtendendo, & docendo prætulerunt. Nam cuculla ab Angelicis ſpiritibus præſignata eſt, qui in faciem Dei, & non in aliam aſpiciunt; & latitudo eius ad ſimilitudinem nubis tendit, quoniam & Angeli in nubibus multoties viſi ſunt: & quia etiam veſtis innocentiæ Adæ, quaſi lucida nubes erat. Homines itaque iſti cuculla caput ſuum tegunt, ne ad ſiniſtram, vel ad dextram declinantes, rectè coram ſe in impetu ſpiritus gradiantur.* Et paulo ante de Seraphim dixerat, *Per hos igneos miniſtros qui ſecretis Dei, vel veſtimento tecti ſunt, Eremita ſignificantur, qui ſe ipſos abnegantes, quaſi homines non ſint, viuunt, & conſortium hominum fugiunt.* Rectiſſimè itaque Abbas Hyperichius de verbis ſeniorum lib.11. *Vita Monachi iuxta imitationem Angelorum fiat, comburens atque conſumens peccata.*

Ad

Digitized by Google

14. Alredi Abb. ſententia in idem.

Ad calcem operæpretium viſum eſt doctiſſimi Abbatis Alredi verba in gratiam Eruditorum in medium adducere quibus eleganter propoſitam ὁμοίωσιν Monachorum, & Angelorum expendit, ſerm. de duobus diſcipulis euntibus in Emaus, qui hactenus per errorem Bernardi eius magiſtri putabatur. Enarrans itáque ea Luc. 29. verba, *Sed mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, dicentes ſe etiam viſionem Angelorum vidiſſe, &c.* inquit: *Per monumentum clauſtrum Religioſorum poteſt intelligi, in quo ſumus Chriſto per temporalem delectationum mortificationem, & ſanctæ profeſſionis vinculum conſepulti. Reſtat ergo vt vadam ad monumentum, ideſt ad Religioſorum clauſtrum, ad vigilias clauſtralium, quia ibi dilectum inueniam, etſi non ſecundum carnem. Ciuitatem cuſtodiunt iſti vigiles; Angeli ſunt, quorum viſionem ſe vidiſſe aſſerunt mulieres, qui dicunt eum viuere, & per feruorem veræ dilectionis oſtendunt Chriſtum in ſuis cordibus habitare. Iſti ſunt vigiles obſeruantes omni tempore cuſtodias Domini, ipſi ſunt Oriones, & Hiades, & interiora Auſtri. Quam delectabile eſt eis intereſſe vigiliis? ibi in medio iuuencularum tympaniſtriarum principes coniunguntur pſallentibus ipſi ſunt verè ſimiles, Angelis per ſtudium Angelicæ conuerſationis. Ipſis commiſſa eſt cuſtodia monumenti, ſcilicet obſeruantia regulares clauſtri.* Et poſt multa, quæ ſtudio prolixitatis vitandæ prætereo ſubiungit: ſolerter mulieres non dixiſſe ſe Chriſtum cum Angelis inueniſſe, ſed viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere: *Quia etſi Monachi ſunt verè ſimiles Angelis, qui de die in diem, & in nocte laudem Domino decantant in terris, ſicut illi in cœlis, non tamen poſſident gloriam æternæ beatitudinis ſumma ſanctitate conſummatam.*

CAPUT IV.

Abelem iuſtum, Monachorum Prototypon extitiſſe.

I. Vniuerſi hominum ſtatus in tribus primis hominibus adumbrati.

INſolens quid; ſed abs re nihil aſſeruiſſe probabitur, qui primum iuſtum Abelem Monachum dixerit, aut certè prototypon Monachorum id ſiquidem triplici nixus fundamento proferre quibit. Alterum ex illo Pauli axiomate deducendum, *Omnia in figura contingebant illis.* Quod ſanè mihi ſonat, ſic mundum à ſe factum Diuinam gubernaſſe prouidentiã, vt præcedentia in typo facta ſint futurorũ: nec id ſolum verum habuit cum Deus populũ ſuum, è deſerto in promiſſam terram deduxit, ſed pari modo cum priora formauit ſæcula. Enimverò eiecto Adamo de Paradiſo deliciarum, & ab ſtatu fœlicitatis in barathrum miſeriarum deiecto, rerum prius creatarum ordo valdè inuerſus eſt; cæpitque mundus, qua deinceps ad extremam diem donandus erat, formam induere, ideſt pœnitentium. Mira res! tribus prioribus hominibus vniuerſi hominum ſtatus, qui deinceps inualeſcere deberent, exordia ſimul, & fundamenta iecerunt, iuſtorum videlicet, pœnitentium, & reproborum: nam Adam cum vxore pœnitentium formam, iuſtorum Abel, ac reproborum Cain induit. ibi & ſacerdotium præextitit, & ſacrificiorum primæ ductæ ſunt lineæ; ibi & plebs pro qua ſacrificium efferretur non defuiſſe probatur. Sed & præcipua vitæ humanæ alendæ exercitia, ideſt agricultura, & paſtoritia ars eoſdem Doctores, ac diſcipulos habuere. Adde (quod valdè facit ad rem) ibi matrimonium, & cælibatus non defuerunt. Quid ergo? vnus dumtaxat Monachorum ſtatus careret tunc exordio & typo? nec eo bono pœnitentibus præſertim apprimè neceſſariò, primum illud, ad rude ſeculum deſtitutum fuiſſe credendum eſt.

2. Eadem generationes ab Abel ad Eliſæum, & ab Eliſæo ad Benedictum.

Accedit, hac etiam ætate concordiam vtriuſque Teſtamenti, quam ſuperius Ioachimo Doctore expendebamus, locum habuiſſe; quemadmodum ſi quidem ante B. Benedictum 42. generationum interſtitio typus ejus Eliſæus præceſſerat, ſic ab Eliſæo ad Abel totidem interceſſiſſe, qui ſeriem Iudicum Iſraël ſupputarit, procul dubio reperiet: vt non minus ſtatus in Eliſæo ſeu Elia completus credatur, qui ante 42. generationes præfiguratus eſſet, quam in Benedicto complementum accepiſſe viſus ſit, qui ante 42. in Eliſæo, & Elia præſignatus fuerat, ideſt Monaſticus: nam eodem generationum ſeruato numero, qui in Benedicto formam acceperat, in Ciſtercienſibus, ac Cluniacenſibus, reuiuiſcere notatus eſt.

3. Abelis obedientia.

Sed vero quod præcipuè facit ad rem, res ipſa Monachorum eſt, quæ ab Abele opere inchoata, vel potius completa, manifeſta inductione probabitur. Obedientia erga parentes excelluiſſe clarius eſt quàm vt probatione indigeat: qui enim maioribus non detuliſſet, qui æquali ſuo, & fratri iubenti exire in agrum longè à parentum conſpectibus, etiam cum mortis periculo, leniter, placidéque obediuit? Et vel in hoc Chriſti Domini imaginem retulit, qui Patribus ſuis velut ouis ad occiſionem ſe ſubiecit. *Dixítque Cain* (Geneſ. 4.) *ad Abel fratrem ſuum; egrediamur foras. Cúmque eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Inde Cyprianus ſeu Tertullianus in carmine Geneſeos ad Cainum.

Deſine mordaci fratrem diſcerpere ſenſu,
Qui tibi ceu Domino ſubiectus colla daturus.

Abel martyrij initiator.

Hinc ab Iſidoro lib. de vita & morte Sanctorum vocatur, *In martyrio primus, in obedientia ſummus.* Eapropter à Cypriano epiſt. 6. lib. 4. *Initiator martyriorum* nuncupatur. Atqui *dixiſſe*, non *iuſſiſſe* Abeli, exire foras obiicies. Ego tunc latiores Abelis obedientiæ metas conſidero, qui ſimplici æqualis ſui dicto ita obtemperauit, ac ſi præpoſiti præceptum vrgeret: Chriſti Domini iam tunc heroicam præ ſe ferens obedientiam, qui ad ſubeundam pro nobis mortem factus pro nobis vſque ad eam obediens, Patris ſui præcepto non indiguit, vt ex obedientia moreretur, ſed ſolâ inſinuatione Paternæ voluntatis, vt eruditè deffendit noſter Lorca 3. p. diſp. 73. n. 11. Nec ignorare quibat Abel fratris indignationem, vtpotè qui ab heri, & nudiuſtertius, ideſt à die immolationis vtriuſque, iudicio diſcretæ Domini, faciem eius erga ſe mutatam videbat iuxta illud Domini ad Cain: *Quare iratus es? & cur concidit facies tua?*

4. Abelis paupertas.

Rurſus nihil Abeli, proprium erat, ſed cuncta ſub patris ſui moderamine tenebantur: hactenus ſiquidem omnia communia erant, & iuxta Tibullum Eleg. 3.

Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris.
Qui regeret certis finibus arua, lapis.
Ipſa mella dabant quercus, vltróque ferebant
Obuia ſecuris vbera lactis oues.

Nec mirum, cum hactenus.

Non acies, non ira fuit, non bella, nec enſes
Immitti ſæuus duxerat arte faber.

Qui concinit Naſo Faſt. 1.

Nondum

Digitized by Google

A Caino rerum diuiſio primum inducta.

Nondum iuſtitiam facinus mortale fugarat.
Rerum autem diuiſio procul dubio à Caino poſt fratris cædem inducta eſt, auaritia pectus hominis premente, cuius rei ciuitas prima omnium ab eo condita argumento eſt, vno tantum edito filio, multitudine, & frequentia populi adhuc carens: id námque innuerunt ſeptuaginta dum vertunt, *Erat* (Cain) *ædificans ciuitatem nomine filij ſui Henoch.* Geneſ. 4. cum tamen Abel peregrinum egerit ſuper terram; vel ipſo docente Auguſt. lib. 15. de ciuit. cap. 1. *Scriptum eſt itáque de Cain, quod condidit ciuitatem: Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superna eſt enim ſanctorum ciuitas, quamuis hic pariat ciues in quibus peregrinatur.* Quod ſanè iuſtorum omnium ſignifer exemplo ſuo cæteris debuit oſtendere; Doctus nihilominus ab ſpiritu, quod ethnicus ille Poëtarum vertex. 8. Aeneid.

Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo: rebúſque veni non aſper egenis.

Nimirum Horatio lib. 2. Carm. od. 2.

Regnum, & diadema tutum
Referens vni, propriámque laurum;
Quiſquis ingentes oculo irretorto ſpectat acervos.

Accedebat & Abelis cœlibatus, & adoleſcentia, qua ſub patris adhuc cura degebat, minimè emancipatus, nec paterna donatus hæreditate: quare parentum oues, non ſuas pauiſſe dubio procul eſto. Vnde ſubtiliter Ambroſius lib. de Naboth. c. 16. Abelem pauperem nuncupauit dicens; *Super Cain fratris munera placuit munus Abel. Sed vnde pauperis hoſtia magis quam diuitis placet? quia pauper fide ditior eſt, ſobrietate locupletior; & cum ſit pauper, ex illis eſt quibus dicitur tibi offerent Reges munera.* Vide Benedict. Fernand. tom. 1. in Geneſ. in c. 4. ſect. 4.

5. Abelis virginitas & caſtitas.

Si qua tandem in re Monaſticem Abel redolebat, caſtitatis præcipuè ſtudium fuit, eo ſeculo exquiſitiſſima Dei prouidentia ſic diſponente, ne mundo adhuc exorienti tantæ ſplendor virtutis deeſſet. Porro Abdon virginitati ſtuduiſſe communi Patrum calculo probatum video, id eſt Baſilij, Ambroſij, Hieronymi, Epiphanij, Ruperti, & cæterorum; vnde à quibuſdam *Virginum ſignifer, dedicatorque illius pietatis, quam in Virginibus commendat Apoſtol. 1. Corinth. 7. innupta cogitat, quæ Dei ſunt, quomodo placeat Deo,* nuncupatur. Vſque ad hæreticos tranſiit fides; nam quidam in Africa ab eo *Abelonij* dicti, etiam vxorati non miſcebantur vxoribus, ſed alios liberos adoptabant: quod refert Auguſt. lib. de hæreſ. ad quod vult Deum hæreſ. 87. Vnde autem id acciderit dum mente reuoluo, illud vehementer placet, quod cum exordio generis hominum tum ob ingentem fœminarum fœcunditatem, tum ob naturæ ipſius neceſſitatem, quouis partu maſculus & fæmella edebantur, vt ita frater ſororem duceret; oporterétque tunc non plures fæminas, quam mares edi; vnus Abel abſque conſorte fæmina partum expleuit, proinde cœlebs neceſſario manſurus, ita Deo diſponente, eiuſque res ſpecialiſſima diſpoſitione prouidente, qui filij ſui vnigeniti vitâ, ſtatu, innocentiâ, morteque imaginem præ ſe ferret. Et de imagine quidem Abelis Dominum ad viuum reddente, vna eſt omnium Doctorum mens: videndi præ cæteris Tertullian. lib. de carne Chriſti, Aug. lib. 15. de ciuit. c. 18. & lib. 12. contra Fauſtum, c. 9. & 11. Cyrillus Alex. lib. 2. in Gen. Iſidor. Hiſpalenſ.

Cur virgo permanſerit.

in Geneſ. c. 6. Iſidor. Cordubenſ. lib. Allegoriarū veteris Teſtam. & præcipuè Rupertus lib 4. in Geneſ. Vbi ſeriò ſimilitudinis momenta expendit. De genitura vero Abelis orphana (vt ſic dicam) cum cæteris naſcerentur gemelli, teſtem aduoco Epiphanium lib. 1. Panarij, hæreſi 39. in hæc verba aientem. *Quod autem habuerunt vxores tum Cain, tum Seth, manifeſtum eſt, Abel enim iunior occiſus eſt nondum vxore ducta. Quemadmodum autem in Iobilæis reperitur* (libris ſcilicet Iudæorum) *quæ etiam Geneſis exacte explicata appellatur, etiam nomina vxorum Cain & Seth is liber continet. Cum enim Adam genuerit filios & filias, neceſſe fuit illo tempore filios proprios ſororibus copulari; non enim erat hoc iniquum, quoniam nullum aliud genus erat. Copulati ſunt Cain ſorori maiori Saue appellatæ, Seth vero tertius filius poſt Abel genitus, Azura ſorori ſuæ vocatæ.* Abelis nulla aſſignatur ſoror & ſanè aliter qui fieri poterat, vt Abel Geneſi ſolus non incumberet, præſertim præcepto Domini, *Creſcite & multiplicamini,* ni ſolus abſque conſorte editus ab eadem lege, ipſius Legiſlatoris voluntate exemptus degeret? Habeat comeſtoris commentum in hiſtor. ſcholaſt. lib. Geneſ. c. 25. de reuelatione S. Methodio adſcripta, vbi Abeli ſoror gemella conſignatur Delbora nomine & Caino ſua Calmanam: quod ex Epiphanio vanum redditur, diuerſum valdè nomen Caini vxoris edente; & ex aliis principiis iam ante me à Pererio exibilatum eſt in Comment. ad cap. 4. Geneſ.

Sed & orationis Abelis aſſiduitas, & præcipua 6.
in Deum Religio Monachum redolebat, quâ nimirum doctus erat, primum ſe, deinde meliora quæque ouium quas paſcebat offerre Deo. *Abel obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum:* Quod ſerenus Abbas conſiderans apud Caſſianum collat. 8. c. 23. dixit. *Quemadmodum ſcire potuit Abel, nec dum lege mandante, quod offerre Deo de primitijs ouium ſuarum, & de adipibus ipſarum ad ſacrificium debuiſſet, niſi per datam ſibi legem* (aſſidua cum Deo colloqutione perceptam) fuiſſet edoctus. Vnde Cyprianus de eo loquens:

Abelis oratio & ſacrificium.

Aſt alius miti ſe deuouet agno
Exta manu ſincera gerens adipémque niuallem.
Confeſtimque placet Domino pia vota tuenti.

Nec ſemel id factum ab eo: námque præmiſerat.

Hi cum perpetuo ferrent ſua dona, Tonanti, &c.

Et Paulus ad Hebr. 11. quam Deo Abelis munera placerent expendens, inquit: *Fide plurimam hoſtiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam teſtimonium conſequutus eſt eſſe iuſtus: teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.* Snguine nimirum innocenter effuſo etiam nunc ad Deum conclamans, & laudes eius mortuus nihilominus concinens, vt ſolebat viuus. Quo pacto apud Gregorium 4. Dialog. c. 21. Monachi duo Valentiani cœnobij ab arbore ſuſpenſi & defuncti: *Claris illic, apertiſque vocibus pſallere cœperunt; ita vt ipſi quoque qui eos occiderant, cum voces pſallentium audirent nimium mirati terrerentur.* Et æuo parentum in Hibernia 40. Monachi Ciſtercienſes (ſic vulgatum apud incolas) ab hæreticis decapitati, veſperarium nihilominus officium de Aſſumptione Virginis, reaſſumptis capitibus expleuerunt. Ordinem oblatorum ab Abele obſeruatum egregiè Rupertus expendit, inquiens; *Abel autem primò cor ſuum, deinde rem ſuam offerendo plurimam hoſtiam*

Oblatorum ordo ab Abele.

Digitized by Google

per fidem obtulit: Eodémque à Domino recepta ſunt: *Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Bernardus verò ſerm. 71. in cant. hilaritatem vultus eius, innocẽtiã præ ſe ferentis vitam egregiè
Abelis Hilaritas. obſeruauit: *Hilarem (ait) datorem diligit Deus. Nunquid & triſtem? Profectò qui reſpexit ad Abel ob alacritatis candorem, auertit faciem à Cain, quia conſiderat vultus eius, vtique à triſtitia & liuore.*

7. Abel quia paſtor contemplator eximius. Eiuſdem contemplandorum ſupernorum ſtudij gratia ruricolturam Abel reſpuit, paſtoritium elegit pedum.

Innocuas huius ſeruabat cura bidentes
At alius curuo terram vertebat aratro.

Ita Cyprianus: quod egregiè delicatéque Ambroſius contemplatus lib. de Abel & Cain dixit: *Operari terram vſu prius eſt, gratia inferius, quam oues paſcere: hoc enim inſtar eſt cuiuſdam Doctoris, & Principis. Prior (*Cain*) ſe à vetuſtioribus inchoauit iunior (*Abel*) recentiora prætulit, quæ nullas ſpinas, nullos tribulos germinarent, nulli ſententiæ eſſent obnoxia. Denique peccati reus Adam de Paradiſo dimiſſus eſt voluptatis, vt operaretur terram;* Quæ ſcilicet ſpinas ei germinaret, & tribulos, cum tamen iuſtus, Dei ductus vnctione à terræ maledictæ ſe cultura compeſcuit; vitæque innocentiam præ ſe ferentis exercitium primus inſtituit; procul dubio eremicolarum factus Magiſter, operéque ipſo eos docens, quorum actu ſe exercere debuiſſent, quia à continua æternorum contemplatione eos nequiret auertere præberet potius meditandi, orandíque materiam; auaritiæ pelleret ſtimulos, ſolitudinis amatores redderet. Hinc ortum vt maiores noſtri Mo-
Agricultura cur antiquis Monachis interdicta. nachorum principes ac Magiſtri, agriculturam Monachis interdictam cenſuerunt. *Frater* ſiquidem *venit ad Abbatem Paſtorem, & dicit ei: ſemino agrum meũ, & facio ex ipſo agapem* (charitatis opus, ſeu eleemoſynam) *Dixit ei ſenex: bonum opus facis. Et diſceſſit cum propoſito animi; & adiiciebat ad agapem quam faciebat. Hoc autem audiens Abbas Anub dixit Abbati Paſtori: non times Deum, quia ſic loquutus es fratri illi? Et tacuit ſenex. Poſt duos autem dies miſit Abbas Paſtor ad fratrem illum, & vocauit eum ad ſe, & dixit ei, audiente Anub: Quid me interrogaſti illa die? quia mens mea alibi erat. Et dixit ei frater: Hoc dixi, quia ſemino agrum meum, & de hoc colligo, & ex ipſo facio agapem. Et dixit ei Abbas Paſtor: Putaui quia de fratre tuo illo, qui laicus eſt diceres: ſi autem tu facis hoc, non eſt opus Monachi;* ideò ſanè quoniam multo ſudore agricultura extenuat vires corporis, & mentem ab æternorum contemplatione diſtrahit; quare ita Monachis laborandum eſt, vt corpus laſſitudine non reſoluatur, & ab oratione animum impediat, quale paſtorum eſt opus: idcirco ab Abele, Moyſe, & aliis piis viris contemplantium magiſtris alacri vultu aſſumptum. Vnde Baſilius oratione de S. Manmante martyre ex eremita, & paſtore ait. *Quoniam Paſtoris admoniti ſumus, ne contemnas virum; vbi paſtorem audis. Qui Deo primus placuit Abel paſtor fuit. Quis illum imitatus eſt? Moyſes magnus ille Legiſlator qui pecudes pauit in mõte Oreb, & per paſturam ad colloquium Dei peruenit.* Idem de Iacob, & Dauid Deo amiciſſimis ſubinfert, & addit *Humilitatem illius multo ſermone, imo magis encomiis celebrabis. Paſtor, ac pauper. Hæc ſunt homini Chriſtiano ornamenta.*

8. Nominis Abel interpretatio. Tandem illud maximè facit ad rem, quod ipſa nominis ſui ethimologia, quorum eſſet magiſter futurus præſignauit. *Abel* namque Hieronymo in nominum Hebraicorum interpretatione, Auguſtino lib. 15. de ciuit. cap. 18. Iſidoro lib. 7. Orig. c. 6. Ruperto lib. 4. in Geneſ. c. 14. & aliis Patribus & Doctoribus *LVCTVM* ſignificat; qui à futuro euentu, & luctu parentibus ex morte prématura diducto, nomen deſumptum volunt; vt Iſidorus, qui ait, *quo nomine præfigurabatur occidendus*, ſpiritum prophetiæ Euæ adfuiſſe in eius impoſitione fateri coguntur: & Auguſtinus, cum ad præfigurandam Chriſti mortem ſic dictum ſcribit. Facilius intelligitur lacrymis à Deo obtentum ab his, quos vecordiæ prioris filij tædebat. Diuino nihilominus ſpiritu agente etiam Abelis cernimus nomen ſortitum, præſagium futurorum, & vitæ, ac ſtatus eorum quos moribus ſuis præfigurabat ac prædocebat: eorum, inquam, quorum munus Hieronymo Bernardoque plorare eſt, id eſt Monachorum. Aiunt & vaporem interpretari, (Hieronymus, Iſidorus, & Hebræi) & iure quando quidem cuncta quæ ſub ſole ſunt, vana eſſe moniturus erat, terrenorum egregius deſpector, cœleſtium primus, ſummaſque amator; peregrinorum ſuper terram dux. Neque vero aliter primas iuſtitiæ, & ſanctitatis obtinuiſſet; vti anthor libri de mirabilibus ſacræ Scripturæ, olim Auguſtinus exiſtimatus dilucidè expendit c. 3. inquiens: *Primus Abel totius humanæ iuſtitiæ princeps in ipſo etiam* In Abele omnis iuſtitia. *mundi principio ſanguinis ſui tripudio coronatus martyrio arripitur. Huic Abel Dominus Ieſus Chriſtus primatum iuſtitiæ hominum commiſit; ita inquiens à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ: vbi non addens Zachariæ iuſti; cum tamen iuſtus eſſet, hæreditatem iuſtitiæ Abel tenere Zachariam oſtendit.* Sicut apud Matth. c. 1. Dauid Rex nuncupatur: *Ieſſe genuit Dauid Regem*, non Salomon, *Dauid genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.* Vt eo ſignificaretur regnum quidem Salomoni hæreditario iure competere, Dauid vero regni primatum, vt primo, & electo à Deo: & iuſtitiam pariter ad Zachariam ex imitatione Abelis deductam, quam ipſe principatu tenuiſſet. *Vnde quaſi hæreditario iure patrum ſuccedunt. Sic omnes iuſti veſtigia Abel in cunctis iuſtitiæ partibus cupiunt. Tota enim iuſtitia hæc eſt, Virginitas, Sacerdotium, Martyrium, quæ triplex iuſtitia in Abel primo fuit, qui & munera Deo placita obtulit, proſapiam generis in ſæculo non reliquit, & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit.* Merito proindè Chryſoſtomus homil. 23. in Geneſ. clamat: *Ecce occiſus ille vſque nunc prædicatur, & coronatur, & tantum tempus memoriam non obſcurat:* Tot præſertim iuſtitiæ illius imitatoribus in cœnobiis vigentibus, qui vniuerſas explere iuſtitiæ partes moribus ſuis conantur. Sed de eo ſatis.

CAPVT V.

Sanctos Patriarchas Monaſticis præditos fuiſſe virtutibus: ſed omnibus ſimul, vt perfectum Monachum facerent, neminem. Vbi multa de eorum caſtitate.

DEinceps ad Eliam, & Eliſæum, imo vſque ad Ioannem Baptiſtam, neminem vnquam reperies, in quo vno vniuerſæ iuſtitiæ partes, & incorrupti Monachorum mores ſimul ſplendeant. I. Ab Abele ad Ioannem nullus Monachus.

Erit

Digitized by Google

Erit qui caſtitate polleat, ſed cõiugali,vt Adamus; quod ſi virginitate,ſolum ad tempus, nuptias tandem inituros,vt Noë:non deerunt qui cōtēplandis æternorum myſteriis ſint dediti,ruricolani, vt Enoch,& ouium paſtores,vt Abraham , & Iacob, ſed diuitiis locupletes. Quod ſi tandem & pauper quiſpiam , & virgo , & propheta ſit , eſum tamen carnium non auerſabitur, vt Elias,& Eliſæus. Ab Abele igitur ad Ioannem , neminem per tantum tempus tot vt illos Monaſticis præditum dotibus, vidit. Quod forſan Dominus innuere voluit, cum iuſtorum cathalogum ab exordio mundi ad ſuam texens ætatem ſanguinem duntaxat Abelis, & Zachariæ recenſuit , inquiens. Matth.23. *A ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ , quem occidiſtis inter templum , & altare.*

2. Quiſnam fuerit Zacharias inter templum, & altare occiſus.

Non me latet veterem fuiſſe controuerſiam inter Patres,quem Zachariam voluerit Chriſtus intelligi : & Zachariam Ioiadæ Sacerdotis filium credidiſſe Hieronymum lib.4.in Matth quem ſcilicet Ioas Rex in atrio templi interfecit 2.Paralip. 24.& quibuſdam placere de Zacharia Prophetarum minorum XI.Dominum loquutum.

Quorum iā placitum.

Refertur pro hoc placito Chryſoſtomus hom.de natiuitate Ioannis Bapt.tom. 2. & alios refert Hieronymus ſuppreſſo nomine à Vatablo ,& Ribera ſequutos.

Refellitur.

Verum quod filius Ioiadæ non ſit, illud conuincit,quod eo ipſo non erit filius Barachiæ, Patris ei à Domino deſignati : Nam quod Hieronymus,& alij meditantur ,nomen Barachiæ benedictionem Domini ſignificare ,quod Ioiadæ Zachariæ Patri, vtpote Sacerdoti ſancto congruit , ea facilitate contemnitur, ac proponitur (vt eiſdem Hieronymi verbis vtar) vtpote quod ad ſignificata,& myſteria deflectat , hiſtoriæ rigore neglecto , qui tamen primùm omnium ſaluandus eſt. At inquiunt in Euangelio Nazareorum de Ioiadæ filio loquutus Dominus ſcribitur. Miror quo pacto non plus Matthæo deferatur , quam illis,qui iure ab Eccleſia inter Apochryphos ſunt reiecti. Rurſus ne facta fuerit à Domino Zachariæ minorum Prophetæ mētio, illud manifeſtat, quod(vt benè aduertit D. Thomas in catena aur.in c.23. Matthæi) nullibi à Iudæis necatus legitur , necdum inter templum & altare, cum eius potius tempore nec altare, nec templum ſupereſſent , & eorum vix ruinæ manſiſſent , quando ipſe Prophetæ explebat munus, natus in captiuitate Babylonica ,& de reparatione templi futura loquutus. Et cur illos qui poſt hos ſanguinem iuſtum dederunt, ideſt Iſaiam Serra lignea ſectum , Ieremiam lapidibus obrutum , & alios à Iudæis nequiter occiſos , à cathalogo iuſtorum arcuiſſet ; & non horum quoque ſanguinem ſicut illorum ſuper Iudæos venturum prædiceret , cum vtrorumque parilis eſſet cauſa rei ? Multa multi commentati pro nodi ſolutione ſunt , ſed quæ inextricabiliorem eum reddunt ; vt legentibus facilè patebit apud D. Thomam citato loco & in Comment. Matthæi ,ad c. 23.

3. Sententia Patrum pro Zacharia Patre Ioannis Baptiſtæ.

Ergo libentius manus damus Baſilio homil. de humana Chriſti natiuit. Gregorio eius germano homil. eiuſdem argumenti Cyrillo Alexand. lib. aduerſus Antropomorphitas , Epiphanio de vita & interitu Prophet. c.23.Chyſoſtomo à D. Thoma relato in Comment.in Matth. Petro Alexand. can.3.ex ſuis regulis Eccleſiaſticis , quos ſexta ſynodus c.1. probauit apud Theodorum Balſamonem, Originem tract. 26. in Matth. quos ſanè , & numero plures , ita autoritate præſtantiſſimos ſequitur Card.Baronius to.1. Annal.Eccl. ad A.C.1. aſſerunt vero Dominum de Zacharia Ioannis Patre loquutum , & Sacerdotio , & Prophetia inſignem , quem Barachiæ fuiſſe filium prodit Hyppolitus Martyr relatus à Nicephoro lib. 2. c.3. inquiens *Salome* filia fuit Aggæi fratris Zachariæ Prophetæ , eiuſdemque Ioannis Baptiſtæ patris ; Zacharias vero,& Aggæus filij erant Barachiæ ſacerdotis:vnde & à Domino ore Lucæ c.11.Zacharias Propheta vocatur : quo vno ariete ruit tota Riberæ moles, qui ex cognomento Prophetæ excluſum vult Ioannis Patrem à narratione Domini: neſcio quo iure , cum & prophetiam eius Lucas recenſeat c.1.& prophetaſſe ſpiritu ſancto plenum luculenter prodat. Porro occiſum fuiſſe à Iudæis inter templum & altare traditione conſtare prædicti. aſſeuerant Patres:è quibus vnum pro multis proferam Baſilium , in hæc verba aientem. *Quod autem Maria perpetua Virgo manſerit,etiam Zachariæ declarat hiſtoria , quæ ex traditione ad nos vſque peruenit. Zacharias enim Mariam poſt Domini conceptionem in Virginum loco conſtituens à Iudæis inter templum , & altare interfectus eſt.*

4. Cauſa necis defenſio perpetua de virginitate Deiparæ.

Quæ vlterius narrant Origenes , & Cyrillus ; is vero addit : *Quando igitur Iudæi audierunt , Regem totius creationis ad humanam natiuitatem diuino conſilio procedere,ex Virginis partu ; veriti ne in eius Regis poteſtatem , & imperium venirent , eum qui hac de partu teſtificatus fuerat interficiunt Sacerdotem ſacrificantes.* Et Epiphanius : *Ex eo ſane facta ſunt in templo illo ſtupenda miracula , & viſiones. Et Sacerdotes nequibant amplius Angelorum viſa oculis vſurpare , neque oracula ſiue reſponſa populo ex datis reddere. Neque etiam poterant in Ephod per ſigna & portenta, quemadmodum prius ſoliti fuerant , vſque ad tempus hodiernum reſpondere.* Igitur Tertullianus in ſcorpiaco c.8. *Zacharias intra altare, & ædem trucidatur perennes cruoris ſui maculas ſilicibus adſignans.* Et Chryſoſtomus homil ſuperius citata : *Zacharias Propheta cuius cruor ſanguinis templi marmore infecto, ſempiternus viuit;* Quæ tamen nequeunt Ioiadæ filio conuenire , vtpote poſt quem Templum funditus euerſum eſt;neque vndecimo Prophetarum qui Templum erectum non vidit. Vide Theodoretum lib.4.hiſt. c.7. teſtimonium Valentiniani Imperatoris afferentem. Vnus Petrus Alexandrinus non ob deffenſam Deiparam à Iudæis occiſum putat(quem Baronius ſequitur)ſed ab Herode infanticida,quod Ioannem puerum trucidandum non proderet. Quod ſanè mihi minus probatur : enimverò ſi omnis ſanguis iuſtus effuſus vſque ad tempus quo id protulit Dominus (vt placet Baronio)eo ſyllabo includendus eſt , vltimus ergo omnium Zacharias necem pertulit,ac proinde poſt Ioannem filium;cuius ſanè ſanguis voce non carebat nec dignus erat ſilentio. Syllabus autem iuſtorum à Domino factus multo poſt Ioannis trucidationem ab Euangeliſta recēſetur. Vt omittā ſi infanticidij tempore periiſſet, non videri inter templum , & altare quærendum ad necem , ſed in carcere : vbi ab eo per vim de filio notitiam extorquere poſſet ; vbi & filius tametſi ſacerdotis filius) iugulum præbuit.

5. Cur iuſtorū ſyllabus Abeli, & Zacharia finitur.

Quorſum rogas hæc , tam alto repetita principio ? Eo ſanè vt oſtendam , cum Dominus voluit iuſtorum cathalogum texere Abelis ſanguinem,& ſanguinem Zachariæ dumtaxat recenſuiſſe quod Zachariæ ſanguis Ioannis Baptiſtæ ſit , & vno vocabulo patrem & filium concluſerit ;vt nimirum ordine temporis Zacharias vltimus locaretur in cahalogo , ſanguis vero eius , ideſt Ioan-

nes, velut alterum iuſtorum cathalogi caput, vtrinque paris iuſtitiæ fœlici clauſula finiti; obiter innuens Dominus in vtroque omnes iuſtitiæ partes excellenter repertas, virginitatem, ſacerdotium, Martyrium, & cum eis frugalitatem cultus, & victus, excemicolationem, contemplationis iugitatem, paupertatem, & ſi quæ ſunt alia, perfectiſſimæ hoc eſt Monaſticæ vitæ exercitia: ab alteroque ad alterum, hos quidem hâc, illos illâ floruiſſe virtute, omnibus ſimul neminem.

6\. Monaſticæ virtutes inter priſcos Patres diſperſæ, in nullo collectæ.

Ergo rude illud tempus Patriarchis vniuerſis virginitatis perpetuum decus non concedebat, vtpote humani generis aucturis numerum; ſed ſolitudinis dilectæ frequentationem, & orationis iugitatem, quæ generandæ proli nihil oberant, omnibus concedebat Deus, imò à quibuſdam extorquebat, vt ab Abrahamo, quem de terra natiuitatis ſuæ exire fecit, & perpetuò peregrinum agere ſuper terram. Vnde Apoſtolus ad Hebr. 11. *Exiit neſciens quo iret, & demoratus eſt in terra ſibi promiſſa tanquam in aliena, in caſulis habitando.* Et de Iſaac legitur quod meditabatur in agris: & Iacob eius gratia paſtor factus eſt ouium, & Moyſes Pharaonis filiæ adoptioni prætulit ſolitudinis otium: & Henoch eapropter cum Deo ambulaſſe dicitur, & raptus fuiſſe in Paradiſum; & Enos Adami nepos cœpiſſe inuocare nomen Domini. Quonam modo inquis? Chaldaica Paraphraſis id enodatius protulit. Geneſ. 4. *Tunc inceperunt filij hominum orare in nomine Domini.* Nimirum (vt Docto Lyppomano placet) ab eo inſtitutus eſt Dei cultus, ritusque precationibus publicis, & cærimoniis diſtinctus Mihi ſonat docuiſſe homines gregatim orare, & choros inſtar Monachorum primum inſtituiſſe. Obedientiæ ſpeculum quæris? audi Gregorium lib. 27. Moral. cap. 5. *Quid Abraham obedientius, qui ad vnam vocem Dominicam cognatos, ac patriam deſerit, & pro adipiſcenda æterna hæreditate ipſum ferire non trepidat, quem ſenex iam, & pene moriturus acceperat hæredem.* Patientiam? *Quid Iſaac patientius, qui ligna portat, de holocauſto interrogat, atque poſt paululum ligatur, & non loquitur; aræ ſupponitur, & non reluctatur.* Manuum labores? *Quid Iacob laborioſius, qui apud Laban tam longo tempore propinquus iure cognationis opera exercuit ſeruitutis, & vice obſequutus eſt famuli?* Caſtitatem? *Quid Ioſeph caſtius, qui a deſiderio petulantis dominæ premi non potuit etiam captiuus?* Manſuetudinem? *Quid Moyſe manſuetius, qui commiſſi ſibi populi ſeditionem tolerat; & tamen iraſcentem Dominum pro eiſdem ſuis perſequutoribus rogat, ſeque pro illis Diuino furori obiicit?* Conſtantiam? *Quid Ioſue conſtantius, qui ad explorandam gentium qualitatem miſſus, nec proceritatis magnitudinem, nec numeroſitatis multitudinem expauit? Vnde, & eaſdem gentes, quas explorando non timuit, etiam præliando proſtrauit.* De benignitate quæris? *Quid Samuele benignius, qui de principatu regendi populi deiectus ſucceſſorem ſibi humiliter requirit, inuentumque vngit in regem, vnctum mox tolerat perſequutorem?* Humilitatem veteris Patribus defuiſſe? *Quid Dauid humilius dici poteſt, qui à Rege reprobo pro victoriis contumelias recipit qui de manu hoſtili Iſraeliticam gentem fortis eripuit, & tamen ipſe ne moriatur, quaſi debilis fugit?* Diſpertiebantur igitur inter plures Monachorum futurorum mores, quos ſimul vnus ob iniuriam temporis non capiebat.

Paupertas nihilominus, & virginitas longè aberant ab antiquorũ Patrum vita; tametſi paupertatis meritò non omnino priuarentur, nam ita Iob locuples erat, vt de diuitiis ablatis gratias ageret. Virginitas vero pro captu temporis ab eiſdem Patribus in flore iuuentutis miro colebatur affectu: animo item plurimi habebatur: atque his tandem iugali vinculo ſubiectis nihil continentius fuit. Tria hæc virginitatis aſſerta ordinato explicabo ſermone. 7. Quæ ipſis paupertas, atque virginitas.

Nequiuit ſanè Abraham pater Chriſti & populi Hebræorum futurus virginitatem ad exitum vitæ cuſtodire: fuiſſe nihilominus illi virginitatis ſtudium, quod ei parem ſerto virginum coronam peperit, prædicat Auguſt. lib. de bono coniug. c. 21. virgini Ioanni eum merito caſtitatis comparari non renuens; nam ait. *Non impar meritum eſt continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias & in Abraham, qui filios generauit.* Id verò ſic explicat D. Thom. 22. q. 152. a. 4. ad. 1. *Meritum non ſolum penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operantis. Habuit autem animum Abraham ſic diſpoſitum, vt paratus eſſet virginitatem ſeruare, ſi eſſet tempori congruum. Ex quo meritum continentiæ coniugalis in ipſo æquatur merito continentiæ virginitatis in Ioanne, reſpectu præmij ſubſtantialis, non autem reſpectu præmij accidentalis. Vnde Auguſtinus dicit, quod Ioannis cælibatus, & Abrahæ connubium, pro temporum diſtributione Chriſto militauerunt ſic continentiã Ioannes in opere, Abraham vero in ſolo habitu habebat.* Ita prorſus qui de aliis SS. Patribus dixerit amplexaxatos animo virginitatem, quam opere explere nequibant, paratos nimirum, ſi daretur incorruptioni perpetuæ corpore ipſo ſtudere; nihil à vero aberrabit. 8. Abraham animo continens & virgo.

Hinc quoque factum (quod mirabile admodum eſt) omnes eos vſque ad multam ætatem virginitatem coluiſſe, nec nuptiis, vt aſſolet, ineunte iuuentute copulatos; opere teſtantes ipſo, ſi daretur, & tempori ipſa congrueret, ad vſque vltimum eã halitum ſeruaturos. Sic Seth Adami filius in locum Abelis virginis ſuſcitatus vſque ad 105. ætatis annum à filiorũ procreatione abſtinuit; quaſi fraternę hæreditate incorruptionis donatus. Sic Enos 90. annos coluit integritatem; Cainam 70. Malaleel 65. & Iared præceſſores omnes diuturna virginitate prælatus totos 161. ab vxorio vinculo, & liberorum cura ſolutus deguit. Vnde (vt reor) beatiſſima prole donatus eſt, ideſt Henoch, qui tranſlatus à Domino mortem non vidit, qui & meruit tantæ ſanctitatis filium edere Matuſalam, quod non minus 187. annos virginitatis agrum coluerit. Ex quo pari fere laude dignus prodiit Lamech 182. annorum virgo. At ex eo, qui cæteros virginitatis ſtudio, ac diuturnitate ſuperauit Noë, vtpote niſi poſt expletos 500. ætatis annos educandæ prolis operi non incumbens. Ita ſanè ex cap. 5. Gen. colligitur. Scio haud facilè credi ab Aug. lib. 15. de ciuit. c. 15. & 20. homines non habentes votum continentiæ tot annos à nuptiis abſtinuiſſe: viderique ſibi probabilius, eo dici genitos quoſdam ex multorum annorũ exiſtentibus parentibus, quod primogeniti nõ fuerint, nominatos verò præ aliis, quod ex his potius linea ad Noë humani reparatorem generis deducenda eſſet, cæterorum genealogiis ab illuuione penitus deletis. Placet id multis recentioribus, quod tamen mihi nullo placere pacto quit; maximè Auguſtino ipſo, nihil ſerio aſſeuerante, ſed diſputatoris more multa rimante, & ſuſpicante; & inter alia c. 20. promente. *Videri poteſt in eodẽ ordine* 9. Priſci virginitatem vſque ad nuptias obſeruatant. Qui præcipuè.

generatio

generationum primogenitos fuiſſe commumeratos. Quid me in eam ſententiam impellat requiris? Perpende quæſo mecum ſequentia.

10\. Primogeniti raro à primogenituræ iure deiecti.

10\. Primum non ſemper primogenitos à iure primogenituræ ſuæ à Deo abiectos, liquidius eſt quàm probatione indigeat; quinimo rarius id factum, raritas exemplorum manifeſtat, ideſt Iacob, Iudæ, Dauid, Salomonis, & omnium primi Seth, qui eiecto ob impietatem Cain, ſuper inductus eſt. Hi penè tota Chriſti genealogia primogenitis ſunt præpoſiti; cæteris qui id dixerit pariter accidiſſe, cum abſque ſcripturæ teſtimonio ex proprio Marte loquatur, audiendus non erit: nam aliàs ius primogenituræ tam in populo Dei quam vbique gentium venerabile extitit; ita vt ſacerdotij dignitas olim ei eſſet annexa. Probat id eleganter Chryſoſtomus ad cap. 25. Geneſ. emptionem primogenituræ Eſau vilis edulij pretio à Iacob perceptam ediſſerens, his verbis, *Apud veteres ſummus honor erat primogenitura: & quod ita ſit hoc argumento collige. Cum Deus Iſraëlitarum gentem ex Ægypto liberare vellet, obluctante, & detinere volente tunc Ægyptio, poſt varias plagas, etiam hanc poſtremam eis intulit, quaſi faciens, vt Ægyptij manibus ſuis extruderent Iſraëlitarum genus: nam ſimul omnia Ægyptiorum primogenita occidi fecit: Vldiſſéſque in ſingulis domibus eiulatus, & lacrymas. Vnde eis iuſſit vt primogeniti Hebræorum pueri ſibi offerrentur: & ex illo non ſolum primogenita hominum eblata ſunt Deo, ſed & brutorum quamuis autem legiſlatio, hæc de primogenitis poſterior fuerit, attamen iam ſupra & olim videbantur aliquod habere priuilegium qui vuluam matris primum adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam à natura habebat Eſau, propter intemperantiam ſuam tranſtulit in fratrem.* Quæ fuerit, aperit Eucherius in Comment. ad eum locum, inquiens: *Tradunt Hebræi, omnes primogenitos functos officio Sacerdotali, antequam Aaron in ſacerdotium eligeretur, & habuiſſe veſtimentum ſacerdotale, quo induti victimas Deo offerebant; & hæc eſſe primogenita, hoc eſt veſtimenta Eſau,* cum dignitate ſibi correſpondenti, *quæ vendidit Iacob fratri ſuo.* Quare diſertus Philo lib. de *Reſipuit Noë*, ab eius primogenito Sem docet regnum & ſacerdotium deſcendiſſe. *Nam Sem* (ait) *tam radix virtutis honeſtatiſque ſupponitur, exque frugifera planta ſapiens ille Abraham ſuccreuit, ab hoc duodecim Tribus deſcendunt, quas diuina oracula aiunt eſſe regnum, & ſacerdotium Dei, à primo Sem egregia procedente ſerie.* Nemo ergo dixerit ipſam mundi originem per decadem continuam generationum reiectos fuiſſe à iure ſuo primogenitos. Atqui ij omnes in textu nominati parentibus multa ætate vigentibus nati ſunt: relinquitur ergo, aut eo tempore fœminas ſterelitate donatas, quo maximè genus humanum propagandum erat, quod nemo ſanæ mentis proferret; aut, quod inde neceſſariò fit conſequens, veteres illos parentes multos annos virginitatem coluiſſe. Fauetque narrationis ipſius ſeries, toto enim eo cap. Geneſ. 5. nemo illorum genuiſſe filios, & filias dicitur, niſi ſucceſſoris recenſita natiuitatê, ac proinde primogeniti: v.g. *Vixit Seth 105. annis, & genuit Enos:* & poſtea ſubiungitur: *Vixítque Seth poſtquam genuit Enos 807. annis, genuitque filios, & filias*, & ſic fit de reliquis. Vide obſecro temporum diſcretionem, vt genuerit Enos, dicitur pater Seth vixiſſe 105. annis; vt vero filios & filias, vixiſſe poſt natũ Enos 807. annos, genuiſſeque filios, & filias: vbi non ſolum ordine narrationis horum procreationes ortui Enos ſubiunguntur, ſed ſub poſterioris ætatis tractu accidiſſe narrantur.

11\. Noë virgo 500. annorũ ſpatio. Alij minori tempore.

11\. Pulchrius, fortiúſque deductionis huius vinculum, tempus, quo Noë florebat, oſtendit, cum tres filios edidit ſuos. *Noë* (ait) *cum quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet.* Quo loci Caietanus, tametſi in cæteris aduerſæ addictus ſententiæ: *Iuxta Hebræum habetur: & fuit Noë filius quingentorum annorum. Non forte ſine myſterio de Noe dicit Moyſes, quod fuit filius tot annorum. Et intelligo quod hoc dixerit ad ſignificandum abſtinentiam Noë ad generandum vſque ad 500 annum ſuæ ætatis*: Idque inferri contendit ex eo quod cap. 7. iubet Deus Noë, *Ingredere tu & omnis domus tua in arcam*: Et tamen tres duntaxat filij eius cum vxoribus dicuntur intraſſe, ipſo & vxore eius exceptis: ſeu per omnes octo duntaxat animas, vti Petrus Apoſtolus enumerauit. Caietanum amplectitur Lippomanus eo loci. Siſte, lector, amabo te; ſiſtat Caietanus & dicat, num generale generandi præceptum ſi erat, Noë quoque comprehenderit, vt cæteros? Quis id neget? quonam autem pacto quingentos annos ab eius executione abſtinuit? nemo eum tranſgreſſorem dicere audebit; maximè Spiritu ſancto eius iuſtitiam prædicante illis verbis cap. 6. *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis; cum Deo ambulauit.* Et, *Noë vero inuenit gratiam coram Domino.* Cui concinit quod pater Lamech in ortu eius prophetico ductus ſpiritu dixit. *Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum in terra cui maledixit Dominus.* Innocentiæ viri non ſolum à tempore fabricantis arcam generi ſeruando præparandam, ſed à pueritia in ſenectutem, miris, digníſque eam efferentes laudibus ſubſcribunt vniuerſi Patres, Ambroſius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & cæteri. Quemadmodum ergo Noë multò cæteris pluresà nuptiis abſtinens exegit abſque culpa annos, ideſt 500. quemadmodum Deo etiam gratus, ita & reliqui potiori iure pauciores in virginitatis amplexu vixerunt, nimirum Enos 105. Iared 162. Matuſalam 187. Lamech 182. vt de reliquis taceam.

Quid iuris de præcepto illo creſcite.

Quonam iure rogas? Sanè quoniam præceptum illud non erat negatiuum, quale eſſet ſi diceret: *Nullo tempore à generandis liberis abſtineatis*: ſed poſitiuum *Creſcite & multiplicamini* de cuius natura eſt, D. Thomas & Theologis teſtibus in 4. diſt. 26. quod non *pro ſemper* obliget (ſic illi loquuntur) licet ſemper impoſitum ſit obligans congruis temporibus. Mihi plus benedictionem nuptiarum ſonat, quam coactionem, vt doctus Pereira probat lib. 4. Comment. in Geneſ. ad cap. 2. & 28. aut ſi præcepti vim obtinuit, communitatẽ hominum obligabat non ſingulos; quod docet D. Thomas 22. q. 152. a. 2. ad 1. & vt fuerit, procul omni dubio eſt, quod temporis non ita arctabat articulos, vt more pecudum quamprimùm homines generãdæ apti eſſent, proli coire impelleret. Seruanda quoque erat pulchritudini caſtitatis reuerentia, ſemper ſiquidem Deo in hominibus placuiſſe liquet, vt eius longo licet temporis ductu amore tenerentur. Vnde Chryſoſtomus homil. 12. in Matth. *Deus quamuis maſculum, & fœminam creauit propter neceſſitatem filiorum generandorum tamen ſemper caſtitatis fuit amator, & continentiæ autor.* Et ſanè idem ipſe ſpiritus incorruptionis amator, qui regit nunc Eccleſiam Dei, regebat recens nati mundi Eccleſiam, & amorem caſtitatis ſanctorum animabus ingerebat; vſque dum Abraham

virginitatem perpetuò in habitu coleret, vt ſuperiùs ex Auguſtino, & Thoma retulimus.

12. Mira Adami & Noë continentia. Inde ortum, vt prole ſemel obtenta præceptum vires ſuas, ſi quas habuerat, amiſiſſe videretur, vti Noë terna ſuſcepta ſub modici temporis anguſtiis; deinceps etiam vniuerſo hominum genere diluuij inundatione deleto, quo ſanè ex paucitate virorum vrgentius illud cogere multi crederent, Iuſtus nihilominus continenter ad mortem vixit, quod ex vlterioris prolis eius carentia ſatis conuincitur, neque enim peccatum alicuius meritò ſterelitate ſui, vxoriſvè mulctandus eſſet; nec ita à tempore diluuij exhauſtæ erat virtutis, vt gignere nequiret, cum totos 350. rurſus annos robuſtas agricola exegerit. Sic prorſus primus continentiæ, pœnitentiæquè doctor Adamus tanta præcelluit caſtitate, vt binæ prolis cumulatus honore, centum fere, aut eis amplius annis (ſexaginta ducentos numerant) continens vixiſſe probetur, eius textus teſtimonio quo cap. 5. Geneſ. aſſeritur. *Vixit Adam 130. annis, & genuit filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam* (bonis ſcilicet pollentem moribus, & caſtimoniâ floridum, vt Abel, cuius ſupplebat locum) *vocauitque nomen eius Seth.* Abeant qui volunt Seth nequaquam Abeli ordine natiuitatis ſucceſſiſſe, ſolo ſcrupulo multæ continentiæ ducti; enimverò quonam iure Eua eo nato dixiſſet. *Poſuit mihi Deus ſemen aliud, pro Abel, quem occidit Cain.* Geneſ. 4 ſi Abelem immediatè non ſequeretur. Conſolata quippe ſuper filij nece, ad noui ortum filij hoc dixit, minimè ſanè id dictura, ſi aliorum partubus iam eſſet conſolata. ſed & cæterorum filiorum, & filiarum Adæ tempora natiuitatum aſſignātur poſt natum Seth; illis nimirum 800. annis, quos Adam eius natiuitati ſuperuixit; nam ait. *Et facti ſunt dies Adam poſtquam genuit Seth, octingenti anni; genuitque filios, & filias*, haud dubium quin iis extremis 800. ætatis Adæ annis: aliàs ante ortum Seth priorum 130. annorum tempore Geneſis filiorum, filiarumque anonymatum referretur. Adde valde huic noſtræ menti congruere, quod de Adamo proximè Seth genituro dicatur: *Cognouitque adhuc Adam vxorem ſuam. & peperit filium; vocauitque nomen eius Seth.* Quam quæſo vim habeat rogo, aduerbium *adhuc*? ſi tempus quæris, erat ætatis Adam 130. annorum; & nihilominus tanto tempore tranſacto iterum *adhuc* vxori ſuæ iunctus eſt. Vide eximiam continentiam. Penè congreſſiones eorum numerat ſacer ſcriptor; primum, *cognouit* (ait) *Adam vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Cain* ſimul ac è Paradiſo eiectus eſt libidinis æſtu percitus vt fœtus prauitas demonſtrauit: idcirco aliquod tempus ad ſecundum tempus interpoſuiſſe, vt poſt tranſgreſſionis lamenta, caſtæ amore prolis vxoris potiretur thalamo, non deſunt qui adſtruant: & S. Methodio dicitur reuelatum: Et ita de Eua dicitur: *Rurſumquè peperit fratrem eius Abel.* Non audio Philonem Carpatium, qui vtrumque gemellum credidit vno partu editos; eo motus, quod non diceretur, *Rurſum Adam cognouit vxorem ſuam*, ſed *adiecit vt pareret fratrem eius Abel*, vt habent ſeptuaginta. Tertiò demum: *Adam quoque adhuc*; nimirum poſt multum temporis in lugendo Abele impenſum Chryſoſtomus hæc ita interpretatur; *Vix tandem aliquando tanti luctus conſolationem inuenit.* Non equidem ſum trinæ dumtaxat cognitionis vxoriæ Adami aſſertor, ſed eo dicendi caractere miram coniugum illorum continentiam ſignificari contendo: & poſt multorum annorum inter capedinem luctu expletam complexus iterationem.

An verò non ſuppetit nobis Raphaëlis Archangeli grauiſſimum teſtimonium, quo veterum Patriarcharum mira nuptialis vſus ſobrietas euidenter ſignificatur. Tunc Raphaël dixit ei (Tobiæ iuniori cap. 6.) *Audi me, & oſtendam tibi, qui ſunt quibus præualere poteſt demonium. Hi nàmque qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem demonum ſuper eos Tu autem cum acceperis eam,* (Saram vtique Raguelis filiam, cuius ſeptem maritos dæmonium prima nuptiarum nocte ſuffocauerat) *Ingreſſus cubiculum per tres dies continuos continens eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus vacabis cum ea. Ipſa autem nocte incenſo iecore piſcis fugabitur dæmon. Secunda vero nocte in copulatione ſanctorum Patriarcharum admitteris. Tertia autem nocte benedictionem conſequeris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Tranſactâ autem tertia nocte accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quam libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filiis conſequaris.* Vnde & poſtea Tobias ipſe Virgini intendit ipſa nuptiarum nocte: *Sara exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & ſecundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur; filij quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi ſicut gentes quæ ignorant Deum.* Sanctis ergo Patriarchis vehemens inerat continentiæ amor, & priuſquam thalamum ingrederentur, multos dies orationi vocabant; iure ſuo ſolo propagationis liberorum deſiderio vtentes. 13. Tobiæ continentia.

Relucet iſtuc met ex eis Geneſ. 6. verbis, quibus humanis generis perditio recenſetur. *Cum cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* Vbi multa pulchrè ad rem noſtram facientia liquet expendere. *Cum cœpiſſent homines multiplicari:* Ergo vſque ad ad illud tempus non fuerant valde aucti numero. Quæris de quo tempore dicat? Occurrit doctè Theodoretus quæſtion. 47. in Geneſ. *Poſteri Seth tanquam pij & boni cognominati ſunt filij Dei ſeparatum enim erat genus Seth, & non permiſcebatur cum cognatione Cain, propter illatam ei à Deo maledictionem*: & diſſonos vtrorúmque mores. *Multo autem poſt tempore (nam poſt annos plus mille diluuium induxit Deus) videntes filias cognationis Cain ſpecioſas permixti ſunt illis & contaminauerunt nobilitatem ſuam.* Paulo ante diluuium id factum aſſerit: ſed Ioſeph lib. 1. Antiquitat. per ſeptem generationes, videlicet vſque ad Henoch filios Seth *filios Dei* cognominatos, incontaminatos aſſerit perſtitiſſe, & ad calcem ſeptimæ propagationem illam exuberantem, & bonorum coinquinationem accidiſſe. Et iure quidem, quoniam Sapient. 4. Eapropter tunc temporis. *Viuens inter peccatores tranſlatus* Henoch aſſeritur, *ne malitia mutaret intellectum eius; aut ne fictio deciperet animã illius.* Septem igitur generationibus, quæ totos 687. ann. expleuerant, non quidem homines multiplicati admodũ erant, ſed nec cœperant multiplicari, Vnde id? Ego aut ſterilitate parentum, 14. Totius naturæ ante diluuium continentia.

aut

aut quia parciſſimè thalamos intrabant, factum neceſſariò credam; cum inter duo hæc, nihil mediare poſſe noſcatur. Sterilitatem ſi eligas paucitatis hominum cauſam, neſcio an in Dei prouidentiam iniurius exiſtas, quaſi naturæ feraciſſimæ, & florentiſſimæ obicem apponeret, aut iuberet exequi, quod negante ipſo homines explere nequirent. Ego autem dum caſtitatem in cauſa fuiſſe aſſero, virtutis datorem prædico, qui pluris habendam ab hominibus animi pulchritudinem, & libidinum extinctionem, quo Angelis ſimiles fieri, cupiebat, quam corporum propagationem, quæ homines belluis efficiebat perſimiles.

15. Continentes Filij Dei, libidinoſi homines vocantur.

Duo proinde rationalium creaturarum tunc genera valde moribus abſona erat videre; qui libidini inſeruiebant, homines dicebantur; qui caſtitati *filij Dei*, vt habet vulgatus, aut etiam *Angeli*, vt alia habet verſio; quod ſcilicet multo æuo, neque nuberent, neque nuberentur, ſed eſſent ſicut Angeli Dei in cælis, & nuptiis tandem parciſſimè fruerentur: velut Noë qui 950. annorum ſpatio tres duntaxat filios procreauit; velut Adam qui, Epiphanio teſte, hereſ. 39. duodecim tantum genuit filios. Dictos vero *filios Dei*, vel Angelos ob caſtitatis merita, iuxta illud Ambroſij lib. de Noë cap.5. *Quorum carnalia ſunt opera, hos filios dicimus carnis. Dedit autem Deus poteſtatem filios Dei fieri ÿs qui non ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt. Ex carnalibus gigantes nati: ſed conſideremus ne forte gigantibus ſint ſimiles, cultui ſtudentes carnis ſuæ, animæ autem nullam curam habentes. Sanè qui ſolius corporis curant, corpore magni fieri, anima puſilli videntur: propterea gigantes, & monſtruoſi dicti. Inde liquet, quod dum libidini indulgent, eſſe, dicique huiuſmodi deſierunt Filij Dei. Videntes ſiquidem Filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchra, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus* (quo Filius Dei fit) *in homine in æternum.* (Iam ergo homo ex libidine factus, qui erat Filius Dei, vel Angelus ex caſtitate) *quia caro eſt.*

16. Ab incontinentia perditio.

Nec illud omittendum caſtitatis inſigne: *Videntes Filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ*: Nec dum ergò eas pulchras eſſe perpenderant; nec dum oculos petulanter in eas iecerant. Nec illud: *acceperunt ſibi vxores*: ergonè coniugium damnabat Deus? Abſit; ſed petulantiam etiam in coniugio. Coniicio itidem nec dum Filios Dei viros caſtiſſimos vxores eligere conſueuiſſe, ſed Dei dono vxores accipiebant, nempe gemellas ſibi ſorores; is quidem duplicati ſexus fructus ex temperantiſſimo nuptiarum vſu ortum ducebat: intemperantes verò Caïni poſteri inæquali admodum quoad ſexum fructu, ſed ob intemperantiam frequentiſſimo, & ob virtutis debilitatem fæmenini vt plurimum replebantur. Inde *cæperunt homines multiplicari ſuper terram, & fœminas procreare*: fæminas inquam, quæ non vt prius maſculis comites edebantur, idcirco ſimul cum illis annumeratæ; tota ſiquidem iuſtorum progenie aſſeritur, *& genuit filios & filias* quæ totos explerent matris partus, ideo abſque maſculis numeratas. *Et fæminas procreare*: notatque Iſidorus, quod in progenie ſeth nulla fæmina nominatim progenita exprimitur, ſicut in progenie Cain, eo quod carnalis admodum eſſet imo finis eorum quæ recenſentur de ipſa fæmina eſt, ſcilicet Noëma ſoror Tubal-Cain fabri ferrarij.

Hinc in Caïni poſteris fæminæ multo ante ſupeterant; quippe Lamech eius at nepos bigamiæ fuit inuentor. Hinc mali origo: viderunt Filij Dei fæminas, nequaquam vt ſuas ortus iure coniugatas ſed liberas: tunc eligere cæperunt vxores pulchritudinis dote, & libidine ſimul inſigniores. Rectè proinde Eucherius: *Quod vero adiecit, & filias procreaſſent, oſtendit rurſum malum à ſexu fæmineo prorſus inuentum.* Et certè quoad caſtitati conſultum à Filiis Dei fuit, intemperantium, & effeminatorum Caïni progeniem tolerabat Deus: ea verò è terris valere iuſſa totius mundi exitium conflatum eſt: vno quippè duntaxat iuſto exiſtente, per quem Deus caſtimoniam recrearet.

CAPVT VI.

Præclarum Cœnobiorum typum Arcam Noë extitiſſe.

VIdiſti lector virginitatem à veteribus ante nuptias multos annos enixè amatam, egregiè cultam; poſt nuptias eximiam interpolatam continentiam, ne tantæ virtus pulchritudinis aliquo temporis momento à mundo exularet; & ſparſim vtminimùm vniuerſas iuſtitiæ partes, quas vna Monaſtices colit, ipſe complecteretur. Quid deinceps actum fuerit quæris? Abluta eſt terra ab immunditiis quibus ſorduerat, ruptis aquarum fontibus, & cataractis cælorum apertis. Tantis oportuit aquis tantam mundari ſordem. Videres autem vniuerſis orbis regionibus exitium perpetientibus, vnum duntaxat Monaſteriorum typum tota colluuione ſuperiorem. Nempe arcam illam Noë pulcherrimam eorum figuram extitiſſe D. Baſilius lucidiſſimè prompſit ſerm. de abdicatione rerum ſic ad Monachum loquens. *Si, vt aſſolet neceſſitas tibi incidat aliqua, quamobrem extra cellam tibi exeundum ſit, negotio illo cuius cauſa exiſti expeditò, domum te quamprimum referto, neuè diutius extra demoreris; ſed innocentem columbam illam imitare, atque ad arcam vnde fueras emiſſus alis vſus volocibus redi: atque vt illa cum oliua ramulo in roſtro reuerſa eſt, ita tu quoque inter redeundum, cum ore tuo Chriſti miſericordias decanta: atque hoc modo internis tuis animi cogitationibus perſuade, alibi te nunquam cum ſalute poſſe conſiſtere, quam in arca.* Cur hoc? nimirum *egreſſus es à cella tua? ibi continentiam reliquiſti: in mundum introſpexiſti? ibi in mulierem aliquam meretricem incidiſti, quæ & auribus tuis blando ſermone delinitâ* (vide coruum morticinis inhiantem carnibus) *ſeuerum illud tuum, & rigidum de retinenda continentia deſiderium amittit, ac flectit. Quod ſi Dei virtute factum ſit, vt ex eius retibus elabi potueris, tu quidem ad cellam tuam te recepiſti, at non ille idem qui prius, ſed ſegnis quidem, & languens, & ad omne rectum munus lentus, diſſolutuſque, quique non niſi magni temporis interuallo ad priſtinum te habitum illum poſſis referre. Variis ſiquidem tibi vtriuſque vita deſiderium exortum cogitationibus animum tuum fatigat. Vix, & ægre poteris obtinere, vt ex ea fluctuatione* (vide effectum exeuntis de arca, vt mundi videas diluuium *ille victor emergat.* 1. Monachi extra arcam Monaſterij pericula.

Perpende vero mecum, lector exactiſſimum Monaſterialis vitæ typum. Illic cernere erat perfectam omnium interius exiſtentium obedientiam, 2. Obedientia paupertas & caſtitas intra arcam Noë obſeruata.

tiam, filiorum ac vxorum, patri ac ſocero viróque, eius vero Deo, ei tandem ipſa bruta. Hoc loco Chryſoſtomus perpendit quod ſacer textus dicat: *Ex omnibus intrauerunt in arcam, ſicut præceperat Dominus Noë:* inquiens. *Non abſque cauſa id addidit ſed vt iterum augeret laudem iuſti; quod omnia impleuerit ſicut præceperat, & quod nihil ex dictis pretermiſerat.* Sic ille per obedientiam mundum reſtituit, quem inobedientia ſua Adam deſtruxerat. *Inuenit autem Deus alium virum, qui potuit innouare imaginem priſtinam, magnamque in mandatis obedientiam præ ſe tulit, & ad primum honorem iterum rediit: quaſi docens nos operibus, quantam poteſtatem Adam ante inobedientiam, habuerit. Virtus itaque Iuſti diuinâ miſericordiâ adiuta primum reparauit Dominum, agnoueruntquè beſtiæ iterum ſubiectionem. Cum enim eæ viderint Iuſtum, obliuiſcuntur naturæ ſuæ, imo non naturæ, ſed ferociæ & naturæ inſitam ferociam in manſuetudinem conuertunt.* Paupertate rurſus omnia nitebant, quandoquidem ſolæ animæ congruo cibo in communi repoſito ad nutum præpoſiti cunctis diſtribuendo in arcam vim aquarum declinaturæ arcam intrauerunt: mundi namque pereuntis diuitiæ vniuerſæ cum eo penitus periere, nihil earum poſteris reſeruato. Caſtitate deinde non ſolum ibi homines, ſed animalia ipſa, & pecudes procaciſſimæ mira puritate coluerunt. Vnde ſeparatim introierunt in arcam, ſeorſum viri, ſeorſum fœminæ. Audi ſcripturam: attende ordinem ingredientium: nam intrà eodem repoſitos illud conuincit, quod inordinate poſt modum acturi, non egerent ordinatiſſimè ingredi. *Et ingreſſus eſt Noë, & filij eius; vxores eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquam diluuij.* Et rurſus. *In articulo diei illius ingreſſus eſt Noë, & Sem, & Cham, & Iaphet filij eius; & vxor illius, & vxores filiorum eius.* Ita ſanè obſeruarunt pridem Auguſt. lib. 12. contra Fauſt. c. 21. & Iſidorus Comment. in Geneſ. c. 7. illud itidem animadnertentes, cum inde exirent, non vt prius viros ab vxoribus ſeparatos, ſed ordinatè ſuis comites vxoribus effectos, thalamis vlterius fruituros exiiſſe. *Cur de arca coniuncti exeant, qui diſiuncti intrauerunt? ſic enim dictum eſt, quod intrauerunt in arcam Noë & filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius, ſeorſum viri, & ſeorſum feminæ commemoratæ ſunt. Exeunt autem Noë, & vxor eius; & filij eius, & vxores filiorum eius, nunc coniuncti commemorati maſculi, & feminæ.* Verum cum iuxta hiſtoriam cauſa fuerit manifeſta intra arcam ſeparatim repoſitos, quod caſtitatis eſſet locus, extra poſitos iterum liberorum procreationi incumbere debuiſſe: vterque nobis (nam eiſdem Iſidorus, ac Auguſtinus vtitur verbis) quid altius, ſubtiliuſque, & monaſticæ arcæ congruentius, ſic reſpondent: *In hoc tempore huius ſacramenti, caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, idcircò dum viuitur, ſeparandi ſunt, vt puritas conſeruetur: & in fine ſæculi atque in reſurrectione iuſtorum* (ad quam ſolum arca exeundum) *omnimoda, & perfecta pace ſpiritus adhærebit, nulla mortalitatis indigentia, vel concupiſcentia reſiſtente.* Vtiquè periculum amittendi virginitatis flores nullum deinceps erit, nec ſeparari in cælo viros à fœminis erit neceſſum, futuros ſcilicet vt Angelos Dei. Quinimo in numero animalium intrantium in arcam caſtitatem commendari voluit Hieronymus Epiſt. 22. inquiens. *In huius ſenſus congruit voluntatem etiam illud, quod animalia, quæ in arca Noë bina inducuntur, immunda ſunt; impar enim numerus eſt mundus:* nam in imparibus aliquod eſt ſine conſorte.

De clauſura Monaſterij quid Chryſoſtomus obſeruauerit homil. 25. in Geneſim accipe: *Et clauſit Dominus deforis eius arcam. Animaduerte etiam hic verbi ad noſtram infirmitatem accommodationem. Clauſit Dominus forinſecus illius arcam, vt doceret, quod ſecurum feciſſet Iuſtum; ita vt ne poſſet videre generalem omnium interitum, qui fiebat, vnde maiori dolore conficeretur. Erat etiam ibi incluſus quaſi in carcere & cuſtodia. Et quomodo potuiſſet, dic, aduerſus tantos fluctuum aliter impetus obſiſtere?* Qui enim in cœnobio ſunt, velut in arca clauſa ſola Dei gratia tuentur, de portu tandem ſalis appræhendendo, dum inde non exeunt ſecuri. Seculares autem quaſi in naui aperta hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus reptilibus quorum non eſt numerus, ſcatens nauigant. Vnde ſubdit. *Homines qui in naui ſunt, & velis vtuntur, & gubernatorem (* Epiſcopum reor *) ad clauum ſedentem vident, & ſua arte ventorum, vi obſiſtentem, & ſi quando fluctuum vident inſaniam, innecantur metu, & ſaluti ſuæ timent: & plerumque naufragium patiuntur. Quid igitur dicet aliquis de Iuſto hoc qui quaſi in carcere ſedens, hinc inde circumferebatur, neque cœlum videre, neque aliquò oculos vertere valens, ſed intus tenebatur, nihilquè prorſus videre poterat quod conſolationem afferret?* Audi Religioſi ſtatus certamina. *Anno toto* (dum viuitur) *nouum & rarum illum carcerem inhabitat, neque aërem reſpirare valens. Quomodo? Vndequaque enim arca munita erat. Quomodo ſubſtitit? quomodo durauit? dic mihi: nam ſi ferrea & adamantina illis fuiſſent corpora, quomodo potuiſſent qui neque aëre fruebantur, neque vento, qui non minus quam aër ad refocillanda corpora noſtra inuentus eſt neque oculos paſcere poterant, aut cœli, aut terra floribus picta ſpectaculo? Quomodo non excæcati oculi eorum, qui tandiu ibi egerunt? Et ſi humanis rationibus hæc deprahendere volumus, & illud cogitandum quantam fluuialis aquæ copiam habebant in aqua viuentes?* Sanè aquam ipſam opportebat eis bibere cum menſurà. *Et vt hæc præteream, quomodò potuit Iuſtus ille cum filiis, & vxoribus conuerſationem cum feris, & aliis animalibus ferre?* mores ſcilicet duros quorundam tolerare? *Quomodò tulit fœtorem, & cohabitationem?* imperfectorum. *Et quid dico; quomodò bruta ipſa potuerunt durare, & non perire in tanta temporis longitudine, quæ neque aërem attrahere valebant, neque moueri, ſed in vno loco coërcebantur.* Hoc ſanè mirabile in Cœnobiis eſt, imperfectos, durè licet amiſſionem mundanarum conſolationum perpeſſi, intra ſepta nihilominus arcæ teneri, & ſaluari: ſed vnde? concludit tandem: *Vnde igitur potuit Iuſtus cum omnibus qui in arca erant tanto tempore durare? Non aliundè, quam ex ſuperna gratia, cui omnia ſunt poſſibilia magna facilitate ferarum ferebat conuictum, & neque loci anguſtia, neque temporis productio, neque quod ſic incluſus erat, & aërem reſpirare non poſſet, moroſum, & difficilem reddebant; ſed ob fidem in Deum omnia ipſi facilia videbantur, & ſic verſabatur in graui illo carcere, ſicut nos in pratis, & lucis, præceptum enim Domini facilia ſibi videri faciebat.*

3. Monachi in clauſura ſecuritas, & labores.

Nec illud omittendum Prælatum quidem non vnum de plebe, ſed virum vndecunque ſpectatiſſimum aſſumptum præ omnibus fuiſſe, tantorum

4. Noë Prælatorũ typus.

moribus

Digitized by Google

moribus profuturum, morbis opportuna remedia præbiturum, talemque & ab ipſo Deo electum, ab eo dici potuerit *Te enim vidi iuſtum in generatione hac*, non vtcumque, ſed præ cæteris omnibus: quo circa Chryſoſtomus hom. 23. tria in eius commendationem dicta fuiſſe pulchrè obſeruauit. *Noe vir iuſtus*, qua appellatione omnis virtutis cultura complectitur: *atque perfectus in generatione ſua* illa ſcilicet impiiſſima, ſuo æuo perditiſſimorum hominum, quorum conſortio nihil illi detractum fuit. *cum Deo ambulanit*, quod ſanè vel vnica cauſa fuit tranſlationis Henoch innuens profectò Monaſterij Antiſtitem omni in ſe ipſo virtute præſtantem eſſe oportere; & qui imperfectis aduiuere abſque ſui incommodo poſſit: & quod caput eſt orationis aſſiduitate niteſcat, quâ in omnibus à voluntate Dei nunquam diſcedat. Addit Ambroſius ſapientiâ itidem Noë præcelluiſſe vnicè ad ſubditorum gubernationem neceſſariâ; iuſtitia ne cuiquam tamquam poteſtatem habens iniuriam inferat: moderatione in mandatorum præceptione; patientia vt toleret humilium imperfectiones; ac tandem fortitudine, qui ſuperbis reſiſtat. Audi nunc aurea eius verba ex lib. 1. Offic. c. 25. *Noë quàm ſapiens, qui tantam fabricauit arcam: quàm iuſtus, qui ad ſemen omnium reſeruatus, ſolus ex omnibus & præteritæ generationis ſuperſtes & factus* (vide ne an magno Benedicto ad vnguẽ iſta conueniant) *& autor futuræ, mundò potius & vniuerſis quàm ſibi natus! quàm fortis, vt diluuium vinceret! quàm temperans, vt diluuium toleraret! quâ moderatione degeret, quando coruum, quando columbam dimitteret, quando reciperet reuertentes, quando exeundi opportunitatem captaret?* Denique vt vſquequaque calleas Noë typum geſſiſſe Prælatorum, quid fuerit in cauſa perpendas rogo, vt Noë ſeruaretur mundum redempturus? ſi dixeris nouam humani generis generationem illi commiſſam, obſtare ei liquet quod ipſe poſt diluuium nullum filium procreauit: quod olim notatum reliquit Chryſoſtomus homil. 29. his verbis: *Vixit Noë poſt diluuium annis 350. & fuerunt omnes dies Noë 950. anni, & mortuus eſt: neque hoc putes abſque causâ aſſignaſſe ſcripturam: ſed vide & hoc loco Iuſti continentiam; quia cum tantâ frueretur vbertate, & proſperitate, ſuperuiueretquè tanto annorum numero, poſt egreſſum ab arcâ noluit vltra indulgere puerorum procreationi; non enim commemorat ſcriptura alios præter tres iſtos habuiſſe pueros.* Sic enim poſt diluuium ait: *Hæ ſunt generationes filiorum Noe*; non ait *generationis Noe*, ſed filiorum eius. Et enarratis eorum lineis, ſubdit: *Hæ familia Noë iuxta populos, & nationes ſuas: ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.* Quod ergo ad prolem edendam futuro mundo ſpectat ſuperfluo relinqueretur Noë in arca: quare procul dubio doctrinæ ſanæ hominibus miniſtrandæ cauſa magnâ Dei prouidentiâ relictus eſt paſtor nouæ prolis futurus, munus quod Prælati eſt.

Noë poſt diluuium nullũ procreauit filium.

5. Animalia mũda, & immunda ſubditorum figura.

Nec defuere in arcæ miniſterio multa quæ ſubditorum ſpecimen gererent; nam dein admiſſa quidem in arca etiam immunda animalia, ſed valde pauciora numero; quippe cum ex mundis ſeptena, & ſeptena in eam inducta ſint, ex immundis bina tantum, & bina: quo nimirum facilius ad mores bonorum aſſuefierent, non è conuerſo: quod ſanè ſi plures vel pari eſſent numero, valde eſſet timendum, & itidem in Monaſteriis procurandum.

6. Vita contemplatiua, & actiua in arca.

Orationum iugitatem exiſtentium in arca ille ſolus inficiabitur, qui ſtultè aſſereret illos periculi inundantis diluuij fuiſſe aliquando oblitos: aliàs iugiter ad cœlum ora cum manibus oporteret eos leuare opem Domini imploraturos. Arcam quoque bicameratam fuiſſe idcirco obſeruauit Bernardus (non Clareuallenſis meus, ſed Cluniacenſis Abbas) lib. de modo bene viuendi ad ſoror. cap. 54. quod eo ſignificarentur actiui, & contemplatiui. *Arca Noë quæ bicamerata dicitur, ſignificat actiuos & contemplatiuos, quorum actiui deorſum ſtant, contemplatiui vero ſtant surſum.* Vnde tertiam cameram eorum eſto: qui vtrique vitæ pro temporis oportunitate partes exlent. Vel ſi mauis, incipientes, proficientes, & perfectos intellige. Vtpote quos omnes Monaſterij arca complectatur.

7. Aliæ virtutes in arcæ fabrica adumbratæ.

Quod deinde ex lignis leuigatis arca conſtructa ſit, denotat ligna omnia ex quibus arca compingitur poliri, & leuigari oportere, vt alteri alterum coaptetur: vnde & aliter quadrata nuncupata fuiſſe notat Ambroſius, *quô inundante diluuio totus aquarum prohiberetur incurſus*, quod ſane fit, cum quiſque cedit alteri, & mortificationi paſſionum ſuarum ſtudet: Quo vno tentationum externarum impetus nocere religionis viror nequibunt. *Leuigata* (ait Benardus ſermone de B. Maria, cuius initium *Aue Maria*) *quia de virtutibus conſummatis redificata arca eſt.* Quod ligna eadem intus & foris bitumine linita eſſent Rabano Doctore, denotat charitatis perfectiſſimo glutino compaginatos eius habitatores eſſe debere, tam erga ſe intùs, quam erga proximos exteriùs degentes. Rectiùs itidem ex iuuenibus virgunculis, quam ex viris aut ſenibus conſtrui cœnobium illud in typo arcæ fuit, quod filij Noë cum eam intrarent tametſi poſteritatis cauſa ſponſis addicti fuiſſent, nec dum tamen proles ſuſceperant, vt ex illis verbis. *Nati ſunt ei filij poſt diluuium*, infert Caietanus inquiens: *Hoc dictum eſt ad explicandum quod ante diluuium non genuerunt.*

8. Manſiunculæ arcæ, Monaſterij cellæ.

Quid plura? ipſa ſtructuræ arcæ forma Monaterium repræſentat cellis modicis diſtinctum, nam de ea dictum eſt ad Noë *Manſiunculas in arca facies.* Vbi alia habet litera apud Originem, & Auguſtinum *Nidos in ea facies*, id eſt paruas, domunculas: vt enim argutè Epictetus ab Ariano relatus: *Oſtende quid differant hominum domus, & ciconiarum nidi*; quandoquidem idem nobis domus eſt, quod illis nidus.

9. Tribus Noë filiis, tria Monachorũ genera ſignificata.

Demum quod ex arca tria hominum proceſſerint genera, a Sem ſynagoga, à Iaphet gentium Eccleſia, à Cham paganorum & hæreticorum ſectæ (quod Iſidorus, & Rupertus ſatis proſequuntur) in figuram præceſſiſſe coniicio, cum Religioſorum ſub veteri pagina militantium, tum Monachorum, Noui; tum denique Sarabagtarum. In hos; & ſaducæorum, Oſſenorum, & Herodianorum in illos inſurgentium: quibus mox diffuſiùs dicemus.

CAPVT VII.

Moyſes quo iure à Petro Damiani Monachorum parens adſtruatur?

1. Moyſem Monaſticam in re vitam egiſſe.

HAc tenus ex paritate rationis, & typorum cum rebus conuenientia abditiſſimas Monaſticæ arboris radices produximus, recenſuimus: nunc

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO

nunc iam quod Veteres de illo agnouerunt Patres ordine debito perluſtremus. Qua in re primus omnium ſe offert magnus ille legiſlator Moyſes, quem D. Petrus Damiani verum Monachorum parentem extitiſſe teſtatus eſt illis verbis *certe noſtri, non veſtri ordinis Moyſes, & Elias fuere, eremum qui incoluere.* Ita ille Opuſc. 28. nec diſſimilia ſcripſerat Opuſc. 15. cap. 2. Nec diſſenſit Odo Cluniacenſis S. Bededictum Moyſi ſimilem fuiſſe contendens: quorum nos verba ſuperius dedimus c. 1. num. 18. ſed nunc ea de re iudicium ferre cogimur. Sane dicenduſne ſit Monachus necne, aliorum eſto iudicium, & in quæſtione de nomine non valde cruciamur. Hoc vnum mihi procul omni dubio eſt, rem Monachorum exercuiſſe longo tempore; tametſi poſt modum nuptiis fuerit copulatus, ob myſterium, non cauſa libidinis, indequè ad ſupremū Præſulatum populi aſſumptum: haud aliter quam modo quis e Monaſterio ad Epiſcopatum abducitur. Et perſequamur ſingula.

Monachus ne dicendus.

2. Moyſes omnia reliquit propter Deū.

Primum omnium omnia propter Deum reliquiſſe, luculenter Paulus Epiſtola ad Hebræos digno vſus encomio prompſit cap. 11. inquiens. *Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti, aſpiciebat enim in remunerationem.* Quo loci Ambroſius ſerm. 8. in Pſal. 118. ſic inquit. *Vtique & Moyſes potuit Regis eſſe ſucceſſor, nutritus à Regis filia. Potuit ergo eſſe non ſolum quaſi Pharao, ſed etiam Pharao potuit eſſe. Moyſes noluit eſſe Rex, cum poſſet; ſed opprobrium Chriſti arbitratus eſt præferendum theſauris Ægypti.* Et Chryſoſtomus: *Tanquam ſi diceret Apoſtolus. Nullus veſtrum dimiſit aulam Regalem amplam & clarã, neque tales theſauros, neque cum poſſet filius Regis eſſe, contempſit ſicut Moyſes.* Sed quo iure Regis ſceptum ſi vellet, potuiſſet adipiſci, ſic exponit Philo in eius vita. *Erat Regi vnico dilecta filia: eam ferunt dudum nuptam non potuiſſe matrem fieri, quamuis liberorum cupidam, præſertim ſexus potioris, vt eſſet qui infortunatam aui ſortem ſuccederet adoptatus tunc Moyſes ab ea, euectus eſt in ſummum rerum faſtigium, nepos tanti Regis habitus ſpe omnium deſtinatus ſucceſſor auiti ſolij, nec aliud quam Rex iunior appellatus.* Sed quonam modo negauit ſe filium filiæ Pharaonis? opere ſanè, & fide; neque enim Deos Ægyptios adorabat, nec Hebræos, vt auus, & filia perſequebatur, ſed *poſtquam creuerat* (ait ſacer Exodi textus c. 2.) En grandis factus: *egreſſus eſt ad fratres ſuos, viditque afflictionem eorum.* Ægyptiumque Hebræum percutientem interfecit: Ita ſe Pharaonis nepotem eſſe opere negauit. Chryſoſtomus legit. *Abnegauit. Et quia non vtcumque dimiſit* (ait ille) *ſignificauit dicens: Abnegauit, hoc eſt horruit, auerſatus eſt*; & cum quæreretur ad necem, relictis omnibus fugit; vide quam, quantaque dimiſerit Moyſes.

3. An metus cauſa Moyſes fugerit Ægyptum.

Sed ais: timore mortis actum abfugiſſe. Atqui & Paulus *primus* Eremitarum dictus, vt mortem euaderet Chryſtianis edicto Diocletiani promulgatam, eremum penetrauit; nec id illi obſtitit, quominus Monachus ſpontaneus. Quinimo Paulus fide eum vt Ægyptum fugeret motum, ſcribit; *Fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem Regis*; aliis *iram*; Chryſoſtomo, *ferociam*; eſt enim Græce θυμὸν. Verum quomodo iram, ferociamvè, non verebatur, qui timuiſſe legitur: *Timuit Moyſes*? Gloſſa ordinaria contendit Paulum loqui de egreſſu eius cum populo; quo tempore palam eſt Regis iram non timuiſſe. Sed D. Thomas lect. 6. de fuga priori loquutum credit cum Chryſoſtomo, Theodoreto, & aliis; exponitque ita, vt non dicatur timuiſſe timore vituperabili, cum nihil virtutis exequendæ reliquerit, ſed laudabili; fuga ſcilicet ſe ſubducens, vt tempus iuuandis Patribus captaret idoneum. Chryſoſtomus ex effectu non veritus ferociam Regis infert, quoniam ſcilicet iterum ad patrocinium eis præſtandum reuerſus eſt. Theodoretus *Fugam* (ait) *poſuit Apoſtolus pro cauſa fugæ. Aegyptum quidem timens reliquit, Ægyptium audacter confodit.* Ergo cauſam fugæ audacter perpetrauit, & hanc Apoſtolus vocauit fugam: perindequè eſt, ac ſi diceret. Fide audacter fugæ Ægyptiacæ cauſam dedit, non veritus animoſitatem Regis. Sed adhuc poſt meſſores tantos eunti ſpica mihi relicta eſt. Timuiſſe quidem exiſtimo Moyſem cum primum ſenſit homicidium ſuum eſſe vulgatum, priuſquam aures Regis fama penetraſſet, verum animæquior factus cum fugam iniit, non timore actus eſt Regis ferociam veritus ſed fide, qua aſpiciebat in remunerationem: & ea permotus Chriſti improperium maiores æſtimabat diuitias theſauro Ægyptiorum. Et vide ſi non Textus timorem à fuga ſepararit: ait namquè. *Egreſſus die altero conſpexit duos Hebræos rixantes; dixitque ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? Qui reſpondit. Num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium? Timuitque Moyſes & ait: Quomodo palam factum eſt verbum iſtud.* En tempus timoris. Sed quid rurſus accidit? *Audiuitque Pharao ſermonem hunc, & quærebat occidere Moyſem, qui fugiens de conſpectu eius moratus eſt in terra Madiam.* Satis profecto tẽporis interceſſiſſe oportet, vt quod ſecreto inter duos de plebe acciderat, ad aures Regis perferretur; & mandatum ipſius de quærendo ad necem Moyſe prodiret, euulgatumquè ad aures Moyſis pertingeret, & de fuga deliberaret: ſatis etiam vt timiditatem, quæ ſubditò cor eius peruaſerat exueret; atque in remuneratorem, remunerationemque coniiciens oculos, fide, non metu fugam iniret. Ergo reliquit, ergo reſpuit multa, magna, denique omnia; pauperque Chriſti effectus eremum ingreſſus eſt. Vis ſcire quàm pauper? Audi Chryſoſtomum homil. 57. in Matth. vbi de Moyſis, & Eliæ paupertate agens inquit: *Vterque ſæcularium diuitiarum apprimè contemptor fuit. Nam neque Moyſes quicquam poſſidebat, neque Elias præter melotem aliquid habebat: præſertim cum veteres eſſent.* Tam pauper à ſocero rediit Moyſes poſt 40. paſtoritiæ ſeruitutis annos, quam Iacob, non quidem rediit poſt 24. cum duabus turmis ditiſſimus, ſed abiit ad ſocerum in baculo ſuo Iordanem tranſiens: Moyſes namque ſolam virgam Dei in manu portabat, tametſi non minus atque ille feliciter, Philone teſte, ſoceri greges auxiſſet.

4. Auctoris mens.

Moyſi paupertas.

5. Moyſes ſapientiam & coronam Ægypti abiecit.

Quid plura? non ſolum diuitias, non ſolum ſpes, ſed quidquid etiam animus eius Ægyptiorum induerat propter Chriſtum reliquit: ipſam inquam humanam ſapientiam, quà Ægyptiorum eruditiſſimus euaſerat. Ambroſius ita me docuit lib. 2. de Abraham c. 10. his: *Denique & Moyſes eruditus erat in omni ſapientià Ægyptiorum, ſed abiecit eam, præferens Ægypti theſauris opprobrium pro Chriſti nomine: Nam ſi illam indicaſſet alicuius momenti eſſe ſapientiam, non vtique dixiſſet: Precor*

Domine,

Digitized by Google

Domine, non ſum eloquens ante heſternam, & nudiuſtertianam diem, neque ex quo cæpiſti loqui ſeruo tuo. Denique quaſi in erudito reſpondetur ei: *Ego aperiam oſtium & inſtruam te.* Tandem non erit lectoribus iniucundum, quod hâc de re Rupertus ſcripſerit hic ſubiungere ex lib. 1. Comm in nu. c. 33. *Scriptores Iudaici tradiderunt, quod Moyſes Theſmuth filiæ Regis Ægypti adoptiuus, ab ipſo capiti ſuo impoſitam coronam regiam in terram proiecit & comminuit, quod Ægyptiis vatibus præſagientibus fuit indicium per illum deſtruendum Ægyptium regnum: quam rem Pharao præcauens, hunc qui regni ſui prædicabatur fore exterminium, præcepit ſine mora extingui: ſed à filia eius offenſa propitia morti ſubtrahitur & ſuo populo incolumis remittitur.* Id ſi verum fuit (nam Fabellæ Iudaicæ ſpecimen præ ſe fert) pueritiæ eius tempore oportuit eſſe, & poſtmodum aut reconciliari, nam ab eius filia in palatio educatum nemo ignorat.

6\. *Quot annis eremum iu coluerit.* Quanto autem tempore virginitatem coluerit, ſi quis quærat; Reſpondeo, id ex ſupputatione annorum quos egit in ſolitudine decidendum. Quâ in re Baſilius hom. 1. in Geneſ. ait egiſſe in eremo annos 40. *Ad Æthyopiam enim vſque profectus ibique ſecurus omnium, ac proinde liberrimum nactus eſt otium, totos 40. annos contemplationi rerum Diuinarum indulſit, qui annos natus iam 80. Deum vidit.* Et Hieronymus epiſt. 4. *Moyſes vt præeſſet populo Iudæorum 40. annis eruditur in eremo; paſtor ouium, hominum factus eſt Paſtor.* Et Chryſoſtomus lib. 2. de prouid. ad ſtagirium Monachum. *Tradita autem ſibi paſcendi gregis cuſtodia 40. annis ita perſtitit.* Exodi ſanè liber quo ætatis anno Ægyptum Moyſes fugerit, non prodit, ſed quod 80. eſſet annorum cum ab eremo ad Pharaonis conſpectum rediit Exod. 7. *Erat autem Moyſes 80 annorum, & Aaron 83. quando loquuti ſunt ad Pharaonem.* Verùm in Noua pagina act. 7. id S. Stephanus patenter protulit inquiens. *Eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum; & erat potens in verbis, & in operibus ſuis. Cum autem impleretur ei 40. annorum tempus, aſcendit in cor eius, vt viſitaret fratres ſuos filios Iſraël. Et cum vidiſſet illum iniuriam patientem &c.* Et rurſus *fugit autem Moyſes in verbo iſto, & factus eſt aduena in terra Madiam. Et expletis annis 40. apparuit illi in deſerto montis ſina Angelus in igne rubi* Quibus ſi addas alios 40. quos ducens populum per Ægyptum peregit, fiunt omnes Moyſi anni ter 40. id eſt 120. qui illi in eius morte aſſignantur Deuter. vltimo. *Moyſes 120. annorum erat quando mortuus eſt.* *Quanto tempore virginitatem coluerit.* Quot ergo annos virginitatem, quot continentiam coluit? Erit qui totos 40. quos egit in ſolitudine Madiam vxorem habuiſſe credat. Quod exitus de Ægypto, & ſephoræ nuptiæ, atque ex ea ſuſcepti filij ſucceſſiue recenſeantur Exodi 2. Verum is procul aberrabit à vero, cum tempore reditus filij puſilli adeò fuerint, vt duos ſimul cum matre vnus valeret aſinus ferre nam c. 40. dicitur. *Tulit ergo Moyſes vxorem ſuam & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum; reuerſuſque eſt in Ægyptum.* Scio Caietanum putaſſe more Hebræorum ſingulari multitudinem aſinorum ſignificatam: ſed abs re, cum illicò necdum circumciſi dicantur, & in ipſo itinere, in diuerſorio à matre circumciſi. Et tametſi ob vxoris idololatræ renìſum necdum à Moyſe fuiſſent circumciſione initiati; eo ipſo ſatis ſuperque innuitur eius fuiſſe ætatis, vt adhuc ſub matris ferula educarentur; alias cur non pedites, vt pater incederent? quo iure illicò redire cum matre ethnica permiſi ſunt? nam & ab ipſo itinere iterum Moyſes dimiſsâ vxore cœlebs manſit: imò à tempore viſionis rubi ardentis Hieronymo docente lib. 1. contra Eluid. c. 11. aiente: *Iſte* (nempe Moyſes) *eſt, qui cum viſionem vidiſſet magnam, & Angelum, ſeu Dominum loquentem in rubo, nequaquam valuit ad eum accedere, niſi ſoluiſſet corrigiam calceamenti ſui, & abieciſſet vincula nuptiarum.* Quod ſanè ſubtili admodum indagine Rupertus intulit, ex eo quod circumciſione peractâ tetigiſſe dicatur Sephora pedes eius dicens, *Sponſus ſanguinum tu mihi es:* Quibus ſacer ſcriptor ſubinfert: *Et dimiſit eum poſtquam dixerat, Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Quocirca Rupertus lib. 1. in Exod. c. 20. ait. *Vt quid tetigit pedes eius? Videlicet, vt dimitteretur. Nam protinus ſequitur: Et dimiſit eum. Idcircò tetigit pedes, id eſt importune ſupplicauit, ne illum longius ſequi compelleretur, exteriùs, vel imparata tantis viſionibus, vtpote quibus gentiliter viuens nondum intereſſe merebatur.* Impetraſſe verò ex c. 18. liquet, vbi ſocer vxorem cum filiis ad Moyſem in deſertum agentem cum populo reduxit *quam remiſerat.* Verùm tunc ab eius abſtinuiſſe congreſſu, certius eſt quàm probatione egeat, cum nuſquam amplius ex ea filios ſuſcepiſſe legatur; & Dei quotidiana colloquia maiorem puritatem expoſcerent.

Ergo duos, aut tres duntaxat vltimos priſtinæ ſolitudinis annos cum ea, rem egiſſe mihi ſuperiora certum faciunt, & conſequenter virginitati libaſſe totam adoleſcentiam, & virilitatem, & vſque ad multam ſenectutem continentiam poſt nuptias alios 40. enimverò octogenarius liquet ex eâ rediiſſe, vxoremque paulò antè duxiſſe. Quo videas non ob libidinis æſtus extinguendos, ſed cum eos iam iam ſuperaſſet, eiſque proſſus carere videretur, vxori ſociatum fuiſſe. Sed verò ob myſterium Patres interpretantur, è quibus Origenes in Cant. Cantic. ab Hieronymo latinitate donatus egregiè id diſputat hom. 1. inducit ſiquidem Eccleſiam his dicentem. *Nigra ſum, ſed formoſa. Ego ſum illa Æthyopiſſa quam verus Moyſes accepit. Quomodo ignoratus illius imaginis adumbrationem in me nunc veritate compleri? Ego ſum nigra quidem pro ignobilitate generis, formoſa verò propter pœnitentiam, & fidem. Suſcepi in me Filium Dei, acceſſi ad eum qui eſt imago Dei &c.* Et Rupertus Comm. in Exod. lib. 1. c. 20. Quod & ipſum myſterio non vacat. *Alienigena quippè vxor Moyſi Sephora, quod interpretatur pulchritudo, ſiuè placens, alienigenam gentium ſignificat Eccleſiam:* quam Chriſtus in ſolitudine quæſiuit, & in ſenio mundi vocauit, nimirum cum Deum non cognoſceret. *At illa non interfuit victoria, quam vir eius Chriſtus de principe tenebrarum Diabolo conſummauit.* (Vidiſti Sephoram venire geſtientem, & vſquè ad ſtabuli diuerſorium cum Magis acceſſiſſe, miſiſſeque ſe ad pedes eius, ſed ad tempus dimiſſam, nec victoriæ Moyſi de Pharaone, & Ægyptiis interfuiſſe) *ſed ſolus vir ille pugnauit, ſolus triumphauit; & poſtquam antiquorum populum ſanctorum de tenebris* (Ægyptus tenebras ſonat) *eripuit, tunc & ipſa acceſſit, tunc adducta eſt in equis, & quadrigis Euangelicis, & filios ſuos ad Chriſtum adducit.* Nihil proindè miri eſt ſi Moyſes 80. fere annorum, virgo, ſenex, vxorem accipiat alienigenam, & duas ex ea ſuſcipiat filias, Græcam ſcilicet, Latinamque Eccleſiam, & ei non maius præſtent impedimentum, quàm ſi cœlebs adhuc eſſe.

7\. *Moyſes quo tépore nupſerit?*

Nuptiarum Moiſi myſteria.

Digitized by Google

eſſet. Id luculenter Chryſoſtomus Serm. ſuper illud Ioannis 2. *Nuptiæ factæ ſunt*, proſequitur inquiens. *Moyſes nonnè vxorem habuit, & liberos? Elias nonnè virgo erat? Nonne Moyſes manna de cælo deduxit? Nonne Elias ignem de cælo deduxit? Nonne Moyſes coturnices aduolare fecit? Nonne Elias verbo cælum clauſit? Nonne Moyſi Deus locutus eſt? Nonne & cum Elia conuerſatus eſt? Nonne Moyſes mare diuiſit, & transduxit populum? Nonne Elias curru igneo in cœlum ſubleuatus eſt? Vidiſti Eliam aurigam in aere? Vidiſti Moyſem in mari viatorẽ? An nocuit huic virginitas? An impedimento fuerunt illi vxor & liberi?* Verum vt virgini Eliæ conferretur, Moyſis coniux oportuit eſſe, non quiuis de populo: cuius coniugium myſterio plenum ſi quis minus dignè tractet, à Deo punitur: vti ſoror ipſius Maria experimento lepræ perfuſa didicit, docuitque malo ſuo cæteros. Num. 12.

8. Maria Moyſi ſoror, 130 Doctore perpetuam colit virginitatẽ.

Denique primus omnium, quem ſciamus, virginitatis in fæmina Moyſes doctor fuit: vt cum poſtmodum *maledictam ſterilem in Iſraël* protulerit, nequaquam de maledicto peccati loquutus credatur (quod doctè Bernardus meus homil. 3. *in Miſſus eſt* interpretatur (ſed quod potius benedictione nuptiarum carebit; aut improperium ſuſtinebit: quale, illud eſt. *Maledictus qui pependit in ligno.* Ergo Mariam ſororem Moyſi perpetuam coluiſſe virginitatem, palam eſt, doctam verò à fratre ſuo quis inficiabitur? Hinc Ambroſius in exhortatione ad Virgines: *In Veteri Teſtamento* (ait) *terra, ac mari clauſam Hebræorum populum virgo per maria pedes duxit.* Et inferius. *Sumite ergo & vos, ſicut ſumpſit Maria ſoror Moyſi, tympanum in manibus veſtris, & exite dicentes: Cantemus Domino, glorioſè enim honorificatus eſt &c. Mortificate membra veſtra, vt tympani modo nulla in ijs laſciuia carnis exæſtuet.* Et in fine: *Ergo qui & ſecundum Vetus Teſtamentum Mariæ ſororis Aaron virginitatem imitata eſt &c.* Notat & ipſe alibi virginis eiuſdem verecundiæ plenum ſilentium, & mores virginitati congruentes; vtique fratris magiſterio debitos, inquiens lib. 2. in Luc. cap. 1. *Simul illud aduerte, quam paucis Eliſabeth, quam multis Zacharias prophetet; & vterque ſancto repletus ſpiritu loquebatur. Sed diſciplina ſeruatur, vt mulier dicere magis, quæ Diuina ſunt ſtudeat, quam docere. Ipſa Maria ſoror Aaron quam citò Cantici verba concluſit? eodemque vbi prolixius loquuta eſt cum fratre, nequaquam ſui pœnam ſermonis euaſit.* Sanè cum choros fæminarum ad maris tranſitum duxit, Canticum quod multis Moyſes cecinerat, primo ipſa concluſit verſiculo, quantumcumque Propheteſſæ tunc cohoneſtetur nomine. At vbi prolixius loquitur, murmurationi habenas laxat, & pœnas ſilentij tranſgreſſi ſtatim ſoluit. Vnde idem Ambroſ. epiſt. 82. lib. 10. *Ipſa Propheteiſſa Maria quæ cum fratribus pede tranſierat freta maris, quia Æthyopiſſæ myſterium adhuc neſciens immurmurauerat aduerſus fratrem Moyſem, lepræ maculis inhorruit: vt vix tanto abſoluta eſſet contagio, niſi Moyſes rogaſſet.* Illud autem mirabile ſoror 130. annos virginitatem ſeruaſſe, vtpotè eodem anno, ac fratres extincta, cum moyſe maior eſſet 10. vt minimum annis, quos habere ætatis oportebat, cum filiæ Pharaonis dixit Exod. 2. *Vis vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire poſſit infantulum?* Obiit autem Moyſes 120. annorum, & Aaron. 123. Vide n. 10. & Deuter. vltimò, & Hieronym. lib. 3. Com. in Zachar. c. 11.

Ruſus obedientiam Moyſis laudare ſuperuacaneum eſt, cum nemini plura Deus iuſſerit, nemo tot executus fuerit. Vni prælaturæ verecundè excuſationem prætexuit, obediens licet. Vnde Gregorius 1. p. Paſtoralis capite ſeptimo. *Moyſes vtrumque miro opere expleuit, qui præeſſe tantæ multitudini, & noluit, & obediuit. Superbus enim fortaſſe eſſet, ſi ducatum plebis innumeræ ſine trepidatione ſuſciperet; & rurſum ſuperbus exiſteret, ſi autoris imperio obedire recuſaret. Vtrobique ergo humilis, vtrobique ſubiectus, & præeſſe populis ſemetipſum metiendo noluit, & tamen de imperantis viribus præſumendo, conſenſit.* Neque verò Deo duntaxat obtemperauit, hominibus quoque humiliter obediens fuit. Erga ſocerum talem ſe præbuit, & etiam mandato Domini de reditu in Ægyptum accepto, mandatum ſoceri expectauit *vade in pace.* Et pluris habendus eſt, princeps populi conſtitutus, & è cathedra cauſas eorum iudicans cum placidè ab illo audit: *Stulto labore conſumeris.* Et tamen *Moyſes fecit omnia quæ ille ſuggeſſerat.* Exod. 18.

9. Moyſis obedientia.

Longum eſſet cætera Moyſis ſtudia recenſere, quibus Monachis futuris magiſtrum ſe præbuit orationis aſſiduæ. Præſertim & ieiunij, manſuetudinis, benignitatis, patientiæ, fortitudinis, quibus mortales penè omnes vicit. Ea ſane doctè admodum ac piè Ricardus de S. Victore proſequitur in Pſalm. 98. ad illa verba. *Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius; & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius* ſic de Monachis loquens. *Si videris aliquem de ſeculo nuper venientem tota die circa hoc intentum in hoc, omni hora occupatum, quid pro præteritis delictis ſatisficiat, quomodo de futuris ſe cautum cuſtodiat, quid, quo ordine gerendum, quantum, vel quando cuilibet rei inſiſtendum, ſcias Moyſem in eo qui eiuſmodi eſt corde reſurrexiſſe, & quaſi nouam quandam quodammodo legem condere. nato namque Moyſe, & adulto, iam mores componit, iam vitam diſponit, cogitat quemadmodum vultum moderari oporteat, quam diſciplinatè habitum, geſtumquè componat, dictat quid comedendum, quantum vigilandum, qualiter reſiſtat iræ, quomodo contradicat gulæ, quemadmodum conculcet ſuperbiam, qua ratione extinguat luxuriam, quam promptus eſſe debeat ad obediendum, quam patiens ad ſuſtinendum: multa prætereà alia, quæ melius faciendo, quam legendo diſcimus, & arctius tenemus. Cognoſcite itaque Moyſem in hoc gemino ſigno: cum videritis dura præcipientem, diſtrictè punientem.* Quo ſanè miro modo factum eſt, vt cum lex eius per Chriſtum euacuata ſit, Monachorum nihilominus manſerit perpetuus legiſlator, ac pater. Vt meritò Hieronymi ſententia, ad Zachariam oſtenſus ſit cum Elia ſub typo duarum oliuarum Dominatori vniuerſæ terræ aſſiſtentium, nimirum familiis Monachorum ſuorum per vniuerſam terram diſtractis iram Dominatoris iure in hominũ peccata minantem leniunt, & mitigant; mitigabuntque quoaduſque peccauerint homines. Concinit his egregiè ſubtiliterquè Galfridus Bernardi mei à ſecr. tis, dum in Comm. in Apocalipſ. interpretatur ille, verba Exodi 17. *Manus Moyſi erant graues: Aaron autem, & Hur ſubſtentabãt manus eius:* Sic ſcribens. *Aaron & Hur manus Moyſi ſubſtentabant, ille quidem prælationis officio, hic perfectionis exemplo.* Quaſi dixerit: Manus Moyſi, id eſt opera perfectionis ab illo demonſtrata, grauiſſimæ, erant; non quiuis de populo ea valebat imitari & explere: ſed Prælati, & Religioſi,

10. Cæteræ Moyſis virtutes.

Digitized by Google

in eius comment)*continens ſacramenta,ea proferens* Religioſi,qui perfectionis ſtatum arripiunt : nam & ipſe vtrumque obiuit munus , & vtriuſque procreauit filios,quippe Gerſā ſenior aduenā denotat, religioſæ vitæ exemplum.Eliezer,iunior *Dei adiutorium*,Prælatorum conuerſationem, qui populum Dei Moyſi locum occupantes adiuuāt ad ſalutem. illorum vitam priùs Moyſes exegit in eremo,prælaturam poſteriùs. Vtroſque Hur,& Aaron referebant ait. Galfridus *namque Hur* (vt aiunt) *ignis interpretatur. Oportet ſanè eos qui votum gerunt Monaſticæ profeſſionis , conuerſatione feruentes ; eos autem qui gradum tenent Eccleſiaſticæ dignitatis vt Aaron,etiam accendentes cæteros inueniri.Et quidem non minùs ab eis quàm à cæteris religioſam vitam profeſſis operum perfectio quæritur.* Et quis Hebræorum non diceret manus Moyſi grauiſſimas,id eſt opera ab eo patrata, qualia ſunt, omnia propter Deum relinquere , etiam propriam voluntatem & priſtinam ſcientiam,cælibatū amplecti,& virginitatem ad multam vſque ſenectutem , 40. dies & noctes ieiunium bis colere , quæ ſane legis illius veteris, eamquè ſectantiū fines tranſiliunt, & Chriſti ſpectantiſſima documenta ſunt. Dicat igitur Moyſem legis veteris rudi populo promulgaſſe præcepta, Chriſtiana tamen opere complexum;& quidquid perfectionis Euangelicæ ſectatores Monachi , explere conātur. Atque id ſatis Paulus expreſſit,cum dixit:fide Moyſem nuntium dediſſe adoptioni filiæ Pharaonis, & theſauris Ægyptiorum,maioreſque diuitias æſtimaſſe improperium Chriſti.Quonam modo Chriſti imperium expetebat , qui tot ſeculis Chriſti incarnationem præceſſit. Fide in Chriſtum concepta futurum , *aſpiciebat in remuneratorem:inuiſibilem enim tanquam videns ſuſtinuit, inquit* Paulus cap. 11. citato. Epiſt. ad Hebræos. Nonne ipſum etiam cruci ſuffixum populo adorandum propoſuit , licet ab illis agnitus non fuerit. quod aliena ſpecie eſſet occultatus ? Vnde Diuus Thomas eo loci inquit. *Oſtendit Apoſtolus quod prædicta facta Moyſis pertinebant ad fidem Chriſti.* Et Chryſoſtomus. *Quid eſt improperium Chriſti? Hoc eſt improperia talia ſuſtinere , qualia nunc vos.* (Loquebatur vero ad Chriſti Confeſſores:)Opera ergo Moyſis Diſcipuli Chriſti opera ſunt.vt qui eius exempla virtutis ſequutus fuerit, Monachus,Prælatuſvè Chriſtianus præſtātiſſimus euadat,qui doctrinam ab eo ſcriptam Hebræus.

CAPVT VIII.

Greges Prophetarum, Samuële Doctore, Cœnobitarum vitæ dediſſe exordium.

1. *Prophetarū greges, & filij Monaſticē coluere.* DOcti in ſuperioribus à Petro Damiani Monachorum cætus à Grege illo,ſeu cuneo Prophetarum, qui ſub Samuele floruit, & quibus immiſſus Saul itidem prophetauit, originem referre ſuum , cogimur recto huc tramite orationis peruenti,quatenus id verum habeat explorare.Nonne eius verba ſunt ex Opuſc.28 c.1.petita?*Certè noſtri ordinis , non veſtri* (loquebatur ad Canonicos) *Moyſes, & Elias fuere , eremum qui incoluere : noſtri autores Greges Phophetarum cum quibus reprobus Saul ſæpe cantauit ?* Vnde autem id deduci queat?Ex eo procul dubio, quod ij primi omnium cœnobialem inſtituerint vitam , ſimul & gregatim viuentes , mores Monachorum, non quidem imitantes,cum ætate cæteros ipſi præceſſerint, ſed operibus referentes ; ſeu verius ,eremitarum moribus,communem vitam iungentes : vnde veri cænobitarum autores cenſendi ſunt. Enimvero filios Prophetarum Monaſticem coluiſſe, cænobiaque ad ripam Iordanis cællis ex arborum ramis confectis, conſtruxiſſe, multorum Patrum teſtimonio c.2.confirmatum reliquimus, & iterum confirmabimus , cum de Eliſæo incidet ſermo cap. 12. Præclara ſunt illa verba Hieronymi ad Ruſtic. ep. 4. *Filij Prophetarum quos Monachos in Veteri Teſtamento legimus,ædificabant caſas prope fluenta Iordanis : & turbis vrbium derelictis , polenta, & herbis agreſtibus victitabant.* Et Epiſt. 13. ad Paulinum. *Noſtri duces filij Prophetarum , qui habitabant in agris , & ſolitudinibus , & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis :* eoſque annumerat cum Paulo , Antonio , Hilarione , Machario,quos nemo fuiſſe Monachorum ſub Noui Teſtamenti gratia duces, inficiari poteſt.

Cæterum non hos primos omnium ſub Elia, & Eliſæo Cœnobia fundaſſe , ex eo diducitur, quod iam tempore Eliæ florebant , cum primum Eliſæus eorum magiſterium ad pallij impoſitionem ſe addixit, vt ex 3. Reg. liquet , vbi cap. 9. mittitur Elias ad vngendum Eliſæum Prophetam pro ſe arantem in 12. iugis boum. Et c. 20. cum Benadab Rex Syriæ ab Achab captus liber dimitteretur , *Tunc vir quidam de filiis Prophetarum dixit ad ſocium ſuum in ſermone Domini : Percute me.* Et infra : *& cognouit Rex Iſraël quod eſſet de Prophetis :* Et paulo prius de altero , *& ecce Propheta vnus accedens ad Achab Regem &c.* Et rurſus de alio, *& accedens vnus vir Dei dixit ad Regem.* Quinimo cum Elias ad Torrentem Carith , & in ſarepta ſidoniorum apud viduam latebat à facie Achab , & Iezabel , quorquot filiorum Prophetarum Iezabel capere potuit , occidit , & vnus Abdias Regiæ domus diſpenſator centum Prophetas a morte eripiens, duabus ſpeluncis occluſos pane & aqua pauerat. Tam florentem eo iam tempore erat aſpicere cætus Prophetarum ; quo ſane Elias primas Prophetiæ ſuæ flores emittebat. Vbi & illud ſolerter animaduertendum, quod cum Abdias pietatem ſuam erga Prophetas centum Eliæ recenſeret , rem illi prorſus incompertam ; hominumque nihil ad eum ſpectantium narraſſe liquet ; nam ait. *Nunquid non indicatum eſt tibi quid fecerim , cum interficeret Iezabel Prophetas Domini , quod abſconderim de Prophetis Domini centum viros , quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis , & pauerim eos pane , & aqua ?* Hos vero filios Prophetarum dictos ſcribit Athanaſius lib. 2. contra Arianos inquiens. *Alius porro vexatis perſecutionibus domum aperuit,vt Abdias filiis Prophetarum.* Et in Apolog ad Conſtantium Imper. *Quid dicent iſti, qui vbique temerè deblaterant , ſi videant Eliam Deum quidem inuocare, ac mortuum excitare , ſed propter Achab ſeſe abdere , & profugere ob minas Iezabel ; quo tempore filij etiam Prophetarum quæſiti ad necem , ſeſe in ſpeluncis Abdiæ ſubſidio recluſerunt?* Certe ſi Filij Prophetarū diſcipuli eſſent Eliæ,ſic eos Abdias nuncupaſſet,cum illorum ei perſequutionem referret:aut ita Athanaſius exponeret,ſi Elianos fuiſſe agnouiſſet. Quid plura?ipſimet Prophetarū Filij fatentur ſub Eliæ magiſterio Eliſæi eſſe,nō ipſos:enimvero cum leuare vellet Deus Eliam per turbinem in cœ-

2. *Filij gregeſque Prophetarū Eliam, & Eliſæum præceſſere.*

Digitized by Google

lum, ipſeque,& Eliſæus locum à Deo deſignatum peterēt(4.Reg. 2.)*Cū deſcēdiſſent Bethel,egreſſi ſunt filij Prophetarū qui erant in Bethel ad Eliſæū,& dixerūt ei: Nunquid noſti quia hodie Dominus tollet Dominum tuū a te? Qui reſpondit; Et ego noui, ſilete.* Idē fecère, atque dixere tunc Eliſæo Iericuntini filij Prophetarum. *Nunquid noſti quia Dominus hodie tollet Dominū tuum a te?* Erat ergo Elias Eliſæi Dominus, ſeu magiſter, non vero illorum; alias omnino dicerent, *hodie Dominus tollet Dominum noſtrum a te*: quod iterarunt paulo inferius: *Ecce cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes qui poſſunt ire, & quærere Dominum tuum.* Vbi ſeruos ſe Eliſæi fatentur, ſicut Eliſæū Eliæ, quod in Ierico è contra dixerunt: *Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum. Et venientes in occurſum eius adorauerunt proni in terra.* Ex quo quidem illud coniicio, quo tempore tulit Dominus Eliam, filios Prophetarum apud ſe tractaſſe, eum ſuper ſe magiſtrum recepturos; ſed voto ex rapto fruſtratis, cum viderent ex dimiſſione pallij Eliani, & Iordanis diuiſione, cuius teſtes fuerant, quod Eliæ ſpiritus requieuiſſet ſuper Eliſæū, extemplo ſe ad pedes eius miſerunt; quos ipſum in diſcipulos ſuſcepiſſe inferius c.4.& 6. manifeſtum fit. Quod vero Eliæ diſcipuli non fuerint, ſuperius poſita conuincunt.

3.
Greges Prophetarū ſub Samuele floruerunt.

Quidquid autem ſit de magiſterio, illud omnimodis liquet, ipſorum Religionem tempora Prophetiæ Eliſæi,& Eliæ ſuperaſſe:& ita originē ſuam ad greges illos Prophetarum referre, qui ſub Samuele floruerunt. Id non leuiter Pſalmographus innuiſſe videtur, cum Pſal.98.dixit: *Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius*: quo loci Lyranus, & puteus in catena, idcirco dictum monent, quod ipſe præerat *Cuneo Prophetarum Deū colentium.* Quorum vero laudes Deo canere proprium vſpiam fuit niſi Monachorum? ſi præſertim gregatim degāt, vt illi quos Samuël docebat? Pulcherrimè eiuſmodi argumentum proſequitur Ambroſius epiſt.82.lib. 10.vitam Monachorum vercellenſium dignis efferens laudibus: vbi cum de S. Elia multa dixiſſet, ſubdit: *Sed ſatis de magiſtro dictum puto*(neque vero vercellēſes verbis ille inſtruxerat, ſed quod eum exemplar Eremiticæ vitæ ſibi propoſuiſſent, magiſtrum illorum nuncupat)*nunc diſcipulorum vitam proſequamur: quia in illam ſe laudem induerunt, hymnis, ac noctes perſonant. Hæc nempe Angelorum militia eſt, ſemper eſſe in Dei laudibus, orationibus cōciliare crebris, atque exorare Dominum ſtudēt: lectionibus vel operibus continuis mentē occupant, ſeparati à cœtu mulierum, ſibique ipſi inuicem vitā præbent cuſtodiam &c.* Et Chryſoſt.hom. 59. ad populum Anthioch. *Mox ſtatim ſurgentes ſtant, hymnos cātantes Propheticos, multa cum vocis cōſonantia, cum aptè compoſitis concentibus. Neque cythara, neque fiſtula nec vllum aliud muſicum inſtrumentum muſicam mittit vocem, qualem audire licet in profunda quiete, & ſolitudine, ſanctis cantantibus illis.* Et poſt pauca: *In quatuor partes diem diſpertiti, dū ſingulæ partes implētur, pſalmodiis, & hymnis Deū venerantur &c.* Samuel ſuos etiam inſtrumenta muſica, quibus Dei laudes frequenter pangerent pulſare voluit: dixitq; ſemel ad Saul recens in Regem vnctum 1.Reg.10.*venies in collem Dei & obuiam habebis gregem Prophetarum deſcēdentium de excelſo, & ante eos pſalteriū, & tympanum, & tibiam, & cytharam: ipſoſque prophetantes.* Sed & Gregorius lib.4. in 1.Reg. 10.idcirco aſſerit Saulem (& ſub eius nomine intellectos Eccleſiæ Prædicatores)ad collem Dei aſcendere à Samuële iuſſum, vt *remotos anachoretas videret*, quatenus *per exempla meliorum proficere in contemplationis puritate, & in officio prædicationis poſſet*:& D.Antoninus 1. p. hiſtor. tit. 2.cap. 6. *Cuneum Prophetarum, id eſt ad modum Religioſorum* interpretatur.

4.
Samuel chori Prophetarum caput.

Quod autem Samuel doctor, ductorque chori fuerit, habemus ex cap. 19. vbi de nuntiis Saul quærentibus ad necem Dauidem, qui Micholis beneficio per feneſtram dilapſus ad Samuelem venerat, dicitur: *Qui cum vidiſſent Cuneū Prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos &c.* Vbi Chaldeus transfert: *Et Samuëlem ſtantem docentem ſuper eos.* Iure igitur hiſtoriæ ſcholaſticæ Magiſter inquit: *Nota quod Samuel primo inſtituit conuentus Religioſorum iugiter pſallentium Domino: & dicebatur prophetare, id eſt iugiter Deum laudare. Et forte aliqui quandoque prophetabant ex eis:* de quo poſtea. concinit Turrecremata tract. 8. in Reg. S.Benedict, Gazæus in notis ad c. 4. Collat. 18. Caſſiani. Illud maxime facit ad rem quod in libro Paralipomenon c.6. obſeruaui; videlicet Hemam vnum ex tribus, præcipitis Domus Domini cantoribus, ſociumque Aſaph, & iditum, nepotem ex filio Samuelis fuiſſe, ab auo ſcilicet in collegium Prophetarum adſcitum, & inde à Dauid ad publicum Templi munus aſſumptum: ſic enim ibi legimus. *Iſti ſunt quos conſtituit Dauid ſuper cantores domus Domini, ex quo collocata eſt arca, & miniſtrabant coram tabernaculo teſtimonij, cantantes, donec ædificaret Salomon domum Domini in Hieruſalem. Stabant autem iuxta ordinem ſuum in miniſterio. Hi ſunt qui aſſiſtebant cum filiis ſuis de filiis Caath. Hemam cantor filius Ioel, filij Samuel, filij Elcana, filij Ierobam, filij Eliel, filij Thou, filij Suph*, qui ſūt maiores Elcana patris Samuelis, principio lib. 1.Regum recenſiti: hic vero vſque ad leui per Caath ſolium eius referuntur. Capite autem 25.eiuſdem 1.libri Paralip.officium eorum exprimitur prophetandi. *Igitur Dauid & Magiſtratus exercitus ſe gregauerunt in miniſterium filios Aſaph & Hemam, & iditum: qui prophetarent in tympanis, & pſalteriis, & cymbalis ſecundum numerum ſuum.*

5.
Hemam cantor eximius.

Aſaph Idithum.

6.
Filij & filiæ Hemam cātant in templo.

De ipſo vero Hemam. *Omnes iſti filij Hemam videntes regis in ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu: deditque Deus Hemam filios quatuordecim, & filias tres. Vniuerſi ſub manu patris ſui, ad cantandum in templo Domini.* Vnde ex 24.ſortibus cātorum prophetantium, filij Hemam 14. poſſidebant; non aliò ſanè, niſi quia à Samuele in Cænobio illo Prophetico erant edocti. Et qui tres quoque filias Hemam pariter prophetaſſe, vt in nouo totidem Philippi Diaconi filiæ, dixerit, non abs re loqui cenſendus erit: vt quid enim inter prophetātes filiarū mentio, ſi eorum ſimiliter munere non florebant? Porro quod(1.Reg. 8.& 1. Paralip.6.)Hemam Ioël nequā primogeniti Samuelis, fuerit filius,& nihilominus prophetiæ,& ſapiētiæ ſpiritu claruerit, inde exiſtimamus ortū, quod auus eum à pueritia in collegio Prophetarū educauerit: de quo illud præclarū refertur 3.Reg.4.quod vt Salomonis ſapientia præſtantiſſima omnium fuiſſe niteſceret. cum ſapiētia Hemam, & Etham, ſeu Iditū eius ſocio Propheta collata ſit: nam dicitur. *Et præcedebat ſapiētia Salomonis ſapientiam omniū orientalium, & Ægyptiorum*; parū hoc: *& erat ſapiētior cunctis hominibus*, vnde id probet? ex eo quod *erat ſapientior Ethā Ezraitæ, & Hemā.* Et quidē Hemaniticæ ſapientiæ ſuper cæleſtis eximijque prophetici ſpiritus argumentū eſt Pſalmus 87. *Domine Deus ſalutis meæ*, ab eo cōpoſitus *totius dominicæ paſſionis*(vtor Hieronymi verbis

Hemam ſapientiſſimus.

Autor pſalmi 87.

in

vſque ad cõſumationem,qua idem Dominus paſſus pro mundi ſalute ad Patrẽ loquutus eſt.Ibi ab ipſa iuuentute multos labores,& paupertatẽ,humiliationem & conturbationem continua pro nobis paſſus inducitur: ibi vniuerſæ Dei iræ,quas peccata noſtra merebantur,ſuper eum tranſiiſſe dicuntur, & quod ſuper eum cõfirmatus ſit furor Dei,omnesq; fluctus illius pariter ſuper eum inducti quod traditus ad mortẽ,quod tota die manus ſuas extẽderit in cruce quod à notis,& amicis elõgatus,& derelictus,quod mortuus, & ſepultus fuerit; denique quod inter mortuos liber remanſerit. Quid amplius rogo teſtes oculati Euágeliſtæ,aut clarius ſcripſerunt?autorem vero Pſalmi non Dauid, ſed Hemam fuiſſe, titulus ipſe præ ſe fert, qui ſic habet: *Canticum Pſalmi filiis core, in finem, pro Mahelech, ad reſpondendum, intellectus Heman Ezraitæ.* Id eſt Pſalmus victori Chriſto dicatus (id ſonat in finem Hieronymo,Auguſtino,& cæteris) filiis corè cantoribus traditus,vt illud palam in tẽplo cócinãt Illud *Mahelech, ad reſpondendũ* ſic Auguſtinus interpretatur.*Pro Mahelech autẽ, Latine pro choro dici poteſt; Mahelech enim verbo Hebræo chorus ſignificatur.Quid ergo eſt pro choro ad reſpõdendum, niſi forte vt canenti chorus conſonando reſpondeat?* Vnde Hieronymus ex Hebræo transfert:*Canticũ carminis filiis chore, Victori, per chorũ ad præcinendum.* Caſſiodorus:*Subiecit autem ad reſpondendũ, ſignificans organa muſica præueniſſe, & chorum ſolemniter reſpondiſſe.* Ad vltimum dicitur, *intellectus Hemam*, ſeu vt habet Hieronymus. *Eruditionis Hemam* Ezraitæ,quo cognomine primo Reg.8. nominatur,cum ſocio Idithum, ſeu Ethan, cuius eſt etiam ſequens Pſalmus, *Miſericordias Domini*. Eo vero ſatis manifeſte dicitur ipſe Pſalmi autor, eiuſque intellectus, & eruditionis opus fuiſſe. Neque eis verbis intelligi poteſt duntaxat ipſi datus,cum prius perſpicuis traditus dicatur filiis core ad præcinendum. Nec illud otioſum, in hoc ſolum Pſalmo *pro choro* dictum, forſam vt Cætus Prophetarum cuius autor erat alumnus,mentio fieret; nam quod vulgatus habet *Cætum Prophetarum* 1. Reg.10. Hebraice *Chebel*,chorum etiam ſignificat.

7\.

Cætus Prophetarum munia, & modi prophetandi.

Sed quæ munia hic Prophetarum cætus, ſeu chorus exercebat, rogas? Errat qui nihil eos cecinisse æſtimarit, niſi futurorum vates effectos. Errat itidem qui velit nunquam illos vates fuiſſe; neque enim Prophetæ dicerentur, ſi præcipuo Prophetarum ſemper munere carerent: neque ex officio provt libuiſſet quidquam vaticinari valerent, ſed quando illis à Deo eſſet conceſſum. Ergo cum multa in ſacris literis

Prophetare multipliciter ſtat.

ſub *Prophetandi* voce intelligantur, cunctis pariter Prophetandi modis hos eximios viros claruiſſe reor; & nunc hoc, nunc illo, vel alio, pro rei oportunitate, & Dominici ſpiritus liberalitate vſos reor. Sanè plerumque Prophe-

Pro cantare.

tare, hymnos Deo canere eſt, quo ſenſu *Cantores* 1. Paralip. 25. dicuntur prophetaſſe:pro quo Chaldæus ſæpius vertit *canere*. Doctores itidem prophetare dicuntur apud Paul. 1. Chorinth. 14. cum ad ædificationem audientium ſacræ paginæ verba explanant iuxta illud. *Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant; & omnes exhortentur, & ſpiritus Prophetarum Prophetis ſubiectus ſit.* Quod de *Prædictionis* ſpiritu dici nequit, vti docte expendit Gregorius libro ſecundo, Moralium cap. 28. cui ſimile eſt illud num. 11. de 70. ſenioribus in Iudices conſtitutis primum à Deo: *cum, requieuiſſet in eis*

ſpiritus, prophetauerunt, nec vltra ceſſauerunt. Pro- Miracula edere.
phetare etiam eſt miracula edere:quopacto de Eliſæo Eccleſiaſt. 48. dicitur, *& mortuum prophetauit corpus eius*: & quod de oſſibus Ioſeph. cap.49. ſequenti legimus. *Et ipſa ipſius viſitata ſunt & poſt mortem prophetauerunt*. Quonam modo? Non omnes capiunt verbum iſtud:at Chryſoſt.Comm. in Geneſ. cap. 50. *Videre (ait) licebat rem nouam, & admirabilem: cum qui omnem Iſraël in Ægypto paſcebat, illum & ducem reditus. & in terram Iſrael inducentem.* Nimirum cum Moyſes oſſa eius in reditu reduceret, miraculorum perpetrandorum particeps effectus, & coadiutor erat ducatus. Reuelatio etiam quæcunquè qua mens hominis illuſtratur à Deo prophetiæ ſpiritus nuncupatur a Moyſe num.11.*Quid æmularis pro me?quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum?* Vnde & aliena loqui à quibuſdam prophetia vocatur. Iuxta illud Samuëlis ad Saul, *& prophetabis cum eis* 1. Reg. 10. Prophetæ cunei Samuelis his fere modis prophetabant:Canebant ſiquidem laudes Deo, vt inſtrumenta illa muſica, quibus vtebantur manifeſtant. Doctorum gerebant officia;nã idcirco Paraphraſtes Chaldeus vocat eos nunc *turmam ſcribarum*,nunc *Eccleſiam Prophetarum*: Secreta pandebant cordis; Diuino illuſtrabantur mentes eorum ſpiritu: plerumque extra ſe raptos veriſimile eſt: ſed & filios Prophetarum futurum Eliæ conſcenſum præuidiſſe, eumque Eliſæo intimaſſe,qui eius quoque præcurſor factus fuerat,ex c.2. lib. 4. Reg. habemus: Et quod mirabile eſt, non ſolum ij qui habitabant in Bethel, ſed etiam qui in Iericho, eum præſciuerunt, vt indicant verba illa ab vtriſque ſucceſſiue repetita. *Numquid noſti quia hodie Dominus tollet Dominum tuum a te? & ego noui;ſilete.*

Vehementer plane prophetico ſpiritu noſtros fulſiſſe Prophetas, illud manifeſtat,hactenus non- 8.
dum viſum, & forſam nunquam rurſus viden- Mirus prophetandi modus.
dum; ita nimirum mero ſpiritus incaluiſſe, quod qui ad eos accedebant, tam malus, quam bonus fiebat particeps munere prophetandi. Id Saul ſemel, & iterum expertus eſt. Semel quidem à Samuële recens vnctus 1.Reg.10.*Et ecce cuneus Prophetarum obuius ei & inſiluit ſuper eum Spiritus Domini, & prophetabat in medio eorum*: quæ res eum præter opinionem eſſet omnium, vniuerſos in admirationem rapuit:& inde emanauit prouerbium:*Num & Saul inter Prophetas?* De quo Nazianzenus orat.7. *Saul & vnctus eſt,& ſpiritum percepit:at tunc ſpiritualis erat, atque adeo prophetauit, ſed quia præter omnium opinionem, ex illo miraculo prouerbium hoc fluxit*. Prophetaſſe de futuro ſæculo,ac de præmiis iuſtorum,& pœnis malorum, & de Gog,& Magog,quæ ad iudicij extremam diem pertinent, ex Iudæorum traditionibus referunt autor. Tradit. Hebraic. apud Hieronym. & Rupertus lib. 1. in Reg. cap. 19. Iterum vero idem expertus Saul 1. Reg. 19. cum nequam eſſet, & Dauidis odio flagraret: quare Ambroſ. lib. 1. de Offic. 43. *Saul vallatus choro Prophetarum etiam ipſe prophetauit; & de ſolo quaſi indigno memoratum eſt; etiam Saul inter Prophetas.* Audi miraculum. *Miſit Saul lictores, vt raperent Dauid; qui cum vidiſſent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuëlem ſtantem ſuper eos factus eſt etiam ſpiritus Domini in illis;& prophetare cœperunt etiam ipſi. Quod cum nuntiatum eſſet Sauli, miſit & alios nuntios; prophetauerunt autem & illi: Et rurſus miſit Saul tertios nũtios,qui & ipſi prophetauerũt.Et iratus*

iracundia Saul abiit etiam ipſe in Ramatha & factus eſt etiam ſuper eum Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens,& prophetabat vſque dum veniret in Naioth in Ramatha. Et expoliauit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis, & prophetauit cum cæteris coram Samuële, & cecinit nudus tota die illa nocte. Vnde & exiuit prouerbium;Num & Saul inter Prophetas.

9. Sub Heli, & Samuële prima cœnobia.

Auget admirationis cauſam, quod paulo ante Samuële pueriles nondum annos excedente, adnotatum ſciamus ab ſcriptore ſacro 1. Reg. 3. *Puer autem Samuël miniſtrabat Domino coram Heli;& ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis: non erat viſio manifeſta.* Tam erat terra Prophetico ſpiritu deſtituta. Subitò autem pluit ſpiritus Domini in terram, & quod hactenus ipſa non viderat, greges Prophetarum intueri cæpit. Hinc duo mihi manifeſta fiunt;nimirum,& hos primos omnium Cænobitæ fuiſſe inſtitutores;quandoquidem huius vitæ genus Prophetarū nomenclatura olim deſignatum nemo eſt qui neſciat; ante hos vero *Sermo Domimini erat praſioſus*, ſeu rarus, vt vniuerſi Patres interpretantur: nuſquam ſiquidem hominum congregationi ſimul viuentium datus hac tenus fuerat.Et hoc prodigio, copiaq; ſpiritus ſui voluiſſe Deum honorare primordia Cænobiorum futurorum quibus Eccleſia ſua vbique gentium illuſtranda erat; ſignumque in eo datum haud dubito, eius vitæ ſectatoribus, vt qui perfectionis collem aſcendere cæteris conarentur, præ cæteris impertiendum fore ſpiritus Domini dona, vt experientia comprobatum videmus.

Qualiter cænobiticā ob ſeruauerint vitam.

Sed quonam pacto mores Monachorum hos retuliſſe nunc videndum. Reſpuiſſe peculiares diuitias ipſa communis vita argumento eſt, & Samuëlis ipſorum magiſtri auaritiam Calcantis egregius animus, à quo tamen duo filij Heli degenerauerant. Obedientiam ab eis ſub eodem Samuële cultam, ex magiſtro, & communi vita deducimus. Cæterum de caſtitate quid dicam? ſcio Samuëlem ex vxore filios ſuſcepiſſe 1. Reg. 8. Vidimus Hemam 14. liberis, & filiabus tribus auctum eſſe. Sed eos omnes coniugali caſtitate nituiſſe, ſanctitas & Prophetiæ nobis ſpiritus fateri cogit. Nec enim virginitatis candor tam multis manifeſtabatur legis inuolucro occultatæ. Placet Hieronimo Epiſt. 22. multos in virginitate perſeueraſſe, vt Elias, & Eliſæus poſtea fecere. *Virgo Elias, Eliſæus virgo, virgines multi filij Prophetarum.* Illud nihilominus occurrit, dum vitam cœnobialem agerent, continentiæ prorſus addictos fuiſſe: Quis id neget? aut vxores intra cœnobia duxiſſe, aſſerere auderet? Inde nihilominus poſt tempus in domum ſeorſim redire permiſſis, liberis procreandis dediſſe operam, certum eſto; atque hinc *Filiorum Prophetarum* emanaſſe cognomen.

10. Diſcrimē inter Prophetas & filios Prophetarum.

At qui hinc iam (quod valde notandum eſt) diſcrimen apparet, cur hi qui ſub Samuële floruerunt *Greges*, nequaquam Filij Prophetarum dicantur, ſed *Prophetæ*; qui vero deinceps ſub Elia, & Eliſæo poſt 150. duntaxat annos, nuncupatione mutata, non quidem *Prophetæ*, ſed *Filij Prophetarum* dicti ſint. Scio placere nonnullis ſubſequentes *Filios Prophetarum* dici conſueuiſſe, quaſi diſcipuli Prophetarum; quod videlicet magnorum Dei Peophetarum eſſent diſcipuli: quo plane ſenſu Eliſæus in raptu magiſtri clamabat, *Pater mi, Pater mi.* Vnde Chaldæus, quod admirantes Hebræi Saulem inter Prophetas dixere; *Et quis Pater eorum?* transfert, *& quis magiſter eius?* Verum eo philoſophandi modo non aſſignatur quæſiti diſcriminis cauſa;quamobrem antiquiores non conſueuerint, filij Prophetarum vocitari, cum diſcipuli item fuerint magni cuiuſdam Phrophetæ Samuëlis. Et vtrumque falſo principio niteretur; quandoquidem recentiores prius dicti *Filij Prophetarum* fuere, quam magni alicuius Prophetæ fuerint diſcipuli; vtpote qui Eliam Magiſtrum non agnouerunt, Eliſæo autem ſe ſubmiſerint iam iam *filij* nuncupati *Prophetarum*: quod Paulo ſuperius monſtratum à nobis eſt. Vetuſtiores vero non plures, ſed vnum duntaxat habuere magiſtrum, Samuëlem; & ea propter *filij Prophetæ*, quam *Prophetarum* potius dici deberēt: quo tamen cognomine iure negati ſunt.Ergo illud nobis vehementer arridet, hos quidem, quod priores tempore cæteris fuerint, nequaquam *Filios Prophetarum* vocitatos:illos vero propria nomenclatione *Filios* dictos fuiſſe, quod ſeniorum Prophetarum vere filij fuerint, vt filij Hemam, Aſaph & Idithum manifeſtāt,ſic prorſus à parentibus & genitoribus Prophetis nuncupati. Eoque ſenſu Prudentius in Enchiridio dixit.

Forte Prophetarum NATI dum ligna recidunt,
Fluminis in ripa excidit diſcuſſa bipennis:
Gurgite ſubmerſum eſt ferrum: ſed mox leue lignum
Iniectum ſtagnis, ferrum reuocabile fecit.

Sed & Amos vtriuſque conceptis verbis poſuit diſcrimen c. 7. inquiens. *Non ſum Propheta ego, & non ſum filius Prophetæ, ſed armentarius ego ſum Vellicans ſycomoros*: Quæ verba ita Hieronymus interpretatur. *Amos iubente idolorum Pontifice,ne prophetaret in Bethel non ſum, inquit, non ſum Propheta,ſiue non erā*(vt habent ſeptuaginta) *quorum alterum humilitatis, alterum veritatis eſt, nec filius Prophetæ, nec de Prophetali ſtirpe deſcendens,ſed cum eſſem armentarius, & ruborum mora diſtringerem, tulit Dominus ſequentes greges.* Falſus igitur eſt *Filios Prophetarum* eos eſſe, & dici, qui de Prophetali ſtirpe deſcenderent;*Prophetas* vero, qui in eo munere eſſent à Domino conſtituti, etiā ſi de eorū ſtirpe non eſſent. Ex quo illud coniicio; priores quidem cum ab aliis Prophetis deſcendere nequiuiſſent, eò natos tempore, quo ſermo Domini erat prætioſus, iure ab ſcriptura *Prophetas* nuncupatos; & quoniam hi filios ſuos ad diſciplinam Religioſorum adduxerunt,quæ Prophetarum & erat,& dicebatur, inde *Filij prophetarum* iuniores dici conſueuiſſe:quo ſane nomine cæteri quoque qui vndecunque eis accedebant, participes fiebant, multitudine nomen præbente. Verùm cum quiſpiam eorum poſt tempus iuuentutis in cætu peractæ domum ſuam ſe recipiebat, vxorem ducturus, & proli educandæ indulturus, is iam *Prophetà* dicebatur; non *filius* quo ſane ſenſu 4. Reg. 4. dicitur: *Mulier quadam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliſæum: ſeruus tuus vir meus mortuus eſt, & tu noſti, quia ſeruus tuus fuit timens Deum.* Nota vocum proprietatem: *Prophetas* vxores habuiſſe dicit; non *Prophetarum filios*; neque enim hos dum in cætu & Cænobio degerant, vxores duxiſſe decebat. Virum autem ſuum, dixit ſeruum fuiſſe Eliſæi, hoc eſt, diſcipulum;quo planè ſenſu ſeipſos nūcuparunt,cum Eliſæi ducatui ſe ſubdederunt 4 Reg.2.*Venientes in occurſum eius adorauerunt proni in terrà: dixerùntque illi: Ecce cum ſeruis* Eliſæo præſtant obedientiam.

tuis

tuis ſunt quinquaginta viri &c. Et ipſe Eliſæus *pueros ſuos* eos vocare ſolebat c. 4. *Filÿ Prophetarum habitabant coram eo: Dixitque vni de pueris ſuis: Pone ollam.* Et ipſe Eliſæus ſeruus Eliæ dici conſueuerat, & Elias Dominus eius, vt ſuperiùs obſeruauimus. Ex quo illud obiter elicimus; ſi à magiſtro illi nomen accepturi erant, *ſerui* potiùs *Prophetarum*, quàm *filÿ* dicerentur.

12. Prima omnium cœnobia.

Quod ſpectat ad eorum propagationem, liquet vetuſtiores primum cœnobium erexiſſe in Ramatha, vrbe Samuëlis, de quo 1.Reg.19. fit mentio, & alterum in Bethel, de quo c. 10. præcedenti, & alterum in Gabaa vel Gabatha, teſte Ioſepho, Vrbe Beniaminia; nec deſunt qui in Cariathiarim vbi erat Arca Domini cœtum Prophetarum conſtituant. R. Salomon, quem ſequuntur Lyra, & Clauius, imò & Rupertus, verba illa *Venies in collem Dei, & cum ingreſſus fueris vrbem, obuium habebis gregem Phophetarum*, ſic interpretatur. *Collis Dei locus erat vbi Propheta habitabant.* Collem autem Dei fuiſſe Cariathiarim produnt Lyra, & Salmeron. Et hæc quidem ſub Samuële; ſed cum eo mortuo Dauid arcam inferret in Hieruſalem, paritate morum, & cantus peritiâ, quibus florebant delectatus, tres cœtus perpetuò in vrbe inſtituit, qui primi omnium *Filiorum Prophetarum* nuncupati ſunt 1.Paralip.6.& 25. penes tres inſignes Propheticæ vitæ Cultores, greges diſtinguens; primũ Hemam, & filiorum eius; ſecundum Aſaph, & ſuorum, tertium Ethan, ſeu Idithum cum liberis ſuis; qui ſanè ex totidem filiis Leui, Gerſon, Caath, & Merari deſcendiſſe cap. illo 6. recenſetur. Atque hi primi flores, fructuſve cœnobiticæ vitæ fuerunt: quorum ſpiritus, plures Pſalmi ſunt; quod ex inſcriptionibus eorum liquet. Dein in alias vrbes, colles, ſolitudines, forma Propheticorum cætuum deriuata eſt, de quibus cum de Eliſæo incidet ſermo, vberiùs dicemus.

13. Vnde vſus Muſicæ in templis.

Illud non eſt omittendum, ab his cætibus Prophetarum habuiſſe initium, quod ad Dei laudes in templis decantandas variis muſicis vtamur inſtrumentis. Liquet ſiquidem hos præceſſiſſe regnum Dauidis, à quibus ipſe forſan dum poſt fœtantes patris ſui Iſai eremum puer incoleret, cytharam ſonare edoctus fuit: quadrat ſiquidem tempus & locus, & muſicæ facultas: nãmq; Dauid Bethleemites prope Ramatha, oues ducebat cum ſub Samuele illi eruditi, Muſica ſonabant inſtrumenta. Quis neget bonæ indolis adoleſcentem, eorum ſe plerúmque cætibus immiſcuiſſe; amicitias cum eis iniiſſe, & Muſicæ, ac Diuinarum laudũ aliquem illorum Prophetam ſibi adſciuiſſe magiſtrum? nam vnde tam peritus euaderet, niſi ab ipſis? Inde ortum quod poſtea regnans eos in Vrbe introduci curarit; & laudum. Diuinarum eis præconia commiſerit. Nemo tamen intelligat eos ad Prophetandum muſicis vti conſueuiſſe, quod ex vi harmonica extra ſe raperentur: abſit; ſed quoniam ad eleuandam mentem in Deum multùm conferat illa, vimque habeat ad ſerenandam ſenſuum diſtractionem; diſturbandam triſtitiam, ſi dulcis fuerit conſonantia; & terrorem menti immittendum ſi grauis fuerit. Cuius ſanè rei appoſitiſſima profert exempla Baſilius homil. de legendis libris Gentilium, inquiens. *Timotheus ſi Muſicâ reiectâ ſe in paleſtra exercuiſſet, non tantum cæteris omnibus eâ arte præſtitiſſet; cui tanta fuit artis excellẽtia, vt ſi quando auſteriorem, acrioremque harmoniam emiſiſſet, animum ad iracundiam excitaret. Rurſus ſi dulciorem eundem, ac mitiorem; eundem emolliret, ac manſueſceret. Hâc item arte quandoque apud Alexandrum, cum Phrygios modos tibiis ederet, illum in medio conuiuio ad arma concitaſſe dicitur, & rurſus eundem ſono mutato, quietum, ac ſedatum conuiuis, ac menſa reſtituiſſe.*

Muſicæ effectus.

14. Muſicæ effectum Prophana exempla.

Vim hanc harmonicam vſque ad fabulas Veteres produxêre, cum tamen propriâ vi, ipſa miros edat effectus: de quo eleganter Horatius Mercurium Amphionis magiſtrum alloquitur Odar. lib. 3. num 9.

Mercuri (nam te docilis magiſtro
Mouit Amphion lapides canendo)
Tuque teſtudo reſonare ſeptem
Callida neruis,
Tu potes tigres, comitéſque ſyluas.
Ducere, & riuos celeres morari.
Ceſſit immanis tibi blandienti
Ianitor aulæ
Cerberus: quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus teter, ſaniéſque manet
Ore trilingui.
Quin & Ixion, Tityóſque vultu
Riſit inuito: ſtetit vrna paulum
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces.

Arma vrget.

Scribit Plutarchus de fortuna, & virtute Alexandri lib. 2. Ariſtonicum illi fuiſſe cytaredum: qui egregiè pugnans cecidit: *Huic Alexander ſtatuam Pythiis aream ponendam curauit, cytharam tenentem, haſtámque protentam: non hoc modo viro illi tribuens, ſed & muſicám honore proſequens, quaque inſtinctu lymphatico, impetúque impelleret eos, qui in ea ritè educati eſſent. Nam & ipſe olim Antigenide tibicine Harmation modum modulantè, vſque adeò mente captus modulamenti incitatu exarſit, vt concuſſis armis proripiens ſe ſe manus in adſtantes intenderet: teſtimonium Spartiatis, prabens illud canere ſolitis.*

Vrget enim in ferrum ſcitè fidibus canere.

Lacones muſicâ ad virtutes hortati.

Licurgus bellicæ exercitationi ſtudium Muſicæ annexuit, quo bellandi vehementia modulatione temperata conſonantiam, conuenientiamque haberet. Et quidem Lacones ita ſe ad virtutem exhortabantur: vt refert Plutarchus de Inſtit. Laconicis, his verbis. *Tres chori ſecundum tres ætates conſtituebantur, quorum primus qui ſeniorum erat, incipiens canebat.* Nos olim validi fuimus iuuenes. *Secundus florentis ætatis reſpõdebat:* Nos autem ſumus, ac ſi vis, intuere *Tertius puerorum cantabat:* At nos multò erimus fortiores. Cúmque ad tibiam cum hoſtibus congrederentur, ad fortitudinem, & fiduciam, & mortis contẽptum, greſſuum rhythmis incitabantur. Sanè Achillem lyrâ ad temperandam animi commotionem vti ſolitum autor eſt Homerus, qui eum quãdoque inducit digerentem, loquentemque Muſica (ſic à Chirone doctum) iram quam in Agamennonem conceperat.

Archilles iram muſica temperat.

Hunc inuenerunt mulcentem pectora dulci,
Formoſaque lyra, multóque vincta nitebat
Argento .....

Nec illud omittendum, quod de miris Muſicæ effectibus ſuperior narrat Plutarchus lib. de muſicâ: *Terpãder ſeditionem, quæ Lacedemonios vexabat, Muſicâ ſuſtulit. Thalenſem cretenſen adiiſſe Lacedemonios, eoſque ope Muſicâ vſum peſtilentia liberaſſe, autor eſt Pratinas. Ipſeq; Homerus cantu, & muſicâ vi peſtilẽtia fuiſſe leuatos Græcos canit.* Vt ego arbitror merore depulſo, ac lætitia concepta, quæ humanorum affectuum docta moderatrix eſt. Quid

Digitized by Google

plúra refert Baſilius. *Quod Pythagoras in ebrios olim incidens iuſſerit tibicinẽ conuiuio luxurioſo præſidentem mutare harmoniam, ac Dorion ipſis canere: atque hoc modo melodia illos ad ſobrietatem reduxit; qui reiectis de capite coronis ſanè omnes erubuêre.* Quare iure primo Ariſtoteles dixit : *Harmonia cœleſtis eſt, naturámque diuinam, & pulchram, & humana auguſtiorem habet.* Nam (quod ſcite admonuit Valgulius in Plutarchi Muſicâ) inter cætera *ad purgationem animorum vtiliſſima eſt.*

15. Muſicæ vis ad eleuandũ ſpiritum. His rationibus vtuntur, qui volunt Eliſæum, vt prophetaret, poſtulaſſe Pſaltem, quod videlicet commotus eſſet animo in Regem Iſtaël, vt indicant illa verba 4. Reg. 3. *Viuus Dominus in cuius conſpectu ſto, quod ſi non vultum Ioſaphat Regis Iudæ erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem. Nunc autem adducite mihi Pſaltem.* Nimirum vnum ex filiis Prophetarum Muſicæ peritis. Placet tamen quod Rupertus ſcripſit nullam animo viri Dei commotionem appingens, ſed vim Muſicæ conſiderans: *Ex hoc diſcimus quantum cum diuinæ laudis ſermone Muſicæ dulcedinis ſonus ad inuocandum proſit Spiritum ſanctum, Cum, inquit, caneret Pſaltes facta eſt ſuper eum manus Domini. Mouet enim intùs Muſica. Vi quâdam, & potentiâ naturali ſpiritum hominis. Et tunc decenter conuenit cum verbo, vel ſenſu diuinæ laudis, concutit penetralia cordis, & illam quam accepit homo reſuſcitat in eo gratiam ſpiritus Dei. Quod optimè expertus eſt, & experiens primus Pſaltes inclytus dicit : Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Atque huc etiam refert Athanaſius, *quod quandocúmque ſpiritus nequam à Domino arripiebat Saul*) 1. Reg. 16.) *David tollebat citharam, & percutiebat manu ſuâ, & refocillabatur Saul, & Leuiùs habebat : recedebat enim ab eo ſpiritus malus*: ait enim Athanaſius lib. de interpretat. Pſalmorum : *Qui ita concinunt, vt melodia verborum ex numeris vocum cum ſpiritus harmoniâ congruat, iſti pſallunt & linguâ, & mente: nec ſeipſos ſolum, verum etiam alios qui audire volunt, magnificè adiuuant. Certè B. David Sauli accinens, non ſolum ipſe placuit Deo, ſed & turbidum inſania vitium à Saule pulſabat, & ſerenitatem eius animo induxit.* Et Baſilius citato loco. *David ſacrorum canticorum Poëta, cythara ex inſania Saulem Regem liberauit.* Enimverò & ipſi Saulis miniſtri Muſicæ virium non ignari, cum viderent Dominum ſuum ab ſpiritu exagitari nequam monuerunt vt quæreret *Hominem ſcientem pſallere cytharâ; vt quando arripuerit te* (aiebant) *ſpiritus Domini malus, pſallat manu ſuâ, & leuiùs feras.* Et ego quidem quod meliùs haberet, & refocillaretur, Muſicæ viribus tribuo, dum triſtitiam ab animo eius pelleret, quæ ſpiritum ſuffocabat : quod verò ſpiritus malus ab eo recederet, Diuini muneris fuiſſe credo, qui ad Muſicæ concentum, & triſtitiæ pulſationem donum libertatis impertiebatur : haud aliter quàm ad Pſaltis pulſationem facta eſt manus Domini ſuper Eliſæum : ſæpéque fieri ſolitam ſuper noſtros Prophetas, cum diuinos Hymnos ad cytharam, aut organum pangerent, ex ſupra dictis liquidum eſto: de quibus loquens Athanaſius ait. *Ita quoque modulantes ſancti Prophetæ ad tranquillitatem animos populorum, & ad concordiam cœleſtium tripudiorum cohortabantur.*

16. De primo Muſicæ inuentore varia placita. Sed an hi quóque primi omnium inſtrumentis Muſicis vſi fuerint, iure quæri poſſet; enimverò compertiſſimum eſt, multa ethnicos à noſtris furatos fuiſſe, vt ex ſcriptis Mercurij Triſmegiſti & Platonis liquet; fatenturque ex ſanctis Patribus plurimi. Scimus quoque ab Heraclide proditum Amphionem principem cytharæ cantum excogitaſſe, eiúſque poëſim, vt qui à patre Ioue Doctus foret; eodémque tempore Linum Eubœenſem lamentationes, & fletus carmine condidiſſe. Et teſte Alexandro in libro Phrygiorum muſicorum, Olympum primum omnium in Græciam fidium pulſus tranſtuliſſe; Hiagnim primum tibiâ ceciniſſe, Orpheum lyrâ, quidam tibiarum cantus conditorem Clonam faciunt, Terpandrum legum cytharæ. Verùm Plutarchus ex Sotherici nomine. *Nos verò* (ait) *mortalem quenquam negamus fuiſſe repertorem Muſicæ bonorum: ſed Apollini omnibus virtutibus & ſcientiis ornato inuentum munúſque hoc tribuendum, & acceptum ferendum eſſe putamus.*

Cæterùm ſi de primo Muſicæ exordio lis eſſet, & Scriptorum teſtimoniis inſiſtamus, primum eius inuentorem non Apollinem, non Amphionem, Linum, aut Orpheum, compertum nobis fecit Moyſes ſcriptorum vetuſtiſſimus, Geneſ. 4. ſed Iubalem Lamechi illius bigami ex Caina poſteritate *Patrem fuiſſe canentium cythara, & organo*: & hoc multos ante diluuium annos eſſe oportuit, vt videas luxus gratia primùm in mundo Muſicam inuentam. Niſi quis velit priùs ab Enos Adami nepote ad inuocandum nomen Domini fuiſſe accommodatam, quam tamen, Adamo docente ſcientiarum omnium peritiſſimo à Deo creato accepiſſet; Iubalem verò primum choreas libidini inſeruientes inſtituiſſe, de quo Baſilius: *Hoc Muſicæ genus ſeruitutis, & ignobilitatis fructus parere; prætèrea libidinum ſtimulos acuere ſolet.* Atqui Iſidoro, & Euſebio teſtibus in Chron. quos Gentiles Muſicorum inſtrumentorum autores putant, multo poſteriores ſunt : nimirum tempore Ioſuë, Linus, & Amphion floruêre; aliis Linus ſub Gedeone 200. poſt Ioſue annos : Apollo cytharam reperit ſub Debora; Mercurius, & Orpheus ſub Gedeone Iudaicæ plebis Iudicibus. Et multò his priùs, ſi de tempore poſt diluuium ſermonem inſtituamus, *cytharæ* quidem mentio fit Geneſ. 31. & Iob 21. & 38. *Tympani* ibidem, & Exod. 15. & Iudic. 11. *Tintinabuli* Exod. 28. & 39. *Tubæ* Leuit. 23 Numer. 10. 29. & 31. Iob 30. & 39. Ioſue 6. Iudicum 7. *Fiſtulæ* Iob. 40. *Organi* Iob. 21. & 30. *Buccinæ* Exod. 19. & 20. Leuit. 25. Ioſue 6. Iudicum 3. 6. 7. Iob 39. Fallantur proinde neceſſum eſt Scriptores ethnici, & Muſicorum inſtrumentorum à noſtris inuentorum honorem ſubripuerunt. Verùm & ex hoc fit multò ante Samuelem, & Prophetarum cuneos ea reperta fuiſſe. 17. Quando primùm inſtrumenta Muſica inuenta

18. Prophetæ inuentores Pſalterij. Vnum tamen eſt cuius nulla in Sacris aut prophanis literis mentio fit vſque ad Prophetas, videlicet præ cæteris Muſicis inſtrumentis ſacratiſſimum *Pſalterium*; quo tamen vno ipſi primi omnium vſi leguntur; & fortè eius rei gratia inter cætera Prophetiæ ipſorum accommodata primo loco conſtituitur, 1. Reg. 10. *Obuium habebis gregem Prophetarum deſcendentium de excelſo & ante eos Pſalterium & Tympanum, & Tibiam, & cytharam, ipſóſque prophetantes:* Vnde & ab eo ſpeciali cognomento *Pſaltes* dicti ſunt 4. Reg. 3. & 1. Paralip. 23. ſanè hoc ingentem illis gloriam parit, vtporè qui autores Pſalterij extiterint, quod nomen dedit libro Pſalmorum : cui inter vniuerſa Prophetarum opera ab Athanaſio de interpretatione Pſalmorum (vt alios prætеream Patres) prima deferuntur. *Singuli quidem* (ait) *Sacri libri ſuam & propriam ſuppeditant hiſtoriam; Pentateuchus*

mundi

mundi ortum, acta Patriarcharum, &c. Et recenſitis omnium theſibus ſubinfert. *Pſalmorum autem volumen veluti Paradiſus, in quo ſunt omnia genera lignorum plantata, modulando ſua quedam propria inter cantandum oſtendit*, Quod cum ſeriò probauerit, addit: *Voluenti, legentíque Bibliorum ſcripta ſatis liquet, apparétque ea qua legit, ſui negotij non eſſe, ſed ſanctorum virorum, qua ipſi in re ſua protulerunt. Contra in Pſalmis illud mihi eſt, quòd qui eos legit (exceptis de Chriſto gentibus vaticiniis) ſua ſe verba in re ſua legere opinatur; & quilibet ita pſallit, quaſi de ſe ea qua pſallit conſcripta eſſent: non tanquam alius ea diceret, aut de alio dicerentur, ita accipit, & per legit; ſed tanquam de ſeipſo ſermo fieret, ita mentem ſuam ad Deum dirigit.* Eadem habet Baſilius in præfar. ad Pſalm. 1. Quod planè nouum, inclytúmque Prophetiæ genus in Pſalmorum ſtructura reperitur, quo omnium hominum ad finem mundi in hanc vitam res perventuræ, & negotia prædicuntur; & vniuerſi eorum animi motus ſigillatim quaſi digito demonſtrantur. In quo ſanè prophetandi munere Dauid Rex cæteros Pſaltes vicit: vnde & *Egregius Pſaltes de Iſraël* vocitari promeruit. 2. Reg. 23. At in eodem ipſum Greges Prophetarum tempore præceſſerunt, à quibus vt Pſalterij, ita & Pſalmorum inuentionem Dauidem accepiſſe qui dixerit, profectò à vero non aberrabit.

19. Prophetæ aliquorum Pſalmorum autores. Enimverò qui omnium Pſalmorum conſtructionem Dauidi attribuunt, non placent Athanaſio in Synopſi. Hieronymo epiſt. 139. ad Cyprian. tom. 3. Auguſtino in prologo ad Pſalmos; nec mirum cum inſcriptiones plurium aduerſentur, quæ autores ſuos produnt. Scio quoſdam præ ſe ferre quod ad cantandum traditi ſunt, cum alterius ſint autoris; verùm ij ſatis ſe produnt, cum in datiuo nomina illorum præponunt. Eiuſmodi ſunt quotquot *filiis Chore* inſcribuntur, è quibus quidam habent, *in finem filiis Chore*: vt 41. 43. 44. alij *in finem pro filiis Chore* vt 45. 46. nonnulli *Pſalmus cantici filiis Chore*: vt 47. 86. 87. Omnes enim huiuſmodi *filiis Chore* præ ſe ferunt, quaſi his dati ſint: quinimò choritarum filij, non cantores, ſed Ianitores Templi erant & theſaurorum eius cuſtodes, quod ex 1. Paralip. cap. 26. liquet: Vnde non ipſis dabantur ad canendum, ſed vt traderent cantoribus. Hos ego Dauidi adiurem, quem Auguſtinus nouem duntaxat ore ſuo dixiſſe ſcribit, & Athanaſius; eos eſſe propriè Dauidis quotquot habent hanc inſcriptionem, *Pſalmus Dauidis*, vt 25. 26. 27. & alij. Hieronymus contendit

Moyſes Pſalmi 89. autor. Pſalmum 89. cuius ſuperſcriptio eſt, *Oratio Moyſi hominis Dei*, vere ab eo conditum eſſe, & verè; vt quid enim oraſſe diceretur Moyſes quod non orauit? Nec obeſt quod non inſeruerit eum in Pentateucho; potuit ſiquidem ſeorſim ſcriptus ab eo filiis Iſraël tradi, à quibus ſeruatus eſt, & poſteà inter cæterorum Pſalmos reponi, cum ab Eſdra hincinde quotquot inueniri potuerunt, in vnum collecti ſunt. Et quis non credat multos plures à filiis Prophetarum compoſitos quam nunc extent? cum tot annos munus prophetandi in Pſalteriis, liris, & tympanis exercuerint? Vnus

Dauid quos Pſalmos ediderit. Dauid quos reris edidiſſe? Audi Athanaſium in Synopſi hæc aientem. *Propheta, qui qua prophetarunt ſcriptis quidem mandarunt, ſed non inueniuntur hi ſunt: Pſalmorum Dauidis trium millium numerum fuiſſe in Paralipomenis ſcribitur, è quibus tamen 150. tantum ab amicis Ezechia Regis ſelecti, reliqui vero abſconditi ſunt.* Quo loci ſub nomine Dauidis etiam Cantorum, & Prophetarum Pſalmos enumerat, nam non omnes 150. Dauidis opus fuiſſe in eadem Synopſi dixerat inquiens. *Qui vero ab aliis compoſiti Dauidi inſcribuntur, ſunt quotquot habent hanc inſcriptionem: Dauidi.* Vnius Aſaph qui ex tribus principibus Prophetarum cantantium alter erat, vndecim extant, ab 72. vſque 81. Putátque Hieronymus ſuper Matth. 13. quod vbi legimus: *Sine parabolis non loquebatur eis; vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam Aperiam in parabolis os meum*: Legi oportere: *per Aſaph Prophetam*; non *per Iſaiam*, vt quidam habent codices, eoquod illud teſtimonium è Pſalmo 77. petatur edito ab Aſaph, non ab Iſaia. Idithum ſunt 38. & 61. & eiuſdem ſub nomine Etham eſt 88. At Hemam vnus duntaxat reliquus eſt. 87. Alij recentiores ſunt, vtpotè Aggæi, Ieremiæ Zachariæ, & Ezechielis, & filiorum Ionadab, id eſt Rechabitarum, vbi de prima & ſecunda populi captiuitate agitur, videlicet 64. 70. 95. 111. 145. Ex quo liquet non omnino conſtare de tempore, quo vnuſquiſque ſcriptus ſit. Nonnulli ſub Samuële conditi ſunt à Dauide, cum fugeret à facie Saul, nimirum 51. 53. 55. 56. 58. Quod inſcriptiones ipſæ clamant. Quis autem eodem tempore non alios edidiſſe Prophetas noſtros aſſerere audebit, cum ſciamus tunc quoque cum erant in Rama & Iabaa prophetáſſe in citharis, ac pſalteriis ſuis? Qui autem illi ſunt, diuinare non auſim, dum illud liquidò conſtet, & ipſos magiſtros, ac inuentores fuiſſe pſalterij, & veteres Pſalmorum conditores; ac proinde vehementer aberraſſe ethnicos Muſicorum inſtrumentorum, ac Poëticæ artis quoſdam ſuorum autores extitiſſe leuibus ductos coniecturis aſſeuerantes.

Idithum quos.

Concedimus nihilominus inſtrumentis, à noſtris Prophetis, olim inuentis ethnicos nouas fides addidiſſe; atque hac in re verè adnotatum reliquiſſe Plinium lib. 8. cap. 56. reperiſſe ſcilicet obliquam tibiam Mydam in Phrygia; geminas tibias Marſiam in eadem gente, monaulum Pana Mercurij filium, tertij ſcilicet inter Mercurios apud Cic. lib. 3. de nat. Deor. de Pan verò Virgil. Eclog. 2. 20.

Ethnici muſicis inſtrumentis fides addidere.

Pan primus calamos cerâ coniungere plures.
Inſtituit:

Cytharam ſeptem chordis additis Terprandum; octauam ſimonidem addidiſſe: nonam Timotheum. Verum ob luxum potius has additas ſibi ipſa Muſica lepidè deplorat apud Pherecratem comicum in hæc verba.

.........Mi prima malorum labes
Menalipides fuit, qui duodenis
Fidibus me eneruauit. Nec tamen meis
Finis erumnis. Atticus cineſias
Execrabilis, exharmonios ſtrophis
Anfractus inſertans me malè perdidit.
Sed neque miſeriis hic modus fuit
Meis. Phrinis iniecto ſtrobilo quodam
Non ante cognito, irrequietis me
Flexibus, atque inflexibus verſando
Totam collabefecit, quinque neruis
Duodenas obſtipando harmonias.
Iamvero Timotheus, ô mi chariſſime
Perfodit me, & fœdiſſimè lacerauit.
Vicit & omnes inferendis cladibus,
Ac formicarios vehemens modos, méque
...Contingens tanquam braſicas totam
Referſit exharmoniis hyperbolaìs
Prophaniſque, ac ſuperuacuis fidium
Vocumque pertentaminibus.

Eapropter Emetepes, Phrynidis Muſici duas è nouem chordis bipenni excidit, dicens: *Muſicam ne depraues*: Quem mihi ſanè ſenſum ad literam facere videtur inſcriptio Pſalmi 74. *Ne corrumpas*; & Pſal. 56. 57. & 58. *Ne diſperdas*, Muſicam videlicet, modos in ea molles, ac fornicarios inferendo, fidiúmque ſuperuacuarum, ac prophanarum pertentamine, vt à comœdis hodie laſciuiæ cauſa fit: quod doctè auorum æuo libris editis Franchinus Gaffurus deplorauit. Id enim è ſacro choro Dauid, & Aſaph perpetuo eliminari volebant, quos tamen titulos ad Pilatum Doctores detorquere ſolent, ſed myſtico planè ſenſu, literali prorſus omiſſo.

21. Pſalterij forma, eiuſque ac cæterorũ inſtrumentorum myſteria. Quod vero ad Pſalteriũ ſpectat ſcribit Hieron. Comment. in Pſalm. 149. *Pſalterium propriè genus organi eſt Muſici, quod eſt quaſi cythara. Similitudinem habet cytharæ, ſed non eſt cythara. Cythara deorſum percutitur, Pſalterium ſurſum, quod verbo vulgari dicitur Polyphtongum.* Par eſt credere viros ſpiritu Prophetico plenos myſterij ergo cytharâ inuersâ pſalterium inueniſſe, decem in tabulis duabus tenſis fidibus, quo nimirum decem legis præcepta in tabulis duabus à Deo ſcripta ſemper in aure viri religioſi perſonarent, vt ipſe prodit Hieronymus in Pſalm. 32.) & ſonum de ſupernis ederent, qui maxime ſanctis moribus congruat: ipsâ percuſſione proteſtantes, omne donum perfectum de ſurſum eſſe; quemadmodum per cytharam condeſcenſum ad proximorum ſubuentionem ſignificari idem ipſe contendit in Pſ. 57. vti per tympanum, quod de mortui animalis corio tenditur, carnis mortificatio figuratur; per tibiam verò memoria mortis, cuius aſſidua meditatio valdè nobis proficua eſt: nam & tibicines ad funera vocari ſolitos, teſtimonio Matth 9. liquidum eſt. Quâ de re egregiè tractat Gregorius, dum agit de quatuor his muſicis inſtrumentis, in quibus Prophetæ noſtri prophetabant, lib. 4. expoſit. 1. Reg. 10.

22. Hemam, & Etham, cur Ezraitæ dicti. Illud tandem non omittendum, ob religioſam Prophetarum vitam Hemam Samuelis nepotem, & Etham, ſeu Idithum Prophetarum præcipuos *Ezraitas* vocari conſueuiſſe, quod tituli Pſalm. 87. & 88. proclamant; non quod cognomen à patre, vel patria traxerint, ſed quod eo nomine *aduenæ* cognominarentur, (Nam *Ezra* Hebraicæ, Latinè *Aduena* eſt.) Vitâ & moribus aduenas ſe eſſe in hoc ſæculo proteſtantes, quod ſanè Religioſorum inſtituti eſt, vitam Prophetarum ſectantium; iuxta illud Bernardi ſerm. 2. de altit. & baſſit. *Magnum ſanè prophetandi genus, cui vos deditos eſſe conſpicio; magnum Prophetiæ ſtudium, cui vos video mancipatos. Quod illud nempe iuxta Apoſtolum non conſiderare quæ videntur, ſed quæ non videntur, ſine dubio prophetare eſt. Ambulare in ſpiritu, ex fide viuere, quæ ſurſum ſunt quærere, non quæ ſuper terram, obliuiſci quæ retro ſunt, & extendi in anteriora, ex magna parte prophetare eſt. Alioquin quonam modo niſi per ſpiritum prophetia conuerſatio noſtra in cœlis eſt? ſic nimirum Prophetæ olim quaſi non inter homines erant ſui temporis, ſed virtute, & impetu quodam ſpiritus dies illos tranſilientes, exultabant, vt viderent diem Domini, & videbant, & lætabantur in ea.*

23. Concordia Monachatus Prophetarũ & S. Benedicti. Mirare ergo Lector teſtamentorum concordiam: 15. generatione à Moyſe, & exordio Legis ſcriptæ primi Greges Prophetarum, cœnobiticæ vitæ autores exoriuntur: & 15. à Chriſto, & Euangelio eadem per S. Benedictum inualeſcit: & inter vtróſque myſticus ille 42. generationum numerus interiacet: vt hos illis ſimiles moribus extitiſſe, non diffitearis.

CAPVT IX.

Eliam omnibus ornatum Monaſticis virtutibus, Eremitam perfectum ſe præbuiſſe: & ideò Principem Monachorum.

I. Eliæ vita perfectio. Rem hanc abundè in ſuperioribus cap. 2. confecimus Eliæ Monachorum omnium Patrum ore pulcherrimo decantatum oſtendentes, quibus nunc addimus Rupertum lib. 3. Comment. in Cant. ad cap. 4. vbi de Eliâ ait: *Hæc dixit & fecit ille primus, & inſtitutor eorum, qui dicti ſunt filij Prophetarum; quos fuiſſe Monachos in veteri Teſtamento conſentit autoritas Patrum venerabilium.* Et lib. 5. in principio ad B. Deiparam ſermonem dirigens: *Cur vnquam aliquis mortalium viſus eſt magis te aſſumpſiſſe pennas ſicut columbæ, vt volaret, & requieſceret in ſolitudine? Hoc enim multi fecerunt, non ſolum Elias, ſiue Eliſæus, verùm etiam quamplures filij Prophetarum.* Et infrà: *Cur non potius tanquam turtur caſtiſſima, turtur ſolivága ſolitudinem expetiſti, remotior quàm Ioannes Baptiſta, ſecretior quam Elias?* Addimus & Chryſoſtomum à D. Thom. opuſc. 18. de perfectione vitæ ſpiritualis in medium adductum, & auditum; cap. ſi quidem 20. ſic ait D. Thomas *Sunt autem quidam qui non ſolum Epiſcoporum ſtatum præferre Religioſorum ſtatui contentiſ, ſed & quorumcumque curam habentium animarum: quod multipliciter aſſerere conantur. Dicit enim Chryſoſtomus in 6. libro ſui dialogi* (ſcilicet de Sacerdotio tom. 5.) *Si aliquem mihi talem adducas Monachum, qualis, vt ſecundum exaggerationem dicam, fuit Elias, tamen quamdiu ſolus eſt, ſi non perturbatur, neque grauiter peccat, quippe non habet, quibus ſtimuletur, atque exaſperetur, non tamen illi comparandus eſt, &c.* Huic obiectioni vt ſatisfaciat Doctor ſanctus concedit planè per exaggerationem dici poſſe aliquem reperiri Monachum qualis fuit Elias: ait ſi quidem. *Quod Chryſoſtomus dicit: ſi talem aliquem adducas Monachum, qualis fuit Elias, non tamen illi comparandus eſt qui multorum peccata ferre compellitur; manifeſtè apparet, quod non intendit ſtatum ſtatui comparare: ſed oſtendere difficultatem bene perſiſtendi maiorem eſſe in eo qui præeſt populis, quam in eo qui ſolitariam vitam ducit.* Accedit Nazianzenus in oratione de laudibus Baſilij: hæc de eo aſſerens: *Exul hic nobiſcum in Pontum ſeceſſit, & Monaſteriis quæibi ſunt præfuit: quæ ipſe digniſſimè moderabatur, ſolitudinemque cum Elia & Ioanne qui admodum Philoſophi fuerunt mire amplexabatur.* Clarius cæteris Ambroſius Epiſt. 82. lib. 10. ad Monachos Vercellenſes Abbate tunc & Epiſcopo ſuo S. Euſebio deſtitutos, & eos quidem Eliæ ſectatoribus ac diſcipulis: Hunc verò Eliæ luculenta ad modum oratione confert. *Hac igitur patientia in S. Euſebio Monaſterij coaluit vſu, & durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum tolerantiam. Elias duratus ad patientiam eſt, ſolitudinum incolatu, & tanquam paſtus ad virtutis adipalem, agreſti alimento proceſſit fortior. Et quia de S. Eliæ habitatione deſerti nomina locorum non otioſa,* quaſi

Digitized by Google

quaſi feriati præteriuimus, quid ſignificent repetendum videtur. Proſequutus verò eorum interpretationem ſubiungit. *Sed ſatis de magiſtro dictum puto, nunc diſcipulorum vitam proſequamur, quia in illam ſe laudem induerunt hymnis dies, & noctes perſonant.* Sed & Onuphrius vetuſtiſſimus Monachus Paphnutio Abbati qui ſe teſtem producit: in eius vita c.4. dixit. *Profectò vitã B. Patris noſtri Eliæ venerabiles fratres meos audiui frequenter laudare qui ſe in eremo in tantâ abſtinentiâ & oratione ſtuduit affligere. vt maximam virtutem meruiſſet à Domino accipere, & igneo curru tranſuectus mortis pœnam non videre.*

2. Eliæ Virginitas. Nunc vero quemadmodum numeros omnes Monaſticæ vitæ Elias expleuerit videndum. Virginitatis eius eatenus Sacer lib. 3. & 4. Reg. Scriptor teſtis eſt, quatenus omnes penè vitæ illius actus ſeriò referans, nihil quod rei vxoriæ oleat vel leuiter ſcribit; quin potius quàm longiſſimé ab eo iugo abfuiſſe perpetua hominis ſolitudo & prophetandi munus ſatis ſupérque manifeſtant. Idque magnis Eccleſiæ Patribus pro comperto habitum eſt. Primus id docuit S. Ignatius martyr, Chriſti (vt equidem ex eius epiſtolis colligo) Diſcipulus, aliis, Diſcipuli quem diligebat Ieſus auditor, in Epiſt. ad Philadelphienſes inquiens. *Virgines ſolum Chriſtum præ oculis habete, & eius Patrem in animabus veſtris; illuminatæ à ſpiritu ſancto. Memor ſum ſanctitatis veſtræ ſicut Eliæ, ſicut Ieſu Naue, ſicut Melchiſedech, ſicut Eliſæi, ſicut Ieremiæ, ſicut Ioannis Baptiſtæ, ſicut dilectiſſimi Diſcipuli, qui in caſtitate de vita exierunt:* Ita in veteri tranſlatione. Miror Mæſtræi lapſum, qui in eo Virginum ſyllabo Eliæ: & dilectiſſimi Diſcipuli oſcitanter oblitus ſit, cum textus Græcus è regione poſitus pro vtriuſque Virginitate clamet, nam habet. Μέμνημαι ὑμῶν τῆς ἁγιωσύνης· ὡς Ηλία, ὡς Ιησοῦ τοῦ Ναυῆ ὡς Μελχισεδὲκ, ὡς Ἐλισσαίου, ὡς Ἱερεμίου, ὡς τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὡς τοῦ ἠγαπημένου μαθητοῦ, *&c.* Quod Græcorum Menologion ſic expreſſit. *Cum audiret de Elia Prophetæ, & Ioannis Præcurſoris vita, egreſſus de cœnobio habitauit in eremo.* Imo Antonius de Paulo ad ſuos dixiſſe fert Hieronymus in vita Pauli, c. 11. *Vide Eliam, vide Ioannem in deſerto, & verè in Paradiſo Paulum vidi.* Et Heraclides lib. 6. de Paradiſ. cap. 3. duorum fratrum delineans mores, quorum alter coniugio deditus erat, alter Monaſticæ, dixit: *Alter quidem ex ipſius Abrahæ, alter Eliæ moribus vixit.* Rurſus Hieronymus epiſt. 22. de cuſtodia Virginit. *Varius (ait) erat Orbis: & vt de typicis taceam, ſola erat benedictio liberorum: paulatim verò increſcente ſegete, meſſor immiſſus eſt. Virgo Elias, Eliſæus virgo, virgines multi filij Prophetarum. Ieremiæ dicitur: Et tu ne accipias vxorem*, cap. 16. Ambroſius itidem lib. 1. de Virginibus: *Etiam Elias nullius corporei coitus fuiſſe permiſtus cupidinibus inuenitur. Ideo ergo curru raptus in cœlum, ideo cum Domino apparet in gloriâ, ideo Dominici venturus eſt præcurſor aduentus. Et Maria ſumens tympanum pudore virgineo choros duxit.* Suffragatur prædictis Iſidorus Eccleſiarum Hiſpaniæ Doctor lib. 2. de offic. Eccleſiaſt. c. 17. vbi ait. *Quantum pertinet ad vetus Teſtamentum, Elias & Ieremias, & Daniel caſtitatis & continentiæ bonum primi conſtituiſſe dignoſcuntur, &c.* Dedi in ſuperioribus de Moyſe agens cap. 7. n. 7. Chryſoſtomum aientem. *Elias nonne virgo erat:* Dabo Ioannem Caſſianum lib. 6. inſtitu. renunt. c. 4. hæc verba promentem. *Αγνεία Virtus illis ſolis tribuitur, qui virginei vel mente, vel carne perdurant, vt vterque Ioannes in nouo Teſtamento, in veteri quoque Elias, Ieremias, Daniel fuiſſe noſcuntur.* Tantorum Patrum Eliæ munita virginitas eſt teſtimoniis.

3. Eliæ paupertas. Paupertatem porro ipſius vehementer Chryſoſtomus commendat homil. 2. ad popul. Anthioch. inquiens *Quis enim dic mihi Eliâ pauperius? ſed propterea omnes diuites vincebat, quoniã pauper hic erat, ipſam verò paupertatem ex mentis opulentiâ elegit. Quoniam enim omnem pecuniarum copiam animi ſui magnitudine eſſe putauit inferiorem, nec Philoſophiâ ſua* (id eſt Monaſtico propoſito, vt Baſilius, & Nazianzenus vocant) *ideo tantam pauperiem amplexus eſt. Quod ſi magna præſentia putaſſet, non tantum melotem poſſediſſet: ſed ita vita vanitatem condemnauit, & tanquam lutum proiectum omne aurum deſpexit, vt præter amictum illum nihil amplius poſſideret. Idcirco Rex* (Achab) *pauperis indigebat, & ad corpus nihil pluſquam melotem habentis inhiabat, qui tantum habebat aurum. Sic ſplendidior trabea erat melote, & regalibus aulis Iuſti ſpelunca. Propterea & in cœlum aſcendens nihil aliud quam melotem diſcipulo reliquit. Cum hoc, inquit, cum diabolo pugnaui, & tu contra illum armatus hanc capies. Validum enim telum inopia, & inexpugnabile habitaculum, & turris inconcuſſa. Tanquam maximam hæreditatem Eliſæus melotem ſuſcepit: etenim verè maxima fuit hæreditas omni auro pretioſior.* Non piguit tam longam Chryſoſtomi periodum in medium adducere, quod elegantiſſimè propoſitam Eliæ pauperiem pro meritis efferat. Adduximus c. 7. n. 4. eundem Chryſoſtomum aientem de Elia, & Moyſe cum Chriſto pauperum principe loquentibus. *Vterque ſæcularium diuitiarum apprimè contemptor fuit, nam neque Moyſes quicquam poſſidebat, neque Elias præter melotem aliquid habebat.* Sed audi quæſo Ambroſium lib. de Naboth. c. 12. *Achab ad Eliam ait* (3. Reg. 21.) *Inueniſti me inimicus meus. Quàm miſera conſcientia, quæ ſe proditam doluit. Et dixit Elias ad eum: Inueni quon am feciſti malum in conſpectu Domini. Rex erat ille, & Rex Samariæ Achab; Elias pauper & indigens pane; cui victus defeciſſet ſubſtantia, niſi corui alimoniam miniſtraſſent:* Additque Eliam typum eſſe pauperum Chriſti. Bernardus in ſententiis præponere videtur Elianam Apoſtolicæ paupertati; nam ait. *Septem gradus deſcenſionis habet humilitas, abdicationem rerum exemplo Apoſtolorum, abdicationem veſtium ſicut Elias & Ioannes, &c.* Vbi nequaquam ſanctitatum collationem tractat, ſed abdicationum gradus: plus vero eſt veſtes quoque hominum abdicare, & more animalium veſtiri pellibus, quam res ſolas. Gilbertus ſerm. 45. in Cant. ipſo indicat pallio ſe Eliam oneratum putaſſe; nam eo vti corporis typo mortalis grauabatur, ne ad Deificos lucis radios admitteretur. Sic cum ad oſtium ſpeluncæ ſeſe illi Deus oſtendere vellet: *Operuit vultum ſuum pallio* Hinc Gilbertus: *Iecit Elias pallium dum raperetur, reliquit Ioſeph dum teneretur; ſponſa tulit dum tolleretur: ſpeculi, & imaginis velamen proiecit Elias raptus ad faciem, &c.*

4. Eliæ abſtinentia. Ergo pauperibus Monachis pignus paupertatis ſuæ inſigne reliquit pallium ouile Elias; quam etiam in victu tenui mirabiliter nobis commendauit: nam quando non parſimoniæ cultor egregius extitit? Primùm ſanè exiguum panis fruſtrum eſſe oportuit, quòd coruus volans roſtro pendens adunco ferre poterat; & hac menſurâ multo tempore contentus fuit Elias. Inde à viduâ Sareptana

annos

Digitized by Google

annos tres ſubſtentatus eſt Quâ putas panis quantitate? Ad primum ingreſſus eius diem ſcio ſubcinericium panem ſibi factum, quantæ pugillus capere poterat farinæ: & hanc ipſam cæterorum dierum menſuram cibi fuiſſe, illud mihi innuit, quod non promiſit illis Deus hydriam farinæ replendam, & cumulandam, ſed quod ex ea die non deficeret, nimirum quantum tunc ibi erat: quare nunquam maioris ponderis inde fieri panis poſſet, licet eo facto alter fieri quotidie poſſet viduæ, alter filiò: nec inde aliis prouideri potuiſſe lego. Demum neque Angelus ad menſuram ſibi ſolitam aliquid addidit, qui ſubcineritium panem vnum duntaxat ad illum attulit,& vas aquæ. Quid vero facto ipſo Monachis innueret Elias, ſic Bernardus aperit in ſentent. *Panes quibus alimur in hac vita ſunt tres. Purgatorius cum amaritudine, quem mulier Sareptana miniſtrat in fame. Conſolatorius cum dulcedine, quem Angelus apponit quieſcenti in vmbra: Solidus cum fortitudine, qui perducit ad montem Dei Oreb.*

5. Mira de Eliæ ieiunio.

Mira ſunt quæ de Eliam virtute ieiunij adnotarunt Patres. Baſilius homil. 1. quæ eſt de laudibus ieiunij inquit. *Ieiunium Eliam magni illius miraculi ſpectatorem fecit; qui cum 40. dierum ieiunio repurgaſſet animam, ita demum in ſpelunca, quæ eſt in Oreb promeruit videre Dominum, quatenus quidem homini videre datum eſt. Ieiunans viduæ filium ſuum reſtituit* (cum ab ea repetiti pugilli farinæ pane ſubſtentabatur) *aduerſus etiam ipſam mortem robuſtus factus per ieiunium. Vox ab ore ieiuno proficiſcens, populo tranſgreſſori clauſit cœlum annos tres, & menſes ſex. Vt enim indomitum obſtinatorum, duráque ceruice cor emolliret, voluit & ſeipſum eâ calamitate cum cæteris condemnare. Et adegit omnem populum ad ieiunium* (vide miram rem) *ingraueſcente fame: videlicet, vt malitiam, quam è deliciis vitáque diſſolutâ contraxerant, abſtinentiâ corrigerent.* Et homil. ſequenti. *Cum vidiſſet multam inſolentiam naſci è ſatietate neceſſe erat illos per famem, inuitos ad ieiunium adigere: eoque peccata illorum iam in immenſum excurrentia cohibuit, dum ieiunio, velut vſtione, ac ſectione progreſſum ad maiora mala interrumpit.* Similia habet Ambroſius lib. de Elia, & ieiunio cap. 2. vbi vniuerſis eius actis virtute ieiunij decoratis, ab eo compendio recenſitis ſubinfert: *Tunc denique plus meruit, quando plus ieiunauit, nam 40. dierum ieiunio Diuinam acquiſiuit præſentiam. Merito illum dignum cœlo diuina iudicauit ſententia, vt cum ipſo raperetur corpore, quoniam cœleſtem vitam viuebat in corpore.*

6. Eliæ obedientia, patientia, abſtinentia.

Quod ad obedientiæ eius meritum attinet Propheta à Domino conſecratus extra aleam cæterorum factus, nulli hominum fuit ſubiectus, quod etiam ex vitæ eremiticæ inſtituto ab eo diligenter culto ortum habuit. Verùm nihil vnquam egiſſe ſcribitur, quod iuſſus à Deo non fuerit, quod non feruenti animo exequutus fuerit, vt eius percurrens acta liquidò comperiet. Illud mihi procul omni dubio eximij eius in abſtinentiæ, & patientiæ virtutibus facti progreſſus credere cogunt, ad ſummum obedientiæ apicem conſcendiſſe; *Enimvero* (vt Docte admodum Ricardus dixit in ſuo Beniamin maiori. p. 1. c. 28.) *Duo ſunt quæ ſolent imperfectionem obedientiæ præpedire, ne cogatur vel amata deſerere, vel aſpera tolerare: ſed ſi ſemel animus amore abſtinentiæ, vel patientiæ perfectè incaluerit, protinus ad omnem obedientiam abſque vlla contradictione ſe ſubdit: quia timor Domini ex voluntaria abſtinentia & patientia ad omnem obedientiam roboratur.* Eliamverò non ſolùm abſtinentiæ ſtudiis fuiſſe illuſtrem, ſed etiam patientiæ nemo ambigit: Ob hanc enim dixit de eo Apoſtolus ad Hebr. 11. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, &c.* Quo loci Chryſoſtomus hom. 28. *Cogita Eliam, ad quem ſermo hodie noſter peruenit ipſum quippe hoc loco intelligit, & in eo definit exempla, neque veſtimentum habebat ex nimietate tribulationis, neque ciuitatem* (ex quo enim ex Thesba exiit, illuc nunquam recurrit) *neque domum* (ſed ſpeluncam aut vmbram iuniperi) *exagitabant illum & inſequebantur, & cum fame pugnare cogebant.* Perfectiſſimè proinde vniuerſas eius virtutes breui penicillo, ſed viuis coloribus depingens, & perſtringens Baſilius homil. 8. in diuites auaros hæc ait: *Forſan aduocabis aliquem piorum qui precibus, vt Elias Theſbites fecit calamitatis huius moleſtiam tollat, qui ſit homo inops* (vt ille) *pallidulus ſine calceis, ſine cubili, ſine domo tantum melote contentus, precibusac ſupplicationibus pro cibo, continentiâ verò pro contubernali vtens.*

Iure ergo primo Monachorum, non horum vel illorum duntaxat, ſed quoad mundus extet; futurorum, norma paterque iudicatus à Patribus eſt; non quod primus ſolitudine delectatus, rebus caducis nuntium dederit, cum id Moyſes primus egiſſe liqueat, & Prophetarum cunei; ſed ecce plus quam Moyſes hic. & pluſquam Propheta, quippe tota vitæ periodo cælibatum, virginitatémque ſectatus. Verum ad Ioannis rigorem non perueniſſe, nec pari Monaſtices obſeruantia vbique decertaſſe contendit D. Petrus Damiani ſermone de priuileg. S Ioannis Baptiſtæ his verbis: *Elias comedit carnes, & ſi quid aliud apponebatur cum gratiarum actione percepit.* Enimverò dum eſſet propè Torrentem Carith. *afferebant ei corui panem, & carnes mane, & panem, & carnes veſpere:* Ioannes autem perpetuò locuſtas, & mel ſilueſtre edebat. Sed Bernardus in Apolog. ad Guillelm. excuſat eum dicens: *Repleſ ventrem faba, mentem ſuperbia, cibi damnamus ſaginatos; quaſi non melius ſit exiguo ſagimine ad vſum veſci: quàm ventoſo legumine vſque ad ructum exſaturari; & præcipuè cum Eſau non de carne, ſed de lente ſit reprehenſus, & de ligno Adam, non de carne damnatus; & Ionathas ex guſtu mellis, non carnis, morti adiudicatus: è contra verò Elias innoxiè carnem comederit, Abraham gratiſſimè carnibus Angelos pauerit.* Ergo cum aliud Eliæ non eſſet ad manum vnde ederet, quis innoxiè carnes tunc eum comediſſe inficietur? Nam vt ait Baſilius: *Viaticum cibúſque ei ſpes erat in Deo: & cum ita viueret, fame tamen extinctus non eſt, ſed auium rapaciſſimi, ad veraciſſimi corui cibum ei attulêre: & qui alienas ſolebant eſcas inuadere, viro iuſtiſſimo miniſtri fuere; natura quoque obliti, in pane, carnéque ei afferendis Dominico precepto paruerunt.*

7. Eſus carnis non minuit Eliæ perfectionem.

8. Elias non attigit vltimam perfectionem Monachatus.

Mendax ex his planè deprehenditur autor ſermonum ad Fratres in eremo, & vel hoc vno indignum qui Auguſtino tribuantur; dum ſerm. 34. inquit *Elias tandiu miracula fecit, quandiu pane, & aqua refectus eſt: ſed poſtquam carnes comedit & vinum bibit in ſaturitate, miracula non legitur feciſſe.* Imo omnia feciſſe legitur poſtquam à coruo allatas carnes comedit in Torrente Carith. nec vlterius eis vſum ſcimus. Vinum verò quis eum aliquando bibiſſe nouit? vt omittam perperam vtriúſque ſaturitatem ei obiici, qui abſtinentiſſimus ab ſcriptura, & Patribus commendatur. At quamobrem, inquis, à Deo Monacho extra ægritudinem

tudinem poſito, carnes miniſtrari iuſſum, cum à coruis quoque poſtea Paulus paſtus, diuinitus panis quotidie dimidium ſolum acceperit? Sanè vt facto ipſo nobis innueret, non vſquequaque in Elia Monachatum fuiſſe perfectum: adhuc illi vltimas defuiſſe lineas ab Ioanne & Apoſtolis ſpiritus fauore tempore gratiæ ducendas. Quo etiam pacto & Elias poſt ſemel vocatum ad perfectionem religioſi ſtatus Eliſæum permiſit ad parentes valefaciendos regredi: *Cum veniſſet* (ait c.19. *Elias ad eum miſit pallium ſuum ſuper illum* (habitu ſcilicet Monaſtico cum induit) *Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, & ait: Oſculer oro, patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te. Dixitque ei: vade & reuertere; quod enim meum erat, feci tibi.* Id ſanè pro temporis imperfectione permiſſum: aliàs auditurus eſſet ſub gratiæ præconio à Domino. *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, & ſequere me.*

9. **Lenitas Monaſtica defuit Eliæ.** Eliam item à Monàchorum lenitate defeciſſe, tametſi innoxiè, liquidum facit 850. Prpophetarum Baal, & commenſalium Iezabel Sacerdotum idolorum ab eo perpetrata occiſio, & iterata quinquagenorum militum ſuccenſio; qua cœlum contriuiſſe Sapiens notanter dixit: *Verbo Domini contriuit cœlum; & deiecit à ſe ignem terræ.* Sap.48. innuens plane ignem in homines quantuncumque terrenos non a cœlo proſiliiſſe ſponte, ſed nimiis criminibus irritato; Eliamque inde eum deieciſſe, & patientiam, lenitatemque illius contriuiſſe. Quo circa non ſemel de manſuetudine admonitus eſt a Deo: nam quid ei ſignatur cum dicitur? *Qui audis in Sina iudicium, & in Oreb iudicia defenſionis.* Reuera de re ſua iudicium tunc actum eſt, non de aliorum: cum enim vehementi ferueret zelo, iuſſus eſt ad oſtium antri experimento diſcere non in ſpiritu vehementi, contetentique petras eſſe Dominum, nec in commotione, aut in igne, ſed in ſibilo tenuis auræ, præferendam ſcilicet iræ lenitatem. Quo nequaquàm ipſe redargutus fuit, cum potius *teneamus* (Cyprianus Hiſpanis plebibus loquitur in cauſa Baſilidis, lib.1.ep.4.) *Eliam Iudæis deficientibus, atque à Religione diuinâ recedentibus, ſtetiſſe, & certaſſe ſublimiter:* & quod *iuſtâ ſapientique indignatione* (iuxta Baſilij ſententiam). *in totius Iſraël vtilitatem 50. ſupra 400. turpitudinis ſacerdotes, & 400. alios viros commenſales Iezabel, vt morte mulctarentur effecit*: ſed quæ illi tempori ira congruebat, tempore gratiæ in manſuetudinem erat. Commutanda: hominibus præſertim eâdem melotâ vtentibus enixè eam apprehendere conaturis: vnde ob eam fortaſſe progeniem lenitatis indicandam, pallium inter ſe, & Dominum tranſeuntem oppoſuit.

10. **Elias adhuc tranſlatus zelo Dei feruidus.** Dignum autem eſt conſideratione Eliam eodem feruuiſſe zelo adhuc tranſlatum: nam cum Ioram filius Ioſaphat Regis Iuda ſub quo ille raptus eſt poſt raptum eius reliquiſſet Dominum, & idolis palam præpoſitis in vrbibus Iuda peccare feciſſet populum, epiſtolam ei de Paradiſo ſcripſit igneo plenam ſpiritu: ſic 2. Paralip.c.21. ſcriptum eſt: *Hæc dicit Dominus Deus Dauid Patris tui. Quoniam non ambulaſti in viis Ioſaphat patris tui, & in viis Aſa Regis Iuda, ſed inceſſiſti per iter Regum Iſraël, & fornicari feciſti Iudam, & habitatores Hieruſalem, imitatus fornicationem domus Achab: Inſuper, & fratres tuos domum patris tui meliores te occidiſti; ecce Dominus percutiet te plagâ magnâ cum populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuerſaque ſubſtantiâ tuâ, tu autem ægrotabis peſſimo languore vteri tui donec egrediantur vitalia tua paulatim, per ſingulos dies.* Non me latet velle quoſdam literas has ſcriptas ab Elia adhuc in terris agente: referri vero ab autore non ſeruato ordine temporis. Verum vt omittam ſi huc ille degeret, non indiguiſſe literis vt Domini voluntatem Regibus intimaret, qui faciem hominis non verebatur, eſſeque præter morem omnium Prophetarum literis loqui, quæ verbo dicere poſſunt, & quod eo ſentiendi modo pulcherrimum Eliani zeli argumentum obſcuratur; manifeſta vis textui infertur. Enimverò ſcriptas poſt ſcelera à Ioram in regno patrata, ipſæ ſatis manifeſtant, quæ mortuo pridem Patre eius Ioſaphat, cui ille in regno ſucceſſit oportuit accidiſſe. Liquet autem ex 4.Reg.c.3. adhuc Ioſaphat regnaſſe poſt tranſitum Eliæ; raptúmque ſub mortem Ochoſiæ ſcribit Iſidorus in Chronico, qui mortuus eſt anno 18. Ioſaphat; hic vero ſeptem alios ſuperuixit, nam regnauit totos 25. Porro Ioram filius eius regnauit annos 8. literæ vero ei datæ ſunt ad duos ante mortem eius annos, ſcilicet 6. regni ſui, vt conſtat ex 2. Paralip. 21. quare literæ à raptu Eliæ anno 13. ſcriptæ ſunt, poſtquam ſcilicet fluxerant 7. anni regni Ioſaphat; & 6. filij ſui Ioram. Quis fuerit baiulus literarum neſcimus; probabilius alicui ex Filiis Prophetarum eas dediſſe, cui ſe præbuerit conſpiciendum, nam Eliſæus ſpiritu Dei plenus non egeret Eliæ literis ad corripiendum Ioram. Conſultius Ioachimus noſter lib.4. Concord.c.8. ſcripſit: *Valde autem mirum videtur, quod Elias qui ſublatus erat in cælum in diebus Ioſaphat, miſit literas ad Ioram: niſi quia ſicut prius rapiebatur à ſpiritu Domini, & ducebatur in deſertum, & iterum apparebat; ſic & poſtea potuit iubente Domino apparere, cui voluit & has literas valde duras Regi impio deſtinare.* Depoſuit autem igneum zelum (ſic ſanè opinor) cum ad Thabor adductus Dominum tanquam ouem ad occiſionem ire conſpexit; loquebaturque cum illo & Moyſe hominum mitiſſimo de exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem: maximè auditâ Patris voce mitiſſimum Ieſum Filium ſuum compellantis: quà auditâ ſolus remanſit Ieſus; nimirum cæteris vnum cum eo factis voluntate, vt Ambroſius interpretatur lib. 7. in Luc.c.2. **Igneum zelū quando depoſuit.**

Sed quorum diſcipulorum Elias magiſter extiterit, videamus. Ego duos habuiſſe in obſequio lego; id eſt puerum, quem miſit vt aſcenderet & proſpiceret contra mare. 3. Reg.18. Viditque tandem vice ſeptima nebulam paruulam quaſi veſtigium hominis, typum Auguſtino humanitatis Dominicæ; & Eliſæum. Puerum illum contendit Epiphanius lib. de vita, & morte SS. Id vero difficile reddit ætas illius Sareptanæ filij tenera, quippe anno fere altero ab eius reſuſcitatione viſa fuit à puero Eliæ nubecula, vt liquet ex cap.17. & 18. lib 3.Reg. nam ea data eſt pluuia terræ, & cœlum tres annos cum dimidio clauſum primo reſeratum eſt: puer verò eorum interſtitio & mortuus, & vitæ redditus fuit. Fuiſſe autem teneræ ætatis indicat Textus ſacer, nam & de ſinu matris tuliſſe eum dicitur mortuum Propheta, vt deferret ſuſcitandum ad lectum ſuum: myſteriúmque notant Patres dum audiunt: *Expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum*: Quæ enim viri ad pueri menſuram cogitari poſſet? & in ſimilis pueri reſurrectione ab Eliſæo patrata, egregiè notauit Cyprian. lib.3.ep.8. ad fidum de pueris baptizandis: *Eſſe denique apud omnes ſiue infantes, ſiue maiores natu vnam diuini* 11. **Eliæ diſcipuli.** **An viduæ filius fuerit Eliæ diſcipulus.**

muneris

Digitized by Google

muneris æqualitatem (ait ille) *declarat nobis Scripturæ Diuinæ fides, cum Eliſæus ſuper infantem viduæ filium, qui mortuus iacebat, ita ſe Deum deprecans ſuperſtrauit, & capiti caput, & faciei facies applicantur, & ſuperfuſi Eliſæi membra ſingulis paruuli membris, & pedes pedibus iungerentur. Quæ res ſi ſecundum natiuitatis noſtræ, & corporis qualitatem cogitetur, adulto, & prouecto infans non poſſet æquari, nec cohærere nec ſufficere poſſent parua maioribus. Sed illic æqualitas Diuina, & ſpiritualis exprimitur, quod pares, atque æquales ſint omnes homines, quando à Deo ſemel facti ſunt*: Nimirum quoad Baptiſmi illic præſignati gratiam percipiendam. Et Ambroſius lib. de Elia cap. 22. *Typum* (ait) *Baptiſmatis demonſtrauit Elias.* Forſitan expandit ſe Elias ſuper puerum Eliſæus vero ſe incuruauit, vt in hoc habitudo naturalis corporis viri ad puerum inſinuaretur, in illo verò innocentiæ pueri magnitudo; ad quam vt vir pertingat totis viribus gratiæ conari neceſſum eſt; vt adimpleatur futura Chriſti prædicatio, *Niſi efficiamini ſicut paruuli*, &c. Semper proindè viduæ filiolus Prophetam nunquam vno loco conſiſtentem pedes ad montium ardua ſubſequendi non habere videbatur Niſi dixeris ob id ſtatim ab eo relictum, cum peruenisset in Berſabee Iuda, *& dimiſit ibi puerum ſuum*, 3. Reg. 19. nam exinde *ambulauit 40. diebus & 40. noctibus* ieiunus, *vſque ad montem Dei Oreb.* Verum in eius iterum ſuſceptum diſciplina, nuſquam lego: nec eius deinceps Elias indiguit miniſterio, qui ab ipſo monte deſcendens perrexit vngere Eliſæum Prophetam poſt ſe.

12. Fueritne Abdias Eliæ diſcipulus. Multi addunt Abdiam Prophetam, quem fuiſſe illum domus Achab diſpenſatorem, qui 100. Domini Prophetas in ſpeluncis abſconditos pauit, & relicto Achab Eliæ veſtigiis inhæſerit, donatúſque Prophetico ſpiritu quartus ex 12. notiſſimis extiterit; in eo Domino opere complente quod poſteà de ſuſcipientibus Prophetas in nomine ſuo promiſſurus erat, mercedem Prophetæ accepturum. Ita Epiphanius, & Iſidorus relati. Non alium hunc Abdiam fuiſſe teſtantur ex Hebræorum traditione Hieronymus, Rupertus, & Lira; nec diſſentire tempus ſentiunt Euſebius in Chron & Clemens Alexand lib. 1. ſtrom. tametſi refragetur Theodoretus, & ex recentioribus Ribera: Hebræos quóque diuiſos eſſe referens. Quod verò Eliæ adhæſerit pauciores produnt: ex ſcriptura neutrum liquet: ſiletque Ioſephus lib. 8. Antiq. c. 7 ſi eſſet procul dubio pro more ſuo dicturus. Inſtitutum quoque Eliæ renuebat; erat enim non cœnobitarum pater, ſed Eremita vt Paulus, quod haud ſcio quonam pacto oppoſitum aſſerẽtes non notarunt Enimverò ea ſanctorum Patrum communis mens fuit Conſule præſertim Iſidori, Caſſiani, & Petri Damiani verba, quæ ſuperius c. 2. protulimus, quibus & cæteri Patres concinunt, Athanaſius, Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſto-

Elias eremitarum iure princeps dictus. mus, Theophilactus: cœnobitarum ſiquidem parentem Eliſæum fuiſſe aſſerunt, Anachoretarum verò Eliam: idque egregiè Ioachimus adſtruit modò à me citato loco, in hæc verba: *ſub hac enim generatione*(18. ab incarnatione, 6. à Liberio Papa) *Claruit Monachorum Pater & Dux Benedictus: nimirum quia & in veteri Eliſæus Propheta, qui fuit rector & dux filiorum Prophetarum* (Floruerat 18. gener. à Iacob, 6. à Salomone) *Præceſſerat enim vita Eremitica deſignata in Elia eleuato in cœlo, & adhuc illo manente in claritate ſua, inchoata eſt Conuentualis deſignata in Eliſæo:*

Quanquam cunei Prophetarum qui ſponte ſua ſe Eliſæo poſt raptum Eliæ ſubdiderunt, pridem ſub Samuele initium ſumpſerant, ante annos non minus 108. ab vnctione Saulis, vt minimum (tametſi iam florentes Prophetarum Greges inducantur 1. Reg. 9. ad 2. Ioram filij Ioſaphat, quo raptum Eliæ accidiſſe diximus) computandos hoc calculo: Saulis 40. Dauidis 40. Salomonis 40. Roboam 17. Abæ 3. Aſia 41. Ioſaphat 25. Ioram 2. Regum ſcilicet Iuda. Eliam vero nunquam cuneis Propheticis præfuiſſe oſtendimus de eis agentes c. 8 Tædet ſemel dicta repetere.

Qui ergo Monachorum omnium Elias Pater ac patronus aſſeritur, ſi diſcipulos non educauit? 13. Quo iure Elias Monachorum princeps habeatur. Exemplo planè, non doctrinâ aut magiſterio non aliter atque Paulus primus dicitur Eremita & princeps Monachorum. *Sic Antonius ſecum reputans oportere Dei famulo ex inſtituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud ſpeculum vitam ſuam debere componere, eremi cultor effectus eſt.* Sic Nazianzenus de ſeipſo: *Eliæ Carmelum animo agitabam, & Ioannis deſertum.* Sic Pachomius imitatus ſcribitur Antonij vitam; *qui magni Eliæ æmulator exiſtens ſecreta interioris eremi ſtudio ſectatus eſt ſingulari.* Sic denique Ioannes ipſe *in ſpiritu ac virtute Eliæ*, Theophilacto *Veniſſe creditur* eo quod *Eremita fuit etiam ipſe, & frugalis vitæ.* Et eodem ſenſu rectè Hieronymus: *Noſter princeps Elias.* Hinc ad eius imitationem Monachi tempore gratiæ, autoribus Antonio & Pachomio inſignibus Eliæ æmulatoribus victum, & veſtitum ad inſtar eius ſibi compararunt: ſuperſedeo de frugalitate vtrorumque dicere, multa ſuis locis dicturus: Solemne eſt illud Hieronymi ad Euſtochium epiſt. 22. *Ad tertium genus veniam Monachorum, quos Anachoritas vocant, qui & de cœnobiis exeuntes, excepto pane & ſale, ad deſerta nihil perferunt amplius. Huius vitæ autor Paulus, illuſtrator Antonius, & vt ad ſuperiora conſcendam princeps Ioannes Baptiſta fuit.* Loquebatur de Eremitis tempore gratiæ, ad Eliam alias more ſuo conſcenſurus. Elias vero in Berſabee, miniſtrante Angelo, pane & aqua, apud Sareptanam viduam pane, & oleo paſtus fuerat. Geſtabant olim Monachi melotem, zonam, & pellem caprinam, vt ſcribit Caſſianus lib. 1. de inſtit. c. 8. & Sozomenus lib. 3. cap. 13. *Iſti ad exemplum Eliæ Theſbitis pellibus ſe induebant, vt ſinguli ex pelle corpori circumiecta, virtutem Prophetæ ſemper in memoriam reuocantes, ſtrenuè contra cupiditates venereas confligerent.* Pallium vero Eliæ *melotem* ſeptuaginta vocitant, 3 Reg. 9. & 4 Reg. 2. ipſeque ad Ochozia Rege, tanquam certa teſſera ſtatim agnitus eſt, vt *vir piloſus, & zona pellicea precinctus* extitiſſe, à nuntiis proditus eſt, ipſe quoque D. Benedictus melotem non renuit, vti puer Placidus conclamauit, cum extraheretur de lacu.

Eremi itidem cultores Monachi poſteriores ad inſtar Eliæ effecti ſunt: ſed quænam ille deſerta frequentauit? ſunt qui ſolius Carmeli meminerint, cum tamen ille multa, & varia incoluerit. 14. Quænam deſerta Elias frequentauerit. Vbinam iuuenturem exegerit clam nobis eſt: probabilius in deſertis Theſbæ oppidi Galaaditis regiones. Nam 3. Reg. 17. vbi primum Propheta maturæ ætatis inducitur, minas Achab Regi Samariæ ſterilitatis ingeminans, *Theſbites* dicitur *de habitatoribus Galaad* quanquam oportuit, vt notus eſſet Regi, aliquandiu in Samaria degiſſe; & tunc forſam in Carmelo qui eius regionis mons eſt. Quare Rupertus lib. 3. comm. in Cant. ad illa

verba,

Capilli tui ſicut greges caprarum quæ aſcenderunt (aliàs *apparuerunt*)de monte Galaad, inquit : *Rectè dicuntur* (filij Prophetarum) *apparuiſſe quia iam dictus inſtitutor eorum Elias ſic repente illuc introducitur*, *vt antea nuſquam Scriptura* meminerit, quis, vel vnde fuerit progenitus. A pueritiâ verò à ſpiritu ſancto præuentum, & eremi incolam factum, par eſt credere, vtpotè cuius imitator Ioannes id geſſerit. Poſtquam agreſſus eſt Regem in Samaria ſecedere iuſſus eſt ad Torrentem Carith, orientalem propè Iordanem, non longe à Thesba patria ſua : ibi ſex egiſſe menſes à coruis paſtus inde coniicio, quod tres annos caritatis, & ſiccitatis reliquos egiſſe conſtat apud ſareptanam viduam;nā ab eius domo iterum iuſſus eſt vt oſtenderet ſe Achab, reſeraturus iterum cœlum, & pluuiis gignendis locum daturus : tunc vero dicitur c. 18. *Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam in anno tertio dicens : Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ.* Annus vero tertius ſupputari cæpit ab ipſa ſiccitatis interminatione, à quâ iam ſex menſes ſupra tres annos decurrerant : atque eapropter ad immediatum præcedens ſareptanum latibulum applicandum eſt. Quo etiam pacto abſconſionis Torrentis tempus ſubditur cap. 7. *Poſt dies autem ſiccatus eſt torrens*; *non enim pluerat ſuper terram*; paruo autem riuulo ſiccando ſat erant adultiſſimæ æſtatis menſes ſex. Ergo à Carith prope Iordanem ad ſareptam ſidoniorum Dei iuſſu oppidum ſidoni proximum, ad 80. P.M. ſupra Carmelum in eodem Mediterranei maris littore poſitum ſecedens Elias, tres latens inter Gentiles exegit annos, cellam de viduæ cubiculo faciens. Quid ni Propheta perſonam gerens Domini dum ad alienigenarum tranſit Eccleſiam viduæ typo ſignatam duò ligna colligentem, myſteriorum eorundem ſplendore ſuffunderetur ? Crucis præcipuè de qua Iſidorus ad. lib. 4. Reg. cap. 8. ex Auguſtino: *Non ſic ſolo ligni nomine, ſed etiam numero lignorum ſignum Crucis exprimitur.* Farina, & oleum præcipua denotant Eccleſiæ Sacramenta, & diuitias mulieris iam viduatæ lege, & ad libertatem ſpiritus redactæ : non ſecus ac eiſdem Doctoribus, panis à coruis allatus Chriſti denotabat corpus, & caro ad veſperam, ad veſperam mundi carnis reſurrectionem ; & aqua Torrentis Baptiſmum : aliàs niſi ſub myſteriis degens, aiunt, eſcis gentilibus quomodò vixit ? Id enim *fieri non liceret, niſi lex ſpiritualiter data fuiſſet.* Iſid. l.de vocat.gent.c.18.

16. *Quo Elias à Sarepta peruenerit.*

De latibulo Sareptano erutus tunc primùm ad Carmelum in occurſum iturus Achab perrexiſſe dicitur : ibi in diſcrimen omnes Prophetas Baal & Prophetas lucorū numerum 850. explentes adduxit;de fide ſua periculum fecit;& victoriā per ignē ſibi cœlitus immiſſum reportauit. Dicitur enim: *cōgregauit Prophetas in Monte Carmeli.* Sed poſt victoriā de monte deſcendens ad fluenta Torrentis Ciſon,qui fluens è mōte Thabor Galileæ in mari ſe exonerat,eoſdē Prophetas trucidauit,& iterum Carmelum conſcendit,ſeptemq; inſtitutis orationibus de nubecula veſtigiū hominis habente,quæ aſcendit de terra, imbrem latiſſimum dedit : quo ſignificabatur(eoſdē audio Doctores) ideo futuræ pluuiæ ſignum in veſtigio hominis oſtenſum ſibi, quia *naſcente Chriſto in veſtigio hominis ad terras imber de cœlo deſcenderet, qui nos à peccato mundaret.* Paruam ibi egiſſe moram Eliam oportuit, quem illicò Iezabel ad mortem quæſiuit, vindicias de Prophetis ſuis actura in eius capite: ſed præuentus ab ſpiritu miſſus fuit in Berſabee, auſtralem Iudeæ terminum 180. P. M. à Carmelo in eadem maris ora diſſitum. Cum vlterius procedens viam vnius diei in deſertum faceret, præ fame, & tædio mori optans ab Angelo ſubcinericij panis, & aquæ potus ſubſidio confortatus, ad montem vſque Oreb perrexit, 40. dies & noctes ieiunus faciens, ibiquè manſiſſe in ſpelunca dicitur, & poſtea ad eius oſtium mirifica viſione delectatus. Tempus quod ibi confecerit clam eſt : mihi ad 40. dies duntaxat in itinere, & monte feciſſe videtur : ſecus multos alios ieiunus manſiſſet, vtpote nihil cibi ſecum in ſubſidium portans : cum tamen 40. duntaxat ad Moyſi, & Domini ſimilitudinem ieiunaſſe conſtans Patrum aſſertio eſt. Textus totos eos in itinere, dum iter, egiſſe, ſatis innuere videtur illis : *Qui cum ſurrexiſſet comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius 40. diebus, & 40. noctibus, vſque ad montem Dei Oreb : cumque veniſſet illuc, manſit in ſpelunca.* Cap. 19. Diſtat Oreb à Berſabee 200. fere M. P. ſeu Leucas 50. Quod ſi in eis toti illi 40. dies inſumpti ſunt, oportuit apud Oreb iterum de cibo cœlitus prouideri, aut à paſtoribus, ſi qui ibi greges minabant ; vt olim Moyſes ſuum, cibari.

17. *Quo ab Oreb peregrinauerit.*

De Oreb per deſertum, tota emenſa ex latere Orientis Paleſtina, ad vſque Damaſcum pergere iubetur Elias, duos Reges vnctione deſignaturus 500. fere P.M. ſemel pedes exacturus : & prope Damaſcum ad vicum Abelmeula Eliſæum tunc agricolam ſibi in ſucceſſorem. Quo præſtito *conſurgens* Eliſæus *abijt, & ſequutus eſt Eliam & miniſtrabat ei.* Quo abierit neſcimus : probabilius in montem aliquem Samariæ ! nam paulo poſt iubetur *deſcendere*(& deſcenſus aſcenſum ſupponit) *in occurſum Achab, qui eſt in Samaria ; ecce ad vineam Maboth deſcendit, vt poſſideat eam.* Erat Samaria ciuitas in ſupercilio montis, & idcirco deſcendere dicitur Achab ad vineam Maboth capeſſendam, quæ in valle erat, vicina Regiæ domui. Verum cum iuberetur occurrere Regi Elias iamiam deſcendenti de Samariæ monte in planitiem, non videtur Elias longius fuiſſe ; imo neque in Carmelo, aut Thabor, qui non ita vrbi Regiæ vicini ſunt,vt deſcendenti occurrere poſſet. Aliàs non fuiſſe intra vrbem ipſam illa indicant verba ; *in occurſum Achab qui eſt in Samariâ :* Significant enim locum ab eo in quo Elias erat diuerſum, imo longiuſcule poſitum: & mihi videtur tunc, quæ illi dixerat Abdias, paulò ante contigiſſe 3. Reg. 18 *Cum receſſero a te, ſpiritus Domini aſportabit te in locum quem ego ignoro : & ingreſſus nuntiabo Achab : Adeſt Elias, & non inueniens te, interficiet me :* Quod ſanè niſi aliquando, aut ſæpius illi contigiſſet, minimè id Abdias timeret ; & idcirco tunc forſam temporis nulla fit de Eliſæo comite mentio : His miris tranſpoſitionibus ad ſolemnem tranſlationem aſſuefiebat. Talis quoquè videbatur ea qua non multo poſt nuntiis Ochoziæ Regis Samariæ filij Achab ægrotantis occurrit euntibus in Acharone ad conſulendum Beelzebub ſuper Regis ægritudine. Vbi tunc Elias ageret, non dicitur : ab Angelo iuſſus eſt ſurgere, & aſcendere in occurſum nuntiorum, qui de Samaria ad auſtrum properabant in Acharon vrbem prope Azotum

& tamen Rex eorum monitu, datis ſignis Prophetæ, quod eſſet *vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus*, mittit ad eum in montem, cuius tunc ille verticem tenebat, quinquaginta milites, quos ille deiecto de cœlo igne conſumpſit. Mons autem ille ſiue Carmelus, ſiue Thabor eſſet, non in itinere nuntiorum erat, ſed ad tergum Samariæ relinquebatur ab eis: Quâ ergo qui occurrit ad auſtrum, quæritur ad ſeptemtrionem? niſi quia de miraculoſis eius occurſibus fama erat, ſed non quærebatur niſi vbi frequentiùs habitabat. Video nonnullos Patrum Carmeli eum cultorem frequentius credidiſſe; nam Athanaſius *Elias* (ait) *item & Eliſæus in monte Carmelo ſedentes Dominum innocent, & perpetuo dicant, viuit Dominus, in cuius conſpectu aſſiſto hodie:* Ita ille lib. de interpret. Pſal. & nihilominus ſemel hoc Eliam in Carmelo protuliſſe liquet, ad Achab, cum Prophetas Baal ad certamen prouocaret 3. Reg. 18. ſed nondum Eliſæus ad Prophetiam vocatus erat. Hic vero iterum id prohibuit, ſed longè à Carmelo in deſerto idumeæ 4. Reg. 3. Baſilius quoque; *Carmelus mons ſublimis, ac deſertus Eliam item deſertũ habuit; viaticum cibusque ei ſpes erat in Deo: & cum ita viueret fame tamen extinctus non eſt, ſed auium rapaciſſimi ac voraciſſimi corui cibum ei attulere.* Sic ille homil. in diuites auaros. Et nihilominus quãdo cibo egens Elias in Carmelo egerit, non legimus, nam corui non in Carmelum, ſed ad Torrentem Carith longius diſtantem contra Iordanem ad Eliam cum cibis miſſi ſunt.

16. Vnde Elias ſubleuatus in cœlum.

Denique poſt binos quinquagenarios igne ſuccenſos, & Ochoziæ mortem prædictam, amplius Carmelum non petiit, ſed *cum leuare vellet. Dominus Eliam per turbinem in cælum, ibant Elias, & Eliſæus de Galgalis*: ierunt autem in Bethel, & Iericho, & calcato Iordanis alueo ſublatus eſt: quæ vrbes diſtant à Carmelo ad 80. vel 90. P. M. Ergo fit ex dictis Eliam præ ceteris Carmelum charum habuiſſe; ſed propheticis impeditum muneribus paruas illic egiſſe moras. Sed Eliæ volanti epimicia canat Chryſoſtomus, cuius delectat audire verba ex homil. de Aſcenſione Eliæ: *Oportebat errantis populi rectorem, gubernatorem ſacrorum, moderatorem diſcrepantium voluptatum, Iſraëlis aurigam, qui ad iugum timoris Dei laſciuos & vagos animos reuocauit, frenis, loriſque adſtrinxit, & ad iter diſciplinæ recto tenore currendum, concordi quadam copulatione compoſuit, ad regna cæleſtia curru, atq; equis tranſuolaret euectus. Hinc Poëtas, atque pictores in figuranda ſolis imagine exempla credo ſumpſiſſe: qui curru, atque equis fulgentibus, ipſe rutilans, atque radians & fluctu Occeani ſubleuatus inter prærupros montium ſcopulos euadens, quaſi ad cæleſtia videtur aſcendere in ſimilitudinem luminis eius inductus. Sol enim Græco ſermone Elios appellatur: vnde Elias vere Elios, quoniam curru atquè equis fulgentibus, igne de Occeani fluctu, id eſt de mundi commotione per mõtium ſcopulos, id eſt per magnorum laborũ difficultates progrediens, ad cæleſtia deuectus aſcendit. Igitur poſtremò currus, ignei ſimul & equi prouectum de ſeculo Prophetam præſtolantur intenti. Qui opifex hũc currum, quæ manus illas rotas in orbis volumine circumegit, temonem protendit, iugũ inſuper aptauit, cæteraq; compoſuit, cum materies omnium vnus ignis arderet? quæ regio illos equos, quavè ſtirpe progenitos, quorum natura ignis deſtinauit? ſi animalia dixeris, ignis occurrit; ſi ignem credideris, forma ſe animalis opponit. Si animalia cõtrectare velis, ignis vrit; ſi ignẽ refugis, animalia non credis. Ridiculoſa ſane gentium ſemper opinio, diuerſas animalium formas, currus, atq; alias res in theatris feruẽtiſſimas ſẽper natura ſingulari, quadã prædita ſoliditate conſtituit. Sed nos tam verè currum & equos fuiſſe, quam verè fuerit, & ignis credentes, ac profitentes, nequaquam gentiliũ vanos conformare videmur errores.* Cœtera lectori ex his auiditatẽ guſtus concipienti, ſuo loco legenda relinquimus.

Sed & pro Carmeli gloriâ, ab Elia Eremitarum, Monachorumq; patrono eminẽtiſſimo ſepius auidè ſalutati, liceat mihi ex Plinio recẽſere, inde primùm vitri deſumpram originem in hunc modum. Lib. 36. c. 26. *Pars eſt Syriæ, quæ Phœnice vocatur finitima Iudea, intra Carmeli radices paludẽ habens, quæ vocatur cendeuia. Ex ea creditur naſci Bellus amnis quinque millia paſſuum ſpatio in mari perfluens iuxta Ptolemaidẽ coloniam. Lentus hic currit inſalubris potu, ſed ceremoniis ſacer, limoſus, vado profundus; nõ niſi refuſo mari harenas fatetur, fluctibus enim volutatæ niteſcũt, detritis ſordibus Nunc & à marino credũtur adſtringi morſu, non priùs vtiles. Quingentorũ eſt paſſuum non ampliùs littoris ſpatiũ; atque tantũ per multa ſæcula gignendo fuit vitro. Fama eſt appulſa naui mercatorum vitri, cum ſparſi per littus epulas pararẽt, nec eſſet cortinis attollendis lapidũ occaſio, glebas nitri è naui ſubdidiſſe: quibus accenſis permixta harena littoris tranſfluentis nobilis liquoris fluxiſſe riuos, & hãc fuiſſe originẽ vitri. Mox vt eſt aſtuta, & ingenioſa ſolertia, nõ fuit contenta nitrum miſcuiſſe, cæpit addi & magnes lapis. Iam vero & in vulcurno mari Italiæ harena alba naſcens, quæ molliſſima eſt pila, molaq; teritur, dein miſcetur tribus partibus nitri pondere, vel mẽſura, ac liquata in alias fornaces transfunditur: ibi fit maſſa quæ vocatur ammonitrũ, atq; hæc recoquitur, & fit vitrum purũ, ac maſſa vitri cãdidi. Iam vero & per Gallias, Hiſpaniaſque ſimili modo harena tẽperatur.* Refert inferius ex Xenocrate in Hiſpania ad Oceanũ naſci obſidianũ lapidẽ vitro nigro ſimilimũ.

17. Vitri origo.

CAPVT X.

Eliſæum ex Eremita, patrem egiſſe Monachorum.

1. Eliſæus omnibus relictis ſequitur Eliam.

VEnimus recto tandem orationis tramite ad Eliſæum, quem vel vnũ Monachum fuiſſe, ac Monachorũ ducem nemo eſt qui abnuat. Virginitati eius teſtimoniũ præbuere ignatius, & Hieronymus, verbis c. præced. relatis; ſolus Iouinianus ore putido eis detraxiſſe cõperitur apud eundem Hieronymũ lib. 1. in ipſum c. 13. his *Eliam, & Eliſæum, quem ſtultè in catalogo poſuerit maritorũ, me tacente manifeſtum eſt. Si enim Ioannes Baptiſta venit in ſpiritu, & virtute Eliæ, & Ioannes virgo eſt vtiq; non ſolùm in ſpiritu eius venit, ſed etiã in corporis caſtitate.* Atque eodẽ telo Eliſanæ virginitatis aduerſarius cõfodietur, enimverò nõ ſolum Eliæ ſpiritus ſuper Eliſæum requieuit, ſed duplicato munere ſedit: Elias autẽ virginitatis ſpiritũ hauſit: hauſerit verò & Eliſæus oportet: dignus planè qui eodẽ contegeretur pallio cum Elia, ſiquidẽ ad priorem pallij receptionem vniuerſa dimittit, Eremitã ſequitur, obediẽtiæ ſe ſubdit alterius & cælibẽ illius amplectitur viuẽdi rationẽ: Egregiè hos omnes Eliſæi virtutes cõmendat Bernardus noſter lib. de ordine vitæ hæc inquiẽs. *Eliſæus relicto aratro, mactatis bobus, vocãtẽ Eliã ſequutus eſt, per verã mitẽq; obedientiã ad tãtam morum venit celſitudinem, vt ſpiritus tam excelſi magiſtri dupliter in bono diſcipulo requieſceret.* Planè ad priorem Monaſtici pallij ſuſceptionem, more Apoſtolico, quidquid haberet reliquiſſe viſus eſt nihil ſiquidem præter par boum, & aratrum

Digitized by Google

trum vnum poſſediſſe reperitur; vtrumque autem Deo conſecraſſe liquet, nimirum boues coxit, & diſtribuit indigentibus, aratrum verò vicem veru inſeruire fecit, quo carnes aſſarentur: aut ſi manis, aratro ignem quo carnes coquerentur fouit. Sic enim habes 3. Reg. 19. *Tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt, conſurgensque abiit & ſequutus eſt Eliam.* Quod ſi cui forſitan videatur duodecim iuga boum poſſediſſe, eo quod textus habet, *Elias reperit Eliſæum arantem in duodecim iugis boum*; ſubſequentia obſtare videntur. *Et ipſe in duodecim iugis boum, arantibus vnus erat*; quo innuit ſocium fuiſſe hominum vndecim arantium, non Dominum; vnde vniuerſa mox relicturus, par boum dumtaxat diſtribuiſſe dicitur. Vtvt ſit, reliquiſſe omnia conſtat, de quo dicitur *Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam*: idque ad Eliani pallij ſuſceptionem, qui prius nihil huiuſmodi cogitarat: *Cumq; veniſſet Elias ad eum miſit palliũ ſuum ſuper illũ, qui ſtatim relictis bobus &c.*

2. A quāta perfectione inceperit Eliſæus.

Ecce tibi Eliſæum Monachorum numeros complentem, vtpote qui à rerum omnium præſtantiſſima abdicatione exorſus, virginitatis honorem adeptus, *Eliam ſequutus, per veram mitemque obedientiam*, (vt Bernardi loquar verbis) *ad tantam morum aſcendit celſitudinem.* Quæris quantam? audi Chryſoſtomum lib. 2. de contritione cordis hæc aientem: *Eliſæus quoniam omnia mundana reliquit negotia & amauit Propheticam vitam* (religioſam vtique propheticæ eo temporis comparem) *regnum cæleſte, & ſupernam gloriam in terris adhuc poſitus vidit. Vidit enim quæ nunquam mortalis viſus inſpexerat; montem curribus igneis, atque equis flammeis plenum, armatorum turmas, & caſtra cæleſtis exercitus.* Quid plura? obtinere meruit, *vt ſpiritus tam excelſi magiſtri dupliciter in bono diſcipulo requieſceret*: quod iterata pallij ſuſceptione in magiſtri tranſitu completum eſt. Id vero quanto donorũ cumulo? autor libri de mirabilibus ſacræ Script. apud Auguſt. c. 22. vere duplicatam ſpiritus virtutem in Eliſæo requieuiſſe contendit, inquiens. *Hæc vero poſtulans Eliſæus non elationis affectum ſuper magiſtrum ſuum voluit, ſed videns peccata populi innumera à Propheta qui relinqueretur, non ſimplici Eliæ ſpiritu, ſed duplici compeſci poſſe prævidit.* Nec adeo diſſident Petrus Damiani, & Rupertus, dum is lib. 5. Comment. in lib. Reg. c. 18. ille vero Serm. 2. in Natiuit. S. Ioannis contendunt duplo maiorem miraculorum virtutem in Eliſæo, quam in Elia requieuiſſe, quandoquidem (vt breũi cuncta concludamus) *Elias duodecim, Eliſæus, vt Scripturæ veritas tradit, viginti quatuor miraculorum ſignis enituit*, ait Damianus. Quæ multo prius obſeruauerat Iſidorus in Chron. niſi quod illum ſeptem, hunc 14. perpetraſſe contendit: inquit enim ſub Ochozia Rege: *Elias rapitur, cuius ſeptem inſignia miracula numerantur*: & ſub Ioas. *Eliſæus moritur, cuius virtutes 14. prædicantur*: eaſquè enumerat lib. de vita & morte 55. c. 35. & 36. & ex eo Loayſa in notis ad Chron. ipſius Rupertus octo miracula Eliæ, ſexdecim Eliſæi recenſet c. 37. Rectè autem animaduertit Damianus, ex duplicato Eliſæi ſpiritu non debere duplicatã eius ſanctitatem ſuper Eliæ ſpiritum argui, ne eum ſanctiorem Ioanne dicamus, qui in ſpiritu Eliæ veniſſe Euangelia teſtantur, & conſequenter pari cum eo virtute; & tamen neminem eo maiorem in Prophetis de muliere natis ſurrexiſſe veritas ipſa prædicauit. Mihi neutrum timendum, inde deduci poſſe procul dubio eſt: duplex ſiquidem Eliſæi ſpiritus non ſecundum gratiam gratum facientem, ſed ſecũdum gratis datam intelligendus eſt, quâ minime ſubiectum ſanctius redditur, qualis eſt gratia miraculorum, ab his Doctoribus in Eliſæo decantata; hac ſiquidem Eliſæus non ſolum Eliam, verum multò magis Ioannem ſuperauit, qui miraculum edidit nullum dum vixit: quo nihilominus ſtante, ſua cuique ſanctitatis faſtigia illibata manẽt, Deo ſoli ad vnguem nota.

Qualiter in eo fuerit ſpiritus duplex.

Aliter ſublimiterque Athanaſius in magnam Eliſæi commẽdationem ſpiritum ſibi duplicatum, ſeu potius geminum petiiſſe cõtendit, nimirum innuens Eliſæum ſanctiſſimæ Trinitatis myſterij edoctum, eius ſpiritus ſuper ſe deſcendum exoptaſſe, quem Deum eſſe nouerat ſpiritumque Patris & Filij: & quia non ſolius Patris ſpiritum, ſed etiã Filij ad ſe venire exorabat, non vtcũque ſpiritum, ſed geminũ nominaſſe. *Eſt igitur Spiritus Sanctus Deus* (ait Athanaſius lib. de communi eſſentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti) *nam cum aſſumeretur Elias, poſtulabat ad eo Eliſæus, vt in ſe veniret geminus ſpiritus; promiſſitq; Elias, ſi ſe vidiſſet auferri. Cum igitur vidiſſet, & accepiſſet melotam illius, acceſſit ad Iordanẽ, & cum melota percuſiſſet fluuium, non obtemperauit aqua. Dixit ergo Eliſæus: vbi Deus ἀφφὼ, quæ vox ſignificat ambo ſeu geminũ. Vbi igitur Deus ἀφφὼ pro eo quòd eſt ſpiritus geminus* videlicet Patris & Filij; quo inuocato aqua diuiſa eſt. Quem igitur priùs geminum Eliæ ſpiritum optauerat, Deum poſtea Eliæ geminũ vocat. Vide ne fides Eliſæi, Chriſtiana fuerit, & cæteræ eius ex ea dimanantes virtutes, tanto exinde futuro parẽti Monachorũ neceſſariæ.

3. D. Athanaſij ſententia.

Placet quoque idcirco duplicatum ſpiritum Eliæ petiiſſe, quod ex diſcipulo magiſter futurus ad eius abſentiam videbatur; inſtabantq; iam filij Prophetarum, quos tunc interfuiſſe Eliano aſcenſui refert ſacer Textus; plus ſiquidem multo magiſter indiget ſpiritu vtpote ſibi iam & cæteris documenta, & exempla demonſtraturus. Id Elias iterum pallij conceſſione illi impertiiſſe, ſeu impetraſſe videtur; idque iſte vt primum experimento ſe adeptum cognoſceret, pallio ipſo aquas fluminis diuidere aggreſſus eſt; diuiſitque non pallij qualibet percuſſione, ſed cum percutiens ſpiritum Eliæ geminum inuocauit, inquiens: *Vbi eſt Deus ἀφφὼ*, ſeu Deus geminus, aut potius ſpiritus Eliæ geminus quem ille mihi exoranti promiſit: Pro quo vulgatam vertiſſe liquet, *etiam nunc*, & in Hebræo eſt. *Etiam ipſe*, nimirum *ambo*, aut *geminus*, vt Athanaſius dixit. Ergo qui Eliſæum in Prophetam pallij ſui expanſione ſacrauerat, eiuſdem pallij iterata traditione prophetarum etiam magiſtrum conſtituit: exemplum ei relinquens religioſæ vocationis in pallij eiuſdem inuolutione, aut reſtrictione, quâ Iordanis ille aquas diuiſerat. Ita ſanè id pridem Galfridus noſter ſubtiliter expenderat, inquiens: *Tulit Elias pallium ſuum, & inuoluit eum: virgam Moſaycam imitatus, cuius percuſſione Moyſes rubrũ mare diuiſit. Sicut enim virga quam manu ferimus operum recti tudo, ſic exterior quidam habitus conuerſationis noſtræ ſignificatur in pallio: cuius etiam inuolutio velut quædã reſtrictio, & diſtinctio fuit.* (Vulgo dicitur reformatio, aut recollectio) *& quomodo eiuſmodi pallio Iordanis iſte percutitur, ſic quodammodo perfecta ſeruorum Dei conuerſatio in ſuis amatoribus percutit, & affligit hoc ſæculum, dum grauis eſt eis etiam ad videndum.*

4. Autoris mens.

Mihi Elias eo facto documentum Eliſæo dediſſe videtur in conſpectu diſcipulorum ſuorum, conuerſationis diſtrictione, & recollectione magiſtrum

5. Quid Eliæ pallij inuolutione & extenſione ſignificetur.

ſimul & diſcipulum ſalutẽ conſequuturos, & à mũdi turbinibus liberationẽ, extenſione autem eius perditum iri: idque illis innui verbis. *Quinquaginta viri de filiis Prophetarum ſequuti ſunt eos, qui ſteterunt econtra, longè. Illi autem ambo ſtabant ſupra Iordanem: Tulitque Elias pallium ſuum, & inuoluit illud, & percuſſit aquas, quæ diuiſæ ſunt in vtramque partem: & tranſierunt ambo per ſiccum.* Videlicet ad percuſſionem pallij inuoluti ambo pariter magiſter & diſcipulus ſicco veſtigio fluctuum diſcrimina ſuperarunt. Atque huc ſpectat Bernardi noſtri ſententia pallium Eliæ ſic interpretantis. *Pallia quibus noſtra nuditas operitur, quatuor ſunt: nouitas conuerſationis, & vita, qua Rebecca deſcendens de camelo operuit vultum ſuum: integritas cœleſtis ſanctimoniæ, quam Elias reliquit Eliſæo, & diuiſit Iordanem, &c.* Nec longè alio tendebat, cum ſerm. 6. de Aſcenſ. ſcripſit: *Duplicari ei ſpiritum oportebat, vt magiſtri abeuntis abſentiam gratia duplicata ſuppleret:* Præſertim magiſtri officium ſubituro; vnde bene aptéque reſpondit Elias, rem difficilem poſtulaſſe: nam nec verbo, nec opere delinquere prorſus difficile eſt: is enim planè, non ſolùm affectum purgatum, ſed & intellectum illuminatum habere indiget, quæ ſunt duplicis ſpiritus ab Eliſæo quæſiti munia: vti ipſe Bernardus ſerm. 3. in eadem feſtiuitate grauiter expendit, & ante ipſum autor libri de Cardinalibus Chriſti operibus ſerm. de Spiritu ſancto. Apud Cyprianum. Quocunque igitur modo duplex ille ſpiritus interpretetur, in idem recidit, ad magiſtríque munus neceſſaria illa duplicitas eſt: Quo loci egregiè Galfridus hæc ingeminat. *Prudens diſcipulus qui non niſi ſpiritum poſtulauit. Quod autem duplicem petiit, dupliciter, aut etiam tripliciter poteſt intelligi. Aut enim dupilcem ſpiritum, quem etiam Elias habebat, aut duplicem quam prius ipſe Eliſæus haberet, aut reuera difficilem rem ſpiritum duplicem quem Elias haberet exoptabat. Et hoc quidem vltimum nonnulli æſtimant eſſe impletum in exhibitione ſignorum, quod duplo in illis ab Eliâ Eliſæus effulſit ſiue etiam duplicem petit ſpiritum magiſtri ſuſcepturus officium, vt quam ſibi prius acceperat gratiam, nunc acciperet proximis erogãdam.* Erat autem Eliſæus magiſtri officium ſubiturus erga plurimos greges Prophetarum, à quo tamen Elias liber extitit, vnius vel alterius duntaxat magiſterio contentus, id eſt Eliſæi, vel etiam Ionæ, & idcirco duplici quem Elias ſpiritu egere videbatur.

6. Nec ab hac ſententia diſſentit Eccleſiaſt. dum cap. 48. Laudes Eliſæi recenſens inquit. *In Eliſæo completus eſt ſpiritus eius* (ſcilicet Eliæ) *in diebus ſuis non pertimuit principem, & potentiâ nemo vicit illum, nec ſuperauit illum verbum aliquod; & mortuum prophetauit corpus eius.* Scimus autem Eliam pertimuiſſe vehementer Achaz & Iezabel, ita vt vitæ quoque eum tæderet Eliſæus autem quæſitus ad mortem ab exercitu Regis ſyriæ nullo timore perterritus, etiam puerum ſuum à timore liberauit, oculos illi aperiens, vt montem equorum, & curruum igneorum plenum pro Eliſæo certantem, è cœlo demiſſum conſpiceret 4. Reg. 6. ipſe vero aduerſarios oculis deluſos in vrbẽ regiã incognitus duxit inquiens: *Non eſt hæc via neque iſta eſt ciuitas, ſequimini me & oſtendam vobis virum quem quæritis,* Et eoſdem tandem ab inopinâ captiuitate, in quam deuenerant ignari, liberauit. Quàm liberum à timore Principum cor ei inerat, qui ad impium Iſraël Regem libertimè dixit 4. Reg. 3. *Quid mihi, & tibi eſt? vade ad Prophetas patris tui, & matris tuæ.* Et iterum *viuit Dominus exercituum in cuius conſpectu ſto, quod ſi non vultum Ioſaphat Regis Iuda erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem.* Completus ergo dicitur ſpiritus Eliæ in Eliſæo, quia vt maiora aut plura operaretur magiſtro multorum Prophetarum digna, timore prorſus humano, cui ille ſubiectus fuerat liber extitit Et nihilominus mãſuetudine præcipuâ præditus fuit, quâ nequaquam duos quinquagenarios igne cœleſti ſuccendit, aut 450. Prophetas Baal, & 400. Iezabelis commenſales Prophetas lucorum interfecit, vt ille indignatione (iuſtiſſimâ licet) cõmotus ſed & hoſtes eum ad mortem quærẽtes cœleſti munere à ſe in ciuitate concluſos percuti à rege Iſraël non permiſit, quin potius largiter cibo, & potu refocillatos, liberos abire conceſſit: & impio eodem rege caput eius ſitienti, populoque Samariæ fame, & obſidione tabeſcenti mirâ animi alacritate promiſit, craſtina die hactenus inexpertâ frumenti abundantiâ, donandos eſſe quod & præſtitit ſtrepitu magni exercitus effecto, ſyrios ab obſidione in fugam, relictis frugibus, conuertente. Inde reuerentiâ, & amore mirabili ab omnibus impiis, pariter ac piis, proſequutus eſt: eum quidam Dominum ſuum, quidam vero patrem vocitabant, & Ioas nequam Rex Iſraël patrem ſuum, Iſraëlis vero currum & aurigam, cum morti proximus eſſet, conclamauit.

Duplicis ſpiritus Eliſæi ſigna.

Eliſæi manſuetudo.

Quod ſi in pueros ſibi caluitiem obiicientes aliquando excanduit 4. Reg. 2. id ſemel, & ſui exordio magiſterij feciſſe liquet: & ne tunc quidem excandeſcentiâ motum, ſed ſpiritu pulcherrima myſteria præuidente contendit Auguſtinus Serm. 204. de tempore: vbi Manicheis blaſphemantibus: *Quæ fuit tanta crudelitas in Eliſæo, vt propter iocularia verba infantum, 42. pueros* ab vrſis duobus *fecerit lacerari?* ſic reſpondet. *Nemo B. Eliſæo ore vipereo derogare præſumat, quia hoc quod de pueris illis tantum eſt, non tam ipſe propriâ virtute, quàm per illum Spiritus Sanctus feciſſe credendus eſt. Et quidem, fratres chariſſimi, ſecundum literam ita credendum eſt, quod B. Eliſæus, non iracundiæ morbo commotus, ſed zelo Dei ſuccenſus ad corrigendum populum Iudæorum paruulos permiſit lacerari; non vt vindicaret, ſed potius vt illos corrigeret: nam illo tempore Sancti Prophetæ ita in grandi contemptu, & opprobrio habebantur vt etiam B. Eliſæo, qui tanta miracula faciebat, pueri indiſciplinati clamauerint; Aſcende calue. Aſcende calue: quam rem etiam parentibus ſuis inſtigantibus feciſſe credendi ſunt. Manifeſtè ſiquidem pueri illi non clamarent, ſi hoc eorum parentibus diſpliceret. Dolens ergo B. Eliſæus de interitu populi, imo S. Spiritus per B. Eliſæum volens reprimere ſuperbiam Iudæorum, fecit venire duos vrſos, & dilacerauerunt 42. pueros, vt percuſſis paruulis maiores reciperẽt diſciplinam, & mors filiorum fieret diſciplina parentum tamen in hoc facto etiam Paſſio Domini Saluatoris præfigurata fuiſſe euidenter oſtenditur. Nam quomodo pueri illi indiſciplinati clamauerunt B. Eliſæo aſcende calue &c. Ita & inſenſati populi Iudæorum Eliſæo Chriſto tẽpore Paſſionis. Voce ſacrilega clamauerunt, crucifige, crucifige. Quid eſt, aſcende calue, &c. Niſi aſcende crucem in loco Caluariæ: & hoc attendite fratres, quia ſicut ſub Eliſæo 42. pueri lacerati ſunt à duobus vrſis, ita, & poſt 42. annos paſſionis Dominicæ venerunt duo vrſi, Veſpaſianus, & Titus, à quibus gens illa ſacrilega quod merebatur excepit.* Conſonant Auguſtino Iſid. ſuper 4. Reg. c. 3. & Rup. lib. 5. Comm. Reg. c. 22. & elegantiſſimè Bern. Serm. ad milites

7. An Eliſæus opprobria 42. puerorũ vindicauerit.

Chriſtus patiens in Eliſæo præfiguratus.

Templi

Templi c.10. *Mali pueri qui ſacri frontis caluitiem obiiciunt Eliſæo. Aſcendit crucem caluus noſter, mundo pro mundo expoſitus, & reuelata facie, ac diſcooperta fronte purgationem faciens peccatorum, probroſa, & auſtera mortis ignominiam tam non erubuit, quàm nec pœnam exhorruit, vt nos opprobrio ſempiterno eriperet, & reſtitueret gloriæ.* Nec eo facto magiſtri neglexit officium, enimverò diſcipulorum ſuorum Prophetarum proſpexit honori, qui paſſim à Iudæis irridebantur, vt ille ad vngendum Iehu in Regem Iſraël miſſus ab Eliſæo 4. Reg.9. de quo principes exercitus rogarunt Iehu. *Quid venit inſanus iſte ad te?* Quinam autem, matrum etiam ratione carentium Leſos non vindicant filios? cuius gratiâ etiam columba iram induit. Ipſum quoque Eliſæum viuum geſſiſſe tunc Monachorum typum, Stephanus Cantuarienſis his exprimit verbis. *Eliſæus eſt clauſtralis, qui dum ad Bethel, ideſt ad domum Dei aſcenſiones in corde ſuo diſponit, pueri, id eſt ſapientes huius mundi eum derident, &c.*

8. Eliſæus humilitate ad Prælaturam peruenit.

Vnde vero promeruerit Eliſæus ad magiſterium Prophetarum, & religioſorum aſſumi, dum requiro, humilitas viri eximia ſe ſe menti offert (vt de cæteris religioſis virtutibus taceam) quâ ita excelluit, vt qui in Prophetam, ſocium, & legitimũ ſucceſſorem Eliæ vnctus Dei munere fuerat, ſeruus eius ſtuduit reputari, eoque loco à cunctis habebatur, bonis, & malis: nam & filij Prophetarum nunquam Eliam eius magiſtrum vocabant, ſed Dominum. *Nunquid noſti, quia hodie Dominus tollet Dominum tuum à te?* Non ſolum Betheeliſtæ, ſed & Iericuntini dixerunt 4. Reg. 2. *Et quidam de ſeruis Regis Iſraël: & hic Eliſæus qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ*, cap. 3. ſeq. quæ certa miniſterij teſſera erat. Accedebat iuge ſtudium comitandi magiſtrum, vt vniuerſos eius motus, virtutéſque in ſe transferret: quo ſanè permiſſus etiam ter ſedere, dum ille vlterius progreditur, iureiurando interpoſito, nunquam ab eo ad finem vſque diſcedendi, raptum in æthera videre meruit, geminumque eius ſpiritum hæreditate cum pallij magiſtratu poſſidere. Tunc primum ſeſe illi filij Prophetarum ſubdidere; *Videntes ſiquidem filij Prophetarum, qui erant in Ierico econtra dixerunt: Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum. Et venientes in occurſum eius adorauerunt eum, proni in terram.*

9. Eliſæi duo præcepta.

Ipſe vero magiſtri cathedram aſcenſus filiorum Prophetarum, virorum ſcilicet, qui mente Deo excedere ſoliti erant, & cum ipſo in ſolitudine cõuerſari, mirè eorum muneri congrua dediſſe præcepta reperitur. I. Vt ſilentio tegerent Diuinas reuelationes, vno dempto magiſtro ſpiritualis paleſtræ, dum aliter ad Dei gloriam neceſſum non eſt. Cum enim illi rogantes dicerent: *Nunquid noſti, quia hodie Dominus tollet Dominum tuum à te?* Quod procul dubio niſi à Deo ſcire nequibant; reſpondit Eliſæus; *Et ego noui ſilete*: Quaſi diceret. Mihi quoque idem reuelatum à Deo eſt, ſed eam gratiam vobis ſilentio regere congruit. Atque hoc nondum magiſter effectus præceperat, verum magiſterio proximus. II. Alterum præceptum fuit, Dei verbo ſincerè fidendum eis eſſe; nec eius opera nimiâ curioſitate peruestiganda. Enimverò recens magiſtrum adoratum filij Prophetarum adierunt rogantes, vt Elias tametſi à Deo raptus quæreretur: *Dixerúntque illi: Ecce cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quærere Dominum tuum, ne fortè tulerit eum ſpiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium: qui ait; nolite timere.* 4. Reg.2. ac ſi diceret *Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloriâ.* Nonne & vos ipſi teſtes eſtis Deum curru igneo Eliam tuliſſe per turbinem in cœlum? & vobis quidem id pridem reuelatum fuiſſe, notum ne feciſtis? *Atqui Dei opera perfecta ſunt.* Tolleretne Deus vt deiiceret? *Nolite timere.* Sed imperfecti cum adhuc eſſent, & rudes diſcipuli, *Coegerunt eum donec acquieſceret, & diceret; mittite.* Quo ſanè facto diſcretione opus eſſe magiſtro rudium diſcipulorum docuit; nec omnino inuitos ſemper ad opus cogendos, præſertim tyrones, cum ſpe ſua deludi queant, & inde ſuauiter potiora ſalutis haurire documenta, & maiori demum erga magiſtrum affici reuerentiâ: vti & illis contigiſſe par eſt credere, de quibus ſequitur. *Et miſerunt quinquaginta viros; qui cum quæſiſſent tribus diebus, non inuenerunt, & reuerſi ſunt ad eum*, pudore procul dubio ſuffuſi ſed cautiores effecti.

Quid ni hominum ſpiritualium magiſter fieret Eliſæus idoneus, qui ea arte inſigniter excelluit! Quæris quanti? Audi Chryſoſtomum ſerm. de Eliſæo & Syrorum inſidiis detectis, de quibus 4. Reg.6. *Sedebat Eliſæus in monte altior mundo, propior cœlo, ſedebat inquam, in edito, iacentia infra ſe deſpiciens, ſuperna iam deuotus attendens: nec humano colloquio deditus, qui per precum colloquia Deo fuerat copulatus. Tunc itaque Syriæ Rex mittit exercitus, multitudines aggregat, &c.* Efficatiam autem precum eius ſic deſcribit. *O admiranda diuerſitas rerum! Eliſæi precibus diuerſi cedunt effectus pueri enim oculi aperiuntur, & nefandi exercitus excæcantur; videt puer quæ videre non poterat, Angelorum ſcilicet exercitus, & quadrigam ſtantem ante Eliſæum, & exercitus non vidit quæ videbat. Alterius reſeratur viſus & alterius excæcatur obtutus. O virtus admirabilis Dei! Ducuntur captiui, qui Prophetam venerant captiuare, &c.* Hinc doctè vt aſſolet, Ambroſius lib.3. officior.cap 1 ſubinfert: *Non ergo primus Scipio ſciuit ſolus non eſſe, cum ſolus eſſet. Sedebat Eliſæus in vno loco, & Rex Syriæ magnam belli molem inferebat populo patrum. Orauit Eliſæus, & omnes illos cæcitate percuti fecit, & captiuos intrare Samariam, qui venerant obſidere eum. Conferamus hoc ocium cum aliorum ocio: Alij enim requieſcendi cauſa abducere animum à negotiis ſolent, & à conuentu, cœtuque hominum ſubtrahere ſeſe, & aut ruris petere ſecretum, captare agrorum ſolitudines, aut intra vrbem vacare animo, indulgere quieti, & tranquillitati. Eliſæus autem aut in ſolitudine Iordanem tranſitu ſuo diuidit, aut in Carmelo reſolutâ difficultate generandi inopina ſterilem conceptione fœcundat, aut reſuſcitat mortuos, aut ciborum temperat amaritudines, & facit farinæ admiſtione dulceſcere; aut decem panibus diſtributis reliquias colligit, plebe ſaturata: ferrum ſecuris excuſſum, & in fluuij Iordanis merſum profundo, miſſo in aquas ligno facit ſupernatare, aut emundatione leproſum, aut ſiccitatem imbribus, aut famem mutat fœcunditate)* Placuit Eliſæi facinora in ſolitudine patrata Ambroſij facundia reſeraſſe) *quando ergo iuſtus ſolus eſt, qui cum Deo ſemper eſt? Quando feriatur à negotio, qui nunquam feriatur à merito quo conſummatur negotium?* 10. Nunquam minus ſolus quam cum ſolus.

Dignus proinde vſtione liber ille Franciſci Petrarchæ viri latiniſſimi, plauſum, & auram populi captantis potius ſcriptis, quam ſanctitatem; quo in D. Ambroſium præfata verba 11. Franciſcus Petrarcha reprehenſus.

verba præferentem inuehitur, quod dixerit: *Scipionem non omnium primum ſciuiſſe ſolum non eſſe, cum ſolus eſſet.* Eſt vero tractatus 9. de vita ſolitaria c.5. ſub titulo, *De Scipionibus Africanis ſingularibus ſolitudinis amatoribus; tractationeque illius verbi magnifici ab altero eorum prolati, nunquam ſe minus ocioſum, quam cum ocioſus, nec minus ſolum quam cum ſolus eſſet; cum reprahenſione Ambroſij dictum illud ad Prophetas transferentis.* O inſignem ethnicorum laudatorem, qui quod audiat Ambroſium Prophetas, Eliſæum præſertim & Eliam de amore ſolitudinis præ Scipionibus commendantem, ſtomachatur, & audet tantum Eccleſiæ Doctorem, ac ſolem repræhendere: quaſi apophtegma illud à Scipione quondam, Cicerone teſte lib. offic.3. prolatum, ab eoque ſuffuratum, Propheris tribueret: Cum tamen in æquiuoco vir bonus laboret, quando quidem nequaquam Ambroſius dictum illud ab Eliſæo, aut Prophetis ortum contendit, ſed rem eo ſubintellectam, quod valde diuerſum, & pretioſius eſt; ait ſiquidem. *Non ergo primus Scipio ſciuit ſolus non eſſe cum ſolus eſſet &c.* Dicturus ſi de voce ageret, vt Petrarcha putat. *Non ergo primus Scipio dixit nunquam ſe minus ſolum quam cum ſolus*: Verum ſancti, relicta ethnicis de vocibus inanibus diſceptatione, rebus potiri curant. Vnde ſubdit Ambroſius: *Sciuit ante ipſum Moyſes, qui cum taceret, clamabat cum ocioſus ſtaret, præliabatur; adeo ocioſus, vt manus eius alij ſuſtinerent: nec minus quem cæteri negotioſus, qui ocioſis manibus expugnabat hoſtem, quem non poterant vincere qui dimicabant.* Et rurſus: *Cuius autem maiora negotia, quam huius ocia, qui 40. diebus poſitus in monte totam legem complexus eſt?* Recte proinde intulit: *Conferamus hoc ocium cum aliorum ocio.* Quantumcumque Scipionum, Catonum, aut Ciceronum ocium ſolitudinis, parum in his ab ocio diſtabat, qui inanis Philoſophiæ fimentis, vt plurimum dediti vacabant ocio: & qui nunquam minus ocioſum fuiſſe protulit, inani iactantiâ deluſus procul dubio mentitus eſt. Iuſti vero ab omni iactantiâ procul acti, ocium ſuum miris complebant operibus.

13. Petrarcha ſanctos à carpere ſolitus.

Totus ergo deditus Franciſcus Petrarcha ethnicorum laudibus iactantiæ verbum elogiis prædicat, ſanctorum vero operoſum diuinumque ocium non leuiter lapſus carpere videtur, & in Eliſæi dignum laudatorem Ambroſium ſtylum nequiter vibrat: cuius tamen vel vna linea maiori ſententiarum pondere fulget, quam totum Scipionum ocium. Atqui moris Petrarchæ fuit ſanctos carpere, qui veterum Romanorum vtcumque honori detraxiſſent. Vnde in Bernardum ore fætido eius rei gratiâ inuectiuam occinuit in Apologia, vel epiſtola contra Gallum: Vbi inter cætera vſtione digniſſima inquit: *Nec de Bernardi ſanctitate ſum dubius, & adoleſcens eſſe deſij: ſed illud dico, quod licet hodie ſanctus ſit, fieri poteſt vt dum ad Eugenium ſcripſit, nondum forſitam ſanctus eſſet.* Carpens obiter damnatum Berengarium: quod de Apologia in Bernardum pro Abaglardo ſcripta palinodiam decantaret, excuſans, quod adoleſcens ſcripſiſſet, & quod ſibi viri ſanctitas nondum penitus nota eſſet. Ipſe vero ſanctitatem Bernardi penitus callens, & ſenium ingreſſus ſanctitati nihilominus detrahit ſcribentis libros de conſideratione; quos tamen altero ante obitum anno, ideſt Chriſti 1152. exaraſſe ex ipſo quarti contextu probat luculenter Baronius numer. 2. qui eadem Bernardi verba in Romanos iactata non ſolum vera, ſed *propheticè dicta*, contendit; vtpote quibus ab eadem plebe recipiendum prædixerit Eugenium, tunc temporis ex vrbe profugum actum: & nihilominus paulo poſt eodem anno, Roberto de monte autore, *Eugenius Papa cum Romanis pace facta, vrbem ingreſſus eſt.* Ergo doctrinam propheriis illuſtrem, & ſanctitatem tanti viri morti proximam Petrarcha mendaciter condemnat. O nebulonem! Verum ſententiam vnius ſuorum non euaſit.

. . . . *Poëtis*
Quidlibet audendi, ſemper fuit æqua poteſtas.
At ſicut impune, ita abſque pœnitentia.
Scimus, & hanc veniam petimúſque damúſque viciſſim.

Inquit Horatius in arte poët. ſed ad Eliſæum redeat oratio; quem merito ocij ſolitudinis ſuæ duplicem magiſtri meruiſſe ſpiritum, Baſilius prædicat de laudibus eremi, inquiens. *O eremus mors vitiorum, ac procul dubio fomes, & vita virtutum! Te lex attollit: te Prophetia miratur. Per te Elias nouit Domini pertranſeuntis excurſum. Per te Eliſæus duplicem ſortitus eſt ſpiritum.*

CAPVT XI.

Sub Eliſæo magiſtro filios Prophetarum cœnobia conſtruxiſſe, cum intra vrbes, tum in ſolitudine. Et quæ de eorum ſucceſſione memoria manſerit.

1. Primus Eremita Elias cœnobita Eliſæus.

SVperius cum de magno Dei Propheta Elia ageremus, filios Prophetarum ſuperiorem tuliſſe originem, quam ab eo cœpiſſe potuerint, minimeque ab eodem eruditos fuiſſe diximus; atque vt minimum, hoc poſterius qui negauerit ex ſe loqui facilè conuincetur, cum nullum ſacræ Scripturæ teſtimonium pro eo ſtet. Eliâ autem igneo curru ſubleuato, Eliſæo ſe ſponte ſubdidiſſe narrat textus Sacer 4. Reg. 2. Vterque nihilominus religioſæ vitæ ſpecimen edidiſſe liquet, ita vt nouum ab eis incrementum acceperit, Eremitica ſub Elia, cœnobitica ſub Eliſæo: quo ſenſu illud D. Petri Damiani accipiendum eſt opuſc. 15. cap. 2. *Huius itaque vitæ normam (vt anteriora prætercam) in veteri Teſtamento Elias capit* (ſplendore nouo irradiare) *Eliſæus vero aucto diſcipulorum collegio dilatauit.* Quæ autem collegia ſub eo floruerint, quibuſvè legibus ea diſtrinxerit, nunc videndum.

2. Primi cœnobitæ filij Prophetarū.

Primi omnium, collegium filiorum Prophetarum qui degebant in Ierico ſponte ſe diſciplinis Eliſæi ſubdiderunt: ait ſiquidem ſacer Scriptor 4. Reg. 2. *Percuſſit aquas, & diuiſæ ſunt huc, atque illuc, & tranſiit Eliſæus. Videntes autem filij Prophetarum, qui erant in Ierico econtra dixerunt. Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum, & venientes in occurſum eius, adorauerunt eum proni in terram.* Cum ait fuiſſe eos è regione cum Elias raptus fuerat, & Eliſæus aquas pallio diuiſerat: paulo ſuperius retulerat, inquiens *Cum veniſſent Ierico,* (Elias, & Eliſæus) *acceſſerunt filij Prophetarum qui erant in Ierico ad Eliſæum & dixerunt ei. Nunquid noſti, quia Dominus hodie tollet Dominum tuum à te?* Et iuſſi ab eo ſilere, *quinquaginta viri,*

(ait)

Digitized by Google

(ait) *de filiis Prophetarum ſequuti ſunt eos, qui ſteterúnt è contra, longè.* Eſſet fortè qui ſuſpicaretur, quoſdam ex his 50. fuiſſe de filiis Prophetarum degentium in Iericho, nonnullos vero de Bethelitis, qui prius in occurſum Eliæ migrantis egreſſi fuerant. Verum ea opinatio ſubuertitur ex his quæ ſubiiciuntur: *Videntes filij Prophetarum qui erant in Iericho è contra, dixerunt; Requieuit Spiritus Eliæ ſuper Eliſæum, &c.* Et ea adorato dixerunt: *Ecce cum ſeruis tuis ſunt 50. viri fortes qui poſſunt ire, & quærere Dominum tuum, &c.* Iidem ergo qui de Iericho ex aduerſo ſtabant totius negotij teſtes, adorauerunt, & dixerunt, cum ipſis, ſeu inter ſe 50. viros fortes, qui quærerent Eliam. Et eo quæſito, ſed minimé reperto *reuerſi ſunt ad eum: at ille habitabat in Ierico, & dixit eis Nunquid non dixi vobis; Nolite mittere?*

3. Primum cœnobium valde numeroſum.

In hoc ergo primum omnium Iericuntino Collegio Religioſorum virorum pater effectus Eliſæus aliquandiu deguit, vitámque egit cœnobiticam, vt verbum *habitabat* manifeſtat, cum hactenus eremiticam cum Elia ſectatus fuiſſet. Fuiſſe autem illud plurima filiorum Prophetarum frequentia numeroſum, illud conuincit, quod quinquaginta viri illi, qui perperam Eliam reperire tentarunt, eius erant alumni, vt modo perpendimus, & præter eos alios non paucos, qui dixerunt: *Ecce cum ſeruis tuis ſunt 50. viri fortes*: Quo intelligimus iuuenes quidem robuſta ætate præditos eius Collegij fuiſſe 50. præter quos ſenes, & pueros ægros, ac imbecilles plurimos extitiſſe, nemo inficiabitur: nec enim ſoli fortes robore ad meditandum congregabantur. Eoſdem quoque tanto creuiſſe numero, vt anguſtia loci. qui tot haud facilè capiebat, coloniam inde exire coëgerit ad ripam Iordanis: mox oſtendemus. Illud quidem obſeruatione digniſſimum repetat Rupertus noſter lib. 5. Comment. Reg. cap. 21. quod dicitur: *Eliſæus habitabat in Ierico: Eliſæus inquam habitabat in gente populoque quondam deſtructo, atque anathematizato, ſicut in diebus Ioſue illa ciuitas Ierico.* Sané cum Ioſuë eam & homo obſedit, & cæpit murique illius ad tubarum ſacerdotalium clangorem funditus corruerunt, *imprecatus eſt Ioſue dicens: Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitauerit, & ædificauerit ciuitatem Ierico. In primogenito ſuo fundamenta illius iaciat, & in nouiſſimo liberorum ponat portas eius*, Ioſue cap. 6. Quaſi dixerit; omnibus liberis dum reædificauerit deſtituatur. Quod profecto expertus fuit Hieb, dum ſub exordio Prophetiæ Eliæ eam reſtaurauit (hactenus ſiquidem totis 530. annis iacuerat deſerta) ita habes 3. Reg. 16. his verbis: *In diebus Achab ædificauit Hiel de Bethel Iericho. In Abiram primitiuo ſuo fundauit eam, & in Segub nouiſſimo ſuo poſuit portas eius, iuxta verbum Domini, quod loquutus fuerat in manu Ioſue, filij Num.*

4. Ierico vrbs maledicta cœnobio ſanctificata.

Quî ergo filij Prophetarum, & Eliſæus in Ierico vrbe maledicta habitaſſe leguntur? Enimuero imprecationem Ioſue non in habitatores, ſed in reſtauratores fuiſſe immiſſam nemo inficiabitur: Filij quoque Prophetarum non vrbem, ſed prope eius funera collegium extruxere pauperum religioſorum, quorum habitatione accedente præſertim Eliſæi præſentia maledictio omnis ſoluta eſt. Vnde Rupertus. *Verum hanc inhabitando fecit, vt quæ erat Ierico, ideſt defectus, nunc ſit ſancta indeficientis fidei Sion.* Quonam autem modo id acciderit, narrat ſacer Textus, inquiens: *Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliſæum* (Ego & ciues, & filios Prophetarum ſub nomine virorum ciuitatis intelligo: vtróſque ſiquidem premebat aquarum eius amaritudo) *Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tu ipſe Domine perſpicis; ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal. Quod cum attuliſſent, egreſſus ad fontem aquarum miſit in illum ſal, & ait. Hæc dicit Dominus; Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque ſterelitas. Sanatæ ſunt ergo aquæ vſque in hanc diem, iuxta verbum Eliſæi quod loquutus eſt.* Vide ne quæſo in ipſo religioſorum collegiorum exordio miraculo demõſtraſſe Deum terram quantouis anathemate percuſſam, non ſolũ poſſe ab eis impune habitari, verum ad eorum præſentiam omnem maledictionem fore ſoluendam; quando quidem quæ propter peccata inhabitantium illorum damnata fuerat; ob ſanctitudinem horum benedictionibus erat cumulanda. Vti his ferè diebus Valliſoleti accidiſſe vidimus; cum area domus Petri Cazalla Luterani, quæ ob eius crimina percuſſa fuerat anathemate, & ſolo æquata multis iacuerat annis, nunc tandem religioſis viris ſocietatis Ieſu iure ceſſit. S. Officij Patrum liberalitate condonata. Miſſum eſt bis in illa Sal; primum in ſignum ſterilitatis, cum ſolo æquata eſt, pro eo quod aquæ eius furtiuæ peſſimæ fuerant: deinde cum aquæ ſanatæ ſunt, vt vbi putidæ de Luteri fontibus decucurrerant, aquæ dulciſſimæ ſapientiæ ſalutaris ſocietatis Ieſu verè filiorum Prophetarum ſobolis, in ſalutem gentium vbertim deinceps excurrerent.

Area Petri Cazella ſocietatis Ieſu ſale ſanata.

Secundum Eliſæanum collegium in Bethel fuit, non longe à Ierico, quorum alumni primi omnium ab ſpiritu de raptu Eliæ admoniti, in occurſum abeuntis exierant. Erat hoc vetuſtiſſimum omnium, vtpotè ſub Samuële à gregibus Prophetarum fundatum, vt c. 9. expendimus, reuerentiáque præſtantiſſimum eo ſcilicet loci exædificatum, quo quondam Iacobo parenti cœlum reſeratum eſt, & ſcala à terra ad cœlúm vſque protenſa demonſtrata, Angelicis ſpiritibus euntibus illuc & redeuntibus ornata: & de eo prolatum quod eſſet locus terribilis, porta cœli, & domus Dei, quod ſonat Bethel. Vnde Hieronymus epiſt. 35. ad Iulianum: *Vidit ſcalam de terra vſque ad cœlum & aſcendentes per eam Angelos & deſcendentes, & deſuper innitentem Dominum, vt lapſis manum porrigeret, vt aſcendentes ſuo ad laborẽ prouocaret aſpectu. Vnde & vocatur locus ipſe Bethel, id eſt domus Dei, in qua quotidie aſcenditur. Atq; deſcẽditur.* Porro filiæ Prophetarum dolor immodicus cruciabat, quod poſt collegium à Patribus eorũ, & Samuële ibidem extructum Ieroboam idolum in eodem loco collocauerat, vt filios Iſraël auerteret à cultu veri Dei, cum primo Iudaicum in duo regna diuiſum eſt 3. Reg. 12, & capropter multo magis Dei laudibus inſtitiſſe, rationi congruum eſt, vt credamus. Eius collegij alumnus fuiſſe videtur Propheta ille qui hoſpitalitatis ductus ſpecie, virum Dei illum fecit ad ſe diuertere, qui contra Ieroboam, & altare ſuum verba tulerat, & verbo ſuo altare ſcidit, manum que Regis ad impietatem extenſam, ſed arentem reſtituit ſanitati: ipſe tamen à leone percuſſus interiit, & ſepultus eſt à Propheta de quo dicitur: *Prophetes quidam ſenex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filij ſui, & narrauerunt ei omnia opera, quæ fecerat vir Dei illa die in Bethel, &c.* Suſpicor autẽ hos ipſos eius filios in eodẽ fuiſſe cooptatos collegio; nam lego eos filios fuiſſe

5. Bethel ſecundum cœnobium Eliſæo ſubiectũ ſed fundatione primũ.

Prophetæ & vitam egiſſe in Bethel. Suſpicor etiam inde coloniam religioſorum migraſſe in Ie-richo, nam & vetuſtas Bethelici, & vtriuſque loci vicinitas id ſuadent; & quod reſtauratio ip-ſius vrbis Ierico à Bethelicis hominibus facta fue-rit, duce Hiel de Bethel, vt paulo ſuperius oſten-dimus ex 3. Reg. 16.

6. *Bethelicum poſt Iericuntinũ Eliſæo ſubiectum.*

Quod vero immediate poſt Ierichuntinum hoc Bethelicum Eliſæo ſubiectum fuerit, ipſe ſa-cræ Hiſtoriæ contextus prodit: enarrata ſiqui-dem mirabili ſanitate ac dulcedine aquis Ierícho à Propheta præſtita, ſubditur: *Aſcendit autem in-de Bethel*, nimirum vt filios Prophetarum inui-ſeret, Deo ibidem adorato, quibus ſcilicet de Elia-no tranſitu prodendo ſilentium indixerat illis ver-bis *cumque deſcendiſſet Bethel* (Elias cum Eliſæo) *egreſſi ſunt filij Prophetarum qui erant in Bethel ad Eliſæum, & dixerunt ei; Nunquid noſti, quia ho-die Dominus tollet Dominum tuum à te? qui reſpon-dit; Et ego noui, ſilete.* Vtrum autem & ipſi vl-terius proceſſerint teſtes tranſitus Eliæ futuri, non liquet. Videntur autem mihi domi remanſiſſe, quod ſoli Ierichuntini ad Eliſæum tunc tempo-re adoraturi acceſſerint, cum quibus aliquandiu deguerit. Aſcendente autem Eliſæo in Bethel il-los viſitationis gratia conuenturus, à pueris de ca-luitie irriſus fuit; & ad eius maledictionem 42. pueri à duobus vrſis de ſaltu egreſſis dilacerati vt iam diximus. Pueros autem hos filios fuiſſe Be-thelicorum ciuium idolum Ieroboam adoran-tium, & pro religionis diuerſitate Prophetarum filios irridentium, dubium non ſit.

7. *Tertium cœnobium in Galgalis.*

Galgalæ tertium ab Eliſæo moderatum Pro-phetarum collegium: vrbs ſatis celebris prodit vltra Iordanem non procul à Iericho ſita, de qua Ioſue 4. dicitur. *Populus autem aſcendit de Iorda-ne & caſtrametati ſunt in Galgalis, contra orienta-lem plagam vrbis Ierico. Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo ſumpſerant poſuit Ioſue in Galgalis* in æternum teſtimonium quod per aren-tem alueum tranſiiſſet Iſraël Iordanem, ſiccante Domino aquas, ſicut prius fecerat in mari rubro. Ibi circuncisi ſunt omnes (cap. 5.) qui nati fue-rant in deſerto; Dixitque Dominus ad Ioſue. *Ho-die abſtuli opprobrium Ægypti à vobis, vocatumque eſt nomen loci illius Galgala vſque in præſentem diem*: nam *Galgal* ablatio eſt. Quod vero in ibi collegium Prophetarum fuerit ſub Eliſæo, ex 4. Reg. 4. liquido habemus; vbi filio ſunemitidis rediuiuo facto, & matri reſtituto, in vrbe ſunam (aliis ſunem, à qua mulier ſunamitis vocitata eſt, quemadmodum ſareptana Eliæ à ſarepta, ſic ha-bemus. *Eliſæus reuerſus eſt in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij Prophetarum habitabant co-ram eo.* Vbi pulmentum ex colocynthidis factum iniecta farina ab amaritudine liberauit, & viginti panibus hordeaceis populũ pauit copioſum, & ſu-perfuit. Hinc egreſſus dicitur Elias, cum vellet eum tollere Dominus per turbinem in cœlum 4. Reg. 2.

8. *Quartum in mõte Ephrain.*

Præter hæc tria Eliſæana collegia aliud conſti-tuendum nobis videtur in monte Ephrain, loco prædictis vicino, ſique fides puero viri Dei haben-da eſt. Is namque vt à Naaman repedente munera extorqueret. *Modo venerunt* (ait 4. Reg. 5.) *ad me duo adoleſcentes de monte Ephrain ex filiis Prophe-tarum: Da illis talentum argenti, & veſtes muta-torias duplices.* Non inficior Giezi tunc temporis ementitum Eliſæo, & ipſi quoque Naaman: verum id in eis quæ ad furtum conducebant, credibile: non in his quæ nihil propoſito proderant. Quod autem in monte Ephrain degerent Filij Prophe-tarum, vel non degerent, nihil ad rem quam intenderat faciebat, quin potius cum de re-publica ageret oporteret vera ſupponere vt fal-ſa crederentur. Nulla tamen vel tenuis vlterius de eo collegio (ſi quod ibi vnquam fuit) man-ſit memoria.

9. *Quintum ad fluenta Iordanis.*

Quintum (ni mauis quartum) omniumque ce-leberrimum collegiorum ſub Eliſæo extantium fuit illud quod denuò ad confluenta Iordanis in ſolitudine filij Prophetarum extruxerunt, tanto-que cæteris illuſtrius, quanto perfectione vitæ monaſticæ accommodatius. Cum enim reliqua in vrbibus erecta fuiſſent, vel in ſuburbiis, ſcilicet Bethel, Iericho, & Galgalis, hoc in ſolitudine conſtructum eſt, de quo 4. Reg. 6. *Dixerunt au-tem filij Prophetarum ad Eliſæum: Ecce locus in quo habitamus coram te anguſtus eſt nobis. Eamus vſque ad Iordanem, & tollant ſinguli de ſylua mate-rias ſingulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habi-tandum. Qui dixit; Ite. Et ait vnus ex illis: veni ergo & tu cum ſeruis tuis. Reſpondit; Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumque veniſſent ad Iordanem cæ-debant ligna* vnde D. Hieronymus, epiſt. 4. *Filij Prophetarum quos Monachos in Veteri Teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſas prope fluenta Iordanis, turbis vrbium derelictis.* Nec ſibi diſſimilis epiſt. 13. inquit: *Habitabant in agris & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis.* Quanquam ſi ad fontes recurramus, non multas cellas, caſas, ſeu tabernacula feciſſe videntur, ſed vnam omnibus communem, cœnobitis pulchrum reddentes exemplar: Hebræus ſiquidem textus cui Chaldeus, & ſeptuaginta concinunt, pro *Tollant ſinguli de ſylua materias ſingulas*, quod habet vul-gata editio, legunt. *Tollant ſinguli de ſylua tra-bem vnam*, & Pagninus vertit, *tignum vnum*: Nec diſſonat Vulgatus reddens *materias ſingulas*, cum proximè hiſpanè ſonet *maderas ſingulares*. Nemo vero tigno vnico ſuo, aut trabe vna cellulam ſibi ædificare valebat, ſed omnibus ſimul tignis in vnum collatis, locus communis extrueretur. Tunc illud accidit miraculum, vt ſecutis ferrum quo ligna cædebantur, incuria cuiuſdam ſub aquis merſum, præcipiente Eliſæo natauit, & vſque ad manubrium ligneum, & manum hominis peruc-nit. Totidem igitur Prophetica Collegia Eliſæum moderatum fuiſſe ſcimus.

10. *Quæ in his cœnobiis obſeruantiæ.*

Quoſnam autem mores, quas leges inibi ſer-uandas filiis Prophetarum indixit? Cum hæc perpendo exemplar ſeſe mihi offert totius cœno-biticæ vitæ præſtantiſſimum, typuſque non ſo-lum œconomiæ cuiuſuis cœnobij, ſed etiam mul-torum ſub vno capite politicæ, ſeu monachicæ gubernationis. Videre erat in his collegiis pau-pertatis extremæ diuitias, ſeruatas ab omnibus; proprietatis vitium ſeueriſſime punitum; obedien-tiam in arduis etiam cum vitæ periculo præcep-tam, & exhibitam; parſimoniæ cœnobiticæ gloriam; eleemoſinam egentibus ad portam mo-naſterij largiter affluentem; orationis; & diuina-rum laudum iuge ſtudium, cum myſteriorum ſa-crorum repreſentatione, omnes denique vni ſub-eſſe capiti, à quo doctrinam, & omnia neceſſaria expectarent, frequentes eiuſdem capitis viſitatio-nes, & monaſteriorum explorationes; nec illis defuiſſe comitiorum, ſeu capitulorum (vt vocant) typum, vbi Prælati cum capite quid bono vni-uerſitatis expediret, conferrent. Breui calamo enodabo ſingula.

Sanctæ

11. Paupertatis ſtudium. Sanctæ inhabitantium paupertatis teſtimonium pauper tugurium reddebat, quod ex lignis ramiſque vt cumque compaginatum ad ripam Iordanis vidiſti. Mihi cætera clauſtra eorum non valde ab his diſcrepaſſe, conuictus vniformitas credere facit: & quod non dicantur hi id feciſſe reformationis gratia, ſed anguſtiæ potius vitandæ. Adde ſecurim ipſam, qua ſola vſi ſunt, habitaculum ſibi conſtruentes, mutuo accepiſſe (tanta florebant paupertate) & quia aliena erat, dum exciſa à manubrio ſubmergitur cauſa fuit tanti doloris. *Accidit autem, vt cum vnus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam; exclamauitque ille & ait. Heu, heu, heu Domine mi, & hoc ipſum mutuo acceperam.* Horum procul dubio ſubſequenter Ægypti Monachi *Sanctæ huius vitæ ardentiſſimi emulatores* (liceat verbis Bernardi mei vti epiſt. ad Fratres de Monte Dei) *in ſolitudinibus degentes ipſi ſibi cellas ædificabant, in quibus tecti tantum modo, & circumſepti à turbine, & à pluuia tutabantur.* Et intonans monet. *Ergo obſecro ædificemus nobis in peregrinatione huius ſæculi non domos ad habitandum, ſed tabernacula ad deſerendum. Facile eſt quidquid naturale eſt. Nunquid non facile eſt ſolitario, & ſufficiens naturæ, ipſi ſibi cellam de virgis contexere, de luto plaſmare, vndecunque operire, & decentiſſimè inhabitare?* veſtes quoque eiuſdem illis fuiſſe paupertatis conſortes, veſtes indicant magiſtri, quas ad melotæ Elianæ receptionem in duas diuiſit partes; nam dicitur 4. Reg. 2. *Aſcendit Elias per turbinem in cœlum Eliſæus autem non vidit eum amplius; apprehenditque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes, & leuauit pallium Eliæ quod ceciderat.* Recepturus denuo melotam noluit ſanum poſſidere ſaccum, cuius ſpiritum diſcipulos hauſiſſe par eſt credere. Nec abſonum eſt quod cap. 5. refertur, veſtes quas à Naaman Giezi acceperat ſub Eliſæi nomine, vt duobus filiis Prophetarum largiretur, longe ab ſpiritu eius fuiſſe, vtpotè minimè pauperibus viris vtiles, & eorum ſtatutis diſſentientes, quod eſſent valde prætioſæ, quarum potius prætio non minus quam argenti expenſione Giezi ſuperbas ſibi diuitias emeret. *Nunc igitur* (ait illi Eliſæus) *accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & ſeruos, & ancillas.* Et quænam veſtium illorum virorum materia erat, quæ melotis tegebantur.

(Marginal notes: Ædificiorũ humilitas. — Veſtes — Melota. — Pallium.)

12. Proprietatis rigida punitio. Vt vt ſint, egregium paupertatis illorum ſtudium in omnibus vnicè ſeruatæ proprietatis vnius ſeueriſſima punitio manifeſtum facit. Nota hiſtoria rei eſt 4. Reg. 5. Remiſerat Eliſæus Naaman in ſyriam lepra mundatum, diuitiiſque omnibus quas adduxerat locupletatum; nam nihil penitus ab eo accipere etiam coactus voluerat. Fugit Giezi oculos (vt ſibi videbatur) patris ſui Eliſæi, & ementito mandato talenta argenti duo, & veſtes mutatorias duplices ſibi dari fecit. Sed mentita eſt iniquitas ſibi; non enim Eliſæus ſpiritu abfuit, qui dixit. *Nonne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui?* Ergo furti patrator compræhenſus illicò ſententiam damnationis accepit: opere ipſo, quaſi dicens; *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Ait namque. *Nunc igitur accepiſti argentum &c. Sed & lepra Naaman adherebit tibi, & ſemini tuo vſque in ſempiternum.* Nec pœna dilata multum eſt, ſed ſtatim appræhendit eum; *& egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.* Qua in re exclamat Chryſoſtomus Serm. de Naaman ab Eliſæo curato: *O ſublime meritum Eliſæi! Vno tempore duplex meritum oſtenditur, & gemina poteſtas Prophetam ſanctiſſimum demonſtrat. Curatur Naaman ſyrus & lepra Giezi perfunditur. Per Naaman Deus collaudatur, per Giezi iudicium metuitur. Inde ſalus naſcitur, hinc metus.* Ne mireris tam graui ſupplicio proprietatis vitium in Giezi mulctatum, ita enim in exemplum poſteris fieri oportuit, vt à tanto malo animum potenter auerterent: eo præſertim quod plurima alia ſecum mala proprietas viri religioſi adducere ſoleat. Et peccatum quidem Giezi cupiditatis fuiſſe nemo inficiatur. De eo Baſilius agens in epiſt. ad Chilonem. *Ipſi Giezi rurſus quid per hoc accreuit emolumenti, quod domeſtico vſus ſit Eliſæi congreſſu, cum ardor impotens, quo exæſtuabat, congregandæ pecuniæ lepram illi adſciuit.* Et Auguſtinus Serm. 108. de tempore, audet illum Iudæ proditori comparare, rationem reddens his verbis. *Sicut enim Giezi ideo ſeruiebat B. Eliſæo, vt pecuniam poſſet acquirere; ita & Iudas propterea adhæſerat, Domino ſaluatori, vt fraudem faceret, & terrenas diuitias congregaret.* Vnde autor de modo bene viuendi apud Bernardum (mihi Bernardus Abbas Caſſinenſis eſt) cap. 48. *Qui poſtquam ad conuerſionem Monaſterij venit, de rebus Monaſterij facere fraudem præſumit, Iudas eſt, & pœnam Iudæ ſuſtinebit. Quod ſi id quod in domo ſua habere non potuit, illud in Monaſterio habere voluerit vel requiſierit, ſine dubitatione lepra Giezi adhærebit ei.*

Nihilominus idem perditionis opus, aliorum quoq; ſcelerum maculas induit. Quæris quas? Rupert. lib. 5. in Reg. c. 35. Simoniacam labem incurriſſe putat; aitque. *Hoc Giezi exemplum gratiæ Dei venditoribus in hac ſcriptura arce propoſitum eſt.* 13. Vitium proprietatis aliorum maculas induit. *Qui lucrum ex Euangelio, imo quod peſſimum eſt, ex impoſitione manuum quærit, ipſe eſt Giezi: peccata quippe quæ emundare videtur, in ſe tranſponit, lepram tantorum ſuſcipit quantis illo deteſtabili mercimonio talentum callidus emunxit.* Simonia. Cui Doctor Angelicus ſubſcribit. 2.2. q. 100. a. 1. ad 4. inquiẽs. *Illi qui ſpiritualiter vẽdũt in actu imitãtur Giezi diſcipulum Eliſæi, de quo legitur 4. Reg. 5. quod accepit pecuniam à leproſo mũdato. Vnde venditores ſpiritualium poſſunt dici non ſolum ſimoniaci, ſed etiam Giezitæ.* Gratia ſiquidem mundationis cœlitus Naaman impertitæ voluit exigere pecunias: conatumque ne immunis abſcederet, illa Textus indicant verba. *Dixit Giezi puer viri Dei: Pepercit Dominus meus Naaman ſyro iſti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus quia curram poſt eum, & accipiam ab eo aliquid.* Acceſſit iuramentum promiſſorium de re non illicita ſolum, ſed etiam abominabili. *Viuit Dominus quia curram &c.* Iuramentũ falſi. Admiſta quoque ſunt mendacia non pauca, ſed qualia? ſit officioſum quod rogatus ab Eliſæo; *Vnde venis Giezi*, reſpondit *non iuit ſeruus tuus quoquam:* Sed impo- Mendacij. nente magiſtro ſuo viro per omnia ſanctiſſimo labem ſymoniacam, cum dixit: *Dominus meus miſit me ad te dicens: Modo venerunt ad me duo adoleſcentes de Monte Ephraim, ex filiis Prophetarum; da eis talentum argenti, & veſtes mutatorias duplices;* Quantum nefas? Impoſuit & pudendam animi leuitatem, vt qui conſtantiſſimè munera reſpuerat inquiens: *Viuit Dominus, ante quem ſto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquieuit*; is ipſe propoſiti ſanctiſſimi pœnitens, non poſt tempora multa, aut etiam horas, ſed ſtatim ac ille diſceſſit, quæ rogata abnuerat, cum pudore rogaret. O perfidiam! Eam ſane tum Auguſtinus, tum Chryſoſtomus Giezi obiecerunt.

Huius

Digitized by Google

Huius verba ſunt. *Alius exemplum virtutis oſtendit* (ſcilicet Naaman) *alius meritum fallaciæ demonſtrauit. Curatur fide, qui fuerat maculatus; & maculatur perfidia, qui fuerat ſanus.* Auguſtini vero Serm. 207. *ſeruo ſyro fideli gloriam attulit & ſeruo perfido intulit pœnam. Ille de ſyria veniens quod deſiderauit accepit; hic puer Propheta plagam ſibi de perfidia ſumpſit.* Tot igitur, tantaque mala malum vnum proprietatis incurrit. Merito proinde tam graui, diuturnaque vindicatur pœna.

14. Obedientiæ promptitudo.

Quod ad Obedientiæ bonum ſpectat; poſtquam ſemel iuſſi non quærere in vallibus, aut montibus Eliam, cum verecundia ad nouum magiſtrum reuerſi ſunt, miram ei filij Prophetarum præſtiterunt obedientiam; cuius vel illud egregium ſignum eſt, quod in rebus captu difficillimis elingues, cæcaſque aures perpetuo accomodarunt. Perfectæ ſiquidem obedientiæ hieroglyphicum aures fuiſſe veteribus, nemo eſt qui abnuat. Vnde horatius.

Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit.
Si modo culturæ patientem accommodet aurem.

Auris pro Obedientia.

Vbi *aurem* pro obedientia poſuit. Socij quoque Iob poſt lamenta *dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & in aurem auream vnam* Iob 42. videlicet autore Gregorio lib. 35. c. 9. ſigna ei obtulerunt præſtantiſſimæ obedientiæ, qualia ſunt aurium monilia, & oues ſine voce ad quodcunque vultis obtemperantes. Vide nunc diſcipulorum Eliſæi obedientiæ monumenta. Rogant, vt aquarum Iericho temperet amaritudinem: ipſe vero iubet 4. Reg. 7. *Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal.* Nemo autem ſtatim non mente præcurreret, ſalem amaritudinem potius aquis daturam, quam dulcedinem, vt maris vnda pro probat, falſiſſima quidem, ſed amariſſima: *Et vas* quidem perperam addi, ac ſuperfluè omnino *nouum*; nam quid minus virtutis dulcorandi habeat vetus? Et nihilominus illi nihil obiicientes obtemperant. *Quod cum attuliſſent, egreſſus ad fontem aquarum miſit in illum ſal.* Simile huic Galgalitanis fratribus accidit. *Erat fames in terra, & filij Prophetarum habitabant coram eo* (4. Reg. 4.) *Dixitque vni de pueris ſuis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis Prophetarum.* Facile quiuis de his iuſſus diceret: Si fames eſt in terra, quænam grandis olla pulmenti coqui poterit, quando ſcilicet diuites, qui frumento & eſcis abundare ſolent, fame pereunt? Vnde olla grandis replenda eſt? Obediens autem diſcipulus, elinguis effectus, auribus duntaxat præditus, *egreſſus eſt in agrum, vt colligeret herbas agreſtes.* Nec valdè virtutum illarum peritus, quas afferat, quaſvè dimittat, non interrogat, nihil curans etiamſi colocynthidas amariſſimas legat, & in ollam cum mortis edentium periculo immittat, vt reipſa facit. Reliquorum etiam obedientiæ experimentum fecit tunc temporis Eliſæus; nam periculo exitij comperto, & conclamato *Mors in olla vir Dei:* iubentur afferre farinam amaritudinem temperaturam, aut potius effugaturam; & obediunt nihil prorſus interrogantes. *Cumque tuliſſent, miſit in ollam.* Cum tamen ſubdubitare poſſent de farinæ virtute quam ad id valere neſciebant, & forte non valere ſciebant.

15. Mirum obedientiæ exemplum.

Verum enimverò ſint quæ prædiximus perfectæ obedientiæ inſignia; illa tamen cœteras viciſſe, in comperto ſit, de qua c. 9. ſcribitur. Eliſæus autem Prophetes vocauit vnum de filiis Prophetarum, & ait illi: *Accinge lumbos tuos* (periculo mortis ſe exponi ſciat, idcirco viriliter agere iubetur.) *Et tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc videbis Iehu filium Ioſaphat, filij Namſi; & ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrum ſuorum, & introduces in interius cubiculum. Tenenſque lenticulam olei fundes ſuper caput eius, & dices: Hæc dicit Dominus: Vnxi te Regem ſuper Iſraël. Aperieſque oſtium, & fugies, & non ibi ſubſiſtes.* Porro ſi de periculo, quo ſe ille expoſuit, quæris, recolas, quæſo, Iehu ſeruum fuiſſe Ioram Regis Iſraël, filij impiiſſimorũ Achab & Iezabel vnumque ex principibus exercitus eius; & inſurgere modo iubebatur, ac rebellare in Dominos ſuos, eoſque ad internecionem delere: vnde filius ille Prophetarum dum oleum ſuper caput eius effudit, dixiſſe liquet: *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Vnxi te Regem ſuper populum Domini Iſraël, & percuties domum Achab Domini tui, & vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum Prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum Domini de manu Iezabel &c.* Et poſt pauca: *Coniurauit ergo Iehu contra Ioram,* quem percuſſum ſagitta inter ſcapulos interfuit, & Iezabelem præcipitem de feneſtra dare fecit, & à canibus laniari: dein ſeptuaginta filios Achab neci dedit, & Ochoziam Regem Iudæ, ac 42. fratres ipſius. Tot tantiſque ſtragibus cauſa fuit Prophetes ille, qui Iehu pacificè Domino ſuo morem gerentem in Regem vngere cenſus eſt. Sed ille de periculo ſuo cogitans nihil, intrepide obedire diſpoſuit, vitam ſuam ſolo obedientiæ clypeo tutiſſimam credens. *Abiit ergo adoleſcens puer Propheta in Ramoth Galaad & ingreſſus eſt illuc. Ecce autem Principes exercitus ſedebant.* (Ecce pericula) *& ait: Verbum mihi ad te ô Princeps. Dixitque Iehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te, ô Princeps. Et ſurrexit, & ingreſſus eſt cubiculum; at ille fudit oleum ſuper caput eius, & ait: Hæc dicit Dominus. Vnxi te in Regem &c.* Quo dicto *aperuit oſtium & fugit.* Fuga Prophetæ cæteros exercitus principes myſterij ignaros de inſidiis ſolicitos fecit: quare rogarunt Iehu, cum foras egreſſus eſſet. *Rectène ſunt omnia? Quid venit inſanus iſte ad te?* Quo loci animaduerſionis digniſſimum eſt ſanctitatis vim etiam apud homines perdite vanam mundi gloriam ſectantes, vt ſimul & inſanos *Iuſtos* vocitent, & indubitatam nihilominus verbis eorum fidem præbeant. Audito ſiquidem principes cæteri exercitus Regis Iſraël iuuenem vnxiſſe Iehu (mirum dictu) *feſtinauerunt vtique, & vnuſquiſque tollens pallium ſuum poſuerunt ſub pedibus eius in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt Regnauit Iehu.* Quis non hos potius inſanire diceret, videns veri futuri Regis tribunal ex palliis propriis extruentes? Ergo qui inſanus falſo putabatur, inſanorum munia à ſubſannatoribus ſuis extorſit; vt cuius obedientiam eximiam, meritoque prædicandam, inſaniam eſſe dicebant, eius obedientes voci inſanire prorſus reputari à videntibus poſſent.

Sanctitas etiam apud perditos fide digna.

Quali deinde parſimoniæ ſtudio diſcipuli Eliſæi addicti fuerint, olla illa grandis agreſtibus herbis plena palam fecit, quæ colocynthidas nonnunquam Dei munere abſque damno edentium præbuit: quibus addita farina pultem, & polentas deliciarum loco fecit. Id tu ſemel contigiſſe ais? Cœterum ita ibi vſu receptum, non leuiter mihi innuit miniſter ille, qui iuſſus ollam ponere, illico in agrum vt colligeret herbas agreſtes profectus 16.

Parſimoniæ ſtudium.

Digitized by Google

profectus eſt; quod niſi ex more fieret, de eo accepiſſet ſpeciale mandatum. Ambroſius (ni fallor) præit me, cuius do tibi aurea verba ex lib. de Elia, & ieiunio cap. 6. decerpta. *Eliſæus vates quidem à magiſtro didicerat parſimoniam; cum filios aleret Prophetarum, vitis agreſtis grumulis menſas onerabat, & inemptis ſylueſtribus oleribus hoſpitalitatis humanitate implebat officium. Quorum offenſi amaritudine, cum manducare non poſſent leuis farinæ aſperſione omnem amaritudinem temperauit, abſtinentiæ Propheticæ munere veneni vires euacuans.* Et ironicè lib. 10. Ep. 81. *Oſtultum Eliſæum, qui ſylueſtribus ramis, amarus paſcebat Prophetas.*

17. Eleemoſina ad portam monaſterij. Eadem inſtanti fame pauperes alere docuit (vt modo ad portas Monaſteriorum fit) de eleemoſinis fratribus exhibitis: acciditque vt 20. panibus hordeaceis centum ſaturaret viros, vt 4. Reg. 4. refertur; vbi à fideli quodam viro ſibi ſub nomine primitiarum datos legimus.

18. Dei laudes. Rurſus Diuinis laudibus filios Prophetarum fuiſſe addictos, iugeque illorum fuiſſe ſtudium eas quotidie canere ad pſalterij, & cæterorum inſtrumentorum artis muſicæ ſonum, ſatis inſuperioribus à nobis probatum eſt, dum de gregibus Prophetarum, à quibus iſti, deſcendebant, cap. 8. egimus: vnumque illorum pſaltem fuiſſe, quem adduci ad ſe Eliſæus iuſſit, vt harmonicis ſonuum numeris mentem ad Deum puram facilius erigeret, vti Rupertus docuit eo loci à nobis relatus.

19. Incarnati verbi myſteria Eliſeus celebrauit. Nunc illud addere placet, Eliſæum cum collegia viſitabat ſuorum, varia, miraque (mirum dictu) de Redemptore, redemptioneque humani generis celebrabat myſteria. Apud Iericho Incarnationem Verbi celebrauit; apud Galgalam prædicationem, & miracula; apud Bethel crucifixionem; apud Iordanis eremicolas ſepulturam & reſurrectionem, & alibi alia; niſi quod hæc figuris, & enigmatibus repræſentabat, paucis Dei vnctione cognita, quæ tamen ipſe, vtpotè Dei Propheta inſignis, futuris temporibus abſque inuolucro Sanctam Eccleſiam viſuram & prædicaturam præſciebat, iuxta illud Auguſtini lib. 12. de Geneſ. ad lit. c. 9. *Quibus ſigna per aliquas rerum corporalium demonſtrabantur in ſpiritu, niſi acceſſiſſet mentis officium, vt etiam intelligerentur, nondum erat Prophetia.* Quod de veris Prophetis, *quorum mens diuinitus illuſtratur perfectè* interpretatur D. Thomas 22. q. 171. art. 4. D. P. Bernardus Serm. 70. in Cant. colligit ex verbis Domini Lucæ 10. *Dico vobis, quod multi Propheta & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt*; inquiens. *Quid? dilectus non amatus eſt à Patriarchis & Prophetis? Eſt: ſed non prius quam viſus eſt & ab ipſis inter lilia paſci: neque enim non viderunt, quem prauiderunt; niſi ita quis abſque ſpiritu ſit, vt videntem in ſpiritu putet videre nihil. Vnde ergo videntes (nam ſic Propheta appellati ſunt) ſi nihil viderunt? Inde eſt quod voluerunt videre, quem non viderunt: neque enim poterant velle videre in corpore, quem in ſpiritu non vidiſſent.* Idem ferè habet Serm. 66. ex paruis agens de Eliſæo infundente farinam in ollam diſcipulorum. Nunc vide myſteria ab eo in cœnobiis ſuis cum diſcipulis celebrata.

20. Incarnatio Dominica in Iericho celebratur. De Incarnatione Verbi in Iericho myſticè prænuntiata hæc luculenter ſcribit Iſidorus ad c. 2. lib. 4. Reg. *Poſtulatur Eliſæus à populo, vt aquas Iericho ſteriles & malignas ſanaret. Accepit vas rude fictile, & deiecit in eo ſal, & demerſit illud in flumine, & ſtatim ſanata ſunt. Quo facto pronuntiabat Propheta, quod Verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Inde ſimilitudinem Verbi ſalem, ideſt ſapientiam dedit in vas fictile, in corpus ſcilicet humanum, immittens, in aquam demerſit: quod quidem ſignificabat quia omnes populi, qui ſub figura aquarum in toto mundo ſteriles erant, per Chriſti incarnationem, fœcunditatem, & benedictionem accepturi eſſent.* Vidit procul dubio à longe; vidit, & gauiſus eſt: niſi quod ipſe *facto pronuntiabat*, (vt ait Iſidorus,) neſciens dicere; quod de Caipha, & ſimilibus duntaxat concedit D. Th. citato art. 4.

Deinde quod in Bethel Crucifixionem Domini in Caluariæ loco peractam vociferantibus Iudæis *Crucifige, Crucifige eum* enigmate puerorum clamantium *Aſcende Calue, Aſcende Calue*, facto ipſo pronuntiauerit Eliſæus deuaſtationemque Ieruſalem à duobus vrſis Tito, & Veſpaſiano, docuimus ex Auguſtini mente in ſuperioribus c. 10. num. 7. cui Iſidorus c. 3. ſubſcribit, & Rupertus cap. 22. 21. Crucifixio celebratur in Bethel.

Sed verò prædicationem Domini miraculis roboratam apud Galgala teſtatus eſt ipſo miraculo ſaturationis turbæ viginti panibus hordeaceis perpetratæ. De quo Rupertus c. 28. *Turbam hominum Eliſæus paucis de panibus ſaturauit, videlicet in typum eius, qui & ipſe de paucis panibus multa hominum millia corporaliter ſaturauit; & nunc vſque ſpiritualiter de paucis Prophetarum, & Apoſtolorum libris vniuerſam Eccleſiam reficit. Comedent, inquit, & ſupererit.* Planè vtrobiquè ita factum eſt: *& fit quotidie; legendo, atque exponendo comedimus quantum poſſumus, & multum ſupereſt, quod in intellectus vel memoria noſtræ ventrem tranſmittere non valeamus.* Illuc quoque cum acceſſit, famem fuiſſe, obſeruat Scriptura: Veniente ſiquidem Domino, *erat fames in terra, ideſt penuria Verbi Dei in mente humana:* vt Bernardus Serm. illo 66. interpretatur; & ſi quæ doctrina magni tunc habebatur, qua mens reficeretur, Phariſæorum, & Saducæorum erat, amaris Colocynthidis ſimilis, vt mors in olla prorſus eſſet. Hanc vero prædicatione Euangelicæ veritatis, velut mundiſſima farina, dulcorari opus fuit. Vbi Bernardus eleganter animaduertit, notanter Prophetam diſcipulis præcepiſſe; *Afferte farinam: etenim ſapiens diſpenſator non affert; imo afferri iubet farinam, quoniam non præbet, ſed hortatur habere charitatem, cuius condimento redduntur dulcia, quæ prius videbantur amara.* Quo ſanè prædicationem Apoſtolicam præfigurauit, ſicut ſuperiori facto Chriſti: quod illi non charitatem infundent, ſed monita charitatis; Chriſtus verò qui charitas eſt, eam venir mittere in terram. Nec à vero aberrabit qui dixerit eiuſmodi farinæ condimento ſacramentum Euchariſtiæ præfiguratum, de quo Propheta. *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.* Pſ. 67. & iterum: *Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos* Pſ. 54. quemadmodum & Naamanis merſio in Iordane in Baptiſmi figuram facta eſt vt docuit origenes homil. 33. in Lucam; Ambroſius de initiandis myſt. Ser. 3. Rupertus lib. 5. in Reg. c. 29. cum communi Patrum ſententia. Et in alueo torrentis foſſas, & foſſas præcepit Eliſæus fodere, quibus vulnera Chriſti, & diuina inde nobis excurrentia ſacramenta ſignantur. Porrò celeſtis Eliſæi doctrinæ per omnia Chriſti Domini conſonæ illud eſt præclarum teſtimonium quo inimicis bonum pro malo reddendum, & prædicauit, & reddidit cum enim exercitus Syriæ capere eum vellet, & ducere in captiuitatem, ipſe vero eos oculis deluſos 22. Prædicatio in Galgalis.

deluſos captiuos in Samariam duxiſſet, velletque Rex Iſraël eos perdere inquiens. *Nunquid percutiam eos Pater mi?* reſpondit 4. Reg. 6. *Non percuties; neque enim capiſti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias, ſed pone panem & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad Dominum ſuum. Appoſitaque eſt eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt; & dimiſit eos, abieruntque ad Dominum ſuum.* In quæ verba Chryſoſtomus ait: *Docuit prius inimicos foueri, docuit primus debere hoſtibus parci, docuit aduerſariis pro pœna epulas exhiberi. O Dominum Chriſtum, & in veteribus nouum, & in nouis exemplis veterem figuratum!* Et paulo ſuperius. *Diſcant hoſtibus parcere qui innocentes perſequi conſueuerant; diſcant parcendo vincere, ignoſcendo terrere, furias hoſtium humanitate lenire. Dimiſit Eliſæus tot prædicatores, quot habuit hoſtes, tot relatores virtutum, quot homines hoſtium.* Sermone de ſyrorum inſidiis detectis.

23. Sepultura & reſurrectio in Iordane.

Sed vero in collegio Iordanis ſepulturæ & reſurrectionis Dominicæ typum celebratum ab Eliſæo, ita expoſuit Iſidorus cap. 5. *Cum ſecuribus l[illegible]a caderentur de lignis ferrum exiliens in profun[illegible] miris immerſum eſt, atque in lignum deſuper a[illegible]ſæo [illegible] reuerſum eſt. Ita cum impios Iudæos [illegible] miſſi tanquã infructuoſas arbores [illegible], quia de illo Ioannes dixerat: Ecce ſecuris [illegible]em arboris poſita eſt: ab eis interueniente paſſione corpus ipſum deſeruit* (quaſi manubrium, quo anima ſecuri aſſimilata erat vnita) *atque ad inferni profunda deſcendit. Quod in ſepultura depoſitum tanquam ad manubrium ſpiritu redeunte ſurrexit.* Addit Auguſt. Serm. 210. de Tempore, ſecurim quæ in profundum ceciderat genus humanum intelligens in Adam lapſum. *Veniens Eliſæus miſit lignum, & natauit ferrum. Quid eſt lignum mittere, & ferrum in lucem producere, niſi patibulum crucis aſcendere, & de profundo inferni humanum genus erigere, ac de omnium peccatorum limo per Crucis myſterium liberare?* interuentu etiam glorioſæ eius reſurrectionis, vt dicatur nobis: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.* Coloſ. 3. Hanc ipſam à Chriſto nobis prouenturam libertatem virtute Crucis & reſurrectionis eius, ſanctique ſpiritus ad homines deſcenſionem deſignaſſe Eliſæum, cum puerum ſunamitidis ſuſcitauit, ſic expoſuit Auguſt. Serm. 106. *Abiit Giezi miſſus ab Eliſæo, & poſuit baculũ ſuper faciem pueri, & penitus non ſurrexit. Puer iſte typum habuit B. Moyſi. Miſit eum Dominus cum baculo in Ægyptum, ſed baculus ſine Chriſto flagellare Ægyptum potuit: de originali, vel actuali peccato liberare vel reſuſcitare eum non potuit. Nihil enim dicente Apoſtolo ad perfectum adduxit lex. Opus erat, vt qui baculum miſerat, ipſe deſcenderet. Venit ergo Eliſæus, & aſcendit in cœnaculum, quia venturus erat Chriſtus, & aſcenſurus Crucis patibulum. Inclinauit ſe Eliſæus vt puerum reſuſcitaret; humiliauit ſe Chriſtus vt mundum in peccatis iacentem erigeret. Miſit Eliſæus oculos ſuper oculos, manus ſuper manus. Videte fratres quantum ſe vir ille perfectæ ætatis contraxit, vt paruulo mortuo, & iacenti congrueret. Quod enim Eliſæus in puero præfigurauit, hoc in toto genere humano Chriſtus impleuit. Audi Apoſtolum dicentem: Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem. Quia paruuli eramus, paruulum ſe fecit: quia mortui iacebamus, pius medicus ſe inclinauit. Quod autem puer oſcitauit ſepties, ſeptiformis gratia S. Spiritus oſtenditur, quæ humano generi vt reſuſcitetur in aduentu Domini tribuitur.* Hæc Auguſtinus. Elegantiſſime Iſidorus c. 4. *venit ipſe deſcendens de cœlorum ſublimitate, quaſi de mentis altitudine* (ſic Eliſæus de Carmelo ſuſcitaturus puerum deſcenderat) *humiliauit ſeipſum, conformauit ſe nobis, mortuiſque membris ſua membra compoſuit, noſtraque mortalitati de ſuo corpore medicinam aptauit. Denique ſuſcitat mortuum ſepties oſcitantem, quia ſeptiformem ſpiritum humano dat generi, per quod viuificatum a morte peccatorum reſurgat.* Eandem S. Spiritus gratiam præfigurauerat paulò prius oleo illo, quod mulieri viduæ Eccleſiæ gentium typo, vt debita redderet, multiplicauit. Enimverò autore Auguſtino. *Vidua illi debitum creuerat, quia oleum gratiæ, & miſericordiæ peccando perdiderat. Creuit oleum, & pergit debitum.*

His ſanctis operibus Eliſæus occupatus apud ſuos, prophetico plenus ſpiritu celebrabat feſta ventura: fœliciſſima proindè collegia, vbi hæc ſolemnia peracta ſunt. Ob[illegible] etiam vidiſti ipſum fuiſſe illorum omnium caput, ac Antiſtes, inſtar miniſtri cuiuſdam Generalis, quem vniuerſi filij Prophetarum reuerebantur vt patrem. 24. Frequens Monaſteriorum viſitatio. Quantâ vero ſolicitudinẽ circa eos gereret, quantaque frequentia eos viſitaret, continua eius hinc inde exurrentis itinera demonſtrant. Eorum autem egregium reddit mulier ſunamitis teſtimonium, inquiens marito ſuo. *Animaduerto quod vir ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter. Faciamus ei cœnaculum paruum, & ponamus in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos maneat ibi.* 4. Reg. 4. ſcriptorque ſacer ſimiliter præmiſerat. *Tranſibat Eliſæus per Sunam. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum vt comederet panem: cumque frequenter inde tranſiret, diuertebat ad eam vt comederet panem.* Tanta erat profectionum per ſunam ciuitatem Eliſæi frequentia vt nobilis mulier iudicaret congruum eſſe illi extruere, & decenti ſupellectile præparare cubiculum, vbi Deo, & ſibi à ſtrepitu familiæ alienus vir Dei vacare quiret. At quorſum hæc? Nimirum ſita erat ſuna (aliis ſune) inter loca collegiis diſcipulorum eius illuſtria, Iericho, Galgala, Bethel &c. Et Carmelum, quem ille ſtudioſè orationis gratia frequentabat. Ita ex cap. 9. Ioſue habemus, vbi ſuna vrbs prope Carmelum cecidit in ſortem filiorum Iſſacar, & ex tabulis Orthelij. Ex quo fit manifeſtus amor, quo ardebat Eliſæus, ſolitudinis, exemplum Præſulibus præbens, non ſolum ſubditis, ſed ſibi quoque nonnunquam eſſe viuendum: vti & ipſe feciſſe liquet, toties in Carmelum ſecedens, quoties inuiſebat diſcipulorum conuentus. Illud obiter adnotarim, nuſquam à Scriptura Collegij Prophetarum in Carmelo exiſtentis mentionem fieri, ſed ſolius Eliſæi, cum puero, aut ſocio Giezi, illuc ſecedentis ſolitudinis, & orationis gratia; vbi erat, cum ſunamitidis filius mortuus eſt: Et ipſa *propheta eſt, & venit ad virum Dei in monte Carmeli.* Nouerat ſiquidem illuc eſſe, quem paulo ante montem viderat repetentem. Porro Eliſæus præmiſſo cum baculo Giezi *ſurrexit, & ſequutus eſt eam*, & puero ad vitam reuocato, *Eliſeus reuerſus eſt in Galgalis, & filij Prophetarum habitabant coram eo*: videlicet recto itinere à Carmelo per mediam ſunam in Galgalam prope Iericho exiſtentem profectus eſt.

Quod vltimo promiſimus loco typi Comitiorum ab Eliſæo cum præfectis cœtuũ celebratorum 25. Capitulorum typus. reperi

Digitized by Google

repeti cap.6. lib.4. Reg. vbi tempore illius famoſæ famis, quo Samaritæ caput aſini 80. argenteis venundabatur, legimus: *Eliſæus autem ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebant cum eo.* Quæ verba mihi ſonant, Prophetam cum ſenibus diſcipulorum collationem habuiſſe de his præſertim quæ vitam illorum ſpectabant. Domum autem Eliſæi niſi cœnobialis fuerit prope Samariæ vrbem, vbi illa agebantur, diuinare non poſſumus; cum nihil ille poſſideret. Atqui ſenes illos ſuos fuiſſe diſcipulos, inde coniicimus, quod contra Regem, ipſum ad necem quærentem vt deffenſores inſurgerent iuſſit. *Præmiſit Rex itaque virum, & antequam veniret nuntius ille, dixit ad ſenes. Nunquid ſcitis quod miſerit filius homicidæ hic* (videlicet Ioram filius Achab occiſoris Naboth) *vt præcidat caput meum? Videte ergo cum venerit nuntius, claudite oſtium, & non ſinatis eum introire.* Fidiſſimos igitur ſibi viros, quos alios niſi ex filiis Prophetarum fuiſſe dicamus? Senes autem ſolos cum eo fuiſſe legimus, non pueros, aut iuuenes, vt alibi Prophetarum Filij ſolent vocitari: innuens Præfectos cœtuum fuiſſe, & de ſuis ſolerter tunc temporis cum illo egiſſe.

26. In quo diſciplina Eliſæi à vero Monachatu defecerit?

Hactenus quæ religionis forma ſub Eliſæo fuerit filiis Prophetarum expendimus: quibus autem nihilominus ea ab Eccleſiaſtica defecerit, reliquum eſt vt dicamus. Sane vna eis deficiebat certa, ac ſecura ſtatus ſtabilitas, quę ſine emiſſione votorum ſtare nequit. Eius vero perſpicua argumenta ſunt, cum vidua illa quæ vna aſſeritur *de vxoribus Prophetarum* cap.4. vxor videlicet fuerit diſcipuli, ſerui Eliſæi ab ea vocati, Giezi notiſſimi diſcipulorum. Enim vero vtriuſque exemplo perſpicuum habemus, filios Prophetarum tandem & vxoribus, & diuitiis innexos fuiſſe: nam & viduæ illius vir diſcipulus Eliſæi fuerat, vt illa indicant verba: *Seruus tuus vir meus mortuus eſt, & tu noſti; quod ſeruus tuus fuit timens Deum.* Reliquit autẽ ex ea duos filios, quos in ſeruos pro debitis exoluendis creditor aſſumere ſibi volebat: debita autem rerum poſſeſſionem ſupponunt. Giezi itidem filios habiturum, & diuitias, ipſe vir Dei veraciter pronuntiauit, inquiens capite 5. *Accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, vt emas olineta, & vineas, & oues, & boues & ſeruos, & ancillas.* En diuitias. De vxore autem & filiis ſubiunxit: *Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo vſque in ſempiternum.* Quis ergo habuiſſe Giezi filios, & nepotes, cæteroſque poſteros neget, cum id Eliſæus in verbo Domini prædixerit? Emiſſe vero oues, & boues, vineas, & olineta, ſeruos, & ancillas, ex propoſito animi eius ſequutum, quod Eliſæo reuelatum eſt: ab eodem autem minimè reſiliiſſe egreſus illius à domo, & diſciplina Prophetæ commonſtrat: de quo ſubditur. *Et egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.* Et quoniam minimè talenta argenti, & veſtes Græcè acceptas ab eo abſtulit Eliſæus; nec quidquam de eius pœnitentia actum eſt. Quare puer ille cuius Propheta paulo poſt aperuit oculos, vt caſtra Dei videret, nequaquam potuit eſſe Giezi (quidquid aliter quidam ſenſerunt vtpotè qui lepra perpetua percuſſus è domo eius exierat, & remearat ad ſuam. Forte obiicias, perperam proprietatis nos illi vitium intuliſſe, ſi paupertatis ſtabilitatem voto non firmauerat. Verum ideo proprietatis notam illi iure adſcripſimus, quod dum in collegio erat, ſuæ paupertatis communi propoſito viuebat, & furtum manifeſtum commiſit retinens domo ſecretò quod alterius nomine acceperat: quo non obſtante integrum illi erat ad ſua redire, vxori adherere, familiam alere, & locupletare, de his quæ licitè acquirere valeret.

Porro familiæ huiuſmodi quanto tempore ſteterint, cum mortuo Eliſæo omnis filiorum Prophetarum memoria prorſus à ſacris litteris extincta ſit, diuinare non poſſumus de his loquor quos in Samaria & in Iſrael educebat Eliſæus; nam ij qui in Iudæa à Samuelis tempore floruerant, ſub Eliſæo nunquam egiſſe leguntur, vt minimum tres illæ Cantorum & Pſalmographorum familiæ, Heman, Idithum, & Aſaph longo poſt tempore perſtitiſſe liquet. Enim vero poſt annos 140. ab obitu Eliſæi, cum S. Ezechias Rex abolitum Dei cultum aperto templo, reſtitutiſque Sacerdotibus & Leuitis inſtaurauit, cantores quoque prædictorum ſanguinis, & inſtituti hæredes reſtituit, qui hactenus à templi aditu arcebantur. Vnde 2. Paralip. 29. dicitur. *De filiis Aſaph, Zacharias, & Machanias, nec non de filiis Heman, Iahiel, & Semei; & de filiis Idithum Semeias & Oziel.* Et inferius de Rege. *Conſtituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis, & Pſalteriis & cytharis ſecundum diſpoſitionem Dauid Præcepitque Ezechias, & principes Leuitis, vt laudarent Dominum, ſermonibus Dauid, & Aſaph videntis, qui laudauerunt eum magnâ lætitiâ, & incuruato genu adorauerunt*, hoc eſt, canentes ingenti iubilo Pſalmos à Dauid, & Aſaph eorum parente compoſitos. Poſt 100. deinde annos ſanctus Rex Ioſias idolorum cultu ſublato iterum templum inſtaurat, & cum ſolemni ritu immolat Phaſe (2. Paralip.35.) *reſtitutique Cantores filij Aſaph ſtabant in ordine ſuo, iuxta præceptum Dauid, & Aſaph, & Heman, & Idithum Prophetarum Regis.* 27. Quanto tẽpore durauerit Eliſæi inſtitutum?

Inter cæteros Prophetarum filios ſpiritu Prophetiæ inſignes fuerunt Azarias filius Obed, & Iahaziel filius Zachariæ ambo de filiis Aſaph, vti de Iahaziele expreſſe aſſeritur 2. Paralip. 20. & Obed Azariæ pater liquet eius eſſe ſtirpis ex 1. Paralip. 26. Inſignis quoque fuit Iehu filius Hanani 2. Paralip. 19. Hanani vero filius fuit Heman 1. Paralip. 25. cuius erat ſors inter cantores 18. Porro de Azaria Propheta ſic legimus 2. Paralip. capite 15. *Azarias autem filius Obed facto in ſe ſpiritu Dei egreſſus eſt in occurſum Aſa Regis Iuda & dixit ei Audite me Aſa, & omnis Iuda, & Beniamin, Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo ſi quæſieritis eum, inuenietis; ſi autem dereliqueritis eum derelinquet vos. Tranſibunt autem multi dies in Iſrael abſque Deo vero, & abſque Sacerdote Doctore, & abſque lege &c.* Quibus Aſa commotus, & confortatus abſtulit ſordes Idolorum de Regno Iuda, matremque idolatram imperio priuauit. Cap. vero 19. cum Ioſaphat auxilio dato Achab domum rediret, *occurrit Iehu filius Anani videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitiâ iungeris; & idcirco iram Domini merebaris. Sed bona opera inuenta ſunt in te, eò quod abſtuleris Lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Dominum Deum patrum tuorum.* Rex verò ita correptus conſtitutos à ſe Iudices admonuit de ſeruanda iuſtitia, & Leuitas de promouendo cultu Dei, populoque rectè inſti-

28. Inſignes alij, quot filiorũ Prophetarũ.

tuendo. Denique capite vigeſimo ſequenti Amonitis, Moabitis ac Syris contra Ioſaphat Regem inſurgentibus, & idcirco cum ad edictum eius populus celebraret ieiunium, & ſimul coram Domino ſtantes clamarent. *Erat Iahaziel filius Zachariæ de filiis Aſaph, ſuper quem factus eſt ſpiritus Domini in medio turbæ, & ait: Attendite omnis Iuda & tu Rex Ioſaphat: Hæc dicit Dominus vobis. Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem, non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei. Cras deſcendetis contra eos: aſcenſuri enim ſunt per cliuum nomine Cis, & inuenietis illos, non eritis vos qui dimicabitis, ſed tantummodo confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper vos. O Iuda & Ieruſalem nolite timere, nec paueatis, cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiſcum.* Tunc Rex dedit conſilium populo, & ſtatuit Cantatores Domini, qui canerent; *Quoniam in ſæculum miſericordia eius.* Cumque cæpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos: atque in ſemetipſos verſi mutuis concidere vulneribus; Rex autem & populus acceſſerunt ad detrahenda ſpolia mortuorum, inueneruntque inter cadauera variam ſupellectilem, veſtes quoque, & vaſa pretioſiſſima, & diripuerunt, ita vt omnia portare non poſſent, nec per tres dies ſpolia auferre, præ prædæ magnitudine. Hæc fuſius aliquantulum ibi. Quæ ſanè non minimam gloriam filiis Prophetarum Aſaph, Heman & Idithum afferunt, quorum interuentu, ac Prophetico ſpiritu patrata ſunt.

19. An perpetuò durauerint familiæ, Aſaph, Heman & Idithum & filiorum Prophetarũ.

Vtrum autem perpetuo filij Aſaph, Heman & Idithum religioſos parentum mores ſeruauerint, necne, quis diuinare queat? Probabilius pedetentim, ſicut rebus cunctis humanis accidit, ab eis deſciuiſſe, ac tandem defeciſſe. Nam quod non nemo exiſtimauit, multos eorum à ſancto Petro Actor 3. ad fidem conuerſos, quod inter cætera dixerit, *Vos eſtis Filij Prophetarum*, probabile non eſt, cum liqueat hæc ad vniuerſum populum dixiſſe, quos fide Prophetarum filios fuiſſe quis abnuat? Eodemque tenore verborum dixerat. *Vos autem ſanctum, & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis; autorem vero vitæ interfeciſtis.* Cum vero præmiſiſſet: *Omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps annuntiauerunt dies iſtos;* ſubdit: *Vos eſtis filij Prophetarum, & teſtamenti quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros vobis primùm Deus ſuſcitauit filium ſuum &c.* Ita Chryſoſtomus homil. 9. Theophilactus, & Euthinius.

CAPVT XII.

Rechabitarum religioſorum exordium, mores, & durationis inſtituti tempus.

1. Rechabitæ Monachorũ principes ex Hieronymo.

LOcum hunc poſtulant Rechabitarum familiæ, quòd procul dubio apud Hebræos magni habiti ſunt, & religioſam liqueat geſſiſſe vitam: ſanè eos non ſemel Hieronymus inter Monachorum principes annumerat, cuius tibi verba proferã, quæ cum de eis diſceptaturi ſimus, procul dubio nos cogunt. Itaque epiſtol. 13. ad Paulinum ſic ait. *Nos autem habeamus propoſiti noſtri principes Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios, & vt ad ſcripturarum authoritatem redeam, noſter princeps Elias, noſter Eliſæus, noſtri duces filij Prophetarum de his ſunt, & illi filij Rechab, qui vinum, & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentoriis, qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiat de ſtirpe eorum vir ſtans coram Domino. Hoc reor & 70. Pſalmi titulum ſignificare. Filiorum Ionadab, & eorum qui primi in captiuitatem ducti ſunt. Iſte eſt Ionadab filius Rechab, qui in Regnorum libro ſcribitur currum aſcendiſſe Iehu, & huius filij ſunt qui in tabernaculis ſemper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Ieroſolymam intrare compulſi, hanc primi captiuitatem ſuſtinuiſſe dicuntur, quod poſt ſolitudinis libertatem, vrbe quaſi carcere ſunt recluſi.* Epiſtol. item 4. viuendi formam Ruſtico Monacho præſcribens, cum exemplum Ioannis Baptiſtæ ſingulariſſimi eremi ſectatoris præmiſiſſet, ſubit. *Filij Prophetarum, quos Monachos in Veteri teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas prope fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis, polenta, & herbis agreſtibus victitabant.* Et poſt pauca in eiuſdem vitæ exemplum adducit Rechabitas. *Filij Ionadab qui vinum & ſiceram non bibebant, qui habitabant in tentoriis, & quos nox compulerat, ſedes habebant: ſcribuntur in Pſalmo quod primi captiuitatem ſuſtinuerunt, qui ab exercitu Chaldæorum vaſtante Iudæam, vrbes introire compulſi ſunt. Viderint quid alij ſentiant, vnuſquiſque enim ſuo ſenſu ducitur: mihi oppidum carcer, & ſolitudo paradiſus eſt. Quid deſideramus vrbium frequentiam, qui de ſingularitate cenſemur?* In Commentario quoque Aggæi capite 1. iterum agit de inſtituto eorum non bibendi vinum; promittitque ſe de eis vberius ad caput 35. Ieremiæ acturum, quod tamen aliis intentus non præſtitit.

Porro illud initio, quod ad Rechabitas ſpectat, mihi certum eſt, eos nequaquam ſub Eliſæi diſciplina eruditos fuiſſe, longéque alterius (liceat modo ſic loqui) ab eius diſcipulorum religione; quandoquidem inſtituti illius autor non alius quam Ionadab fuerit pater ipſorũ à quo & vitæ huius auram, & viuendi religioſè inſtituta acceperunt. Is vero ipſi Eliſæo coeuus fuit; hoc ex cap. 10. lib. 4. Regum habemus; illud vero teſtimonio Ieremiæ cap. 35. Namque cum Iehu à filio Prophetarum Eliſæi nuntio & diſcipulo vnctus in Regem, progeniem impiiſſimi Achab Regis Iſrael deleret, & eius 70. filios occidiſſet, & 42 fratres Ochoziæ Regis Iuda, quod de ſtirpe Iezabel eſſent, *inuenit Ionadab filium Rechab in occurſum ſibi, & benedixit ei* (id eſt optauit ei pacem, ſeu ſalutauit eum, vt vertunt Chaldæus, & Sanctes & ait ipſe Iehu ad Ionadab. *Nunquid eſt cor tuum rectum, ſicut cor meum cum corde tuo?* Quaſi dicat: Amas ne me, vt ego te diligo? *Et ait Ionadab. Eſt, ſi eſt,* inquit Iehu, *da manum tuam: Qui dedit ei manum ſuam: at ille leuauit eum ad ſe in currum: Dixitque ad eum. Veni mecum, & vide zelũ meum pro Domino. Et impoſitum in curru ſuo duxit in Samariam, & percuſſit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vſq; ad vnum.* Deinde præſente Ionadab Prophetas omnes Baal congregari iuſſos, vt ſacrificium offerrent 2. Rechabitæ diſcipuli fuere Ionadab.

rent

rent percuſſit in ore gladij. Superuixit vero Eliſæus totos 28. annos Regni Iehu, & 17. Ioachaz filij eius, & aliquot Ioas nepotis Iehu, vide capite 10. & 13. libro quarto Reg.) & nihilominus cum tanto tempore ab eo inſtrui poſſent Rechabitæ, minime id agiſſe conſtat, ſed potius ſolius parentis ſui Ionadab verbis obtemperaſſe, vt ipſi Ieremiæ poſt annos fere 300. liquido teſtati ſunt, à quo propinatum bibere vinum iuſſi, reſponderunt. *Non bibemus vinum, quià Ionadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis dicens: Non bibetis vinum vos & filij veſtri vſque in ſempiternum, & domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis. & vineas non plantabitis, nec habebitis; ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergò voci Ionadab patris noſtri in omnibus quæ præcepit nobis.* Ierem. 35. Idemque Dominus ipſe teſtatus eſt, filiis Iſrael obiiciens literatoriam Rechabitarum obedientiam præceptis hominis obtemperantium, inquiens: *Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab quos præcepit filiis ſuis, vt non biberent vinum, & non biberunt vſque ad diem hanc, quià obedierunt præcepto patris ſui: Ego autem loquutus ſum ad vos de mane conſurgens, & loquens, & non obediſtis mihi.* Hinc verò manifeſta conſecutione colligimus, ſolius præceptis patris ſui Ionadab Rechabitas de religioſis moribus inſtructos fuiſſe, minime vero Eliſæi, cum potuiſſent: atque adeo diuerſum ab Eliſæano prorſus Rechabitarum inſtitutum eſſe iudicandum.

3. Rigida eorum obſeruantia. Inſtituta vero illorum rigidam paupertatem, parſimoniam, rerum omnium & ipſius mundi contemptum expreſſiſſe palam eſt. Fallitur qui paſtoritiæ artis exercendæ gratia, non æternorum meditandorum, & Diuinitatis amore hæc ſuis Ionadab præcepta intimaſſe, ne videlicet vnquam ab ea recederent, cuius nimirum proprium erat in tentoriis habitare, & poſſeſſiones non habere, libertaſque hinc indè peregrinandi. Abſtinentia à vino. Verum rigidiſſimam à vino abſtinendi conſuetudinem nihil paſtoribus intereſſe quis non videt? nemo ſiquidem id paſtoribus prohibuit. Satius ad præſcriptum legis Nazareorum Numer. ſexto, quod ad vini abſtinentiam ſpectat, voluiſſe Ionadab filios ſuos viuere: Enim vero fuiſſe virum ſanctitudine præcelſum, quartus liber Reg. ſatis indicat capite decimo, dum ipſum ſponte occurriſſe Iehu zelo Dei feruido refert; vtiquè gratias pro eo acturum; Iehu vero ipſum in teſtem induxiſſe & curru ſuo ſubleuaſſe, his: *Veni mecum & vide zelum meum pro Domino:* plurimoſque habuiſſe eius beneuolentiam, vtpote ſerui, & amici Dei nominatiſſimi. Id quoque eleganter Spiritus Sanctus prompſi 1. Paralyp. ſecundo laudans feruorem zeli, ac ſanctitatis Ionadab, inquiens. *Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de calore patris Rechab.* Patrem autem domus Rechab fuiſſe Ionadab, quis inficiabitur, audiens Dominum ad Ieremiam dicentem? *Vade ad domum Rechabitarum &c.* & ipſum Ieremiam ſubdentem. *Et poſui coram filiis domus Rechabitarum ſciphos plenos vino-qui reſponderunt: Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis &c.* Scis ſeptuaginta Interpretes pro verbo *calore* reliquiſſe vocem Hebraicam *Chamath*, & ita cum eis Pagninum vertiſſe. *Hi ſunt qui venerunt de Chamath patris domus Rechab*, exiſtimabantque nonnulli nomen fuiſſe proprium viri. Cæterum plus multò ponderis habere debet apud Catholicos vulgatæ editionis authoritas, quæ *Calorem* habet patris domus Rechab, iuxtà quam feruor patris domus Rechabitarum præclaro elogio commendatur vt omittam verbum *Chamat* rigore ſuo idem eſſe, quod feruere, ſeu calidum eſſe; in idemque recidere, ſi ſeruetur verbum originale, vt apud 70. aut latinè reddatur, vtroque enim pacto feruor zeli hominis extollitur, cum nequeat eſſe nomen viri; nam *Camath* non fuit pater domus Rechabitarum, ſed Ionadab, vt euidenti Domini, & Prophetæ teſtimonio monſtratum eſt: maximè cum vox patris in Hebræo in caſu poſſeſſionis ſit, vt Sanctes fatetur, *de Chamat patris.* Senſus igitur eſt, *Hi ſunt qui venerunt de calore patris domus Rechab*; id eſt, Hi ſunt Rechabitæ, quorum viuendi inſtitutum ex feruentiſſimo zelo Ionadab ortum duxit, quem ergà Dei ſeruitium gerebat: & adhuc ſeruent patris calorem, cum rigorem priſtinum non deſeruerint, nec calore tepuerint; vti Ieremias experimento comprobauit.

4. Studio ſcripturarum vacabant. Quapropter. D. Thomæ conſentio, qui in Commentario capite trigeſimoquinto Ieremiæ docet, Rechabitas eo à vino abſtinuiſſe, & abſque domo, & diuitiis vitam tranſegiſſe, quià *dediti erant* (ait) *ſtudio ſcripturarum*: Probatque, quoniam 1. Paralip. ſecundo Scribæ, hoc eſt diuinarum literarum periti nuncupantur: *de quibus 1. Paralip. 2. cognationes ſcribarum habitantium in Iebes, canentes, atque reſonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domus Rechab:* & inferius: *Primo inducitur paterna iuſſio de non bibendo vino. Non bibetis &c. iuxtà illud Eccleſ. 2. cogitaui à vino abſtrahere carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam.* Contendit deinde mirificam laudari eorum obedientiam, & paupertatem, quibus profectò ſe religioſè viuere profitebantur. Eorum obedientia. *Tertio ponitur obedientiæ proteſtatio ibi: Qui reſponderunt, non bibemus vinum, quià Ionadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis, &c. & inducitur paterna iuſſio de non bibendo vinum. Et de paupertate, ne ſollicitudine temporalium ſapientiæ ſtudium intermitteretur, ibi. Et domum non ædificabitis &c. iuxtà illud ſecundæ Corinth. ſexto. Tanquàm nihil habentes, & omnia poſſidentes &c.* Sed quid eſt quod Petrus Damiani libro ſexto. Epiſt. 13. ad Guillelmum Monachum, locum iſtiuſmodi Ieremiæ expendens, ait? *Dabis eis bibere vinum. Ecce præceptum diuinitùs datum; Vbi etiam paulo-poſt ſubditur; Et poſui coram filiis domus Rechabitarum ſciphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos: Bibite vinum. Ecce quod Deo autore præcipitur, quod Propheta miniſterio denuntiatur, nequaquam cognoſcitur fuiſſe completum.* Videntur itaque ne parentis præceptum tranſgrederentur, diuino reluctaſſe. Vbi ergo meritum ſuæ obedientiæ, quam commendamus? Reſpondet Damianus: *Enim vero in his quæ ſecundum indulgentiam permittuntur, magis placet ſæpe diſcipulus, ſi*

iuſſionem ſimpliciter præterit, quam ſi promptus obediat. Sed numquid in hac reluctatione Rechabitarum Deus oſtenditur? Nunquid hoc illis ad inobedientiam reputatur? Sed audi quid illis poſtmodum diuina vox dicat: Pro eo quod obediſtis præcepto Ionadab fratris veſtri &c. Hæc Dicit Dominus: Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. O fœlix inobedientia, quæ tanti iudicis digna fuit habere præconium; quæ diuini obſequij perpetuò meruit famulatum. Is ipſe Damianus ſibi conſtans opuſ. 4. de Diſcept. Synodali, inquit: *Iſti fœliciter inobedientes perpetuum conditoris ſui meruere conſpectum.* Sed verò ſi res ipſa perpendatur, nullum Deus Rechabitis per Ieremiam præceptum poſuit, vel leuiter de bibendo vino, ſed Ieremiæ de experiendâ obedientia illorum paternâ præceptum impoſitum fuit: & vterque obediens fuit, id eſt, Rechabitæ Ionadab parenti præcipienti abſtiſtinentiam à vino, & Ieremiæ experimento id comprobanti. Ita prorſus placet D. Thomæ, qui ait. *Primo proponit obedientiæ experimentum. Et rurſus ponitur experiendi iuſſio à Domino ad Prophetam.* Et inferius cum dicit ex perſona Domini, *Dabis eis bibere vinum;* ait: *probans eorum obedientiam:* ſuprà capite ſexto, *Probatorem te dedi populo meo robuſtum.*

5. Tranſgrediuntur præceptum abſque culpa.

Vna duntaxat re tranſgreſſos Rechabitas patris ſui præceptum liquet, idque ipſi faſſi ſunt Ieremiæ, dicentes. *Cum autem aſcendiſſet Nabuchodonoſor Rex Babilonis ad terram noſtram, diximus: Venite & ingrediamur Ieruſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ; & manſimus in Ieruſalem.* Verùm tranſgreſſionem hanc nullo fuiſſe crimine contaminatam, quod non ſponte ſua, ſed neceſſitate compulſi, ob vitæ ſecuritatem captandam fecerint, ipſa Domini totam eorum obedientiam remunerantis obteſtatio manifeſtum facit: fateturque D. Thomas, inquiens. *Tertio excuſatur neceſſaria tranſgreſſio ibi; cum autem aſcendiſſet &c.* Verùm quo tempore Ieremias obedientiæ illorum experimentum fecit, recenter in vrbem fuiſſe ingreſſos, ex eo conſtat, quod obſidio vrbis adhuc perſtabat, vt ſequentia capita videntur innuere: Et D. Auguſtinus exponens titulum Pſalmi 70. concedit, cui titulus eſt, *Pſalmus Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* Vbi Auguſtinus. *Videtur ergò indè coloratus titulus huius Pſalmi, vt cum dixiſſet filiorum Ionadab, ſubijceret, & eorum qui primi captiui ducendi erant, oppoſiti ſunt filij Ionadab* (à Deo per Ieremiam) *quià patri obedientes erant, vt intelligerent illi propterea ſe fieri captiuos, quia Deo obedientes non fuerant.* Non me latet Pſalmum 70. in Hebræo titulum non habere, vt Baſilius, & Euthimius annotarunt, & ex tranſlatione Hieronymi, ex Hebraica veritate conſtat: Cæterùm apud ſeptuaginta celebris eſt titulus, quem nimirum ipſe Hieronymus verbis ſuperius adductis expoſuit, idcircò Rechabitas primos ex adductis in captiuitatem dictos fuiſſe, quod priuſquàm cæteri vrbe euerſa abducti ſunt, ipſique dum relicta ſolitudine vrbem introire coacti ſunt, captiuos ſe eſſe deplorarunt, edito Pſalmo ſeptuageſimo, quem ab eis compoſitum ex titulo liquet quod vero ſimul à Dauid editus dicatur, *Pſalmus Dauid, & filiorum Ionadab &c.* non temporum diuerſorum quibus vtrique floruerunt perperam facta contractio innuitur, ſed quod priores Pſalmi verſus *In te Domine ſperaui &c.* accepti ab eis ſunt ex Pſalmo trigeſimo à Dauid edito ſub titulo *Pſalmus Dauid pro extaſi;* & pariter incipit *In te Domine ſperaui.*

6. Spiritu Prophetico donati.

Ergo & filij Ionadab quandoque ſpiritu Prophetico donati ſunt, vtpotè Pſalmum ſeptuageſimum edentes. Sed nihil mirum cum ex 1. Paralip. ſecundo certum ſit eos fuiſſe ex Cantoribus tribus Iuda: nam de Salma Filio Caleb, filij Hur primogeniti Ephratha ex Eſron filio Iudæ dicuntur proceſſiſſe; *Filij Salma Bethleem, & Netophathi, corona domus Iacob, & dimidium requietionis Sarai: cognationes quoque ſcribarum habitantium in Iabes, canentes atque reſonantes, & in tabernaculis commorantes.* Hos vero vt exponat qui fuerint, ſubdit: *Hi ſunt Cinai, qui venerunt de calore patris domus Rechabitarum.* Ita ante nos docuiſſe Didymum, & Theodoretum tradit Agelius. Verum quod eos dixerit Cinæos quidam ex Neothericis ſuſpicatur fuiſſe origine Madianitas, ex progenie Iethro cognati Moyſi: conſtat ſiquidem ex capite decimo. Numer. Hobab filium Raguel Madianitæ cognatum. Moyſi adhæſiſſe, & in terram promiſſionis intraſſe: ex cuius filiis dicitur Iudic. quarto, fuiſſe Heber, cuius vxor Iahel Siſaram interfecit, clauo per tempora tranſfixo; & tunc tota progenies Cinæorum vocatur: habitaſſeque dicitur in tabernaculis veterem Madianitarum morem ſeruans, iuxta illud Habacuc tertio. *Turbabuntur pelles terræ Madiam.* Verba quarto capite Iudic. ſunt: *Heber Cinæus receſſerat quondam a cæteris Cinais fratribus ſuis filiis cognati Moyſi: & retenderat tabernacula vſque ad vallem Sennin.* Et capite primo dicitur: *Filij autem Cinai cognati Moyſi aſcenderant de ciuitate Palmarum cum filiis Iuda in deſertum ſortis eius, quod eſt ad meridiem Arad; & habitauerunt cum eo.* Sed non omnes Cinæi eius valuerunt eſſe familiæ, ſic enim dicti ſunt habitatores vrbis Cinæ tribui Iudæ contributæ iuxta terminos Edon: & eadem nomenclatura vſi qui fuerunt de ſtirpe Cin, quos Numer. vigeſimoquarto perſtrinxit Balaam inquiens: *Robuſtum quidem eſt habitaculum tuum, ſed ſi in petra poſueris nidum tuum, & fueris electus de ſtirpe, Cin, quandiu poteris permanere?* Hos vero fuiſſe Madianitas ex contextu liquet; Rechabitas autem à Cina ciuitate ſic dictos probabilius eſt: enim verò & ipſos de tribu Iudâ fuiſſe, cuius erat Cina monſtratum à nobis eſt. Nec mihi à veritate omninò abhorrere videtur dictos *Cineos,* quaſi lamentantes, nam *Cin* lamentationem ſonat, & *Cinoth* lamentationes, quibus nimirum ſuas dederit Ieremias in templo ad populum canendas: nam *Treni* Græcè & Hebraicè *Cinoth* inſcribitur. Vt vt fuerit, longè has ab illis diſſidere parentes familiarum produnt; illorum ſiquidem Hobab filius Raguelis, horum verò Ionadab filius Rechab, princeps, & pater fuit.

Erant

Digitized by Google

8. *Sacerdotes fuere Rechabitæ.*

Erant quoque Rechabitæ leuitis permixti, imò & Sacerdotibus; nam quod lege Numer. vlt. ſancitum erat, *Omnes viri ducant vxores de tribu, & cognatione ſua vt hæreditas permaneat in familiis* ratione legis ceſſante, & pari nobilitate regni, & Sacerdotij inſtante inter tribum Iuda, & Leui, non ſemper fuiſſe obſeruatum liquidum eſt: communiſque Patrum ſententia in id conſpitat, dum de B. Maria cognata Eliſabeth Sacerdotis Vxore diſceptant. Vndè Ionadab ipſum familiæ caput fuiſſe Sacerdotem prodit Iſidorus in Chron. anno Mundi 4307. inquiens, *Ionadab filius Rechab Sacerdos clarus habetur.* Idque ſonat promiſſio illa à Deo per Ieremiam filiis eius facta: *Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab fillij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* Maximè cum teſtimonio Egeſippi, quem referunt Euſebius lib. 2. hiſt. cap. 22. & Metaphraſtes apud Lipomanum & Surium tom. 3. martyrio S. Iacobi Alphæi Apoſtoli interfuerit vnus de Sacerdotibus Rechabitis, *Cum lapidibus illum obruere pergerent Scribæ, & Phariſæi, vnus è Sacerdotibus de filiis Rechab filij Rechabim, qui ſunt Ieremiæ teſtimonio commendati, clamauit dicens: Ceſſate, quid facitis? Iuſtus pro vobis Deum precatur.* Ex quo etiã fit Rechabitas vſq; ad prædicationẽ Apoſtolorum permanſiſſe; quos tamen Euangeliſtæ nunc Scribas, nunc Sacerdotes nuncupauerint: propterea quod à patriis iam inſtitutis forte omninò deſciuiſſent; & aliis mixti eſſent ſectis antiquorum.

9. *In quo præſtantiore filiis Prophetarum.*

Ergo, vt de his iudicium feramus, Rechabitas, ſi cum filiis Prophetarum conferantur perſeuerantia illos viciſſe manifeſtum eſt, temporis diuturnitate & religionis: Rechabitæ ſiquidem ad mortem vſquè morum ſuorum tenaces obſeruatores extabant, quod illi (vti ſuperius vidimus) nequaquàm præſtabant. Verùm & iſti à veræ Eccleſiæ religionis præſtantia longè aberant, vtpote vxores perpetuò apud ſe habentes, & ex eis filios & filias procreantes: quod ipſi apud Ieremiam conceptis verbis mos monuerunt aientes: *Obediuimus ergò voci Ionadab ita vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris, nos & mulieres noſtræ, filij, & filiæ noſtræ.*

In quo à vero Monachatu deſciuerint.

10. *Ionadab Bernardi typus ex oblatis Ioachimo.*

Ad calcẽ admonitum lectorem velim Abbatem Ioachim, qui in opere concordiæ docuerat Eliſæum figuram geſtaſſe S. Benedicti, nunc in Comment. cap. 35. Ieremiæ contendit S. Bernardum in Ionadab fuiſſe figuratum. Eius verba in gratiam lectorum non grauabor adducere. *Quod verò Ionadab filius Rechab præcepit vinum non bibere filiis ſuis, nec domos conſtituere, ſed in tabernaculis habitare, ad S. Bernardum ſermo dirigitur, qui & Monachis ſuis vagationem ſeu occupationem prohibuit, & eos ſimpliciter in monaſteriis ſubeſſe præcepit. Et bene filius Rechab ſubſcribitur, quem non aliam quam* (parentis ſui) *Benedicti regulam eſt profeſſus. Verum quia contra clericos Rechabitarum obedientia, ideſt Monachorum inducitur, ad elidendam contumaciam clericorum quorundam, videant ipſi pontifices ſeculares, ne veluti cæcorum duces, cum excæcatis filiis Sedechiæ in Babylonem vadant, & ſuam per tempora captiuitatem gemant.* *Quòd autem dicitur non deeſſe de ſemine Ionadab, ſed ſtare ſemper in conſpectu Domini, videtur quod Ciſtercienſis religio* (à Bernardo edocta.) *Sit vſque ad finem ſæculi proceſſura.* Porro de myſticis Rechabitis eleganter loquitur Balduinus apud Tilmanum in Allegoriis, quem tu conſules, & Theodoretum, atque Hugonem Victorinum.

Ciſtercij perpetuitas in Ionadab prophetata.

CAPVT XIII.

Quinam fuerint eſſeni veteres? Deque eorum religione, ac moribus.

1. *Varia de Eſſenorum origine placita.*

Eſſenorum res adeò perplexæ ſunt, vt non facile quis de eis valeat ferre iudicium; ſunt qui contendant vetuſtiſſimos eſſe, vtpotè Eliſæo æquales, ſeu diſcipulos, quod placuiſſe Genebrardo in Chronol. a M. 3272. Nonnulli contendunt: ſunt qui primum ſub Apoſtolis exortos credant. quod Baronius data opera funeque longo deducere nititur à cap. 64. Ex multis hinc deindè petitis ratiociniis. Nec deſunt qui ad Machabæorum tempora illorum exordium referant: quod ſcilicet Ioſephus eorum ſtudioſiſſimus, non maiorem illis tribuat antiquitatem, lib. 13. de Antiquit Iud. cap. 9. Nonnulli quidquid à Philone, & Ioſepho de Eſſenis proditum eſt Chriſtianis duntaxat, Alexandrinis præcipuè, aiunt conuenire, aliis oppoſitum verius creditur, de ſolis Iudæis egiſſe, vtpotè eius religionis ſcriptores. Plures vtrumque confusè loquutos arbitrantur, quæ noſtrorum ſunt ſui, & è conuerſo quæ ſua erant noſtris attribuendo: vt neſcias diſcernere, quid ſibi tandem voluerint, aut quos nobis viros commendauerint. Solos Iudæos ab eis collaudatos; ſoli Iudæi, & hæretici Nouatores contentioſè defendunt; nimirum noſtræ fidei, & Monachis eius ſectatoribus infenſiſſimi hoſtes. Sed verò à Philone Monachos à ſancto Marco in Ægypto eruditos laudibus fuiſſe dignis commendatos, concors Catholicorum ſententia eſt. Ità Euſebius lib. 2. Hiſtor. cap. 15. & 16. Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtoch. & libro de ſcript. Eccleſ. in Marco, & Philone, Epiphanius hæreſ. 29. Caſſianus lib. 2. de Inſtitut. cap. 5. Beda in præfatione in Marcum. Sozomenus lib. 1. cap. 12. Caſſiodorus in Tripartita lib. 1. cap. 11. Nicephorus lib. 2. cap. 15. & 16. & lib. 9. cap. 14. Cedrenus in compend. citans epiſtolam Euſebij ad Marianum. Antoninus in hiſt. tit. 6. cap. 11. §. 7. & ex Recentioribus Card. Belarminus lib. 2. de Monachis c. 2. Baronius modo citatus Serarius in Trihæreſio & Mineruali, & Comm. ad 1. & 2. lib. Machab. Tornielus tom. 1. Annal. Salianus, Suarez. & alij innumeri; reſque ipſa tàm manifeſta eſt, cunctis Philonem legentibus, vt cœcutire neceſſe ſit in meridie, qui aduerſari voluerit, vti ex ſubiungendis à nobis liquidum erit.

2. *Hebræos à modernis fuiſſe diuerſos.*

Quid ergò ſub tantã caligine ſentiendum? re attentius conſideratã illud certum mihi eſt, negari non poſſe ſectam Eſſenorum, vel Eſſæorum apud Hebræos olim floruiſſe: quod ita ſancti Epiphanij, S. Ioannis Damaſc. Philonis, & vtriuſque Ioſephi irrefragabilibus liqueat teſtimoniis: longè tamen diuerſos ab eis fuiſſe, qui ſub D. Euãgeliſta Marco in Ægypto floruere, & Philone enixè commendati ſunt, ipſius Philonis ſcriptis, ſi bene perpendantur, manifeſtum eſſe; non ſolum, quoniam hi Chriſtiani profeſſione, illi Hebræi; ſed quoniam hi ſanctitate ac religione conſpicui, illi hæreſi, & prauis moribus conſperſi, & à vera ſanctitate prorſus alieni: hi tandem veri Monachi, & Monaſticæ vitæ ſplendidiſſima exemplaria; illi verò hypocritæ, ac pſeudo monachi extiterint: vel ipſis eorum ſcriptoribus ſanè fatentibus, quo-

Digitized by Google

rum verbis prædicta omnia comprobanda à nobis ſunt: pedetentim tamen, quoniam res hactenus implexa,& tenebricoſa habita eſt.

3. Eſſeni tempora Chriſti præceſſere.

Ergò quinquageſimo vt minimum ante Chriſtum natum anno, ſub Herodis pueritia Eſſenorum ſectam floruiſſe, ex his quæ narrat Ioſephus lib. 15. Antiq. cap. 13. certum eſſe, videlicet: *Quidam Eſſenorum nomine Monachemus fuit, per omnem vitam benigna voluntate probatus, praſcientiam à Deo futurorum habens. Is dum adhuc Herodem puerum ad doctores pergentem vidiſſet, vt Regem Iudæorum ſalutauit; qui illuſum ſe putans commonebat eum ſermone ad huc priuatus. Monachemus hic ridens, & feriens manu poſteriora eius, Regnabis, inquit, fœliciter, nam iam à Deo dignus iudicatus es: & recole Monachemi plagas, vt hoc tibi ſit ſignum de peccatis in regno committendis. Quibus ſtatim nullatenus animum intendit, dum ſpes Herodi deeſſet, paulatim verò, cum eleuatus vſque ad regnum fuiſſet, & fœliciter principatum egiſſet, accerſit Monachemum, & de tempore, quantum regnaret, conſuluit eum. Monachemus autem cum omninò nihil reſpondiſſet, ſed tacuiſſet, interrogauit eum, ſi decem tantum anni regni ſui eſſent? Reſpondit, & 20. & 30. Sed finem non addidit. Herodes autem iſtis contentus Monachemum cum honore dimiſit, & omnes Eſſenos propter illum honorauit,* in tantum vt cum Phariſæos ad iuſiurandum ei præſtandum de fidelitate conſtringeret, *liberati ſunt* (ait Ioſephus) *de hac neceſſitate hi qui dicuntur apud nos Eſſeni.* Porrò cum natus fuerit Dominus anno regni Herodis 29. (vt probat Cardin. Baronius in Apparatu ad Annal.) Herodes verò ætatis 33. regnum inchoauerit, vtpotè 37. in eo explens, cum obierit ætatis 70. indè fit vt congreſſus Monacheni Eſſeni cum Herode puero 50. ante natum Dominũ acciderit, illo prope 12. agente: &, quod inde fit conſequens, Eſſenos apud Hebræos iam tunc floruiſſe. Quæ de ætate & annis regni Herodis attuli, ex eodem Ioſepho deſumpſi lib. 1. de Bello Iudaic. c 21. de Antiq. lib. 17. c. 8. qui etiam l. 17. c. 14. autor eſt, Herode annũ ætatis 15. agente, Antipatro eius parenti, traditam fuiſſe à Iulio Cæſare Iudææ adminiſtrationem; vnde ſi à Manachemo Eſſeno de futuro regno admonitus vltrà omnem ſpem fuit, minoris ætatis fuiſſe oportuit, & ante Iudææ adminiſtrationem patri datam. Rurſus lib. 13. Antiq. cap. 8. ſub Ionatha Mechalco Eſſenorum mentionem facit, inquiens. *Eodem tempore tres hæreſes Iudæorum fuerunt, quæ de rebus humanis diuerſa credebant; quarum vna Phariſæa dicebatur, altera Saducæa, tertia verò Eſſenorum.* Quibus ſanè innuere videtur, tunc eas primum in lucem emerſiſſe; quo ſanè tempore res Iudæorum valde innouatæ ſunt; neque verò earum totis duodecim libris meminerat.

4. Ioſephi & Plinij de eorum antiquitate ſenſus.

Sed verò multo maiorem eis præbet Plinius antiquitatem, dum lib. 5. hiſtor cap. 17. cuius titulus *Gens Eſſenorum* eos in exordio Iudææ inter lacum Aſphaltitem, ſeu mortuum mare, & Vrbem Engaddi conſtituit inquiens, *Ab Occidente littora lacus Eſſeni fugitant vſquequo nocent* (fugiunt auram lacus nociuam) *gens ſola, & in toto Orbe inter cæteras mira; ſine vlla fœmina, omni Venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum. Quomodò autem cum ſine vxoribus degat perſeuerat? Nimirum in diem ex aquo Conuenarum turba renaſcitur* (quotidie multiplicantur.) *Largè frequentantibus, quos vitâ feſſos ad mores eorum fortuna fluctus agitat* (quos enim vitæ tædet, & fluctibus agitantur fortunæ, hunc ſibi portum quærunt.) *Ita per ſæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna eſt, in quâ nemo naſcitur. Tam facunda illis aliorum pœnitentia eſt. Infra hos Engadda oppidum fecit.* Solinus Plinij vmbra, ne dicam ſimia, qui cuncta ex eo mutuatur, lib. 36. hiſtor. eidem ſubſcribit his: *Interiora Iudææ Eſſeni tenent ita per immenſum ſpatium ſæculorum (incredibile dictu) æterna gens eſt, ceſſantibus puerperiis.* Sed certe dum à ſæculorum millibus, aut per immenſum ſpacium ſæculorum Eſſenos aſſerunt perduraſſe, proculdubio ab Hebræo aliquo facile deceptos fuiſſe, certum eſt; & vehementi hyperbole vſos; cum Hebræorum quoque ſapientiſſimi, qui de his agunt, nequaquam ante Machabæorum principatum eius ſectæ meminerint; & ex Ethnicis priſcis nemo, qui ante Ioſephum, & Plinium ſcripſerit, vti in Trogo, Iuſtinoue, Strabone & aliis doctè obſeruauit Baronius. Mirum ſanè eſſet rem ſcitu digniorem ab his ſcriptoribus præteriri, qui mores Iudæorum vniuerſos, & quidquid ad eorum ſpectaret gloriam ſcripſerint, prorſus omitti.

5. Diuerſos ab Aſſidæis fuiſſe.

Sunt qui velint Eſſenos in ſacris litteris *Aſſidæos* vocari. Sed præterquam quod Aſſidæorum, niſi in libris Machabæorum nuſquam fit mentio, & ita ab eis nequeant Eſſeni plus venari antiquitatis, mihi gratis omninò videtur hos cum illis confundi, cum nihil vtriuſque commune ſit, quod certis queat ſcripturæ, aut Doctorum teſtimoniis comprobari: & nomina ipſa *Eſſenorum*, & *Aſſidæorum* ſatis diſſentiant; nec minus ipſi inter ſe inſtituto. Enim verò Aſſidæos viros fuiſſe militiæ & armis deditos, præcipuum ſcilicet Iudæ Machabæi robur, ſatis innuere videtur Sacer Scriptor lib. 2. cap. 14. de eis ſiquidem quærebatur Alcimus inquiens ad Demetrium Regem: *Ipſi qui dicuntur Aſſidæi Iudæorum, quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriunt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur regnum eſſe quietum.* Occiderat vero 60. viros illorum Alcimus in dolo lib. 1. cap. 7. Atqui Eſſeni omnimodis à militia abſtinebant, vti de eis prodit Philo lib. *Quod omnis probus ſit liber,* quo veterum Eſſenorum mores graphicè deſcripſit: vbi inter cætera. *Tela, iacula, gladios, thoraces, ſcuta, nemo apud eos fabricat, ſicut nec arma cætera, nec machinas aut aliud quidpiam bello vtile.* Sed ad eos quoque conuertat oratio ſtilum, quo liqueat, quam longè fuerint à vera ſanctitate. Referam verò ipſiſſima Ioſephi verba, quòd cum honorem ſuæ genti vndecunque captauerint, teſtis totius probationis omni exceptione maior ſit.

Eſſenorum veterum mores ex Ioſepho.

6. Eorum mores

IOſephus lib. 15. Antiquitatum cap. 13. inquit.

1. *Hi qui dicuntur apud nos Eſſeni, genus eſt quod conuerſatione vtitur, quam apud Græcos Pythagores tradidit.*

Idem lib. 13. cap. 8.

2. *Genus autem Eſſenorum omnia ſub fato eſſe confirmat & nihil eſſe quod hominibus non illius decreto proueniat.*

Idem lib. 18. cap. 2.

3. *Eſſeni autem ad Deum cuncta redigunt.*
4. *Immortalem animam dicunt.*
5. *Iuſtitiam autem rem præciſam, proprie etiam vſquè ad mortem pugnandum eſſe prædicant.*
6. *In templo autem anathemata proponenda prohibent.*
7. *Sacrificium, vel hoſtias cum populo non celebrant,*

Digitized by Google

brant, quod ſe plurimum ab eis putant munditiâ, vel ſanctitate differre. Et meritò ſe à communi congregatione diſcernunt remotim ſacrificia facientes, cultu verò morum, atque conuerſationis optimi.

8. *Ad colendam terram, & exercendam, omni ſtudio intenti.*

9. *Illud etiam habent dignum, & valde mirabile, quod in aliis non inuenias gentibus tam Græcorum, quam etiam Barbarorum; quod omnes illis opes in medio ſunt, & ab eis omnia communia poſſidentur, nihil amplius inter eos ditior fruitur, nihil pauperior defraudatur, ac ſi nihil omninò poſſideat. Et illi quidem hoc modo ſe gerunt, ſunt autem ſuper quatuor millia hominum numero.*

10. *Vxores non ducunt; neque ſeruos habere feſtinant, aliud quippè iniquitatis, aliud ſeditionis opportunitatem exiſtimant.*

11. *Iſti ergò ſemoti apud ſemetipſos adiuuant, mutuas ſibi viciſſitudines miniſtrantes.*

12. *Suſceptores autem redituum promouent, curatoreſque conſtituunt, qui cuncta, quæ terra profert, in vſus neceſſarios adminiſtrant.*

13. *Sacerdotes autem optimos viros eligunt.*

14. *Cibus illis ſimplex eſt.*

15. *Habitus inſumptuoſus, & mundus.* Hactenus ille.

7. Repugnantes inter ſe & erroribus pleni.

Bone Deus, quis laude huiuſmodi homines, & non potius exſibilatione dignos iudicet? Minus aſſentior Serario lib. 3. de Trihæreſ. cap. 5. & in Mireual. cap. 5. mitto Ioſephum ſibi non conſiſtere; nam in primo, & nono inſtituto, ſibi prorſus ex aduerſo fronte pugnantia inducit, In nono quod ab eis omnia communia poſſideantur, nequaquàm apud Græcos, aut Barbaros reperiri docet: & tamen in primo ait Eſſenos genus viuendi Pithagoricorum elegiſſe: & verè, nam de Pythagora Diogenes Laertius ſcriptum reliquit lib. 8. de vitâ Philoſoph. *Primùs (Timæo autore,) amicorum omnia communia dixit, amicitiæque æqualitatem. Ipſius quoque diſcipuli facultates omnes in vnum deponebant, communeſque faciebant.* Similiter ſecundum tertio contrariatur: enimuerò ſi omnia ſub fato eſſe confirmant, quonam pacto ad Deum cuncta redigunt? niſi velint Deum fatum eſſe, ipſum hominibus liberum adimere arbitrium. Vtrumque hæreticum, hoc etiam blaſphemiâ plenum. In eadem ſalebra hærere Ioſephum certum eſto, dum mira inconſtantia lib. 13. cap. 8. de Phariſæis Scribit. *Phariſæi dicebant fata non omnia, ſed aliqua gubernare, altera verò quæ accidunt per ſe conſiſtere:* lib. autem 18. cap. 2. de eiſdem inquit. *Fato geri omnia credunt*, ſeptimum deinde Eſſenorum inſtitutum ſuperbiam illorum patentiſſimè prodit Phariſaicæ ſimillimam: *Non ſum ſicut cæteri hominum*, & hypocriſi plenos fuiſſe demonſtrat. Octauum tantiſper auaritiam redolet, (vt 13.) illis verbis *omni ſtudio intenti:* Decimum hæreſi plenum eſt, ſeruorum dominationem iniquitatis arguere, cum bellorum iuſtitia ſeruitutem generet iuſtam, aliàs etiam Abrahamus, Iacob, Dauid, & innumeri Patrum notâ iniuſtitiæ nequiter inurendi forent, quod ſeruos & ancillas poſſediſſent. Et tamen conſtanter Eſſenos in ea fuiſſe hæreſi etiam Philo fatetur dicens: *Dominationem damnant vt iniuſtam, atque impiam, repugnantem iuri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit, educauitque tanquàm mater germanos fratres reuera, non ſolo nomine.* Hinc in alium prolapſi ſunt errorem, omnem mortalem dominum à ſe reiiciendum cenſentes; quem ita de eis refert Rodiginius lib. 5. cap. 9. *Inuenimus apud autores hoſce ita eſſe libertatis inſitam auiditatē, vt principem vnum, ſolumq; fateantur Deum:* Cum tamen Apoſtolus ſcribat: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit:* ad Rom. 13. de quo ſtatim. Deindè ſextum de anathematibus non ſuſpendendis in templo, errorem quoque inducebat Dauidi, & Iudith impietatis notam inurentem; nam ille gladium Goliath ſuſpendit in tabernaculo, in anathema, hoc eſt execrationem obliuionis, ſeu, quod idem eſt, inmemoriam beneficij accepti à Deo: vndè poſtea illud recepit de manu Abimelech Sacerdotis 1. Reg. 21. Iudith vero cap. 16. *Vniuerſa vaſa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopæum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili eius, obtulit in anathema obliuionis.* Ex ſeſe verò pietatis opus eſt memoriam beneficiorum à Deo acceptorum poſteritati velle commendare, Vti inſtrumentorum, vel donorum ſuſpenſione proteſtantur homines, & vox ipſa ἀνάθημα quæ Doctore Hieronymo lib. in epiſt. ad Galat. cap. 1. propriè Iudæorum eſt, etiamſi alioqui Græca ſit, hoc ipſum opus ſignificat. Qua de re Auguſtinus lib. 4. qu. ſuper Numer. quæſt. 41. *Origo huius verbi eſt in Græca lingua ab his rebus, quæ votæ, & perſolutæ hoc eſt promiſſæ & redditæ ſurſum ponebantur in templis* ἀπὸ τοῦ ἄνω τίθεσθαι, *hoc eſt, ſurſum ponere, vel figendo, vel ſuſpendendo.*

Certè cum tales eſſent, ea etiam eorundem inſtituta, quæ virtutem ſonant, ſuſpecta mihi ſiniſtri intellectus ſunt: & tute lector, vt reor, mecum iudicabis. Quid ſpecioſius quarto, quo *immortalem animam dicunt?* Et tamen quænam ſenſu id intelligerent, prodit ex Porphirio, & aliis Rodiginius citato loco inquiens. *Animas putant immortales, & de æthere ſubtiliſſimo commeantes; quaſi carceribus ita corporibus implicari; ad quæ tamen, vt Charemon narrat apud Porphirium,* ῥύμῃ, *id eſt impetu, & inſtinctu naturali trahuntur. A corporibus verò abſolutas tanquàm è longa, & proindè graui ſeruitute, lætitia perfundi maxima, & ferri ſublimes, vltraque Occeanum degere in locis peramænis, quæ nec imbribus pulſantur, nec item niuibus, aut omninò vlla infeſtentur intemperie, quando ex Occeano Suboriens Zephirus ſuauiſſima perflat ſuauitate. Nihilominus pollutis animis proceloſas, hyemaleſque deſtinabant regiones.* Animas proindè nequaquam ſpirituales credebant, ſed corporeas, ex ſubtiliſſimo conſtantes æthere, quæ foras ante corporationem exiſterent: & pro factis non maiori gloriâ, aut pœnâ donandas, quam aëris temperie, vel diſtemperie, quæ ſanè principiis veræ Fidei aduerſantur, & immortalitati ipſi, quam aliàs adſtruere conantur: cum hæc niſi ſpiritualis anima ſit conſiſtere nequeat. 8. Errabāt circa animarū immortalitatem.

Quintum quod pro iuſtitia vſque ad mortem decertandū illis eſſet, iniuſtitiæ ſpeciem habet, & crudelitatis, cum non liceat pro quâlibet illata iniuria vitam ponere: quam potius vera iuſtitia in iniuriarum condonatione ſita ſit: vel Chriſto Domino id nos edocente. Verùm hoc dogma cognatum eſt vndecimo de abnegatione totius ſuper ſe humanæ dominationis, quam vt effugerent, ad mortem vſque ſuam, & ſuorum decertandum eſſe proponebant. Ita de eis Rodiginius. *Argumentum verò euidens libertatis auidiſſimè ſibi inſita eſt quod ſpeciem mortis formidoloſæ, & tetræ nullam expaueſcant, cognatorum negligant ſupplicia, amicorum interitus faciant non magni, modo ne quenquam vt dominum cogantur agnoſcere.* Quod proculdubio à Philone mutuatus eſt, qui cum præmiſiſſet, *His* 9. Iuſtitiæ ſtilo, libertatis auidi.

Digitized by Google

Paleſtinis Eſſenis certa perpetuaque libertas conſtabilitur : probans ſubdit. *Id compertum eſt in multis, & variis temporum difficultatibus, ſub tyrannide potentiorum; diuerſis proditorum ingeniis. Ex quibus alij conati feroces beſtias immanitate ſuperare, nullam omiſerunt crudelitatis ſpeciem, gregatim mactando ſubditos, aut laniorum more viuos fruſtratim concidendo; nec prius finis fuit, quam in eoſdem calamitates incidere, vindicante Diuinâ prouidentia. Alij verò ſuam rabiem celantes diuerſo malitiæ genere acerbas clades dederunt, placido ſermone ſuſurriſque clancularijs diſſimulantes odium, canum maleficorum more blandiendo, moxque infligendo morſus inſanabiles, vt oppidatim monumenta impietatis ſuæ relinquerent, ad perpetuam afflictionum memoriam. Nemo tamen vel è crudelibus illis, vel ex alteris fucatis, ac ſubdolis modo dictos cætus Eſſenorum, ſiue ſanctorum inculpam inducere: ſed omnes diſceſſerunt victi virtute horum virorum, laudantes eos vt liberos ciues, & ſuo iure viuentes accepto à natura.* O miras laudes iniuſtè ſuper ſe dominationem vſurpantium ſub ſpecioſo iuſtitiæ titulo, pro inſenſibilitate ad mortem defendendæ.

10. Ab vxoribus quo fine abſtinebant. Ipſa deindè ab vxoribus abſtinentia non multa in eis laude digna erat, quandoquidem non propter Deum, aut exercendæ continentiæ gratia (qui ſoli fines bono nuptiarum præponendi ſunt) Eſſeni dicuntur à Ioſepho in decimo inſtituto ab vxoribus abſtinuiſſe, ſed cauſa opportunitatis, ſeditionis vel adulteriorum iniquitatis vitandæ; qui tamen finis inferioris iuſtitiæ eſt præcisè acceptus; cum per ſeſe non conſequatur ad nuptias, tanquam bonum nuptiarum. Non me latet Philonem innuere, amore Dei & virtutis id eos egiſſe. Sed cum de Paleſtinis ſermo eſt, ſtare potius Ioſepho occulato teſti oporteret, quam Philoni Alexandriæ demoranti, & laudes gentis ſuæ ex proprio Marte meditanti, & non pauca quæ Eſſenorum Alexandrinorũ propria erant, S. Marci diſcipulorum Paleſtinis ob nominis homonimiam accommodanti: Et quis credat Ioſephum, id ſi eſſet, ſilentio præteriturum? Verùm in hac re præcipuè ſtandum D. Hieronymi teſtimonio Traductionum Hebraicarum ſereniſſimi indagatoris in Traditionibus & in Paralyp. 1. capit. 28. ſuper illa verba. *Qui præerant ſubſtantiæ Regis cum Eunuchis.* Vbi hæc habet. *Quæri poteſt cur hic Eunuchi ad tam grande conſilium vocati eſſe dicantur, cum Iſraelitas abſcinda lex prohiberet, & alienigenæ non facilè poſſint admitti ad tam grande conſilium. Tradunt Hebræi in hoc loco eos vocari Eunuchos, qui ab omnibus actibus ſæculi alieni, orationi tantum & lectioni vacabant; & vxores non cauſa libidinis ſed ſuſcipiendæ prolis gratia habebant, quos Ioſephus ſecundum eorum hæreſim Eſſenos vocat.* Quibus apertè ex Hebraica traditione contra Ioſephum Eſſenos quidem vxores duxiſſe prodit, præcipuò matrimonij fine ductos nempe prolis gratia & filiorũ procreationis. Contra Philonem verò caſtitatem quidem coluiſſe, non tamen abſolutam, ſed coniugalem, quippe quibus extra Matrimoniũ libidini indulgere fas non eſſet, neque matrimonio ipſi libidinis gratia, vbi idem notauit Rabanus in Gloſſ. Ord.

11. In abſtinentia à carnibus ſuperſtitioſi. Denique ſimplicitas ciborum de qua in quarto decimo inſtituto taxata extat, damnaturque à Strabone libro decimo ſexto Geograph. aiente. *Succeſſores Moyſi aliquando in eiſdem inſtitutis permanſere, cum reuera, & iuſti eſſent, & religioſi: poſteà cum Sacerdotio præeſſent, primum ſuperſtitioſi homines, deindè etiam tyranni; ex ſuperſtitione inſtituta eſt carnium abſtinentia, à quibus adhuc abſtinent.* Non me latet non eſſe audiendos Ethnicos ſcriptores, cum rectæ fidei ſectatorum mores carpunt; verùm Eſſenos inter eos annumerandos non eſſe, quæ hactenus diximus conuincunt, & quæ dicenda ſunt vberius manifeſtabunt. Sed ais Strabonem loqui de omnibus Iudæis. Verùm cum Strabo laudet Moyſis inſtituta, conſequens eſt vt non carpat omnes Iudæos à carne ſuillâ iuxtà præceptum Leuit. 11. abſtinentes, ſed ſolos Iudæos qui omnes animalium carnes recuſabant, quorum vel ſolos, vel præcipuos Eſſenos fuiſſe, nonnulli putant. Ego Nazaræos id feciſſe lego apud Epiphanium. hæreſ. 28. *Nefas erat apud ipſos carnibus veſci*: & de Doſithæis hæreſ. 13. *Ab animatis abſtinent.* Quod ſi Eſſeni Pythagoricorum vitam amplexi ſunt, quod Ioſephus docuit, à carnibus quoque abſtinuiſſe neceſſe eſt, nam eodem Epiphanio teſte in prologo Ancorati, *Pythagoras docuit animata non in cibum aſſumere, & à vino abſtinere.* Cui Damaſcenus ſubſcribit lib. de hæreſibus, teſtaturque Plutarchus lib. de animalium, vbi Autobulus. *In abſtinenda ferarum, cæde clementiam Pythagoricæ humanitatis, & ad miſericordiam propenſionis exercitium fecere.* Diogenes vero lib. 8. *Solo melle, ſiue fauo, ac pane contentum vixiſſe* Pythagoram *quidam autumant; obſonium illi erat vt plurimum cruda, vel elixa olera, marinis rarò vtebatur.* Quis ergò veræ virtutis cupidos dixerit Eſſenos, qui Pythagoram, non Moyſem, aut aliquem ex Prophetis magiſtrum ſequebantur?

Iam quæ apud illos vigebat futurorum prædictio, & in Monachemo Ioſephus laudauit, cum erroribus rectæ fidei aduerſantibus, & impiis moribus reſperſi eſſent illis veteres, vaniſſimæ obſeruantiæ, aut diuinationi adſcribamus, neceſſum eſt: & ità à Cyrillo Alexandrino obſeruatum reperio lib. 5. in Iulianum ad finem, vbi teſtimonio Porphirij ait. *Meminit & Porphirius Eſſenorum, qui in Iudæa erant* (vtique veterum) *& de illis ſic dicit. Ab illa autem victitandi conſuetudine, & ad veritatem, & pietatem exercitatione* (ne cures multum laudes Apoſtatæ) *merito in illis multi etiam futura praenoſcunt.* Sed qua arte? *vtpotè qui verſantur in ſacris libris, & variis purificationibus, Prophetarumque reſponſis.* Quaſi verſari ſacros codices, & Prophetarum reſponſa (ne dicam variis vti purificationibus, more Hemerobaptiſtarum) hominem ad futura prædicendum inſtruat. Sed id ex ſe ipſis, non Dei inſtinctu agere ſolitos, quæ ſubiungit manifeſtant. *Rarò autem in prædictionibus aberrant.* Enim verò qui à Spiritu Sancto moti loquuntur, nunquàm à vero aberrare queunt: qui aliquando, vel raro aberrat, fatidicus eſt. Tales igitur veteres Eſſeni Ioſephi teſtimonio fuerunt; vt pudeat ab his Monachiſmum in Eccleſia propagatum, vel deriuatum aſſerere. Tale quoque eos agnouit multo ante nos Chryſoſtomus homil. 46. in Act. Apoſtol. inquiens. *Tres ſectæ illis* (Hebræis ſcilicet) *erant, Pharifæi, Saducæi, & Eſſeni, qui etiam Oſy, id eſt ſancti dicuntur, hoc enim vult nomen Eſſenorum à vita honeſtate. Illi ipſi & ſicarij dicti, eo quod eſſent zelotæ. Ne igitur doleamus quod ſectæ ſint, & Pſeudo-Chriſti: etiam Chriſto inſidiari voluerunt ante hoc, & poſt hoc vt veritatem adumbrẽt: ſed illa magis fulget manifeſtaque eſt vbiquè. Hoc & ſub Prophetis fuit; fuerunt Pſeudo-prophetæ, & ex comparatione magis claruerunt. Etenim morbus ſanitatem* 13. Vanis diuinationibus dediti.

Digitized by Google

ſanitatem manifeſtam facit, & tenebræ lucem, & tempeſtas tranquillitatem. Exiſtimauit proindè Chryſoſtomus Eſſenos ſectarios, & hæreticos fuiſſe Hebræorum, non minus quam Saducæos & hos ipſos ſicarios illos fuiſſe, de quibus in Actibus Apoſt. cap. 2. agitur. At ſicarij quales? Audi Horatium 1. ſerm. Satyr. 4.

Si quis erat dignus deſcribi, quod malus aut fur;
Quod mœcus foret; aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus: multa eum libertate notabant.

& Cicero pro Roſc. *Vetus ſicarius homo audax; & ſæpe in cæde verſatus.* Aliquantulum meliores eos reddere conatus eſt Philo, ſed qui fucati nihilominus non alios fuiſſe appareat rectè inſpicientibus. Quod vt liqueat reddam ego ipſiſſima ipſius verba quibus eorum inſtituta complexus eſt, lib. *Quod omnis probus ſit liber.*

Eſſenorum veterum mores ex Philone. (ipſe Eſſæos vocat)

13. Eorum mores ex Philone.

1 *Apud Perſas magni naturæ ſcrutatores; præ veritatis cognoſcendæ ſtudio per otium diuinas virtutes contemplantur clarius, & alios eiſdem initiant myſteriis. Apud Indos Gymnoſophiſtæ, qui cum naturali moralem coniungunt Philoſophiam. Nec Palæſtinæ Syriaque deeſt hoc genus hominum virtutem ſectantium, cuius regionis non paruam partem populoſa Iudæorum gens incolit. In his quidam nominantur Eſſæi circiter quatuor millia à ſanctitate dicti, qui ſumma religione Deo ſeruiunt.*

2. *Non mactando victimas, ſed ſuaſmet-ipſorum mentes componendo ad ſanctimoniam.*

3 *Hi vicatim habitant; vrbes fugiunt propter familiaria ciuibus eorum vitia, gnari non minus periculi eſſe ab eorum conuictu, quam ab aëris intemperie peſtifera propter contagium incurabile.*

4 *Viuuntque partim ex agricultura, partim ex opificiis in pace florentibus.*

5 *Benefici erga ſuos, & proximos.*

6. *Nullam condentes pecuniam, nec parantes ampli redditus latifundia, ſed quotidianis neceſſitatibus quærentes remedium. Nam penè ſoli hominum degunt ſine prædiis, ſine pecuniis, & propter vitæ inſtitutum diuites habentur, magis quam ob rerum copiam: frugalitatem non vana exiſtimatione ducentes eſſe quæſtum maximum.*

7. *Tela, iacula, gladios, galeas, thoraces, ſcuta, nemo apud eos fabricat, ſicut nec arma cætera, nec machinas, aut aliud quidpiam bello vtile.*

8. *Imò nec ea quidem ſtudia reperias ibi, quibus in pace facile abutuntur homines, negotiatores, inſtitores, naucleros, ne in ſomnis quidem viderunt, ſubſtrahendo materiam auaritiæ.*

9. *Nemo ex illis ſeruit; omnes liberi miniſtrant ſibi inuicem; dominationem damnant vt iniuſtam, atque impiam, repugnantem iuri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit, educauitque tanquàm mater germanos fratres reuera, non ſolo nomine: eam cognationem labefactatam conuulſamque inſidiis auaritiæ, huius opera inductam, pro familiaritate abalienationem animi, & odium pro beneuolentia.*

10. *Philoſophiæ partem ratiocinatoriam; vt parandæ virtuti non neceſſariam, relinquunt verborum captatoribus: eam vero quæ naturam ſcrutatur, diſputatoribus, vt humano captu ſublimiorem, niſi quatenus de creatore mundi, & eius creatione diſſerit. In ſola morali ſe exercent ſub pædotribis legibus patriis, quas non poteſt concipere humanus animus abſque afflatu numinis.*

11. *Has ediſcunt & alio tempore, ſed præcipuè recurrente die ſeptimo; quem ſacratum exiſtimant, ferianturque tunc ab omnibus negotiis.*

12. *Quoties ſacras ædes, quas ſynagogas tunc vocant, adeunt, pro ætatis ordine iuniores ad ſeniorum pedes ſedent, & ad audiendum ſe componunt. Ibi alius libro prælegit; alius quiſpiam vnus è peritioribus accedens, quæ abſcura ſunt, explicat: nam pleraque per figuras more veterum Philoſophorum in eis ſunt tradita. Diſcunt autem ſanctitatem, iuſtitiam, curam rei vel domeſticæ vel publicæ; verorum bonorum, malorumque ſcientiam, atque rerum indifferentium, inſuper quid expetendum, quid contra fugiendum: Quæ triplici regula examinant; amore Dei, virtutis, & hominum.*

13. *Pietatis erga Deum argumenta præſeferunt plurima caſtitatem in tota vita perpetuam: à iureiurando mendatioque abſtinentiam; & quod ad Deum auctorem bona omnia, malum vero nullum referunt.*

14. *Virtutémque ſibi eſſe cordi ſatis declarant, dum pecunias, honores, voluptateſque contemnunt fortiter; viuuntque continenter in laboribus complexi frugalitatem, ſimplicitatem, facilitatem, modeſtiam, legum reuerentiam, & id genus cætera.*

15. *Charitatem porrò eorum erga homines indicant beneuolentia, mira dictu æquabilitas, & omnium rerum ſocietas: de qua non intempeſtiuum fuerit nunc paucis dicere.*

16. *Patent eorum ſodalitia hominibus etiam aduenis idem inſtitutum ſeruantibus.*

17. *Vnum eſt promptuarium, vnde veſtitus, & menſa communis ſumitur; nam contubernium victuſque ac menſæ ſocietas apud alios laudatur magis, quam recipitur, nec mirum.*

18. *Quidquid enim lucrantur è quotidianis operæ mercedibus, non ſibi quiſque ſeruat, ſed in medium conferendo, cuicunque volenti fruendi poteſtatem faciunt.*

19. *Tum ſiqui valetudinarij nequeunt victum quærere, non negliguntur, paratum habentes è publico infirmitatis ſubſidium; quam ſecurè ſuſtentant ex communi copia.*

20. *Senioribus iuniores debitam curam, honorem, reuerentiam exhibent, tanquàm germani filij labentem eorum ætatem fulcientes modis omnibus, tàm conſiliis; quàm miniſteriis.*

Concluſio. *Tales virtutis athletas reddit Philoſophia, abſque omnibus curioſis; & ambitioſis Græcorum vocabulis, exercens eos in laude dignis actionibus: quibus certa perpetuaque libertas conſtabilitur. Id compertum eſt in multis, & variis temporum difficultatibus &c.* Quibus coniungit Philo perpetuæ Eſſæorum libertatis probationem verbis à nobis ſuperius adductis.

Specioſo ſanè paludamento turpis, ac barbara diſciplina contegitur, ſed haud erit difficile detractâ perſona turpitudinem reuelare. Et hos quidem Philonianos Eſſæos non alios quam Eſſenos Ioſephi fuiſſe, & prouincia quæ eos alebat, id eſt Paleſtina; vbi etiam eos Plinius, & Solinus cognouerunt; & numerus illorum ad 4000. aſcendentium, quem Ioſephus quoque affixit, & ex agricultura vtrobique victus parandi ratio, & cæterorum identitas (vt ſic dicam) dogmatum manifeſtiſſimum faciunt. Verum præcipuas eorum hæreſes, erroreſque in fide & moribus, quantúmcumque fucatam diſciplinam edere ſtuduit, minimè prætermiſit. Nimirum num. 2. legis Moſaycæ præcepta de mactandis ſæpius victimis neglexerunt:

14. Eſſæos ab Eſſenis nomine diuerſos.

Errorum vtrorumque identitas.

quod dogmaticè præſtare, contra fidem erat. Sed ei conſonum eſt, quod Ioſephus retulit n.7.de ſupercilio ſubtrahentium ſe à conſortio ſacrificantis populi : ex quo tandem ad eam inſaniam deuenere, vt nullas mactarent victimas, quod egregiâ ſanctitudine præditi nequaquam eis indigere arbitrarentur. Expreſſius n.9. craſſum errorem appoſuit condemnantium humanam dominationem,velut iniuſtam,impiam, & repugnantem iuri naturæ; quē expreſſius ad calcem velut acerbiſſimis multorum necibus defenſum commendat: & ſupra in Ioſepho retudimus , inſtituto 5. & 10. Quod item num.13.aſſerantur æque iuſiurandum, ac mendacium recuſaſſe proculdubio vt illicitum, hæreticum eſt, cum ſolum lex prohibeat aſſumere nomen Dei in vanum,& plerumque teneamur ipſum in veritatis teſtem adducere : vti luculenter tractant Auguſtinus lib. de mendacio cap.15. Hieronymus ad illa verba Domini Matth.5. *Ego dico vobis non iurare &c.* & D.Thomas.2 2. q.89. artic.2. probat ex illo Deuter.6. *Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis :* & artic.4. docet eſſe actum latriæ, cum emittitur *in veritate, iudicio, & iuſtitia.* Vt prodit Ieremias cap.4.Eſſeni autem ſicut Phariſæi potius mori, quam iurare ſibi perſuaſum habebant, teſte Ioſepho lib.15. Antiq.cap.13. Quam prauè autem (quod in eodem num.13.continetur) interpretarentur omnia bona in Deum referenda, diximus ad 3.Ioſephi inſtitutum.

15. Præcipuus Eſſenorum error.

Quod Eſſenorum tandem extremam barbariem ſeu dementiam manifeſtam reddit, illud eſt quod num.18.Philo innuit, & ex 9. deducitur, videlicet ità ipſos gregatim deguiſſe, vt more pecudum abſque vllo eſſent capite , qui tyrones inſtrueret, prouectos regeret, cuius etiam arbitratu, opes quæ in communi poſitæ erant , prout cuique opus erat diſtribuerentur. Non ita fiebat, ſed Acephali cum eſſentquod Phil o vocat,fuiſſe miræ dictu æquabilitatis , & ea quæ è quotidianis operæ mercedibus lucrabantur in medium conferrent , *cuique volenti fruendi poteſtatem faciebant:* non ait, cuique indigenti ad maioris arbitrium, quoniam ſolum Deum ſuper ſe maiorem agnoſcebant,*ſed cuique volenti*, quod ineuitabilem neceſſario pareret confuſionem. Iam verò vel hinc lector diſces qualis Eſſenorum Hebræorum fuerit religio,vbi nullus ordo fulgebat , quæ eorum virtutes , quas edocebat nullus, à ſuperiore capiebat nemo. Quanta charitas, quæ ad ſuos duntaxat extendebatur, vt num.5. & 15. exprimitur ? qualis caſtitas à barbaris ſeruari potuit? Vt proculdubio infæliciores Pythagoricis extiterint , & reliquis Philoſophorum cœtibus, qui magiſtros , & doctores ſectæ, & morum ſuorum amplectebantur. Indigni proindè qui Perſarum magis , aut Indorum Gymnoſophiſtis comparentur à Philone, aut Pythagoricis à Ioſepho. Quod ſi tandem quales hi fuerint,larua detracta ſcire cupis, audi Egeſippum temporibus Apoſtolorum vicinum , quem Nicephorus refert lib.4.cap.7. dicens : *Scribit vero Egeſippus de Iudaeorum hæreſibus dicens fuerunt autem variæ quoque in circunciſione inter filios Iſrael aduerſus tribum Iuda , & Chriſtum ipſum ſententia, & ſecta,videlicet Eſſæorum , Galilæorum Hemerobaptiſtarum , Saducæorum , Phariſæorum &c.* Eadem habet Euſebius lib 4.hiſt.cap.21.Præcipuè vero audi Epiphanium, & Damaſcenum , qui eiſdem prorſus verbis ſectam, & mores Eſſenorum viuis coloribus depingunt, duoque illorum nobis genera proponunt ; quod quidam Samaritæ fuerint,quidam Iudæi ; *Eſſenos* illos,hos vero *Oſſenos* vocitantes.

Eſſenorum Samaritanorum mores, ex Epiphanio.

Epiphanius lib. 1. hæreſi 10.

1. *In quatuor hæreſes Samaritæ ſecti ſunt, verùm æqualiter inter ſe ſentiunt de circunciſione, & Sabbato,& de aliis quæ ſunt in lege. In exigua , & omnino aliqua re hæ præcipua tres ſectæ inter ſe diſſentiunt, exceptis ſolis Doſithæis. Permanſerunt enim Eſſeni in prima inſtitutione.* (Samaritanorum videlicet quorum ſectæ erant) *nulla extenſione facta. Poſt hos Gorthani diſſenſerunt paululum ab aliis,quoniam contradictio quædam in medio eorum exorta eſt inter Sebuæos & Eſſenos, ac Gorthenos.* 16. Samaritanorum mores.

Ibidem hæreſi 11.

2. *Sebuæi ira & indignatione in Iudæos tranſpoſuerunt tempora feſtiuitatum. A menſe Auguſto anni principium ducunt , & ſtatim Azima perficiunt,in autumno verò Pentecoſtem faciunt , Scenopegiam autem tunc celebrant , cum Iudæi Azima & Paſcha.* & ibidem hæreſi. 12. *Verùm Eſſeni quidem vicini ipſis eadem quæ illi faciunt. Gortheni autem,& Doſithei cum Iudæis celebrant.*

Ibidem hæreſ.9.

3. *Samaritæ* (quorum Eſſeni ſecta vna ſunt) *errarunt , & non clarè totam fidei partem , & vitæ noſtræ ſinceritatem comprehendunt. Et mortuorum quidem reſurrectionem ignorant , ac non credunt: Spiritum autem Sanctum non admittunt , nam & ipſum ignorant.*

4. *Et hæc eſt hæreſis reprobans quidem mortuorum reſurrectionem, depellens autem idololatriam , in ipſa verò per ignorantiam ſimulacra colens reperitur, propterea quod abſcondita ſunt ſimulacra quatuor gentium in monte apud Garizin per calumniam vocato.* Quod quonam modo verum ſit, latius ipſe declarat.

5. *Cæterum de Prophetis , quoniam prius dati erant ipſis quinque libri Moyſis , non amplius iuxta alias ſcripturas proceſſerunt, ſed ſolum iuxtà quinque libros Moyſis, & non iuxtà reliquos deinceps ſequentes. Et ſi quis etiam nunc ipſis dicat de aliis , de Dauid videlicet , & Iſaia & ſequentibus,non ſuſcipiunt, ſed immorantur traditioni,à propriis ipſorum panibus inuectæ.*

6. *Habent autem , & alias quaſdam dementiæ conſuetudines antiquas , quod videlicet vrina ſe proluunt vbi ab externis venerint , polluti nimirum ; & quod in aquam ſe vnà cum veſtibus immergunt vbi contigerint alium ex alia gente ; inquinationem enim putant aliquem hominem alterius dogmatis tangere; multa eſt enim horum dementia.*

Hæc de Eſſenis Samaritis Epiphanius , cum vero Samaritæ , teſte Samaritide Euangelica non commiſceantur neque conuerſentur cum Iudæis, Eſſeni Iudæi , quorum plane Plinius , & Solinus meminerunt, non eadem ſeruaſſe inſtituta certum eſto. Hos Epiphanius *Oſſæos* nuncupatos dicit: forſitam poſtquam ſuccedente tempore in nouam hæreſim *Elxai* prolapſi ſunt,vt modo exponit.

Oſſenorum mores Iudæorum,ex Epiphanio.

Epiphanius heref. 19.

1. *Poſt hanc Nazaræorum rurſus alia quædam hæreſis eſt ipſis implicata , & Oſſenorum appellata.* 17. Oſſenorum mores.

Iudæi autem ſunt hi, velut etiam prædicti, moribus hypocritæ, mentis induſtria verſuti.

2. *Originem verò ducunt velut traditio ad nos delata habet, à Nabatica regione, & Iturga. Moabitideque, & Areilitide, quæ eſt vltra vallem falſam, ſeu mare mortuum.*

3. *Hoc autem Oſſenorum genus ſi quis interpretetur, fortè genus appellatur.* In ſummario vero lib. 1. ait: *Oſſani, quos impudentiſſimos interpreteris,* quaſi dicat obduratæ ſpontis. *Hi omnia ſecundum legem perficiebant; vtebantur autem & ſcripturis aliis poſt legem, pleroſque verò ex poſterioribus Prophetis reiiciebant.*

Idem hæreſ. 18.

4. Quod ſi cum Nazaræis ſentiebant, hæc quoque dogmata obſeruaſſe certum ſit. *Omnia quidem Iudæorum ſeruant, cum ſint Iudæi, victimas autem non mactabant.* (In his Ioſepho, & Philoni conſentit) *neque animatis fruebantur, ſed nefas erat apud ipſos carnibus veſci, aut ab ipſis ſacrificari.*

Hæreſi 19.

5. *Hæc autem hæreſis Oſſenorum detegit quidem Iudæorum politiam ſecundum Sabbati celebrationem, & circunciſionem, ſolum autem reprobat libros ſimiliter vt Nazaræi:* Quonam modo? Hæreſi 13. inquit. *Patres quidem ſuſcipiebant quæ in quinque libris Moyſis habentur; duo autem Adam, & Sech-Abraham &c. vſque ad Moyſem; ipſos autem quinque libros Moyſis non aſſumebant; ſed confitebantur quidem Moyſem, & quod legem accepiſſent, non autem hanc inquiebant, ſed aliam. Dicebant enim fictos eſſe hos libros, & nihil horum à Patribus factum eſſe:* Et tamen poſt legem aliquot Prophetas recipiebant.

Hæreſi 19.

6. *Coniunctus eſt autem his poſtea Elxai appellatus in temporibus Traiani Regis qui fuit Pſeudo propheta.* Sub quo ſtudium antiquæ continentiæ ad hanc tranſiit legem doctore Elxai. *Aduerſatur autem virginitati, & odio habet continentiam, & cogit ad nuptias.*

Idem hæreſi 20.

7. *Item Oſſenorum reliquiæ non amplius Iudaizantes, ſed Sampſitis coniunctæ per ſucceſſionem, vltra mortuum mare habitantibus; nunc vero Ebionæorum hæreſi coniunctæ ſunt. Et contigit quidem ipſos deſinere Iudaiſmum, verùm velut radicem, aut corpus reptilis beſtiæ diſſecari, & ex ipſo naſci bicipitem, ac radice carentem ſerpentem in vno corpore ſemiſecto enatum ac dependentem.* Nimirum deſinens Iudaiſmum innata eſt eiuſmodi ſecta, quidam Sampſitis, ſeu Elxaitis, quidam Ebionitis coniuncti ſunt.

8. Rurſus de vtroque Eſſænorum genere, & ſine hæc ait. *Eſſani non ita valde apparent* (ſcilicet Samaritæ) *ſed velut in tenebris defoſſi ſunt, ac conſepulti. Oſſeni tranſierunt à Iudaiſmo ad Sampſienſium hæreſim, & non amplius neq; Iudæi ſunt, neque Chriſtiani.* Errat ergo qui putat eos ad Chriſtianos tranſiiſſe; de quo ſuo loco incidet ſermo.

18. Satis ſuperque Eſſænorum putidos mores euoluimus. Verùm ad calcem rogabit quis: Quinam ergo illi ſunt, quos Philo conſequenti libro miris effert laudibus, & velut oculatus teſtis exercitiorum Alexandriæ, & in Ægypto degentium multa commendatione digna ſcribit? Prorſus longè alterius virtutis, & doctrinæ homines fuiſſe ſanctorum Patrum concors ſententia eſt; id eſt præſtantiſſimæ vitæ Monachos diſciplinam Chriſtianam ſectantes; ſiue eos homo Iudæus in gratiam ſuorum Eſſæos pariter nuncupârit, vt multi autumant cum Hieronymo, & Chryſoſtomo; ſiue non Eſſæos, ſed Ieſſæos dixerit, quod Epiphanius contendit hæreſ. 29. ſic à IESV ſeruatore noſtro vocitatos, vt aliquandiu cæteros quoque nouimus Chriſtianos, inquiens. *Reperies, ô ſtudioſe, etiam hoc argumentum in commentariis Philonis in libro de Ieſſæis ab illo inſcripto. Fuerunt enim hæc omnia à viro peracta ad tractationem argumenti de fide ac conuerſatione Chriſtianorum; tunc igitur vocabantur Ieſſæi, per modicum tempus poſt aſſumptionem ſaluatoris, & Marco in Ægyptiorum regione Euangelium prædicante.*

Quinam Eſſeni à Philone laudati.

Ieſſæorum religio qualis.

19. Sanè ſi Philonis ſerio, & vt oportet, euoluamus ſcripta, duo procul omni dubio erunt; alterum eſt ipſum manifeſtiſſimis verbis hos ab illis omnimodis ſequeſtraſſe, ita vt nec viuendi ſcopo, nec moribus, nec prouinciis, quas vtrique incolebant, conueniſſe doceat; alterum proprio, & vero nomine nequaquam Eſſæos ſicut veteres, ſed *Therapeutes* fuiſſe nuncupatos; quod haud ſcio quonam pacto alij non viderint. Breuiter enodemus ſingula. Cum Philo de Eſſæis Hebræis latè egiſſet libro ſuperiori: *quod omnis probus ſit liber*, & hoc confirmaſſet Eſſæorum exemplo, quos dixerat eius libertatis ab omni dominatione aſſertores fuiſſe potiſſimos, ſcripſiſſetque eorum inſtituta, quæ ſuperius ex ea recenſuimus, & ità libro finem impoſuiſſet, exorditur nouum ſub titulo *de vita contemplatiua*, his verbis: *Poſtquam de Eſſæis diſſeruimus qui vitam actiuam exercent, omnibus, aut (quod minus inuidioſum dictu eſt) pleriſque facilius, ordo poſtulat, vt deinceps dicamus quæ dicenda ſunt de contemplationi deditis, nihil affingendo vel ornandæ gratia, ſicut poetæ, ſcriptoreſque ſolent deſtituti vera honeſtaque materia, ſed ſimpliciſſimè veritatem ſectando, quam vix vlla eloquentia poteſt aſſequi.* Ergò de vitam exercentibus actiuam ſuperiori dixerat libro: ſequenti verò de contemplatiuam profitentibus dicturum ſe promittit. Contemplatiuos autem ab actiuis differre valde, quis non videat? At hos quoque *Eſſæos* videtur vocitaſſe? Nequaquam, *ſed Dei cultores contemplationi deditos.* Ne tamen hæreamus vocibus, & coniecturis detur locus, duabus duntaxat lineis interpoſitis, ità ſe explicat. *Inſtitutum autem huius Philoſophiæ mox apparet ex ipſis appellationibus. Vocantur enim Therapeutæ, Therapeutrideſque, hoc eſt, curatores, & curatrices, ſiue cultores, & cultrices, vero nomine.* Non igitur vero nomine *Eſſæi*, vt priores vitæ actiuæ, qui nimirum agriculturæ erant addicti, ſed *Therapeutæ* viri, fœminæ vero ſanctimoniales *Therapeutrides* vocabantur &c. Ex ipſis appellationibus mox inſtitutum illorum apparere contendit. Vnde ad calcem libri de quibus egerit prodit; vbi de Eſſæis mentio nulla, ſed de contemplatiuis Therapeutis inquit: *Hactenus de Therapeutis natura contemplatoribus, & huic tantum ſtudio, curandæque animæ per totam vitam deditis, cœli & mundi ciuibus, Patri, Conditorique rerum propter ſuam virtutem commendatiſſimis &c.* Quæ ſanè, cum de eorum moribus agamus, liquidius conſtabunt; nam eorum domos non *Synagogas*, vt Eſſæorum ſed *Monaſteria*: non acephalos, vt illi, ſed ſub Præfectis vixiſſe multis erroribus reſperſos, aut prauis inquinatos moribus, quod illos nota iniquitatis vrebat, ſed omni virtute, & iuſtitia florentes, & veræ Eccleſiaſticæ Religioſorum vitæ deditos, multis refert, eſſetque de quibus plura lib. 2. toto capite 12.

Eſſænos & Therapeutides perperã confundi.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

De Phariſæis, Scribis, Nazaræis, & Nathinæis.

1. Phariſæorũ origo.

DE Phariſæorum exordio tres apud ſcriptores ſentiendi modos reperio. Epiphanius contra Martionem diſputans hæreſi 42. ante captiuitatem Babylonicam ſectam ab Achiba præceptore exortam contendit, inquiens. *Vnde non redargueris Marcion? ſi enim dixeris* (ſeu legeris in Euangelio) *continetis traditiones ſeniorum veſtrorum, & præteritis miſericordiam, & iudicium Dei? diſce à quo tempore eos accuſat (Phariſæos) quod hoc faciunt. Quando verò traditio, & inuentio ſeniorum ipſos contigit? Nimirùm Dauidis quidem poſt reditum ex Babylone. Aciba verò etiam ante captiuitatem Babylonicam facta eſt: filiorum autem Iſamonæi, temporibus Alexandri, & Antiochi, ante aduentum Chriſti* 190. *annis.* Hieronymus verò lib. 3. in Iſaiam ad cap 8. verba illa, *Erit in lapidem offenſionis, & petram ſcandali duabus domibus Iſrael:* prope Chriſti natiuitatem cæpiſſe docet, his: *Duas domus Nazaræi duas familias interpretantur, Sammai, & Hillel, ex quibus orti ſunt Scribæ, & Phariſæi, quorum ſuſcepit ſcholam Achibas, quem magiſtrum Aquilæ Proſelyti autumant; & poſt eum Meir, cui ſucceſſit Ioanam filius Zachai; & poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphon; & rurſus Ioſeph Galilæus, & vſque ad captiuitatem Ieruſalem Ioſue.* Quo tempore exorti. *Sammai igitur, & Hillel non multo prius quam Dominus naſceretur orti ſunt in Iudæa, quorum prior diſſipator interpretatur, ſequens prophanus, eo quod per traditiones, & δευτερώσεις ſuas, legis præcepta diſſipauerint, atque maculauerint.* Verùm apud Ioſephum, qui eius ſectæ erat, prima eorum notitia ſicut Eſſenorum, & Saducæorum ad Machabæorum tempora ponitur, vt videre eſt lib. 13. Antiq. cap. 8. Huic Ioachimus Abbas ſubſcripſiſſe videtur, dum Phariſæos ſub Achim cæpiſſe ſcribit, qui ſextus ante Ioſeph Virginis Matris ſponſum, Matthæo teſte cap. 1. vixit: videlicet plus minuſvè 180. anno Domini exortum; Nec diſſentit omninò Hieronymus; nam cum ab Hillel principe Phariſæorum, ad Hieroſolymorum per Titum, & Veſpaſianum deſtructionem octo viri ſcholam regendam ſuſceperint, ſi (quod minimum videtur) cuilibet 20. aut 25. magiſterij annos conſignamus, quod tota durauerit vita, ad 200. annos aſcendemus. Cum verò deſtructio vrbis 72. Domini (iuxtà Baronij calculum) contigerit, fit vt Nazaræorum familiæ à Hieronymo recenſitæ, exortæ fuerint 130. ante natum Dominum annum. Maximè cum ad eo ſyllabo abſit Nathanael, ad cuius pedes Saulus ſe Phariſæorum dogmata didiciſſe fatetur Act. 22 qui quidem cap. 5. dicitur Phariſæus legis doctor venerabilis vniuerſæ plebi, & facilè ſit abeſſe alios. Et in hunc ſenſum trahendum quod ipſe refert. *Non multò prius quam Dominus naſceretur orti ſunt.*

2. Quo pacto Phariſæi Scribis priores fuerint.

Illud omnimodis reiiciendum, Achibam Hillelis ſucceſſorem magiſtrum fuiſſe Aquilæ Pontici, cum certum ſit hunc multò poſt vixiſſe, vtpotè A cap. 137. ab Hadriano Principe nouæ Eccleſiæ ex ruinis Ieroſolymorum extruendæ præfectum, vt prodit fuiſſe Epiphanius lib. de menſuris, & ponderibus. Facit ad rem quod lib. 1. Machabæorũ congregationis Scribarum mentio fiat, illis verbis: *Et conuenerunt ad Alcimum, & Bachidem congregatio Scribarum requirere quæ iuſta ſunt.* Fatentur verò omnes Scribas Phariſæis æquales ætate fuiſſe, & quodammodò eiuſdem ſectæ. Enim verò quamquàm Scribarum munus longè antea fuiſſet in vſu (ſonat enim *Scriba* legis expoſitorem) redacti autem in congregationem tunc primum Phariſæi videntur emerſiſſe: Rechabitis duntaxat exceptis, qui 1. Paralip. 2. nuncupantur *Cognationes Scribarum*, vt ſuperius adnotauimus. Verùm Rechabitæ ex vna omnes ſtirpe orti fuere, & valde à cæteris diuerſi. Demus tam eorum inſtituta ex Ioſepho, & Epiphanio petita.

Phariſæorum inſtituta ex Ioſepho.

Ioſephus. lib. 1. Antiquit. c. 2.

1. *Phariſæi quotidianam conuerſationem exiguam habent, & prorſus obiectam, nihil mollitudini, aut delicatudini penitus indulgentes; ſed quæcunque iudicio rationis oportere comperta ſunt, illa ſequuntur.* 3. Eorum mores.

2. *Præpoſitis nullo modo reluctantur.*

3. *Maiores natu competenti honore venerantur, ita vt nec contrarium quiddam alicui aliquandò reſpondeant.*

4. *Fato geri omnia credunt: ſed nequè liberum arbitrium hominis auferunt.*

5. *Iudicium Dei futurum eſſe ſentiunt, illic cunctos homines propria merita recepturos, tam eos quidem qui ſecundum virtutem vixerint, quam illos qui nequitia deprauati ſunt.*

6. *Animas autem immortales dicunt.*

7. *Sed etiam in inferno congrua vnicuique habitacula pro merito vel virtutis, vel iniquitatis attribui, ſicut vnicuique viuenti gerebatur ſtudium, & alias quidem animas æternis retrudi carceribus, alias autem facultatem reuiuiſcendi percipere. Et ob hæc populis quidem ſunt acceptabiles, credibileſque.*

8. *Quantumcunque item ad culturam Diuinitatis pertinet, orationum celebrationes, templorum conſtructiones, expoſitionibus facienda eſſe prædicant. Nam tantum virtutibus eorum prælatum eſt teſtimonium, vt ad eos plurimæ ciuitates, & maxima multitudo cum ſtudio grandi confluerent opinione adducti, quæ meliores cæteris exiſtimantur.*

Duplicem in his minime tolerabilem errorem Phariſæos profiteri ſolitos, palam eſt: nimirum in 4. 4. & 7. de fato, & de Pythagorica tranſanimatione, quam vocat Ioſephus *facultatem reminiſcendi*, cuius ſane ſpecimen ediderunt, cum de Ioanne dicebant eſſe Eliam, & Ieſum Dominum eſſe aut Eliam, aut Ieremiam, aut vnum ex Prophetis, aut tandem Ioannem iam occiſum in carcere. Nec fatum excludit quod ſubiungit, *ſed neque liberum arbitrium hominis auferunt*: quoniam hæc duo prorſus ſibi inuicem contrariantur, & altero alterum deſtruitur, quemadmodum & poſitione fati iudicium nequiter de geſtis hominum futurum eſſet à Deo quod tamen num. 5. adſtruitur: namquè (vt doctè arguit Epiphanius) *ex duobus neceſſarium eſt alterum, aut fatum eſſe, aut non eſſe iudicium, propterea quod qui facit, non à ſe ipſo facit, ſed ſecundum neceſſitatem dominij ipſius facit: aut ſi iudicium eſt, & reuera minæ nobis intentatæ ſunt, & leges iudicant, & qui malum fecerunt pœnam dant, & legem iuſtam eſſe confitemur, ocioſum eſſe fatum & penitus nullam conſtitutionem habere.* Sic prorſus ſi Eorum errores.

liberum

Digitized by Google

liberum non læditur arbitrium, otioſum fatum eſſe neceſſe eſt. Vt ommittam Ioſephum non ſibi conſtantem li. 13. cap. 8. quibuſdam in rebus concedere fatum apud Phariſæos, quibuſdam minime; quo innuit, nonnunquam lædi libertatem arbitrij, nonnunquam illæſam deficiente fato manere. Sed libet de moribus eorum vberius Epiphanium recenſentem audire.

Phariſæorum mores ex Epiphanio.

5. Alia eorum inſtituta. Epiphanius lib. 1. hæreſi 16.

1. *Phariſæi eadem cum ſcribis ſentiebant; & alia etiam præter hos; ac maiores politias habebant.*

2. *Quidam ipſorum cum ſe exercebant præſcribebant decennium, aut octennium, aut quadriennium virginitatis, ſiue continentiæ.*

3. *Et frequentius orantes, certamen hoc crebrius aggrediebantur, ne videlicet corporale quid ipſis accideret, aut clandeſtinè per ſomnia triſti corpori defluxio contingeret.*

4. *Et alij ex ipſis aſſeres ſibi ipſis parabant dodrantis tantum latitudine; & in has ſe ad veſperam collocabant, vt ſiquis dormiſſet, in pauimentum decideret, & rurſus exerceretur ad orationem, per hoc quod vigilantem vitam haberet, quantum eius fieri poſſet.*

5. *Alij lapillos ex aquis collectos ſibi ipſis ſubſternebant, vt dum his pungerentur, non in profundum ſomnum deferrentur, ſed vigilantiam ſibi ipſis parare cogerentur.*

6. *Alij ſpinas pro ſtrato habebant, ob eandem cauſam.*

7. *Ieiunabant autem bis in Sabbato ſecunda; & quinta die.*

8. *Decimabant decimationes dabant primitias trigeſimas, & quinquageſimas.*

9. *Sacrificia, & vota exactiſſimè exoluebant.*

10. *In Scribarum habitu progrediebantur: per amicula, & alios ornatus, ac muliebria pallia, in latis crepidis & calceamentorum ligulis procedentes.*

11. *Dicebantur autem Phariſæi, pro eo quod ſeparati eſſent ab aliis, propter ſpontanea & ſuperfluam religionem apud ipſos receptam: Phares enim Hebraica lingua ſeparationem ſignificat.*

12. *Confitebantur autem hi reſurrectionem; credebant Angelos & ſpiritum.*

13. *Ignorauerunt autem Filium Dei, velut etiã alij.*

14. *Sed & fatum, & Aſtronomia apud ipſos valde erat in vſu; ſtatim itaque Græca nomina ex erronea Aſtronomia in Hebraica lingua aliis nominibus, apud ipſos transnominata ſunt: velut Sol, Ema, caſemes, Luna, lereeè; albana, Mars Choreb Baal &c.*

Porro ſcribarum obſeruantias, quas Phariſæi quoque cuſtodiebant, ex eodem Epiphanio ſubiungemus.

Scribarum inſtituta ex Epiphanio.

6. Scribarum mores. Epiphanius hæreſ. 15.

1. *Scribæ ſanè expoſitores legis fuerunt, velut Grammaticam quandam ſcientiam exponentes.*

2. *Reliqua quidem velut Iudæi facientes, verùm ſuperfluam quandam ſophiſticam expoſitionem inducentes: non ſolum ſecundum legem viuentes, ſed etiam abundantius, vrceorum demerſiones, ac purificationes ſeruantes, poculorum item, ac patinarum, & aliorum miniſterij vaſorum; tanquam videlicet ad ſinceritatem & ſanctitatem diſpoſiti. Crebro manus lauantes, crebro item purificationes quaſdam per aquas, & lauacbra detergentes.*

3. *Habebant autem fimbrias quaſdam ſignificatiuas politiæ ipſorum quoniam ſtolas, ſeu pallia tales induebant, & dalmaticas, ſeu amicula, ex latis notis, ſeu ſignis purpura paratas, ac prætextas. Dicit enim Dominus; dilatatis phylacteria, & fimbrias palliorum veſtrorum magnificatis. Nam fimbrias, ac prætextis quoſdam in quatuor alis amiculi vnuſquiſque habebat ex ipſo ſtamine illigatos; quo tempore continenter agebant, aut virginitatem exercebant.*

4. *Singuli eorum determinatum caſtitatis, aut continentiæ tempus habebant. Et hæc* (philacteria) *ipſorum exemplaria erant, ad declarandum hominibus ſuam profeſſionem, vt nemo ſcilicet contingeret ſanctificatos.*

5. *Expoſitiones, ſeu repetitiones apud ipſos quatuor erant, vna in nomen Moyſis Prophetæ: ſecunda in præceptorem ipſorum Achibam appellatum; tertia in Anna, qui & Iudas, quarta in filios Aſſamonæi. Ex his quatuor expoſitionibus ſunt quæ apud ipſos receptæ ſapientiæ opinione.* Hæc ille.

De his fere mentio ſolemnis eſt in Euangelio voto 4. numero, vbi de caſtitate, excepto. 7. Eorum mores in Euangelio relatæ;
De magiſterio legis apud Matth. 23. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi.* De lauacris Marc. 7. *Phariſæi enim, & omnes Iudæi niſi crebro lauerint manus; non manducant; & à foro niſi baptizentur non comedunt: & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſma calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.* De fimbriis Matth. 23. *Dilatant phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.* Denique de traditionibus ſuis Matth. 15. *Quare diſcipuli tui transgrediuntur traditiones ſeniorum?* Vbi, & Marc. 7. multa de eis, & Paul. ad Galat. 1. cum eſſet olim Phariſæus, abundantius ſe æmulatorem fuiſſe fatetur, ſupra multos coætaneos ſuos paternarum ſuarum traditionum.

Illud nihilominus mihi vehementer probatur, ſcribarum, & Phariſæorum congrega- 8.
tiones, quantumcunque decurſu temporis (quod Phariſæi, recti & iuſti amatores.
pleriſque rebus humanis accidit) erroribus, & ſuperfluitatibus fuerint implicatæ, in exordio tamen ſuo probæ, ac ſanctæ fidei fuiſſe ſectatrices. Adducor verò tum quoniam in libro 1. Machab. cap. 7. egregio encomio commendantur; nam de eis dicitur: *Conuenerunt ad Alcimum, & Bachidem congregatio Scribarum requirere quæ iuſta ſunt, & primi Aſſidæi, qui erant in filiis Iſrael, & exquirebant ab eis pacem:* Vbi Phariſæos pridem Aſſidæos nuncupari ſolitos mihi probabile facit, quod Scribarum ſocij referantur, quemadmodum vbique fuiſſe reperimus; & quod dicentur primi in Iſrael; quod notauit Auguſtin. 9. ſerm. 15. de verbis Apoſtoli, inquiens; *Primarij quidem erant, & quaſi ad nobilitatem Iudaicam ſegregati, non contemptibili plebi commixti, qui dicebantur Phariſæi: nam dicitur hoc verbum quaſi ſegregationem interpretari, quomodo in Latina lingua egregius, quaſi à grege ſeparatus: fuerunt autem Iſraelitæ, id eſt ex genere Iſrael.* Et ſerm. 30. de verbis Domini ſecundum Lucam. *Phariſæi iſti Iudæi erant, quaſi egregij Iudæorum: nobiliores enim, atque doctiores tunc Phariſæi vocabantur.* Vnde & Nicodemus Phariſæus dicitur à Ioanne 3. *Princeps Iudæorum*, & Gamaliel Actorum quinto

Doctor honorabilis vniuerſæ plebi. Qui ergo primi probitate, & nobilitate, ac doctrina primarij erant, & Aſſidæi vocabantur; poſtmodum quod cæremoniis quoque, ac religione à plebe ſeiuncti eſſent, Phariſæi cognominati ſunt. Tum etiam quoniam multi ex ipſis ad martyrij coronam peruenerunt: nam Alcimus (1.Machab.7.) fraudulenter *comprehendit ex eis* 60. *Viros, & occidit eos in vna die ſecundum verbum quod ſcriptum eſt: Carnes ſanctorum tuorum, & ſanguinem ipſorum effuderunt in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret*, & libro 2. cap.6. *Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribarum, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducere. At ille glorioſiſſimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad ſupplicium.* Et cum ab eo ſolum ſimulatio eſus exquireretur; *cogitare cæpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem atque à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundum ſancta, & à Deo condita legis conſtituta, reſpondit cito dicens: Non enim ætati noſtræ dignum eſt fingere; vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum* 90. *annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, ipſi propter meam ſimulationem decipiantur.* Et ita fortiter glorioſam mortem oppetiit. Tum denique quoniam à Paulo eximiè de puritate vitæ laudantur. Actor. 22. cum ait. *Viri fratres, & patres. Ego ſum vir Iudæus, natus Tarſo ciliciæ, nutritus autem in iſta ciuitate ſecus pedes Gamaliel, eruditus iuxta veritatem paternæ legis*, & ad Philipp. 3. *Ego circumciſus octauo die, ex genere Iſrael, de Tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus ſecundum iuſtitiam, quæ ex lege eſt, conuerſatus ſine quærela.* Nuſquam tamen eis ex ſecta errorem obieciſſe liquet, quem ſanè Apoſtolus, ſi eſſet, non ſileret. Et quod valde facit ad rem, nec ipſe Dominus toto Euangelio obieciſſe eis hæreſim in doctrina legis reperitur, quod proculdubio faceret, cum in eos acrius inuectus eſt Matth. 23. Vbi quidem traditiones eorum taxauit, de ſuperfluitate lauacrorum, & perſonarum deprauatos mores, nimirum elationem, iactantiam, hypocriſim, iniuſtitiam, & id genus alia. Solum reperio taxatam eorum dementiam (quoad doctrinam ſpectat) de iuramento per templum friuolo, ſed per aurum templi illicito; ſimiliter, per donum altaris illicito, per altare vero ipſum non vituperando. At de fato, & vana Aſtronomia, quod eis imponitur, nec verbum. Quem potius doctrinam illorum accipiendam à plebe ſalubriter monuiſſe videtur, cum dixit. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: omnia ergo quæcunque vobis dixerint ſeruate, & facite*: quamquam de moribus eorum ſubiecerit, *ſecundum vero opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.* Quare ſupradicti errores ab Epiphanio recenſiti aut non erant omnibus communes, aut poſt Chriſti Crucem in eos incidiſſe, neceſſe eſt vt dicamus. Quibus accedit non leuis priſtinæ puritatis fidei, & morum ſanctitatis illorum coniectura, quod Hieronymo interprete, à Iſaia 8. cap. Scribarum & Phariſæorum congregationes vocantur *duæ domus Iſrael*, quæ in Chriſtum lapidem ſuæ offenſionis inſpecturæ erant: quod planè nomen honoris eſt, & bonorum caſum eò deplorare Propheta videtur: alios non valde curaret de caſu eorum, qui iam reptare viderentur, cæci, & duces cæcorum. Cœperunt igitur feruoris eximij manifeſtis argumentis, de quibus Dominus. *Hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Sed pedetentim non omnino corporis afflictationibus derelictis, in iactantiam, & ſuperbiam ſtupidiſſimè deuoluti, tandem in miſeriarum baratrum prolapſi ſunt, ipſum vitæ autorem crucifigentes & cætera facinora perpetrantes, quibus Euangelia, & Apoſtolorum acta ſunt plena, quo merito ſectæ ipſorum ſimul cum vrbe Hieroſolyma euanuerunt. Caſus.

Quænam fuerit Nazaræorum religio?

NOn eſt animus eorum Nazaræorum meminiſſe, qui Apoſtolorum diſciplinam abiicientes in eam hæreſim deuenerunt, quam abuſiuè à Ieſu Nazaræno nuncupauerunt; qui dum vtriuſque Teſtamenti præceptis ſatisfacere curabant, vtriuſque rei facti ſunt. 9. Nazaræorum mores. Horum eſt Euangelium quod ab eis Nazaræorum vocitatur, quem D. Hieronymus aliquando vt apochryphum allegat, videlicet lib. 4. in Iſay. cap. 11. & in præfatione ad lib. 18. & in Ezech. lib. 4. cap. 16. & lib. 16. ad cap. 18. Refert vero lib. 11. in Matth. ad cap. 12. Euangelium quo vtuntur Nazaræni nuper à ſe in Græcum de Hebræo ſermone tranſlatum. In ipſos vero Nazaræos ſtilum vibrat epiſtol. 89. ad Auguſt. cap. 4. inquiens. *Vſque hodie per totas Orientis Synagogas inter Iudæos hæreſis eſt, quæ dicitur Mineorum, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum filium Dei natum de Virgine Maria, & eum dicunt eſſe qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt, & reſurrexit, in quem & nos credimus: ſed dum volunt, & Iudæi eſſe & Chriſtiani, nec Iudæi ſunt, nec Chriſtiani.* Fuſe & acriter in eos inuehitur Epiphanius libr. Panar. 1. hæreſ. 18. Damaſcenus lib. de hæreſ. Auguſtinus lib de hæreſ. ad Quod vult Deum hæreſ. 9. & alij; ſermo igitur nobis eſt de Nazaræis, quibus Dominus ipſe leges præſcripſit, Numeror. 6. his verbis.

1. *Vir ſiue mulier cum fecerint votum, vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare, à vino, & omni quod inebriare poteſt abſtinebunt.*

2. *Acetum ex vino, & ex alia qualibet potione, & quidquid ex vua exprimitur, non bibent.*

3. *Vuas recentes, ſiccaſque non comedent cunctis diebus quibus ex voto Domino conſecrantur, quidquid ex vinea eſſe poteſt ab vua paſſa, vſque ad acinum non comedent.*

4. *Omni tempore conſecrationis ſuæ nouacula non tranſibit ſuper caput eius, vſque ad completum diem, quo Domino conſecratur. Sanctus erit creſcente Cæſarie capitis eius.*

5. *Omni tempore conſecrationis ſuæ ſuper mortuum non ingredietur, nec ſuper patris quidem, & matris, & fratris, ſororiſque funere contaminabitur, quia conſecratio Dei ſui ſuper caput eius eſt.*

6. *Sin autem mortuus ſubitò fuerit quiſpiam coram eo, polluetur caput conſecrationis eius: quod radet illico eadem die, & rurſum ſeptima; in octaua autem die offeret duos turtures &c. ita tamen vt dies priores irriti fiant.*

7. *Cum dies quos ex voto decreuerat complebuntur, adducetur eum Sacerdos ad oſtium tabernaculi fœderis, & offeret oblationem eius Domino. Tunc radetur Nazaræus ad oſtium tabernaculi.*

Hoc vnum Nazaræorum votum per antono-
maſiam

Digitized by Google

10. *votum Nazaræorum magnum per Antonomaſiam.* maſiam magnum dicebatur, & ita legunt ſeptuaginta. *Vir ſine mulier cum magnum vouerit votum:* & Auguſtinus in libr. loquut. *Nazaræus ſeipſum dedicat, ideo magnum hoc votum appellatur, nihil enim quiſquam poſſidet ſeipſo pretioſius, quæ poſſeſſione tunc creditur.* Cyrillus libro 16. de Adorat. magnum interprætatur quod *ſeipſum Deo excellentiſſima conuerſationis modo, & perfecta iuſtitia, recta integraque vita conſecrauerit.* Pulcherriméque Origenes hom. 24. in Numer. collatione facit inter conſecrationem Nazaræi, & oblationem quam fecit Iepte, filiæ ſuæ, & Abraham filii ſui, & hos illi ſubiici contendit. *Nam filium offerre vel filiam, aut pecus, aut prædium hoc totum extra nos eſt; ſemetipſum Deo offerre, & non alieno labore, ſed proprij placere, hoc eſt perfectius, & eminentius omnibus votis.*

11. *Quid in eorum obſeruantiis ſignificatur?* Prædictis vero inſtitutis & obſeruantiis religionis totius perfectio, & obſeruantia illis ſeruanda tradebatur. Vnde eleganter Iſidorus lib. Comment. Numer. capite tertio ait. *Quid ergo Nazaræorum nomine niſi abſtinentiam, continentiumque vita deſignatur?* (diceret clarius Monachorum.) *His in vino luxuria prohibetur, in ſicera omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diuerſo conficitur genere, ſicut voluptas ex diuerſa vitiorum oritur paſſione. Illi enim vinum non bibunt, & ſiceram bibunt, qui ad decipiendas hominis vmbras quaſdam, & imagines ſimulant habere virtutem. Vua paſſa illi veſcuntur qui propter humanos oculos abſtinentia pallore inficiuntur, vt gloriam capiant ab hominibus. Acetum autem hi bibunt, qui poſt vitæ ſanctitatem in vetuſtatem præteritorum vitiorum labuntur, & corruptione veteris nequitiæ delectantur. Præcepit itaque Deus vt qui ſanctitatis induerant titulum cunctis his careant vitiis, nullamque huiuſmodi perturbationem appetant, quæ ſtatum mentis euertat.*

12. *Quid in Cæſarie Nazaræorum intelligatur?* Chriſoſtomus in Cæſarie Nazaræi caſtitatem illorum innui docet. hom. 4. in varia Matthæi loca inquiens. *Nazaræi ſecundum legem hi nuncupabantur, qui caſtitatem Deo inſigni voto mancipabant, nutrientes comam capitis.* Sed reſiſtit Samuel perpetuo Nazaræus, & vxori alligatus, & Samſon vxorem ducens, & concubinam. Placet Gilberti noſtri ſententia, obedientiam religioſorum ſub Cæſarie intelligens ſerm. 23. in Cant. vbi eleganter, *Si in oculis* (ait) *Prælati, in capillis qui ſunt intelligendi niſi diſcipuli? Et boni diſcipuli, qui ſe capillorum more tractabiles, & flexibiles exhibent ad omnem nutam magiſtri, ſicut ad nutum venti: qui graciles, & ſpiritualibus extenuati diſciplinis, penè ſine corpore ſunt, & penitus ſine carne; ad omnem inſenſibiles iniuriam, vt nec tondentis inſtrumenti ſentiant læſionem, in hoc tantum paſſionis ſuſtinentes moleſtias, ſi à capite cui inhæſerunt contingat euelli. Reliquo enim emortuo corpore, vitalem ibi tantum ſenſum retentant, Vbi capiti de quo oriuntur iunguntur. Qui ipſi vicini cerebro, vbi ſapientia dicitur receſſus, quaſi ad intima ipſius arcana nituntur intrare: quibus hoc eradicari, & quaſi inde auelli videtur, exteriores qualibet occaſione curas vocari. Nam qui inde ſine ſenſu doloris effluunt, quomodo ibi, aut nati, aut radicati credentur?* Docte proinde Abredus quoque noſter Guillermi amicitiis deſignatus de Samſone loquens dixit ad Monachos ſuos. *Si raſi fuerint ſeptem crines capitis mei, deficiet fortitudo mea. Cuſtodite fratres maximam fortitudinem veſtram, quam inſtar Sanſonis ſeptem vobis crines conſeruant. Inſtant Philiſtæi dormientibus funes iniiciunt, ſed niſi prius radantur crines ſeptem, nihil proficiunt.* Funes peccatorum laqueos interprætari, crines cogitationes cordis, & opus contemplationis, quibus deficit ſenſim fortitudo reſiſtendi Diaboli funibus. Et Stephanus Canturienſis ad caput primum lib. 1. Regum, cum de Samuele dicitur à matre. *Nouacula non aſcendet ſuper caput eius*, ſubdit: *Filius Annæ eſt opus aliquod contemplatiuæ. Huius filij caput raditur, quando opus contemplationis ad inanem gloriam refertur.* Et Abredus. *Has ſanè cogitationes ſi lethali ſomno ſopitus prodideris meretrici, id eſt vana gloria abſorbendas tradideris, quaſi impotens & infirmus veris Philiſtæis traderis continuo illudendus.*

A contractu mortuorum pollui omnibus accidere poterat Numer. 19. à ſolo aſpectu inquinari 13. *Quid ſit non contingere mortuum?*
religioſorum eſt, quorum Nazaræi typum gerebant. Sanantur ab his iuxta præceptum Dominicum mortui ſepelire mortuos ſuos. Matth. 8. Quo circa Ambroſius ſerm. 3. in Pſ. 118. *Relinque mortuos. Ideo tibi alibi dicitur. Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Quomodo tibi diceretur ſurge à mortuis, niſi inter mortuos viueres? Quantos tangimus mortuos? Inter quantos mortuos verſamur? Indigemus ergo purgatione, quia tetigimus mortuos: Lex nos mundari iubet. Quis tantus, vt ſupra legem ſit? Ipſum Nazaræum ſanctum Dei lege, ſi tetigerit* (vel ſolo viſu) *mortuum, lex immundum pronuntiat. Ideoque radit caput ſuum, & deponit capillum quaſi non ſanctum, & iterum orat, vt exaudiatur, qui ante propter mortui attactum exorare non potuit: irrationabiles duxit dies, quia irrationabili appropinquauerat.* Quid vero ſit ad finem voti iterum radi, ſic exponit Gregorius lib. 2. Moral. cap. 16. *Quid eſt quod caput Nazaræus radere, capilloſque in igne ſacrificij ponere iubetur; niſi quod tunc ad perfectionis ſummam pertingimus, cum ſic exteriora vitia vincimus, vt etiam cogitationes ſuperfluas à mente reſecemus?* Placet quoque de eiſdem pulchram Hieronymi ſententiam ſubnectere, qua priſcorum Nazaræorum cathalogum texit lib. 2. Comm. in Ezechiel ad illa verba, cap. 7. *In vniuerſis capitibus eorum caluitium;* ſic ait: *Soli ſancti, hoc eſt Nazaræi non radunt capita ſua: neque enim habent mortis opera, neque immundi ſunt, quia Nazaræi, id eſt ſancti Domini ſunt. Quod ſi iuxta eos quiſpiam mortuus fuerit, omnes dies priſtini non reputabuntur ſanctificationis eorum. Samuel Dei Sanctus erat, & propterea æterna capitis ornamenta poſſedit; audiuitque illud de Cant. Cincinni tui nigri ſicut coruus. Porro Sanſon quia perdidit comam, perdidit fortitudinem; paulatimque reneſcentibus capillis vires redière priſtinæ, vt multo plures moriens quam viuus occideret* (ita virtute poſt amiſſionem reſtaurata, cautior, fortiorque homo fit) *Eliſæus vero licet corporis haberet caluitium, tamen quia Nazaræus Domini erat, cincinnis capitis fruebatur. Vnde paruuli quia paruuli erant, & necdum ad ætatem viri peruenerant, illudentes caluitio eius ferarum laniati ſunt morſibus.*

Liquet ex dictis hos cæteris veteribus religioſiores fuiſſe Nazaræos, quod religionem ſuam voti nuncupatione conſecrauerint, quod de cæteris non legimus. Cæterùm noſtros Monachos magis adumbraſſe, quam imitaſſe, ex eo fit liquidum quod nec paupertatis, nec obedientiæ Prælatis præſtandæ, imo nec caſtitatis, aut virginitatis votis religa- 14. *Noui Nazaræi veteribus religioſiores.*

Digitized by Google

bantur quæ religioſi ſtatus ſubſtantialia ſunt, ſed abſtinentiæ à vino, & vineæ fructibus, Cæſariei conſeruandæ, mortui non tangendi, quæ religioſum Dei cultum concernunt, & religioſum ſtatum adumbrant. Tempus quoque Nazaræatus votiui non totam metiebatur vitam, quod ſtatus religioſi proprium eſt; ſed ad arbitrium vouentis. Quare his potius è nobis reſpondent, qui inter ſæculares degentes vouent certos dies abſtinentiæ, peregrinationis, pœnitentiæ, aut orationum.

Quænam fuerint Nathinæorum ſtatuta.

15. Nathinæi Conuerſi & Donati.

HOc ſolum pro materiæ propoſitæ complemento reliquum eſt, vt explicemus. Non defuit qui crederet. Nathinæis ſubdiacones ſucceſſiſſe: Is eſt autor epiſtolæ de ſeptem ordinibus Eccleſiæ apud Hieronymum tom.9. epiſt. 13. & Iſidorus lib.7.orig.cap.12. Alij Nathinæos veteris legis credunt Donatis, aut Conuerſis noſtris correſpondere, quod nimirum & nomen, & opera ita perſuadere videantur. *Nathinæi* ſiquidem Hebræa lingua *Donati* Latine dicuntur: nam Nathan, *donum*, vel *datũ* ſonat, & Nathanael *donũ Dei*: & vbi Iſ.33. legimus, *Panis ei datus eſt*; Hebraicè eſt *Panis eius Nathã*, vel ſi Pagnino credimus *Nathan*, vnde Nathinæi ſeu Nethinin *Dati*, vel *Donati* dicuntur. Donati vero creduntur à Ioſue, & perpetuis templi miniſteriis dicati: videlicet Gabaonitæ ſunt, qui ſimulato longo itinere, attritæ veſtris, & calceamentorum veterum teſtimonio, medio iuramento ſaluati ſunt: inſecuto tamen murmure, perpetuo famulatu adſtricti Ioſue 9. illis verbis. *Fecit ergo Ioſue vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Iſrael vt non occiderentur. Decreuitque illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes vſque in præſens tempus, in loco quem Dominus elegiſſet.* Ita factum eſt, & ita 1. Paralip.9. inter eos recenſentur, qui primi omnium habitauerunt in Ieruſalem: *Qui autem habitauerunt primi in poſſeſſionibus, & vrbibus ſuis, Iſrael, & Sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi* & 1. Eſdræ cap.7. recenſentur inter eos qui primi redierunt de Babylonica captiuitate in Ieruſalem & recenſitis familiis ſubiungitur. *Omnes Nathinæi, & filij ſeruorum Salomonis 318. Hi ſunt qui aſcenderunt in Themela & non potuerunt iudicare domum patrum ſuorum & ſemen ſuum, vtrum ex Iſrael eſſent.* Nec mirum cùm eſſent origine Gabaonitæ. Conſequenter quoties nominantur, vltimi miniſtrorum templi conſignantur, vt lib.2. c. 10. *Sacerdotes, Leuitæ, Ianitores, & Cantores, Nathinæi, & omnes qui ſe ſeparauerunt de populis terrarum ad legem Dei*: & cap.7. *Habitauerunt autem Sacerdotes, & Leuitæ, & Ianitores, & Cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Iſrael in ciuitatibus ſuis.* Idem habet lib.1.cap.7. Semel, & iterum. Habitaſſe verò in Ophiel muro Ieruſalem propè templum Dei, habetur ex lib.2. cap.3. Mittuntur ab Eſdra Nathinæi, vt adducerent de captiuitate Sacerdotes de filiis Leui, nimirum quia erant ipſis equi, & muli, quibus Templo aquam, & ligna portabant. Subſcribunt his Abulenſis. 1.Paralipom. cap.9. conſentiens Hieronymo, & Lyræ, Sigonius lib.5. de Republica Hebraica cap. 7. Villalpandus lib 3. de Vrbe cap.23. Maſius ad cap. Ioſue 9. Serarius quæſt 20. ad eundem locum: & alij ex Neothericis. Nihil tamen religioſum in Nathinæis video, præter ſeruile miniſterium aquæ & lignorum Templi; quo eos religioſos fuiſſe cenſeam. Vxores vero habuiſſe liquet ex lib.2.Eſdræ cap.7.& 10.

CAPVT XV.

Fertur iudicium de toto Veteris Teſtamenti Monachatu.

PErcurrimus, ni fallor, quæcumque in Veteri Pagina, & Sanctorum Patrum doctrina ad Monachatum Veterum pertinere ſcitu digniſſima viſa ſunt: deduximuſque librum vſque ad vmbilicum. (Martialis lib 4.epigr. 1. Monachatus antiquæ legis vmbra & hyems.

Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle,
Iam peruenimus vſque ad vmbilicos:
Tu procedere adhuc, & ire quæris.

Sed reſtat ſummum ei faſtigium imponere: vt enim Poëta Ouidius.

Nec tamen ille legi poterit patienter ab vllo
Neſciat his ſummam ſiquis abeſſe manum.

Et Seneca ad lucillum: *Vino deditos delectat potatus extrema, illa quæ mergit, quæ ebrietati ſummam manum imponit.* Polidorus in Adagiis ſelectionibus. *Vidimus ſanè* (vt eſt in prouerbio) *montium vmbras*: ſit Zebul ad Gaal, Iudic.9. Mons enim magna moles eſt, eiuſque vmbra Sole præſertim præcipitante longe maxima; vana tamen, minuſque extimeſcenda. Vidimus inquam homines miræ abſtinentiæ, paupertatis pænu, & habitu extremæ, maximarum vigiliarum, præcipuè caſtitatis, cæterarumque corporis afflictationum exercitiis deditiſſimos: à quibus mollis magnitudine obruendos nos diceres. Verùm vel hac maximè in re verum habere comperi, quod dixit Apoſtolus. *Nihil ad perfectum perduxit lex.* Ad Hebr.7. vel vt legit Bernardus ſerm. 14. in Cant. *Neminem vnquam duxit ad perfectum.* Et Philaſtrius Epiſt. Brixienſis vir in diuinis ſcripturis doctiſſimus, S. Ambroſius Mediolanẽſis coæuus quẽ Auguſtinus ibidẽ vidiſſe teſtatur in Catalog. Hæreſeon aduerſus hæreſim dicentium. *Chriſtianos nuperrimos & poſteriores Iudæis, & Paganis fuiſſe creatos* hæc habet: *Omnia quæ in Chriſtianitate ſunt, ſiue fides, ſiue vita, ſiue Sacramentum non temporalia, ſed ab Origine mundi ſtatuta & nuntiata in Chriſto & Chriſtum per quem cuncta facta ſunt, oportuerat nos ab eo videre, & cognoſcere, & quod erat maius in lege myſterium de eo ante nuntiatum ab ipſo plenius excipere completum, conſummatumque: Nã quod & caſtitas ſimilis fuerit in Prophetis quam plurimis non eſt dubium, vt in Helia, Heliſæo, Daniele, Hieremia Eſdra, tribus pueris & aliis multis, vt in Chriſti præſentia quod ſupra legem erat annuntiatum ab eis cognoſceretur, & quod per legem coniunctum erat, ipſius firmaretur diuina ſententia.* Vndè aptiſſima figura lex vetus à Sponſo hyems vocata eſt Cant.2. & Eccleſia ver floridiſſimum, Gregorio Magno interprete, cuius hæc ſunt verba. *Iam enim hyems tranſijt. Quid per hyemem niſi legis auſteritas intelligenda eſt? Quæ dum in carnalibus ſacrificiis populum antiquum detinuit, ad appetenda ſpiritualia & cæleſtia obſeruatores ſuos non adiuit.*

2. In quo veteres à vero Monachatu deſciuerint.

Ergo perpenſis omnibus quæ idcircò in medium à nobis adducta ſunt, vt de eis nunc perſpicuum iudicium ferre valeamus, liquidò relinquitur, multos quidem ſub legis vmbra fuiſſe eximiæ ſanctitatis,

Digitized by Google

ſanctitatis, & præſtantis perfectionis viros, varia religioſorum cœtuum inſtituta, & mores; in quibus has vel illas Monaſticæ vitæ virtutes ſeorſim mereris; nihil tamen, aut neminem quod pertinet ad Monachalem ſtatum, ad perfectum adduxit lex. Enim vero qui eminebant in vna, deſtituebantur cæteris. Erant ſanè cœtus Prophetarum, & filiorum Prophetarum mira contemplatione feruentium, & eorum quidam Pſalmigraphorum Pneumate donati, nonnullos ſolitudinis, & paupertatis amor ad ripas Iordanis traxit tuguriolis ex arborum ramis confectis à turbinibus tectis: caſtitate multi floruere virginitate perpetua Elias & Eliſæus præceptores: non deſiit ſuâ flos primitiis Phariſæis ac Scribis obedientia, Rechabitæ præſtantiſſimi extitere; votum ſemel arreptæ perfectionis Nazaræi emittebant: religioſi ſtatus perſeuerantia apud Rechabitas commendabilis fuit. Quid plura? Sacrarum literarum peritia apud ipſos erat; nam & Prophetæ, & filij Prophetarum, Rechabitæ, Scribæ, & Phariſæi clauem ſcientiæ habebant. Verum neminem perfectè Monachum, omnibuſque numeris abſolutum, cœtumvè Monaſtice vndequaque excultum, & florentem videre licebat. Prophetarum gregibus, aut filiis, virginitatis tandem mareſcebat flos, vtpotè inter quos coniugia celebrabantur, vnde illis ſtatus relioſi perſeuerantia, & votorum emiſſio deerat. Rechabitæ ſola abſtinentia à vino, ſolitudinis cultu, agrorum ſatione, ac meſſione, obedientia paterna, & ſtatus eiuſmodi perſeuerantia erant illuſtres; ſed Aberat illinc caſtitas, & perfecta paupertas, dum coniugia inibant, & familias quique ſuas alebant. Phariſæi & Scribæ poſſidebant diuitias; nemini præſtabant obedientiam, & ſociali, aut Monaſteriali vita deſtituebantur: poſt tyrocinium caſtimoniæ vinculis ſoluti (tametſi illud nonnunquam ad decennium extenderetur) vxores accipiebant. Nazaræis denique penè nihil erat Monachorum moribus ſimile, niſi abſtinentia, & obfirmare voto propoſitum: Nathinæis ſolum operis miniſterium, perpetuum licet, non tam voto, quam neceſſitate conditionis, & ſobolis. De Eſſenis dicere ſuperſedeo, cum ſectarij inter Iſraelitas perpetuo fuerint, & nullius veræ pietatis viri.

3. *Perfectus Monachatus tempori Euangelij reſeruatus.*

Nihil proinde, quod ad Monaſticum ſtatum ſpectat, toto Veteris inſtrumenti curriculo perfectum extitit, cum ex quocunque defectu, iuxta Philoſophorum axioma, perfectum, ac bonum eſſe deſiit, & hoc ex integra cauſa coaleſcat. Et quamquam gratis omnino Eliæ & Eliſæo concederemus quod caſtitatem ſuam, & vitæ Monaſticæ inſtitutum voto firmauiſſent, adhuc tamen iis votis minime religioſi ſtatus vera membra forent reputandi, cum Religionis ſtatus necdum promulgatus eſſet, nec vota Eccleſiæ nomine ab aliquo eius miniſtro acceptarentur: imo ſub lege Moyſi non eſſet facultas promulgandi religioſi ſtatus vſque ad Chriſtum: vti fuſius explicabitur lib. 2. cap. 6. & tamen abſque his nemo veri Monachatus particeps eſſe poſſet. Quare ſcientiſſimè Caſſianus lib. 1. de inſtit. c. 8. de Melote Elcanâ loquens, inquit, Monachos eam geſtaſſe, *ad imitationem eorum, qui profeſſionis huius PRÆFIGVRAVERE LINEAS in Veteri Teſtamento*, non quæ vera Monaſtices fundamenta iacere; ſed qui ſub inductis lineis eam præfigurauerunt. Quamobrem optimè Chryſoſtomus hom. 57. in Matth. cum præmiſiſſet quod *Elias præter Melotem nihil habebat*, & nihilominus addidiſſet, cum Diſcipuli Luc. 9. dixiſſent Domino: *Vis dicimus vt ignis deſcendat de cælo, & conſummat illos?* ad inſtar iubentis Eliæ; reſponſumque illis à Domino; *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis*; ſubintulit. *Ad innocentiam eos chariſmatis, & doni præſtantiam exercebat. Non putet autem aliquis Eliam nos tanquam imperfectum vilipendere; perfectum enim illum omnino, temporum tamen ſuorum conſideratione arbitramur fuiſſe. Nam cum puerilior tunc (vt ita dicam) mens hominum fuerit, non tam exquiſita egebat doctrina. Hac ratione quoque Moſen perfectum æſtimamus fuiſſe*: (de quo etiam præmiſerat) *neque Moſes quicquam poſſidebat, & tamen plus ab Apoſtolis petitur, quam ab illo fuit deſideratum.* Quod ſubinde fuſius probat: namque hæc quoque prærogatiuæ veræ Monaſtices Euangelio debebatur, in cuius ſignum Vetus Lex in igne & fumo data legitur, Noua in igneis linguis abſque vllo prorſus fumo. Vnde arguté Paulus ad Heb. 7. cap. 12. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: introductio vero, melioris ſpei, perquam proximamus ad Deum.* Et ibi cap. 9. *Hoc ſignificante Spiritu Sancto nondum propalatam eſſe Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum, quæ parabola eſt temporis inſtantis*: nimirum, *Omnia in figura contingebant illis.* Sat ergo fuerit virtutes Monachatus noſtri honorem vetuſtatis ſub lege habuiſſe, complementum perfectionis à Chriſto, vt acutè & grauiter Ambroſius dixit lib. 3. de Virginit.

Nec omittendum quo tempore Sol iuſtitiæ exortus eſt, & à multis retro annis religioſorum cœtuum inſtituta, ac cœtus ipſos defeciſſe, & euanuiſſe. Enim vero Filiorum Prophetarum à tempore Babylonicæ captiuitatis mentio nulla reperitur: ſi qui illorum reliqui erant, & Cantorum, ac Ianitorum officio fungebantur in templo, minimè Monaſticem colebant, quod vel leuiter monſtrans poſſit, Rechabitas itidem defeciſſe, illud mihi argumento eſt, quod poſtquam ſemel metu Nabuchodonoſor ingredi vrbem coacti ſunt, nunquam ſolitudinis incolatum arripuiſſe liquet, cum poſſent tutò iterum in agris, vt prius, victitare. Quinimo vnus ille qui neci S. Iacobi Apoſtoli legitur apud Egeſippum interfuiſſe, in vrbe erat prope Apoſtolum à pinaculo templi præcipitem datum. Nazaræi ipſi, quo tempore prophetabat Amos ſub Ozia Rege Iuda ante Babylonicam captiuitatem, bibere cœperant vinum, vti ipſe deplorat cap. 2. *Nunquid non eſt ita filij Iſrael, dicit Dominus? Et propinabatis Nazaræis vinum.* In quæ verba videndus eſt Hieronymus: & Rupertus obſeruat Hebræos in tantam iam inſaniam prorupiſſe, vt Nazaræorum inſtitutum commacularent: *Nazaræis namque habentibus ſuper ſe continentiæ votum vinum propinare, & veti reos facere, ſatis pro argumento eſt, nullum velle habere ſanctum.* Hinc eſt quod poſt multa annorum ſpatia commaculati Nazaræatus, de Machabæis ſcriptum eſt lib. 1. cap. 3. *Et ſuſcitauerunt Nazaræos*: id eſt ſuſcitauerunt illum ritum, qui in diſſuetudinem abierat; Phariſæos autem & Scribas, omne verè virtutis ſpecimen à ſe ablegauiſſe non opus eſt dicere, cum hac de re Euangelia plena ſint. Ita prorſus fieri oportebat, vt eam ortus ſui occaſionem. Sol iuſtitiæ eligeret, cum nihil non eſſet corruptione, & abominatione pleniſſimum, vt probat Apoſt. ad Rom. 3. & ad Galat. 3. oſtendens vt Deus Filium ſuum mitteret, ſpectaſſe

4. *Ante aduentum Chriſti omnia Monaſtica defeciſſe inſtituta.*

omnes fere homines ſub peccato, & incredulitate concludi: quo cœleſtis medicus periculoſius ægrotanti mundo ſuccurreret. Vnde D. Thom. 3. p. quæſt. 1. artic. 6. ſequutus Auguſtinum lib. 2. qq. ex Nouo Teſtamento quæſt. 83. inquit: *Deus per Moyſem legem litteris dedit: & quia eam gentes ſpreuerunt, non ſe ſubijcientes ei; neque hi qui acceperunt Deum ſeruauerunt, motus miſericordia Dominus miſit Filium ſuum, qui data omnibus remiſſione peccatorum; Deo Patri illos iuſtificatos offerret.* Vide Bernardum ſerm. 1. de Aduentu Domini, de tempore eius differentem.

5. **Regula Ioannis Ieroſolimitani falſo ei attributa.**

Sed quid ad Ioannem Ieroſolymitanum reſpondebimus, qui in regula ſua multus eſt vt oſtendat, in monte Carmelo, & prope Iordanis fluenta multas Monachorum turmas perſeueraſſe incorruptæ Ellanæ diſciplinæ vſque ad Apoſtolorum tempora, à quibus tunc Baptiſmate ablutis Monaſtices propagata ſit? Fateor plane libenter, ſi fas eſſet, me ab hac difficultate ſuperſeſſurum; quod ple aliquos eius teſtimoniis vti videam: ſed cum ita Monachatum illuſtrare decreuerim, vt eius nihil non perſpicuis SS. Patrum, aut Diuinarum Scripturarum teſtimoniis ſartum tectumque relinquam, qui Magdeburgenſibus hæreticis, cæteriſque ſectatis, contra ipſum oblatrantibus os retundere his ſcriptis decreui, & liber is à multis flocci habeatur, cogor eius doctrinis neque inniti, neque offici. Quid autem de ipſo ſentiam, opere pretium tibi lector aperire duxi. Perſuaſum habeo minime Ioannis illius opus eſſe, ſed autoris multo recentioris. Moueor autem ex multis planè id indicantibus. Primum eſt autorem perpetuo

Prima ratio.

vi editione vulgata, cuius plures, longoſque centones ſæpè refert, vt propoſita themata confirmet. At vero Ioannes nunquam Vulgata vſus fuiſſe liquet, ex ipſo quod Græcè ſcripſerit; nemo enim Græcorum Hieronymi translatione vſus eſt, nec vero vti potuit: imo nec Ioannes veritatis Hebraicæ fontes petebat, ſed ſeptuaginta interpretum, Theodotionis, Symachi, aut Aquilæ translationes, Eò etiam quod ipſius Hieronymi acer Antagoniſta fuit, & eius ſtudia inſectatus potius quam ſectatus, vt Epiſt. 61. aduerſus errores Ioannis Ieroſolymitani, etiam nunc extans abundè probat; & in 62. id quoque Hieronymus de eo notat ad Theophilum Alexandrinum, inquiens. *Recordetur legis antiquæ, & poſt 25. annos à Leuitica Tribu eligi in Sacerdotium peruidebit. Aut ſi in hoc teſtimonio ſolo Hebraicam ſequitur veritatem, nouerit 30. annorum fieri Sacerdotem.* Taxabat Ioannes Epiphanium, quod Paulinianum Hieronymi fratrem iuuenem fecerat Sacerdotem; qui tamen annũ 30. ætatis attigerat. Et Epiſt. 31. recenſet Hieronymus fragmentum epiſtolæ Ioannis ipſius ad Theophilum, vbi tamen teſtimonium promens ex epiſtola S. Iudæ Apoſtoli non ſequitur Hieronymi vulgatam tranſlationem: nam pro. *Vinculis æternis ſub caligine reſeruauit*, habet, *Vinculis æternis in tenebris cuſtodiuit*,

6. **Secunda ratio.**

Accedit totos 800. annos poſt Ioannis obitum, id eſt vſque ad annum Chriſti. 1200. neminem antiquorum eius operis ſeu Regulæ meminiſſe; & cum Gennadius Ioannem inter Scriptores Eccleſiaſticos recenſeat, & eius Lucubrationes enumeret, de regula ſummum ſilentium. Nec vnde poſt tot ſæcula emerſerit, promitur. Hieronymus item epiſt. 89. ad Auguſt. cap. 2. prodit Ioannem ſcripſiſſe ſuper cap. 1. epiſt. ad Galatas: de regula vero neque vnum verbum.

Item caput 29. ipſius regulæ his exorditur verbis: *Hinc illi viri proceſſerunt Elias; & Eliſæus; Ioannes, & Elizabeth, qui pelliceis tunicis, & caprinis induti, inopes; atque egentes, anguſtiis, & doloribus afflicti; in ſolitudinibus errabant inter alta & condenſa montium, inuia rupium, inter ſpeluncarum horrenda, & foucarum Vadoſa: quorum conuerſatione dignus non erat orbis terrarum.* Hæc autem verba vt iacent ſunt S. Ambroſij in epiſt. 82. lib. 10. ſcripta ad Vercellenſes. Fieri autem nequit, vt Ioannes Ambroſij coeuus in Oriente exiſtens illius mutuatus ſit verba, vtpotè in angulo Occidentis degentis & epiſtolam viciniſ ſibi Vercellenſibus mittentis, non librum euulgantis. Scripſiſſe eam epiſtulam A. C. 382. probat Baronius tomo 4. Ioannes vero ſedere cæpit eodem autore A. C. 386. Adde ex eodem adducto teſtimonio haberi regulam ipſam nequaquam Græcè ſcriptam; ſed Latinè; nam attexuit Latinum teſtimonium tanquam proprium, Latinè proculdubio ſonantem; aliàs translator qui alterius eſſe ignorauit; nequiuiſſet de Græco ſermonem in eadem latina verba illud transferre, orationis eodem ordine ſeruato. Quis id non videat? Rurſus quo fructu verba Ambroſij ſuffuraſſet facundiſſimus homo, de quo Hieronymus. *Te ſancte tes tui diſertiorem Demoſthene, acutiorem Chryſippo, ſapientiorem Platone contendunt*: namque ſi vt tanti Patris teſtimonio ſecurum redderet Monachatum Ioannis, & Eliæ, de quo agebat, oporteret nomen ipſius prodere, quod non fecit: ſin autem, vt ſolo illius frueretur dicendi flore, non egebat Ioannes aliorum emendicare facundiam, præſertim Latinorum.

7. **Tertia Ratio.**

8. **Quarta Ratio.**

Ad hæc verbo *huius noſtræ religionis* vtitur vſque ad nauſeam; at eiuſmodi forma loquendi multo poſt Ioannem emerſit; nimirum poſtquam Monachorum inſtitutiones diuerſæ non ſolum eſſe, ſed dici *Ordines & Religiones* diuerſæ cæperunt: de qua re latè egimus in Comment. ad Chron. M. maximi. In Epiſtol. nuncup. num. 30. Autor vero ideoneà voce vtitur, vt oſtendat religionem ſuam à cæteris multum differre, præſtareque omnibus vetuſtate; qui ſanè præcipuus libri ſcopus eſt, valde tamen à ſæculo Ioannis alienus. Sed & cap. 30. illud Act. 2. *Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi; viri religioſi*, perperam ad Monachos detorquetur; cum ſubſequentia, *ex omni natione quæ ſub cælo eſt &c.* declarent eos qui vndecunque ad diem feſtum celebrandum aduenerant; viros religioſos vocatos ob cultum Dei, cuius gratia venerant; qui eſt actus virtutis religionis. Eiuſdem generis eſt quod cap. 31. illud Petri Act. 3. *Vos eſtis filij Prophetarum*, quod ad omnes Iudæos dictum eſt, ad ſolos Eliſæi diſcipulos contorquet.

9. **Quinta Ratio.**

Quædam etiam ſunt in meo libro quæ Ioannis non eſſe ſatis oſtendant; verbi cauſa, quod ſæpe *Carith* cap. 6. 7. & 9. nomen Torrentis in quo Elias abſcondit ſe; *Charitatem* interpretetur; ex ſolo vocis Latinæ ſono, quod tamen Ioanni imponi nequit Græco autori, qui ſuo idiomate dilectionem nequaquam charitatem, ſed ἔρος, ſeu φίλος, aut χαρις, vel χάρισμα; leporem, ſeu gratiam, & χάριτας gratias vocaret. *Carith* vero Hebraicè potius ſonat *conciſionem*, ſeu *exterminationem*, quæ charitati ex diametro aduerſatur. Capite item 3. 4. 5. & 9. ſpecialiſſime agit de tribus Monachorum votis, docens earum virtutum obſeruantiam cum charitate perfectum facere religioſum;

gioſum; quod licèt verum ſemper fuerit, nemo tamen vſque ad tempora Mendicantium tam clare expreſſit; quod ſuo loco lib. 2. inferius ſumus demonſtraturi ex ipſa Monachorum profeſſione, & regulis Monaſticis ſanctorum Patrum Baſilij, Pachomij, Benedicti, & cæterorum.

10. Plura falſa in libro illo contineri.

Quædam denique falſa, aut Apochrypha in eodem libro continentur, quæ autorem non valde eruditum arguunt, nimirum cap. 10. & 17. contendit in *Torrente Carith* primum omnium Eliam diſcipulos congregaſſe, & inſtruxiſſe, cum tamen Sacer Textus 3. Reg. 17. reluctetur, docens illic latebras ab hominum aſpectu quærere iuſſum, ſolis auibus cognitum, paſtum à coruis? tam ignarum de Prophetarum conuictu, vt paulo poſt viuus nê aliquis eorum manſiſſet, ignoraret. De quo latè egimus cap. 9. Vbi nullibi diſcipulis inſtruendis inſtitiſſe probauimus. Rechabitas vero minime ab Eliſæo edoctos, ſed à Ionadab ipſorum parente, perſpicuo ſatis Ieremiæ teſtimonio oſtendimus in ſuperioribus cap. 12. cui autor reluctare videtur cap. 25. Quale autem eſt illud quod cap. 34. inquit? *Fuerunt docti profeſſores Religionis huius in Ieruſalem à ſummo Templi Pontifice*; Quod *beata Maria Virginitatem Deo ſeruare propoſuerit, ad exemplum Eliæ.* Cui ſubiungit cap. 36. *Propter quod ſicut religioſi Carmelitæ ſunt primicerij virorum virginum; ita B. Maria eſt fœminarum Virginum voto primiceria. Quæ conformitas primiceriatus ſpontaneæ virginitatis ſingulariter inter Dei Genitricem, & religioſos Carmelitas, dudum prophetata, & poſtea adimpleta fuit: ita quod religioſi Carmelitæ Virginem Mariam iam tempore Apoſtolorum dicebant ſororem ſuam, & propter dictam conformitatem ſeipſos fratres B. Mariæ Virginis appellabant.* In his multa perperam, quædam verò parum reuerenter pro dignitate Dei Genitricis dicta ſunt. Apochryphum eſt ipſam publicè dum eſſet in Templo Virginitatis emiſiſſe votum, vt de eo à ſummo Sacerdote Monachi admoneri potuiſſent. Qui enim cogeretur ad nuptias, ſi Virginitatem palam vouiſſet? Scio equidem de tempore voti emiſſionis Deiparæ multa multos ſcripſiſſe: valde autem rectæ rationi conſentaneum reor, quod docuit D. Thomas 3. p. quæſtion. 28. articul. 4. *Mater Dei non creditur antequam deſponſaretur Ioſeph, abſolutè virginitatem vouiſſe, ſed licet eam in deſiderio habuerit, ſuper hoc tamen voluntatem ſuam Diuino commiſit arbitrio. Poſtmodum vero accepto ſponſo, ſecundum quod mores illius temporis exigebant, ſimul cum eo votum Virginitatis emiſit*: & quæſt. ſeq. articul. 1. ad 1. *Ex familiari inſtinctu Spiritus Sancti credenda eſt deſponſari voluiſſe, confidens de Diuino auxilio, quod nunquam ad carnalem copulam perueniret. Hoc autem Diuino commiſit arbitrio, vnde in nullo detrimentum paſſa eſt virginitatis.* Sic prorſus & veritati coniugij datus locus, & veræ nuptiæ abſque calumnia defenduntur, & perpetuum virginitatis Deiparæ propoſitum; cui, nec pudori Virginis quidquam derogare queat: qua de re iterum incidet ſermo libro ſecundo cap. 7. Ergo cum tot tantaque librum commaculent, nihil nobis negotij faceſſet, quominus expediti ex potioribus fontibus veritatem indagemus.

Finis libri primi de Veteri Monachatu.

F 4 DE

Digitized by Google

DE VETERI MONACHATV, ET REGVLIS MONASTICIS.

LIBER SECVNDVS.

DE MONACHATV NOVI TESTAMENTI à nato Domino ad Sanctum Antonium.

CAPVT PRIMVM.

Ioannem Baptiſtam Monachatus iterati Principem velut ſydus matutinum in aurora legis gratiæ reſulſiſſe.

1. Ioannes Baptiſta primus ianuam Monachatus aperuit.

PERVENIMVS, Deo auſpice, ad veri Monachatus exordium, eiuſque non iam vmbratilem, & imperfe-ctam, ſed corporatam originem: qui nimirum ad exortum ſolis iuſtitiæ vitam & incrementa ſuſcepit: vtpotè monitis Euangelicis, atque Apoſtolorum doctrina, & inſtitutis, & genitus, & nutritus. Ianuam tantis fulgoribus primus aperuit Ioannes Baptiſta, quem Monachorum Principem Sancti Doctores fatentur, è quibus Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtochium: *Ad Anachoretas veniam, qui de cænobiis exeuntes, excepto pane, & ſale, ad deſerta nihil perferunt amplius. Huius vitæ autor Paulus, illuſtrator Antonius, & vt ad ſuperiora conſcendam, princeps Ioannes Baptiſta fuit.* Chryſoſtomus vero hom. de D. Ioanne Baptiſta tom. 2. quæ eſt. 2. ex diuerſis ad Euangelium Ioannis. *Conſiderate Monachi dignitatem veſtram, Ioannes princeps veſtri eſt dogmatis, ipſe Monachus ſtatim vt natus eſt, in eremo viuit, in eremo nutritur.* Et hom. 1. in Marcum: *Sicut Sacerdotum principes ſunt Apoſtoli, ita & Monachorum princeps Ioannes Baptiſta.* Dedimus multa huius generis teſtimonia lib. 1. cap. 2. Bernardus etiam in Epiſtol. ad Fratres de Monte Dei: *Res eſt antiqua religionis perfectè fundata in Chriſto pietatis iamque noua gratia Sole exorto in Ioanne Baptiſta inſtaurata, & renouata.* Ita planè quandoque Luca autore cap. 1. *Puer Ioannes Creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſerto, vſque in diem oſtenſionis ſuæ in Iſrael*: nimirum *intra teneritudinem annorum* (Damiani vtor verbis ſerm. de priuileg. S. Ioann.) *beatus iſte puer ad eremum deductus eſt*; quod ad eum loquens canit Eccleſia.

Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turmas fugiens petiſti.

& Iuuencus lib. 1. hiſtoriæ Euangelicæ.

Ex in ſecretis in vallibus abdita ſemper
Vita fuit pueri, donec poſcentibus annis
Vatis ad officium pleno pubeſceret æuo.

& Damianus: *Sic, ſic Ioannes ætatis ſupergreſſus infantiam, & nobilioris generis generoſitatem oblitus ſoli vacat Diuinitati, forma vitæ, Monachorum propoſitum, Anachoretarum principium, totius religionis aſſertio.* S. Onuphrius dixit Pachomio: *Venerabiles fratres meos audiui frequenter quod inſuper ad exemplum* (vitæ eremiticæ) *B. Baptiſtam Ioannem protulerunt, qui in Noui Teſtamenti ſerie clariſſimus effulſit; perquè plurima annorum ſpatia diuino mancipatus officio corpus ſuum macerauit*: Quod etiam refert Menologium die 11. Iunij.

Inſtituta vitæ eremiticæ ab ea præcepta recen- 2. Veſtis eius aſperitas, & myſterium.
ſuere Matthæus 3. & Marcus 1. cap. Veſtimentum ſcilicet ei fuiſſe de pilis camelorum, zona circa lumbos conſtrictum; eſcam vero locuſtas & mel ſiluestre: de cella altum ſilentium, niſi cauea inſtar pecudis ſe reciperet, ſubdio habitabat. Quo loci Chryſoſtomus hom. 10. in Matthæum. *In ſolitudine hyemes, pluuiaſque ſuſtinuit: & hoc tenero adhuc corpore, atque ætate puerilis. Valuit rudis adhuc natura carnis tantas inæqualitates aërum cum illa ciborum tenuitate tolerare; vt de reliqua eremi afflictione ſileamus.* Et paulo ſuperius: *Erat omnino mirabile humano in corpore tantam videre tolerantiam. Itaque non aratro curuus incubuit, non in ſulcos campum ſcidit, non in ſudore faciei ſuæ panem*

comedit

Digitized by Google

comedit ſed erat illi impraparata menſa, & faciles amictus & habitatio facilior amictu, neque enim vel tecto indiguit ille, vel lecto; non menſam, vel aliqua huiuſmodi requiſiuit, ſed Angelica quadam vita mortali in carne reſplenduit. Propterea etiam veſtimentum de pilis camelorum habuit, vt habitu quoque ipſo mundi contemptum doceret, ſuadens cæteris nihil cum terra habere commune, ſed ad priorem nobilitatem reuerti, quam certè habuerat Adam, priuſquam de victu veſtituque curaret. Ita ille tunc habitus (Ioannis) *pœnitentiæ pariter, & regni indicia præferebat.* Hic ſanè Monachorum ſcopus eſt, Angelicam in carne meditari vitam, æmulari paradiſi malè perditam philoſophiam. Vnde illis veſtibus, & eſcis, non ſolum pœnitentiæ ergo vſus eſt Ioannes, ſed myſterio: vti circunſpectè obſeruauit Ambroſius lib. 2. in Luc c. 3. ſub titulo, *de exordio prædicationis Ioannis*, Sic inquiens: *Prænuntius Chriſti non patiebatur immundarum perire exuuias beſtiarum, ipſo quoque veſtitus indicio deſignans Chriſtum, qui belluinis induuiis, quæ contexta ſunt per noſtrorum deformitatem meritorum, gentilitatis immunda peccata ſuſcipiens in illo trophæo crucis amictu quodam ſe noſtræ carnis exueret. Quid autem ſibi vult cinctus Zona pellicea, niſi quod caro iſta quæ mentem prius grauare conſueuerat, non iam impedimento cœpit eſſe, ſed cingulo?* Ergo & habitus aſperitate Monachi præferunt Chriſti trophæum virtute crucis de peccatis obtentum; Zona carneâ, ſeu pelliceâ innuentes carnem non iam illis impedimento eſſe, ſed adiumento, ſeruire eam facientes ſpiritui, vt ſit ad omnem illius peregrinationem præparata, *Sic itaque* (ait Chryſoſtomus) *& Petrus cinctus inuenitur, & Paulus: Elias quoque, Sanctique cæteri iſtud inſigne virtutis geſſerunt: quod ſcilicet in iugi opere verſabantur, ſiue iter agerent, ſiue aliud quid neceſſarij, ac properandi laboris arriperent. Nec propter iſta tantummodo, ſed vt omnem quoque ſuperbiendi rationem conculcarent, ſeque ad omnem laborem ipſo quoque habitu præpararent.* Vnde Benedictus Parens ita Monachos cinctos vult, vt ne etiam dormientes zonas deponant.

3. Victus, ac ieiunium.

Quod ad victus myſterium Ioannis ſpectat, obſeruat Ambroſius. *Cibus quoque Propheticus index officij, nuntiuſque myſterij eſt. Quid enim tam otioſum ad hominis officium, quam locuſtas quærere, & quid tam plenum ad vatis myſterium? Nam quo magis ad fructum inutiles, ad vſum laboris inertes, ad tactum fugaces, vaga ſaltu, ore ſtridulæ ſint locuſtæ, eo conuenientius his populi figura gentilis aptatur, qui nullo vſu laboris, nullo operis ſui fructu, ſine grauitate, ſine voce ſonum querelæ ederet, verbum vitæ ignoraret. Hic igitur populus cibus eſt Prophetarum.* Idipſum ſi quis Monachis conuenire dixerit, circa cogitationes ſuas locuſtarum proprietatibus deſignatas, & circa peccata populi, quæ deuorare debent; fletibus minimùm Diuinam pro ipſorum remiſſione miſericordiam interpellantes, nequaquã à vero mihi aberrare videbitur. Quod ſi iuxta Iſidori Peluſiotæ lib. 1. epiſt. 5. ad Nilum, & 132. ad Timoth. locuſtæ non beſtiolæ agri, ſed herbarum ac plantarum ſummitates erant, quibus Ioannes victitabat, euidentius forma in eis victus Monachis præfigitur, quibus ſcilicet per multa ſæcula fuit in vſu herbis, & leguminibus paſci. Sed ſiue ex fuerint animalia, ſicuti Beda contendit lib. de locis Sanctis cap. 14. & Euthymius in Euang. (nec abſurdè, cum Leuit. 11. locuſtæ inter animalia munda eſui apta recenſeantur, & Plinius, Parthis lib. 2. cap. 9. Strabo Hethyopibus lib. 16. Geogr. Hieronymus Lybis, & Orientalibus in cap. 4. Ionæ, & lib. 2. aduerſus Iouinian. pro cibo vſitatas tribuat) ſiue herbarum ſummitates ſint, proculdubio Monachis parſimoniam ſuo exemplo commendauit: nam ea propter (quod ait Petrus Damiani) *cæli rore paſcitur, & animalis viliſſimi ſatiatur edulio, nihilque coctum accipit ieiunantis auſteritas, caſtigato quippe ventre & diuturna maceratione diſtento, ignota fuit varietas ferculorum, nec intrauit in os eius quod gulam alliceret ventri, ſtomacho blandiretur.*

Locuſtarum Ioannis qualitas, & myſteria.

De melle altero Ioannis edulio ait Ambroſius: *Eccleſiæ gratia præfiguratur in melle ſilueſtri, non intra aluearium legis reperta, ſed in campis, & foliis ſyluæ gentilium errore diffuſa, iuxta quod ſcriptum eſt: Inuenimus eam in campis ſyluæ. Poteſt & ea gratia completionis denotari, qua Monachi in deſerto animum nutriunt.*

Melle ſilueſtri quid ſignificatum.

4. Paupertas & Virginitas.

Paupertatem eius ac Virginitatem ſuperfluè demonſtrare conabimur cum vtraque ſolitudinis indiuiduæ ſint comites. Vnde idem Ambroſius ſerm. 65. de S. Ioanne Baptiſta. *Fuit vtique ieiunus, humilis, parcus, & Virgo. Omnes enim has virtutes eius Euangeliſta deſcribens ait. Ipſe autem Ioannes veſtitum habebat de pilis camelorum &c. Quæ igitur maior cauſa humilitatis in Propheta, quam contemptis mollibus veſtimentis, pilorum aſperitate veſtiri? Quæ deuotior fides, quam præcinctum zona paratum eſſe ſemper ad omne ſeruitutis obſequiũ? Quæ præclarior abſtinentia, quam ſpretis vitæ huius deliciis ſtridulis veſci locuſtis, ac melle ſilueſtri?* Adderet conſequenter; quæ commendabilior paupertas, quam tecto etiam, lecto, & menſa, ac veſtitu humano carere, cum præſertim à puero omnia propter Deum reliquiſſet? Quæ purior virginitas, quam eius qui Angelis meruit à Domino comparari, cum dixit: *Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto Angelum meum.* Porro firmitatem animi in propoſito vitæ ſemel arreptæ (nam hæc ſtatum Monaſticum perficit) ipſa eius perſeuerantia abundè probat, & vox Domini mirificè commendauit aientis ad turbas. Matth. 11. *Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam?* Quem locum expendens Ambroſius lib. 5. in Luc. monet *iurè arundini comparandos meme carnis inflatos, vacuoſque virtutis interna viros, & fragili ſe gloria ſæcularis ſublimitate iactantes, quos procellis mundi huius obnoxios vita mobilis inquietat, in quibus ſolida iuſtitia nullus eſt fructus, qui forenſibus criniti phaleris, nodis obſiti, vacuo oris ſtrepitu ſonori, nulla ſui vtilitate, frequenti etiam offenſione, intus inania, foris ſpecioſa ſectantur, nulla validioris naturæ fundati. Arundines fluuios amant, & nos labentia mundi caducaque delectant. Tamen hanc arundinem ſiquis de terra euellat plantariis, & ſuperfluis exuat* (à ſæculari vita ad ſolitariam tranſiens, vt Ioannes fecit, & docuit) *expolians veterem hominem cum actibus eius & ſcriba velociter ſcribentis manu temperet.* (Spiritus inquam Domini, qui ſolitarium facit leuare ſe ſupra ſe) *incipit non arundo eſſe, ſed calamus, qui præcepta cæleſtium ſcripturarum penetralibus mentis imprimat, tabulis cordis inſcribat. De quo calamo habes dictum Pſ. 44. Lingua mea calamus Scribæ velociter ſcribentis.* Ergo & Ioannes qui arundo vento agitata mentis nobilitate non erat, calamus ſcribæ factus eſt velociter ſcribentis, & vox verbi præſcribentis peccatoribus pœnitentiam leges ſolitariæ, ac perfectæ in Chriſto vitæ.

Animi firmitas.

4. Monachi violentiam cœlo inferunt.

Huc profectò reſpicit quod de Ioanne Dominus prodidit Matth. 11. *A diebus Ioannis Baptiſtæ*

Digitized by Google

Regnum cœlorum vim patitur , & violenti rapiunt illud : nam tametſi ad multitudinem credentium extendatur cum hi non tam Ioannis, quam Chriſti, & Diſcipulorum ſuorum prædicatione ad Fidem,& pœnitentiam conuertendi eſſent;proprius quodammodo de Monachis intelligi poteſt , qui, eiſdem licèt autoribus,ad exemplum nihilominus Ioannis deſerta replerent ; hi enim ſelectiſſimi omnium milites futuri deinceps erant,maiori præ cæteris violentia Regno cœlorum vim inferentes. Vnde Hieronymus libr. 2. Comment. in Matth. cap.11. *Si primus* , ait , *Ioannes pœnitentiam populis nuntiauit, dicens, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum cœlorum,conſequenter a diebus illis Regnum cœlorum vim patitur , & violenti rapiunt illud. Grandis enim eſt violentia in terris nos eſſe generatos , & cœlorum ſedem quærere,poſſidere per virtutem quod non tenuimus per naturam.* Et Auguſtinus ſerm. 44. de ſanctis : *Non ſine violentia fieri poteſt,vt de abundantia,& deliciis ad famem, & ſitim,ad abſtinentiam , & crucem tranſeat quis,vt ſomno prius atque otio amicam carnem contritione vigiliiſque conficiat* , quæ ſanè Monachorum inſtituta ſunt : & quæ ſubiungit : *Non inquam ſine violentia fieri poteſt , vt vnuſquiſque iracundiam patientia, ſuperbiam humilitate commutet ; amore paupertatis diuitiarum,ac ſufficientia affluentiam ſuperet, vinolentiam ſobrietate,luxuriam caſtitate condemnet, & homo ſubitò in virum transformetur perfectum ,& quodammodo alter reddatur ex altero : ac ſic à talibus per violentiam Regnum cœlorum diripitur.* Et hoc quidem bellum contra carnem à Monachis initur. *Cæterùm alterum abſtinentia , & Crucis genus eſt pretioſius,atque ſublimius,motus animi regere, & perturbationes illius modeſtia tranquillitate placare ; litigare quotidiè contra vitia ſua , increpare ſe quadam cenſura auſteritatis , & virtutis , & rixam quodammodo cum homine interiori conſerere. Hæc qui facit prærupto paſſionis muro , violenter ad cœlorum Regna conſcendit.* Quod tamen diurnum nocturnumquè Monachorum eſſe propoſitum , bellumque perpetuum , negabit nemo , qui eorum ſcholam vel ſummis labiis attigerit. Et nihilominus à diebus Ioannis Baptiſtæ , ab his Regnum cœlorum vim patitur , & huiuſmodi violenti rapiunt illud. Ex quo relinquitur vt Domini teſtimonio ante Ioannem Baptiſtam , verè ij violenti milites Chriſti non fuerint : nimirum omnibus Monaſticis numeris abſoluti.

6\. *Monachorũ exercitus Ioanne duce cœlum cogere cæperunt.*

Quanta verò Monachorum examina poſt Ioannem futura eſſent , alia lectio eiuſdem teſtimonij indicat , *qua* dicitur : *A diebus Ioannis Baptiſtæ Regnum cœlorum cogitur* : quam ſic elegantiſſimè Ambroſius expendit. *Cogi autem verbum tunc ſolet dici , cum res aliqua rarior aſſidua operatione denſatur. Ex quo ergo Ioannes Baptiſta ſaluatoris annuntiauit aduentum, ex eo regnum cœlorum , quod prius flacidum apud Iudæos iacebat , credentium populorum cœpit aſſiduitate denſari, & omnis illa regni raritas prædicationem frequentatione ſolidari. Tam enim rarum fuit apud Iudæos regnum, vt tranſiret ad gentes;tam fluidum , vt emanaret ad populos. Nunc autem tanta credentium cogitur denſitate, vt fixum, & ſolidum maneat ſine fine. Cogimus ergo regnum cœlorum, & vim facimus Domino , non compellendo, ſed flendo*(en militiæ Monachorum teſſeram) *non prouocando iniuriis,ſed lacrymis exorando , non blaſphemando per ſuperbiam,ſed per humilitatem marendo.O beata violentia, quæ non indignatione percutitur,ſed miſericordia condonatur. Beata inquam violentia,quæ vim patienti bonitatem elicit,& vtilitatem tribuit inferenti. Quiſquis enim violentior Chriſto fuerit, Religioſior habebitur à Chriſto. Aggredimur ergo in itinere Dominum , ſiquidem ipſe eſt via ; & more latronum ſuis tum ſpoliare nitimur : cupimus illi auferre regnum,theſauros , & vitam : ſed ille tam diues , & largus eſt,vt non abnuat , non reſiſtat , & cum omnia dederit, nihilominus omnia ipſe poſſideat. Aggredimur inquam illum , non ferro , non fuſte, non ſaxo,ſed manſuetudine,bonis operibus,caſtitate. Hæc ſunt arma Fidei noſtræ , quibus in congreſſione certamus.Vt autem his armis vti in vi inferenda poſſimus, ante corporibus noſtris. Vim quodammodo faciamus prius enim regnare debemus in nobis, vt regnum poſſimus diripere ſaluatoris.* Lege etiam quæ in hanc habet ſententiam lib.5.in Luc cap.7. & Auguſtin. ſerm. prædicto : in quam etiam Origenes hom. 21. in Numer. cap. 26. agens de Militibus Domini ſelectioribus,qui ſecundo iuſſu Domini recenſiti ſunt , apti bello , terram promiſſionis aggreſſuri. *Per hos* (ait ille) *videntur indicari , qui nullis corporeæ naturæ obſtaculis hebetati, ſed omnium viſibilium gloriam ſupergreſſi , in ſola ſibi ſapientia Dei, & Verbo eius viuendi vſum, exercitiumque poſuerunt : qui corporeum nihil requirunt , nihil rationis alienum ; qui hæreditatem non habent in terris , ſed ſupergrediuntur ſumma cœli faſtigia.* Et Lauretus verbo *Bellum* in Allegor. ſelectos milites (Iudic 5.) lambentes aquas Gedeonis parentes imperio,Religioſorum typos fuiſſe ſcribit: nimirum, quod remiſſis in domum formidoloſis , & timidis , & eis qui rerum caducarum ſaturitate pingueſcunt , violenti inuenti ſunt , qui inimicis populi Dei vim inferrent : quod clangore Diuinarum laudum,incendio bonorum operum, & ducis ſui obedientia præſtant ; vt illi,quibus dictum eſt. *Quod me facere videritis,hoc facite : & cum hydrias confregiſſent*(Sic Aſcetæ conterunt corpora ſua) *tenuerunt ſiniſtris manibus lampades , & dextris ſonantes tubas,clamauerunt ; Gladius Domini, & Gedeonis.* In his etiam notat Stephanus de Languetona Comment. in lib. Iud. quod manu & lingua lambunt quas ; nam *per aquas temporalia deſignantur , quæ lambere eſt ſummatim tangere , vt canes lambere ſolent.* Horum fortium niſi in typo ante Ioannem non erat exercitus reperire , ſed à diebus ipſius Regnum cœlorum eorum numeroſitate cogitur,& violenti rapiunt illud.

Nec omittendum quibuſdam placere ad Monaſticam viram Ioannis reſpexiſſe Angelum,cum de eo patri prædiceret : *Ipſe præibit ante illum in ſpiritu , & virtute Eliæ parare Domino plebem perfectam.* Luc. 1. Vbi ſiquis ſpiritum Ioannis & Eliæ ad officium Præcurſoris vtriuſque aduentus Domini velit accommodare , iuxta Auguſtini & cæterorum Eccleſiæ Doctorum placitum, virtus ad mores reſpexiſſe videtur , in quibus Ioannes Eliæ ſimilis extitit , ſolitudinem , & abſtinentiam , carniſque macerationem ſectatus ; eò vel maxime , quod virtutis voce gratia miraculorum qua Elias enituit intelligi nequit , cum Ioannes miracula nulla viuens ediderit. Verum ecce pluſquam Elias hic : *enim vero* [ait Chryſoſtomus hom. 10. in Matth.] *erat omnino mirabile humano in corpore tantam videre tolerantiam. Quod certè Iudæos magis ad credendum trahebat , cum in Ioanne Eliam cernerent , atque in illius beati recordationem per iſtius virtutem redirent : imò multi maiore admiratione raperentur, ſiquidem ille in vrbibus paſcebatur,hic vero ab ipſis in cunabulis in eremo ſemper* 7. *Oraculum de Ioannis Monachatu.*

ſemper habitauit. Et Petrus Damiani. *Elias comedit carnes,& ſi quid aliud apponitur cum gratiarum percipit actione: nec aliquem (ni fallor,) legimus in veteri officina ad legis huius aſpiraſſe faſtigium. Veſtis aſpera, cibus tenuis, mens deuota perfectum conſecrant Patriarcham.*

8. Non habuit Monachatus magiſtrum.

Verùm non ideo credas Ioannem venire in ſpiritu & virtute Eliæ, quaſi ab aliquo eius diſcipulinæ Monacho, aut Eſſæno in eremo fuerit eruditus,vt aliqui perperam ſuſpicantur: ſiquidem tantum Prophetam non decebat ab homine erudiri: aut quiſpiam hominum tantam Ioanni iuſtitiam docere valuerit: vt omittam quod lib. ſuperiori cap. 13. an.7. docuimus Eſſænos ſectarios perpetuos in lege fuiſſe,erroribuſque conſperſos; diſcipulorum vero Eliſæi (nam Elias nullos habuit) nec tenuis ſupererat memoria. Audiendus præ iis Magnus Gregorius qui lib.1.Dialog.cap.1.vt probet D. Honoratum Abbatem nullius Monachi fuiſſe diſcipulum, exempli gratia ſub infert. *Sic quippe etiam Ioannes Baptiſta magiſtrum habuiſſe non legitur,neque ipſa veritas,quæ corporali præſentia Apoſtolos docuit,eum inter diſcipulos aggregauit: Sed quem intrinſecus docebat, extrinſecus quaſi in libertate reliquerat.* Et in expoſitione cap.3.lib.1.Regum, docte promit Baptiſtam nequaquam ſecutum fuiſſe ſuperioris hominis arbitrium, ſed Diuinitatis inſpirationem ait enim. *Perfecti quique viri, & docibiles Dei miniſtri quidem in conſpectu Domini ſunt, ſed ante faciem hominis miniſtri eius non ſunt,quia ipſa eos intus Diuinitas erudit,qualiter foris etiam vita,& moribus,ac doctrina diſponantur. Vnde & Præcurſori Redemptoris paterni oraculi laude promittitur. Tu quidem puer Propheta Altiſſimi vocaberis, præbis ante faciem Domini parare vias eius. Ante faciem quidem Domini præire deſcribitur, qui in miniſterio ſuo non erat ſecuturus arbitrium ſuperioris hominis,ſed inſpirationem Diuinitatis.* Idquè mihi colligo ex Luca dicente; *(confortabatur à ſpiritu, & erat in deſertis.* A ſpiritu quidem confortabatur,vt eremum incolens ſanctitatis eremiticæ faſtigia conſcenderet, non ab homine.

Neque Elias

Sic ipſe Elias magiſterium hominis non agnouit,non ſolum in prophetia, ſed nec in ſolitudinis inſtitutis.

Neque S. P. Benedictus.

Sic & Benedictus pallium quidē Monaſticum à Romano accepit, ſed ab ipſa ſpecu & ſolitudine nullo præeunte magiſtro Monaſticem plenè edoctus in Monaſterij Abbatem aſſumptus eſt. Ecquis vero Baſilium & Gregorum Theologum, quæ eius vitæ regulæ ſunt erudiuit? Quis Paulum? Quis Antonium? vt cæteros omittam.Ergo & Baptiſtam idem ipſe Dei edocuit ſpiritus abſque humano magiſterio. Lego aliquando comitem in ſolitudine habuiſſe matrem Elizabeth, ſed quæ magiſtro potius indigeret, miſſa vt puerulo præberet alimoniam; non quæ filio ſolitaris vitæ magiſtra eſſet. Ita Ambroſ.lib.10. Epiſt.82. cuius verba dedi lib.1.cap.vlt.num.1. Nizephorus lib.1. Hiſt. Eccleſ.cap. 14. *Vna cum matre Elizabeth ſpelunca quadam* (ait) *ad regionem montanam ſaluus conſeruabatur, fortaſſe Herodes ſanguinariam effugiens manum, atque inde in ſolis locis libenter verſari ſolitus Angelo duce vſus; in remotiores ſyluarum receſſus ſeceſſit.* Petrus item Alexandrinus Canon.5. ſuarum Regul. cuius ad dexteram verba dedi. A cap.6. num.1.

9. Ioannis diſcipuli eius Monachatũ non ſequuntur.

Sed verò de diſcipulis Ioannis quæret quis,num Magiſtri ſcholam aliquandiù illo de medio ſublato texerunt, aut conſeruauerunt, ab eiſvè propagata Monaſticès ſit, nec ne? Procul omni dubio ſit, Ioannis diſcipulos nullatenus Monachatum profeſſos vnquam fuiſſe, vt ad inſtar magiſtri mores ſuos componerent: ſed pœnitentiam ante actorum criminum ad prædicationem eius complexi,cuius perpetua erat vox, *Pœnitentiam agite*,ieiuniis, & obſecrationibus addicebantur.Video eos de ieiuniis apud Matth.9.& Marc.2.iactabundos, & de obſecrationibus etiam apud Luc.cap.5.de diſcipulis Domini apud ipſum quærelam mouentes: qui tamen ſi pilis camelorum induti incederent, ederent vè nihil præter locuſtas & mel ſilueſtre, vt magiſter, nequaquam tantam iactantiæ cauſam ſilentio inuoluerent. *Acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis dicentes: Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter: diſcipuli autem tui non ieiunant?* Ita Matthæus. Lucas vero: *Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter & Phariſæorum; tui autem edunt,& bibunt?* Vt ex ſociis & amicis eorum (Phariſæos loquor) quantæ ſanctitatis eſſent homines, facilè perpendas. Inuidia etiam ferbuiſſe, quærela in Chriſtum ipſum ad Ioannem ab ipſis delata, quam refert Ioannes cap.3. ſatis manifeſtat, *Facta eſt* (ait) *quæſtio ex diſcipulis Ioannis cum Iudæi de purificatione. Et venerunt ad Iordanem, & dixerunt ei. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui teſtimonium perhibuiſti,ecce hic baptizat,& omnes veniunt ad eum.* Vbi Interlin. *Facta eſt quæſtio ex diſcipulis Ioannis,defendentibus baptiſmum magiſtri,& putantibus Ioannem maiorem Chriſto: quaſi inſtigarent in inuidiam contra Ieſum.* Et Hieronymus ad illa verba, *Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter? &c.* inquit: *Superba interrogatio,& plena ſupercilio Iudæorum. Certè, vt aliud non dicamus, reprehendenda ieiunij iactantia. Nec poterant diſcipuli Ioannis non eſſe ſub vitio, qui calumniabantur eum, quem ſciebant magiſtri vocibus prædicatum,& iungebantur Phariſæis, quos à Ioanne nouerant condemnatos; cum ait Genimina viperarum &c.* Id circo Ioannes morti proximus duos illorum ad Ieſum mittit, vt quod de ipſius maieſtate eos ipſe verbo docuerat, miraculorum exhibitione confirmaret; & rogare iubet: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Verùm Interlin. innuit eos idcirco à Ioanne miſſos, quia ſcandalizati fuerant in eum. Nam ad illa verba; *Et reſpondens Ieſus ait illis: euntes renuntiate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis Cæci vident &c.* ait; *reſpondens, non ad interrogata ſed ad ſcandalum nuntiorum.* Ergo ex cunctis Ioannis diſcipulis duos duntaxat Chriſto adheſiſſe profert Ioannes, è quibus Andreas vnus erat: de cæteris poſtquam corpus magiſtri truncum ſepelierunt, quid factum ſit ambiginus, cum nulla deinceps de eis fiat mentio.

10. Cur Ioannes diſcipulos Monaſticem non docuerit?

Cur autem Ioannes Baptiſta Monachorum alioquin Princeps Monachos non erudierit,cauſa in propatulo eſt: cum enim ad Monaſticum ſe exercebat, Anachoreta erat, & ſolitarius, & eo ipſo abſque diſcipulis: cum prædicationi inſtitit, tota eius cura fuit peccatores ad pœnitentiam reuocare,& vniuerſos ad Agni Dei agnitionem, perfectionis; doctrinam cuius erat, ipſi relinquens. Et ſanè ſcholam perfectionis erigere, ad eamque animos hominum inſtruere, & erudire, non erat legis opus, aut hominis ſub lege militantis,ſed autoris Euangelij & gratiæ, iuxta illud Baptiſtæ ipſius teſtimonium Ioann.1. *Lex per Moyſem data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Vnde Monachatu Ioannis loquens Chryſoſtomus hom.10.

Digitized by Google

hom. 10. in Matth. ait. *Eremum ita ille habitauit, vt cœlum & hoc nondum deſtructo vtique peccato, nec dum lege ceſſante, aut morte deuicta nec confractis certe aneis portis, ſed vetere adhuc morte regnante.* Vt ita eius ſtupenda facinora gratiæ Dei ſpecialiſſimæ adſcribenda eſſent, non legis virtuti, quæ infirma & debilis tantum vitæ miraculum in Ioanne perficere non valeret. Quod ſimiliter de Elia,& Eliſæo,& ſi qui alij fuerunt ſub lege Chriſtiani ſentiendum eſt. Quo etiam reſpexiſſe mihi videtur Dominus, cum ad Ioannis diſcipulos accuſantes ſuos, quod non vt ipſi ieiunarent, duas ſubintulit ſimilitudines: Matth.9. *Nemo immittit commenſuram panni rudis in veſtimentum vetus;tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum funditur, ſed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.* Ambroſius ad cap. 5. notat has omnium primas ſimilitudines à Domino dictas fuiſſe. Has cum Dominus prompſerit, vt probet non opportere diſcipulos ſuos tunc ad eius præſentiam ieiunare, ieiunaturos cum ab eorum aſpectibus auferretur, conſequens eſt vt voluerit innuere, perfectionem vitæ Euangelicæ non à lege ortū duxiſſe,& ideo minime cum ea coniungenda; vnde nec oportuiſſe vt ieiunantibus ſub lege diſcipulis Ioannis,& Phariſæis,Apoſtoli pariter ieiunarent: ne videlicet ieiunium aut cæteræ Euangelicæ perfectionis conſuetudines à lege ortum duxiſſe crederentur; quæ vetus hominis veſtimentum erat,iamiam vetuſtate ſua periturum; aſſumentum vero panni noui. *Euangelicam doctrinam ſignificat* (ait Remigius) *cuius particula quadam ieiunium.* Et item *: Poſt reſurrectionem vinum nouum receperunt diſcipuli; vnde quidam dixerunt; muſto pleni ſunt iſti.* Miſſum vero tunc fuit in vxores nouos,in mentes ſcilicet ſpiritus Domini deſcenſu innouatas. Quorſum hæc? Nimirum vt videas Monaſticæ vitæ verum initium à Chriſto Domino ſumendum fuiſſe; non à Doctoribus ſub lege degentibus, etiamſi Ioannes Baptiſta ſit: quandoquidem nec ieiunij duntaxat aſſumentum monachis familiariſſimum voluit vt Apoſtoli à lege & veſtimento veteri ſuſciperent: & ea propter *panni rudis* vocatum, nimirum hactenus inuſitatum,& illuſtre, quatenus ſub Euangelij gratia, vt gradus quo perfectionis culmen ſuperatur, Chriſto Doctore in viſu acceptum eſt. Quare nec Ioannes ipſe omnibus veri Monachatus numeris perfectus & abſolutus Monachus extitit. Nam & vota eius ſiquæ emiſit, non ſolum ſimplicia fuere, ſed à nemine ſub Eccleſiæ nomine acceptata: præceſſitque ipſam Monaſticis ſtatus promulgationem à Chriſto Domino editam in promulgatione Euangelij. Qua de re cap.6. huius lib. diſceptabimus. Suſcitauit nihilominus Ioannes primordia illa Monachatus ab Elia, Eliſæo, & filiis Prophetarum olim exculta, ſed iam ab hominum memoria remotiſſima, præſtantiuſque cæteris excoluit, viamque ſtatus proximè futuri mirabilis vitæ perfectiones aperuit: de quo iam dicam.

CAPVT II.

Chriſtum Dominum vnicum Monaſticæ perfectionis, ac ſtatus extitiſſe Doctorem, & Principem: à quo cæteri exempla vitæ, doctrinamque hauſerint ſuis tradendam diſcipulis.

NOn contendimus vocandum Dominum Monachum,qui non veneat vt ſolus vitam ageret in eremo, aut Monachorum greges ſolus regeret: quod vtique ipſe ſatis innuiſſe videtur ad Phariſæos inquiens. *Venit Ioannes Baptiſta neque manducans panem, neque bibens aquam, & dicitis Demonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens,& dicitis,Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatoris.* Luc.7. Quaſi diceret, vt exponit Interlin. *Venit Ioannes exemplo abſtinentiæ ſuæ pœnitentiam vobis indicens* (vt Monachus) *& noluiſtis humiliari cum ille. Venit Filius hominis in cibo & potu lætitiam regni præſignans, & noluiſtis cum illo gaudere, ſed calumniati eſtis*, quamquam habitu communi, & ſociali vita inter vos incederet, quo omnes ad ſe attraheret,qui pro omnibus redimendis venerat. Qua de re agit D. Thom.Ip. quæſt. 40. artic.1. & 2. Et Auguſt. lib.2. de qq. Euang.9. *Illud, lamentauimus & non ploraſtis* (quod Chriſtus præmiſerat) *ad Ioannem pertinet, cuius abſtinentia à cibis & potu luctum pœnitentiæ ſignificabat: Illud autem,Cantauimus,& non ſaltaſtis,ad Chriſtum, qui vtendo cum cæteris cibo,& potu,lætitiam regni ſignificabat.* Contendimus nihilominus Chriſtum Dominum inſtituta Monachis præfixiſſe, ſuoque exemplo eadem ſanctificaſſe, vt iure optimo Monachorum præcipuus Doctor & Princeps habendus ſit, & adorandus. Quare Baſilius Conſtitutiones Aſcetarum edens, ſic exorditur cap.2. *Omnis actio, omnis itemque ſermo ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti excolendæ pietatis, virtutiſque obeundæ regula eſt. Propter hoc enim etiam humanam naturam ſuſcepit, vt in ſe, velut in tabula quadam veram nobis pietatem ac virtutem depingeret, eamque omnibus nobis, maribus ſimul ac fœminis ante oculos ſtatutam vnicuique pro viribus imitandam ceu archetypon proponeret*, & cap.5. *Verum quoniam quæ diximus* (de Monaſticis plane Conſtitutionibus, ac moribus) *ea non rationibus tantum roboranda ſunt, ſed exemplis etiam rerum geſtarum noſtra confirmanda ſententia eſt; ad ipſum iam liberatoris noſtri inſtitutum pergamus, quod mortali in corpore ab ipſo ſeruatum omnibus quicunque pietatem in vita colere vellent virtutis exemplar ac picturam, veluti probè expreſſam effigiem quandam propoſuit; vnde cunctis lineamentis illius inſpectis cum nulla in parte à propoſitio ipſius exemplaris imitatione declinarint, ſimile inde pro ſe quiſque in vitam ſuam exemplum transferret.* Quod ſanè intima eſſe nobis Dominum docet illis verbis Ioannis. 12. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Quibus verbis nequaquam aſſectationem eam ille, qua corpore fit ſed acerrimam, quantum fieri poſſit, vitæ ipſius inſtitutorum imitationem, &c.* Concinit Athanaſius lib. de Interpret. Pſalm. in hæc verba. *Celeſtem, & probatiſſimam viuendi rationem nobis oſtendere volens, eam in ſe ipſo expreſſam exhibuit: ne quis facile*

1. Chriſtus Dominus Monachorum Magiſter & forma.

poſt hac

Digitized by Google

poſthac ab inimico circumueniretur, cum poſſideat ex eius de diabolo victoria certa pignora ſecuritatis: ideoque non ſolum docuit, ſed & fecit, vt & ipſum audiremus loquentem, eumque veluti imaginem formamque intuentes faciendi exemplar mutuaremur. *Addis vero. Neque eſt vt quiſpiam inueniat perfectiorem virtutis diſciplinam, quam eam quam Dominus exhibuit in ſemetipſo: ſiue enim malorum tolerantiam, ſiue humanitatem, ſiue bonitatem, ſiue fortitudinem, ſiue miſericordiam expectes, omnia in eo deprahendas, vt nullum ei exemplar ad virtutem deſit, qui in humanam Domini vitam oculos intendat.*

2 **De eadem re præclara D. Ambroſij ſententia.** Multa in hanc ſententiam ſancti Doctores calamo doctrinæ & pietatis ſcitu digniſſima exararunt, quæ ne faſtidio ſim lectoribus inuitus licet prætermitto. Vnus præ cæteris Ambroſius luculentius cæteris rem hanc mihi videtur explicaſſe. De piis ad perfectionis culmen conducentibus conſtitutionibus doctrinam edens generalem lib. 3. de Virgin. dicens. *Sed eſto non ſit improbum, nunquid, nouum eſt? Nos enim noua omnia quæ Chriſtus non docuit, iure damnamus, quia fidelibus via Chriſtus eſt. Si igitur Chriſtus non docuit quod docemus, etiam nos id deteſtabile iudicamus.* Et hoc argumento probat integritatis meritum, virginitatis prærogatiuam. *Diſcutiamus ergo vtrum Chriſtus integritatem docuerit, an repudiandam putauerit?* Diceret etiam an non docuerit, non commendauerit? hoc ſiquidem ſolo de tota re periculum faciendum monuerat: *Nam ſi Chriſtus non docuit quod docemus, etiam nos id deteſtabile iudicamus.* Quod proculdubio de cæteris aſſerendum ipſa doctrinæ communis conuincit.

3 **Chriſtus integritatis, paupertatis & obediētiæ Magiſter.** Cæterum nihil totis Monaſticis inſtitutionibus réperies, quod à Chriſto non edoctum verbo, non commendatum ſuo exemplo ſit. Integritatis vexillum immaculato erexit corpore ſuo: monuit vero Matth. 19. ſeruandam ab his qui capere poſſent; inquiens. *Sunt Eunuchi qui ſecaſtrauerunt propter Regnum Cælorum. Qui poteſt capere capiat.* Vbi Ambroſius: *Qui ſciret prædicandam omnibus integritatem; imitanda paucis: Non omnes, inquit, capiunt verbum iſtud; ſed quibus datum eſt, Hoc eſt, non eſt communis plurimis, & vulgaris integritas, nec pro infirmitate promittitur, ſed pro virtute conceditur.* Paupertatis dein Encomiaſtes factus Regnum cœlorum pauperum eſſe dixit, & ad diſcipulos Ioannis pauperes euangelizari, & perfectionem abſque diuitiarum renunciatione non contingere, cum diuites difficiliùs intrent in Regnum cœlorum, quam camellus foramen acus. Sed quo ſui exemplo? Vt naſceretur locus non fuit ei in diuerſorio; vt caput reclinaret habuit nihil, cum vulpes ipſæ foueas habeant, & volucres cæli nidos: cum mortuus eſt, veſtibus nudatus eſt, & ſepulchro alieno eguit. Vnde Autor libri de Paſſione Domini apud Bern. cap. 2. piè dixit. *Pauper in Natiuitate, pauperior in vita, pauperrimus in Cruce.* Non me latet à Ioanne XXII. definitum Chriſtum Dominum ita fuiſſe pauperem, vt quarumdam rerum dominium ſibi retinuerit. Verum id Dominus feciſſe dicitur ab Strabo in Gloſſa ad illud Ioannis 12. *Ea quæ mittebantur portabat; nimirum cui Angeli miniſtrabant, loculos habuit in ſumptus pauperum, condeſcendens infirmis.* Et pro articulo neceſſitatis, quando tranſire oportebat per Samaritanos, quibus Iudæi non continebantur. Ita D. Bonauentura in Opuſc. de Chriſti paupertate; de qua videndus eſt D. Thomas 3. part. quæſt. 40. cap. 3. & 4. & 4. Contra gent. cap. 55. ad argum. 12. & Opuſc. 17. c. 15. & Opuſc. 20. cap. 3. Igitur qui omnibus omnia factus, fuerat, propter perfectos paupertatem pene extremam Sectatus eſt: propter infirmos dominium quarundam rerum ſibi retinuit. De obedientia à Chriſto Verbo & opere commendata dicere ſuperſedeo, cum ipſe factus fuerit obediens vſque ad mortem: & totos 30. annos Mariæ & Ioſeph ſubditus fuerit. Taceo, & reliquarum virtutum doctrina, & exercitio, cum de his plenæ ſint Euangeliorum paginæ.

Rationi etiam id eſſe quod intendimus maximè conſentaneum, vel inde conuincitur, quod Monaſtices nihil eſt aliud quam ſtatus hominis ad culmen vniuerſæ Chriſtianæ perfectionis tendentis; perfectio vero in charitate, & dilectione Dei, & proximi conſtitit per ſe & principaliter (vt Theologis hoc demus) in conſiliis autem Euangelicis ſecundario, & tanquam in inſtrumentis, quod iis mediis faſtigium charitatis aſcendatur. Ita docuit Angel. Doctor. 2.2. 184. artic. 3. Nihil proinde tota ſerie præceptorum, & conſiliorum Euangelicorum eſt, quod Monachi non curent opere adimplere. Regulæ ergo Monachorum Euangelia ſunt, Cuius rei duo adhuc proferam argumenta: Alterum ſit ſpecialiſſimas Monachorum obſeruantias verbo aut exemplo Domini eſſe introductas: Alterum verò Autores & Præceptores vitæ regularis non aliunde quam ex Euangelio regulas tranſiſſe. 4 **Ratione idē probetur.**

Obſeruantias Monaſticas voco ſilentij iuge ſtudium, ſeceſſus in ſolitudinem, ieiunium, parca, & communis Menſa, Diurna & Nocturna Oratio, ad Menſam benedictio; cum neceſſitas poſcit non ſolos ſed binos procedere in ciuitatem, veſtitus vilitas, vt interim cætera prætermittam. Hæc autem quis ab Euangelio mutuaſſe eos non videat? Silentij formam dedit Dominus triginta annos ætatis ei ſedulò ſtudens, non integros quatuor prædicationi inſiſtens. Sanè totis illis 30. ſemel locutus ſcribitur (apud Luc. cap. 2.) cum in templo in medio Doctorum ſedit, audiens illos, & interrogans eos: Et ad parentes, qui anxiè eum quærebant, dixiſſe. *Quid eſt quod me quærebatis, &c.* Quid vltra toto illo tempore dixerit, ſilent Euangeliſtæ, ſilentio ſtyli modeſtiſſimam eius loquelam commendantes. Vbi & illud conſideratione dignum eſt, quod ſeptennis puer cum alloqui parentes poſſet, vt redirent de Ægypto in terram ſuam, quod periſſet iam qui quærebat animam eius, Angelum ad Ioſeph loquentem inducit ſilentij procul dubio tempora reuerenter obſeruans diſcipulis præſertim, & iunioribus maximè congrua. Docens verò de omni verbo otioſo reddendam eſſe rationem, os noſtrum perpetuo concluſit ſilentio circa ea, quæ maxime neceſſaria non ſunt. 5 **Obſeruātiarum omniū magiſter.**

Solitudinis ſeceſſum vtpote orationi congruum, & obſeruauit, & docuit: nam & aſcendiſſe dicitur in montem ſolus orare: & quandoque auulſus à Diſcipulis, quantùm iactus eſt lapidis, orauit ad Patrem: & clauſo oſtio intra 6 **O[…]tionis.**

cubiculum à nobis orandum edixit. Quo circa Bernardus ſermon. 4. de Aſcenſ. Domini elegantiſſimè ait. *Tertium montem lego in quem aſcendit ſolus orare. Vides ergo quam bene Sponſa in Cant. Ecce iſte venit, inquit, ſaliens in montibus. In primo transfiguratus eſt, vt ſcires quò tenderes: in ſecundo verba vitæ loquutus eſt, vt ſcires quà peruenires: orauit in tertio vt eundi, & perueniendi bonam oſtenderet voluntatem. Et vide quam vtiliter orationis tempore etiam corporalis loci ſecretum quærimus, quando hoc ille non ſolum docuit. Verbo, Intra (inquiens) in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum: ſed & commendauit exemplo, nec domeſticorum quemquam admittens, ſed ſolus aſcendens ad orationem.*

7. Ieiunij.

De ieiunio Dominico 40. dierum ac noctium ſolemnis apud Euangeliſtas mentio eſt: niſi quod ei ieiunium neceſſarium non erat, vt nobis: quod vtique dilucidè Baſilius expoſuit in Comment. cap. primo, Iſaiæ ad illa verba. *Ieiunium verum odiuit anima mea.* Sic inquiens. *Ob hoc Moſes, vt mente Deum contemplaretur, conſcenſo monte diebus 40. perſeuerauit, cibo, potuque impaſtus, ac ieiunus; ſecum ita conſtituens, vt princeps animæ ſuæ facultas mens perſiſteret ſeiuncta ab omni turbulenta intemperie. Non ſecus Elias Deum quæſiturus parui temporis intercapedine neglectim tranſmiſit alimenta, ne qua mentem obumbraret caligo epularum. Sed enim ipſe Dominus abijt ab his diuerſus. A reſurrectione enim ex mortuis, inque cælos rediturus, guſtauit cibum, fidem vt faceret, ſe naturam aſſumpſiſſe excitati corporis. Condeſcenſione autem ſe attemperans hominibus ieiunabat, per hoc declarans neceſſariam eſſe ieiunij exercitationem ei qui ſe exuturus eſſet ad fortiter ſuſtinendos agones tentationum.* Modum vero ieiunij nobis præſcripſit, dum dixit. *Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, &c.* Conſule D. Thomam 3. p. 40. artic. 2.

8. Chriſti menſæ frugalitas.

Porro menſæ frugalis, & communis methodum ipſe ſimul cum diſcipulis ſuis edens indixit: quos prætèr pœnam & aquam, piſces, & fauum mellis, niſi inuitati cum eſſent ab aliis, comediſſe ſimul nihil reperire licet: vno dempto agni myſtici eſu. Audi ea de re ſuperioris Baſilij temperatiſſimam Dominicis exemplis fiſtulam caput 19. regul. fuſius diſp. *Sanè recta ratio vſus ciborum id replendum admonet, quod exinanitum ſit. Proinde quod minori negotio a naturalis nos deſiderij moleſtia liberet, illud adhibendum nobis eſt. Hoc autem ita fieri conuenire facto illo Dominus declarauit, cum delaſſatam illam ingentem multitudinem epulo illo accepit, ne deficerent in via, ſicut ſcriptum eſt. Etenim cam miraculi vim magnifico excogitando epularum apparatu in ſolitudine ei liceret exaugere; adeo ſimpliciter, adeo frugaliter eos accepit, vt ad panem, qui ipſe etiam erat hordeaceus, fructum tantummodo piſcis adiectum ſit. Nam de potione prorſus nulla mentio, quippe tanquam videlicet aqua ſponte ſua ex humo ſcaturiens omnibus eſſet in promptu, quæ naturalem vniuſcuiuſque deſiderium affatim poſſit explere.* Animaduertit verò Iſidorus libr. 1. de Offic. Eccleſ. cap. 44. *Piſcem ſanè, quia eum poſt reſurrectionem accepit Dominus, poſſumus manducare, hunc enim nec Saluator, nec Apoſtoli prohibuerunt:* Cum tamen factum Domini legem interpretans Paulus, Laudauerit à carnibus & vino abſtinentiam, & olerum eſum, inquiens: *Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum.* Et iterum: *Qui infirmus eſt olera manducet.* Quod eo loci obſeruauit Iſidorus Monachi vero pro lege ſibi præſcripſerunt.

Benedicendi Deum ad menſam tam proprius Chriſto Domino mos fuit, vt qui Diſcipuli ex ſublimitate doctrinæ adhuc ipſum non nouerant, ex fractione panis tandem ipſum cognouerint: nimirum teſte Luc. cap. 24. *Dum recumberet cum eis accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et* ſtatim *aperti ſunt oculi amborum & cognouerunt eum.* Hunc morem à Monachis ſibi vſurpatum ſæpe mirabatur, & Laudabat Chryſoſtomus, & nonnunquam ad eum obſeruandum populum Antiochenum inuitabat inquiens hom. 57. *Rurſum ad deſerta proficiſcar, quoniam cum maiori voluptate vos audientes video. Veni, & mihi manum porrige, & eamus ambo in hanc expeditionem, & inſtructas acies videamus. Propterea hoc præſertim laudo, & admiror, tum propter alia, tum propter hanc dictionem. Illi namque poſtquam pranſi fuerint, imo vero poſt cœnam, nunquam enim prandium norunt ſcientes quod præſens tempus eſt luctus, & ieiunij. Itaque poſt cœnam Deo quoſdam gratiarum hymnos dicentes.* (Nonne & de Domino & Diſcipulis Euangeliſta ait. *Et Hymno dicto &c.* Marci 14. Vbi Hilarius: *Docuit ante cibum & poſt, gratias agere*) *& huius vocis reminiſcuntur. Et ſi vultis etiam ipſos hymnos audire, vt & vos continuo dicatis illum, omnem ſacrum vobis cantum recenſebo.* (quem vti Monachus memoriæ mandauerat Chryſoſtomus.) *Ipſius itaque verba ſic ſe habent. Benedictus Deus, qui paſcis me à iuuentute mea. Qui das eſcam omni carni, imple gaudio & lætitia corda noſtra, vt omnem ſufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum in Chriſto Ieſu Domino noſtro; cum quo tibi gloria, honor, & imperium cum Sancto ſpiritu in ſæcula. Amen. Gloria tibi Domine, gloria tibi Sancte, gloria tibi Rex, quoniam dediſti nobis cibos in lætitiam: imple nos Spiritu Sancto, vt inueniamur in conſpectu tuo beneplacentes, non erubeſcentes, quando reddes vnicuique ſecundum opera ſua.* Hactenus hymnus ex Chryſoſtomo, qui deinceps eius myſteria commentatur.

9. Menſæ benedictio.

Antiqua gratiarum actio poſt pœnam

10. Chriſti nocturna, & diuina oratio.

Nocturna tempora orationibus complere, & frequentare docuit eos exemplo ſuo Dominus, qui teſte Euangeliſta, *Erat pernoctans in oratione Dei:* Vnde & nocte, qua ſe ad paſſionem præparabat, tres peregit Nocturnos, vt cum Monachis loquar, ter ſiquidem oraſſe ad Patrem reperitur Matth. 26. Et vt mihi ab Euangeliſta innui videtur, quolibet Nocturno horam inſumens: nam de primo increpatio illa Domini manifeſtat, *Non potuiſtis vna hora vigilare mecum?* minime *vna hora* dicturi, ni eam orando inſumpſiſſet. De poſteriori teneo Lucæ teſtimonium cap. 22. aientis, poſtquam ab Angelo confortatus eſt, *factus in agonia prolixius orabat:* quod proculdubio accidit, cum tertio ſeceſſit oraturus Patrem, atque ex prolixitate & agonia, *factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Porrò ſecundam orationem primæ fuiſſe æquè prolixam, id eſt horariam, inde deduco, quod in ea dicatur Dominus eundē ſermonem atque in prima repetiuiſſe. Quod ad diurnas ſpectat, quid manifeſtius eo, quod orationem perpetuam ſuis indixit, *Oportet ſemper orare, & non deficere.* Luc. 18. Quod vt Eccleſiā perficere videatur, cum numero ſeptenario perpetuitas ſignificetur, ſepties (præeūte Propheta, qui pridem Spiritum Domini hauſerat)

in die laudem dicit Deo : quibus horis Monachi ſolemnius ſe præſentans ei, Diuinas laudes perſoluturi , & præter eas priuato ſtudio tota die.

11. Binos & binos Monachos incedere ex Chriſti doctrina deſumptum.

Conſuetudinem Monachorum , vt bini , & bini incedant , cum foras eundum cuipiam eſt, quis dubitat à Dominica miſſione Diſcipulorum ſumpſiſſe exordium , qua Lucas cap. 10. ait. *Et miſit illos binos ante faciem ſuam.* Quo ſanè & charitas conſeruatur , & alter alterius cuſtos efficitur. Vnde Pachomius in regula : *Nullus ſolus mittatur foras ad aliquod negotium , niſi iniuncto ei altero.* Et Macharius in ſua. *Ad neceſſariam rem perquirendam de Monaſterio bini egrediantur , vel terni.* Concinit Baſilius. ſerm. 1. de Inſtit. Mon. Potitheus ſerm. 20. Caſſianus lib. 5. cap. 40. Gregorius libr. 10. Regiſt. epiſt. 21. Auguſt. epiſt. 109. quæ in regulam tranſiit caput 19. Qua de re alibi fuſius agemus.

12. Et vilitas veſtium.

Vilitatem veſtium ſuarum Monachi ex ſententia Domini deſumpſerunt : *Ecce qui mollibus veſtiuntur domibus Regum ſunt.* Quo ſanè ſuas, & ſuorum veſtes vilis fuiſſe pretij pronuntiauit.

Chriſti veſtis duplex.

Ego tunicam & pallium geſtaſſe Dominum reor; ex quibus pallium in paſſione milites in quatuor partes diuiſerunt , vnicuique militi partem ſuam concedentes ; tunicam vtpotè inconſutilem ſcindere noluerunt , & idcirco ſuper eam miſerunt ſortem. Atque hæc duo vt nimirum geſtaſſe cum ad lauandos Diſcipulorum pedes deuentum eſt, ſatis oſtendit Euangeliſta : tunc ſiquidem depoſuit primum veſtimenta ſua , pallium ſcilicet , & ſtatim linteo ſuccinxit ſe , tunicam ſtringens. *De multitudine vero veſtium Monachorum nihil ſane nunc attinet dicere* (ait Baſilius regul. 23. fuſius diſput.) *cum de hac re ſuperiùs diſputatum à nobis ſit. Etenim ſi quis duas tunicas habet , is ei qui nullam habeat alteram iubetur à Domino impartiri , haud dubie huic plurium retentio , ipſius cauſa , interdicta eſt. Quod ſi ita eſt , quibus habere duas tunicas vetitum eſt, his quid attinet de illarum vſu legem ſancire ?* Sed nos ſuis locis de his multa. Atque hæc de priori ex promiſſis argumentis ſatis dicta modò ſint.

13. Euangelium Chriſti regula perfectionis.

Accedat & poſterius de Præceptoribus vitæ Monaſticæ , qui Euangelio audito eam vitam arripuere. Sane Antonius Monachorum conclamatiſſimus Princeps ab Euangelio Domini hauſit ſibi vitæ Monaſticæ inſtituta , quæ poſtea diſcipulis propinaret. De quo hæc Magnus Athanaſius.

B. Antonij regula Euangeliũ ipſum.

Poſt mortem parentum annorum circiter 18. *aut* 20. *Necdum ſex menſes fluxerant, quibus ad Eccleſiam , vt ſolebat , accurrens , recordabatur quomodo & Apoſtoli omnibus ſpretis ſequuti fuiſſent ſaluatorem , & multi , vt legitur in Actis Apoſtolorum , facultatibus ; ſuis venditis, pretia ad pedes eorum detuliſſent egentibus partienda : queve , aut quanta ſpes iiſdem repoſita eſſet in cœlis. Talia ſecum voluens intrauit Eccleſiam , & accidit , vt tunc Euangelium legeretur , in quo Dominus dicit ad diuitem : Si vis perfectus eſſe , vade , vende omnia quæcumque habes , & da pauperibus , & veni ſequere me , & habebis theſaurum in cœlo. Quo audito , quaſi diuinitus huiuſmodi ante memoriam concepiſſet , & veluti propter ſe hac eſſet Scriptura recitata , ad ſe Dominicum traxit imperium : ſtatimque regreſſus , poſſeſſiones quas habebat vendidit. Rurſus autem Eccleſiam ingreſſus , cum audiſſet Dominum in Euangelio dicentem , Nolite cogitare de craſtino , reliquam quoque portionem parentibus diſtribuit : neque ſe verſari paſſus eſt domi , ſed iam omnibus ſæculi vinculis liber , aſperum , atque arduum arripuit inſtitutum.* Hinc factum eſt vt ſuccedente tempore , nullam aliam diſcipulis ſuis regulam vitæ indiderit , ratus nimirum ſacroſanctum Chriſti Euangelium affatim ſibi ſuiſque , & cunctis veram pietatem ſectantibus ſufficere. Vnde & apud eos inoleuit mos , vt quiſque illud apud ſe haberet in vniſſimam morum amuſſim. Cuius rei appoſitiſſimum prodit exemplum Palladius in Leuſiaca. cap. 116. de Biſarione Abbate.

Biſarion mẽdico Eunicã dedit.

Is habebat ſemper paruum Euangelium ſub axilla , aut ad ſui faciendum periculum , num perpetuo voci Domini obediret , aut potius geſtans ſermonem quam eſſet opere exequuturus. Tam admirabili enim vita vſus eſt hic vir , & citra vllum dedecus , vt perinde ac terreſtris Angelus cœleſte iter legitimè peregerit. Cum vidiſſet mendicum nudum in foro mortuum, ſe protinus exuens ſuper humerali eo induit mortuum. Vnam quidem ferens tunicam conuenienter Euangelicæ traditioni , & paruum ſuperhumerale , nihil poſſidebat præter hoc neceſſarium tegumentum. Et rurſus cum parum proceſſiſſet nudo egenti occurrit , & cum apud ſe diſceptaſſet , dicit : Damni ne? aliquid patiumur ſi pluſquam ſit præceptum faciamus ? Generoſus itaque hic athleta nudum ſua tunica inducens , ſtetit nudus , ſe operiens manibus , genua flectens , & ſubſidens, ſolum habens ſub axilla verbum quod facit diuites. Quidam autem de equo deſcendens rogauit Sanctum dicens : Quis te exuit Abba ? Ille vero dextra protendens Euangelium ; Hoc , inquit, me exuit. Mira Euangelij vis : Sed vlterius adhuc ſectatorem ſuum perduxit. Enim vero *poſtquam omne præceptum Euangelicum rectè eſſet exequutus, cum in tranſitu vidiſſet pauperem , curſu in forum contendit , vbi cum pauliſper conſtitiſſet , vendidit Euangelium.*

Euangelij librum vendidit.

Paucis igitur poſt diebus , qui cum eo eſſet Abbatis diſcipulus Dulas nomine , rogauit ſenem dicens : Quid paruo libello factum eſt , ô Abba ? Cui ſenex placidè verbum pulchrum admodum , & valde ſcitum eſt loquutus , Sic dicens : Ne triſtitia afficiaris , ô frater ; nam vt illic habeamus fiduciam , propter obedientiam vendidi ipſum ſermonem , qui mihi ſemper dicebat : Vende quæ habes, & Da pauperibus.

Mira ab eius ſententia.

Generalem de Monachis omnibus ſententiam protulit ille in Chriſti doctrinis verſatiſſimus Barlaam Aſceta , cum ad Ioſaphat Indiæ principem teſte Damaſceno in Actis cap. 15. ita exorſus eſt. 14.

Monachorũ omnium Regula S. Euãgelium.

Non recens inductam legem tibi affero (abſit iſtud) verum antiquitùs nobis traditam. Dixit enim Dominus ad diuitem. Vnum tibi deeſt : Vade & vende omnia &c. Hoc igitur mandato audito Sancti omnes id ſtuduerunt, vt ab huiuſmodi operum difficultate ſeſe abſtraherent , ac per largitionem erga pauperes diſperſis omnibus facultatibus , ſempiterniſque diuitiis ſibi ipſis reconditis Crucem ſuſtulerunt , Chriſtumque ſequuti ſunt. Sic nimirum vt quidam martyrio perfungerentur , quidam autem Religioſæ vitæ exercitatione concertarent ; atque quantum ad vera Philoſophiæ rationem attinet , nihilo illis inferiores eſſent. Id ſanè doctus cum eſſet Magnus ille Monachorum princeps Baſilius, ad hoc ſuum animum induxit, vt editis Monaſticis Regulis, conſuetudinibuſq; vniuerſis, oſtenderet eas omnes S. Euangelij præceptis

conſiliiſvè à Chriſto Domino hominibus, vt perfectionis culmen aſcenderent, impertitis, per omnia conſonas eſſe; edidítque primum Regulas quas vocauit *fuſius diſputatas* numero 55. deinde quas è re ipſa vocauit breuiores, vel conciſſius diſputatas numero 313. de quibus inferius in 5.lib.ex profeſſo ſumus acturi.

15. **S Franciſci Regula Euāgelium.** Illud demum intentionis noſtræ præclaro exemplo eſt, quod ex S.P. Franciſci regula depromitur: de quo in eius vita hæc ſcribit ſanctus Bonauentura cap. 3. *Cernens autem famulus Dei paulatim accreſcere numerum fratrum, ſcripſit ſibi, & fratribus ſuis ſimplicibus verbis formulam vitæ; in qua ſancti Euangelij obſeruantia pro fundamento indiſſolubili collocata, pauca quidem alia inſeruit, quæ ad vniformem viuendi modum neceſſaria videbantur.* Sed vnde id in mentem venerit, paulo ſuperius his dixerat. *Dum die quodam Miſſam de Apoſtolis deuotus audiret, perlectum eſt Euangelium illud, in quo Chriſti diſcipulis ad prædicandum mittendis, formam tribuit Euangelicam in viuendo: ne videlicet poſſideant animum, vel argentum, nec in Zonis pecuniam, nec peram in via, nec duas tunicas habebant, neque calceamenta deferant, neque virgam. Quod audiens & intelligens, ac memoriæ comendans Apoſtolicæ paupertatis amicus indicibili mox perfuſus lætitia: Hoc eſt, inquit, quod cupio; hoc quod totis præcordiis concupiſco. Soluit proinde calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram, & pecuniam execratur, vnaque contentus tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem ſumit, omnem ſolicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficiat, & Apoſtolicæ rectitudinis regulæ per omnia ſe coaptet.* Et tunc quidem Franciſcus ſolus erat; Verum mox vt Bernardo, cui nomen à quinta valle eius primo ſocio quid de eis vellet oſtenderet, *oratione præmiſſa, cultor Trinitatis Franciſcus ter Euangeliorum librum aperuit, trino expoſcens à Deo teſtimonio ſanctum Bernardi propoſitum confirmari. In prima libri apertione illud occurrit* (Matth.19.) *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. In ſecunda: Nihil tuleritis in via* (Luc.9.) *In tertia vero: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Matth. 16. *Tunc Franciſcus, hæc eſt,* ait, *vita, & regula noſtra, omniumque qui noſtræ voluerint ſocietati coniungi. Vade igitur ſi vis perfectus eſſe, & perfice quæ audiſti.* Quamobrem ipſe poſtmodum ſic regulam ſuam exorſus eſt: *Regula & vita Minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti S.Euangelium obſeruare.* Clauditque eam inquiens: *Semper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem S. Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica paupertatem, & humilitatem, & S.Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus obſeruemus.* Accidit proinde cum Regulam ſuam ad ſummum Pontificem approbandam deferret, illeque renueret, quod nimirum paulò ante in generali Concilio ad Lateranum celebrato multiplicationē Regularium ordinum vetuiſſet, *Vir venerandus Sabinienſis Epiſc. Diuino afflatus ſpiritu ſummo Pontifici dixit: Si petitionem pauperis tanquam nimis arduam, nouamque refellimus, cum petat confirmari ſibi normam Euangelicæ vitæ, cauendum eſt nobis ne Chriſti Euangelium offendamus. Nam ſi quis intra Euangelicæ perfectionis obſeruantiam, & votum ipſius dicat contineri aliquid nouum, aut irrationabile, aut impoſſibile ad obſeruandum, contra Chriſtum Euangelij autorem blaſphemare conuincitur.* Quo ſanè, & viſione Innocentio in ſomnis oſtenſa Baſilicæ Lateranenſis ruinam minitantis, & à Franciſco ſuſtentatæ, tandem Regulam, & Religionem Apoſtolico calculo confirmauit.

Elaborauit opuſculum B.Cæſarius de Spira, quo oſtenderet totam S. Franciſci Regulam Euangelicam eſſe, nec quicquam habere quod in ſacro Euangelio non præſcribatur, aut inſinuetur, è regione vniuſcuiuſque præcepti, vel moniti locum Euangelij ſibi correſpondentem indicans; Quæ de re multa apud Lucam Vvadingum tum in opuſculis S. Franciſci, tum in Annal. Minor.tom.1. A.C. 1223.num.13. & 14. Ex quo dubitatio apud ipſos Minores non ſemel orta eſt, tenerentur ne ſub mortali ad omnia Euangelij conſilia opere exequenda: quem ſcrupulum ad Apoſtolicam ſedem delatum ſederunt Nicolaus III. dictus IV in cap. *Exijt qui ſeminat* de Verbor. ſignif. in VI. & Clemens V. in Clement. *Exiui de Paradyſo.* Et non defuit, qui eo ipſo Minorum Ordinem adſtruere conaretur de iure Diuino, itaut nequiret à quo vis licitè conuelli. Sed abs re: & iure de ea taxatur à ſupremis S.Inquiſitionis Iudicibus Emanuel Rodericus: niſi velit nunquam poſſe Regulam Minorum de errore damnari; in quo tamen nihil noui inducit, cum de Regulis cæterarum Religionum à S.Romana Eccleſia approbatis id ipſum affirmare teneamur, eo ipſo quod ſemel ab Apoſtolica ſede approbatæ ſint. Cæterum ſodalitium illud fratrum illam profitentium, vt libero S. Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis aſſenſu cæpit exordium, libero etiam decreto eiuſdem reſcindi poterit: vti de Ordinibus Humiliatorum, & Templariorum factum videmus, meritis fratrum exigentibus: quo non obſtante Regulæ, quibus ex voto ij fuerant addicti, ab omni ſemper labe immunes extiterint: vtpote Euangelicæ doctrinæ per omnia conſonæ; in quo ſanè omnes conuenire debent; cum extra Euangelium perfectio vitæ nulla queat reperiri. Illud nihilominus voluiſſe videtur Emanuel, formam illam miſſionis Apoſtolorum à Domino præſcriptam. *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta* Luc.10. ſibi ſpecialibus, ſuiſque B.Franciſcum aſſumpſiſſe ſubſtrictioris obligationis pondere, quam cæteri omnes Regulares; quod neutiquam ambigimus: Dum tamen nobis autor concedat Monachorum omnium verum Doctorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum extitiſſe vt iam probauimus: de quo nobis in præſentiarum ſermo eſt. Sed de his ſatis. 16.

Minorum Ordo non eſt de iure diuino.

Eman. Rod. tom.1. qq. Reg. q. 4. attic. 1.

CAPVT III.

Hieroſolymis ſub Apoſtolis cæpiſſe Cænobitarum ſtatum, & vitam, concors Sanctorum Patrum ſententia fert.

ERgo Apoſtoli ſancti Dominicis muniti inſtitutis primi omnium homines Monachatum complecti docuerunt, exemplum ipſis totius perfectionis ſe præbentes. Cuius rei locupletiſſimus teſtis eſt Euangeliſta 1.

B. Lucæ Euangelica ſententia.

Digitized by Google

geliſta dum cap. 4. & 5. Actor primitiuæ Eccleſiæ mores luculenter deſcribit dicens. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et gratia magna erat in omnibus illis: neque enim quiſquam egens erat inter illos: quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ad pedes Apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat. Ioſeph autem qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.* Hæc Lucas cap. 4. Subiungitque cap. 5. dolum Ananiæ, & Saphiæ ſuffurantium ſibi quidpiam de pretio agri venditi, ob quod ſubitanea morte mulctati ſunt. Ita prorſus communi Patres calculo & ſenſerunt, & ſcriptum reliquerunt; videlicet hoc tempore ab Euangeliſta notato verum Monachatum ſumpſiſſe exordium, legemque, vt ſic dicam, de Monachorum perfecto ſtatu ab Apoſtolis promulgatam, eiſque regulam ſcriptam, & latam, quaſi nunquam variationem acceperit, prædictis verbis contentam. Hæc vt palam fiant, opere pretium eſt præcipuos Patrum loquentes audire: ex eorum ſiquidem doctrinis argumenta à nobis formanda ſunt pro veritate, quam modò diſceptandam aſſumimus.

2. Patrum doctrina. Macharius. Id imprimis perſpicuis verbis faſſus eſt ſanctus Macharius Antonij diſcipulus in Regula ſua, inquiens. *Si quis de ſæculo ad Monaſterium conuerti voluerit, Regula ei legatur.* Sed quæ? Apoſtolica proculdubio: nam ſubdit: *Si aliquam in cellulam voluerit inferre ſubſtantiam, in menſa ponatur coram omnibus fratribus, SICVT REGVLA CONTINET:* ſcilicet, *ponebant ante pedes Apoſtolorum.* Hæc Macharius antiquiſſimus Monachus, Monachorumque Magiſter: vt is cuneum Doctorum nobis aperiat.

3. Hieronymus. Hieronymus in Cathalogo ſcriptor. Eccleſ. in Philone hæc habet. *Philo librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandiam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt; non ſolum eos ibi, ſed in multis quoque Prouintiis eſſe memorans, & habitacula eorum dicens Monaſteria. Ex quo apparet tales primum Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur, & cupiunt: vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur, orationi vacetur, & Pſalmis, doctrina quoque, & continentiæ, quales & Lucas refert primum, Ieroſolymæ fuiſſe credentis.* Quibus verbis duo præcipuè conſideranda ſunt ex Hieronymi mente: videlicet Monachos nunc eorum vitam imitari ſtudere, qui primùm in Chriſto credidere, de quibus Lucas in Actis diſſeruit: rurſus Therapeutas Alexandriæ à S. Marco edoctos ad pietatem tales fuiſſe, quales primi credentes apud Hieroſolymam. Liquet verò & hos, & nos verè Monachos fuiſſe & eſſe (noſtraque habitacula dici *Monaſteria*) ergo & illos ad quorum exemplar noſtros componere mores ſtudemus. Dixerat tantumdem in Marco; nimirum: *Marcus aſſumpto Euangelio quod ipſe confecerat, perrexit in Ægyptum, & primus Alexandriæ Chriſtum annuntians conſtituit Eccleſiam tanta doctrina, & vitæ continentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret:* videlicet, *quemodo Lucas narrat, Heroſolymæ credentes omnia habuiſſe communia: Sic Philo quod Alexandriæ fieri ſub Marco Doctore cernebat, memoriæ tradidit.* Tradidit autem eos fuiſſe Therapeutas, ſeu Monachos, ſingulos illorum mores recenſens: de quibus late infra cap. 11.

Baſilius in Regulis fuſius diſputatis reſponſione, hæc habet in eandem ſententiam. *Concludendum eſt igitur, certaminis curriculum, & progreſſionis ad virtutem facilitatem, mandatorum Domini executionem aſſiduam ac meditationem: fratrum habitationem eſſe vno, & eodem in loco: quæ cum propoſitum ſibi finem habeat gloriam Dei ex præcepto Domini Ieſu Chriſti dicentis: videant opera veſtra bona & glorificant &c. tum eorum de quibus in Actis mentio eſt ſanctorum virorum præcipuum inſigne illud obtineat. Ita enim de illis ſcriptum eſt: Omnes autem qui credebant erant pariter in eodem loco, & habebant omnia communia: Et Iterum: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna; nec quiſquam eorum poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat ſed erant illis omnia communia.* Vide igitur Baſilium aſſerere, vitam Cœnobiticam, ſeu Monaſticam obtinere præcipuum illud inſigne Sanctorum virorum, de quibus in Actis cap. 4. mentio eſt; vtpote idem cum illis propoſitum conſectantem, quod illi primitus cæpiſſe noſcuntur: vti ipſe Baſilius vterum in Conſtit. Monaſt. cap. 19. his verbis adſtruit, & commendat. *Quoniam maximam partem qui ſe colendæ pietati dederunt ij in ſocietate cum aliis degunt, in qua inter ſe viciſſim alter alterius ſui propoſitum animi ad virtutem exacuunt, ſeque inter ſe rectè factorum æmulatione ad maiores quotidie in ſtudiis rerum honeſtarum faciendos progreſſus impellunt, æquum facturos nos arbitrati ſumus, ſi ad hos quoque aliquid cohortandi gratia ſcriberemus. Hi liberatoris noſtri, eiuſque vitæ, dum inter nos verſaretur, inſtitutorum viri perfectique imitatores exiſtunt. Quemadmodum enim ille coacto Diſcipulorum chori communia cuncta, ſeque ipſum communem Apoſtolis præbuit, item hi quoque Antiſtiti, ſuo obtemperantes (qui modo vitæ ſuæ præſcripta rectè conſeruant) genus viuendi Apoſtolorum ac Domini imitantur.* 4 Baſilius.

Auguſtinum Hieronymo & Baſilio adiungo, qui multus eſt in hac re, ſerm. 1. de communi vita Clericorum hæc ait. *Noſtis omnes aut penè omnes, ſic nos viuere in eadem domo, quæ dicitur domus Epiſcopi, vt quantum poſſumus imitemur eos Sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apoſtolorum: Nemo dicebat aliquid proprium, ſed erant illis omnia communia.* Loquitur vero de his fratribus, quos à Monaſterio Monachorum ad domum Epiſcopi ſecum vitam Religioſam acturos tranſtulerat: quod ſic ipſe declarat: *Ego, quem Deo propitio videtis Epiſcopum veſtrum, iuuenis veni ad iſtam ciuitatem* (annorum ſcilicet ætatis ſuæ 30.) *& quærebam vbi conſtruerem Monaſterium, & viuerem cum fratribus meis* (quos ex Italia traduxerat Monaſtices profeſſores) *Spem quippe omnem ſæculi reliqueram: Veni ad iſtam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari poſſe Deo, vt vobiſcum eſſet in Monaſterio. Apprehenſus, & Presbyter factus per hunc gradum perueni ad Epiſcopatum: non non attuli aliquid, nec veni ad hanc Eccleſiam niſi cum his indumentis, quibus illo tempore veſtiebar* (haud dubium Monaſterialibus.) 5. Auguſtinus.

Et quia hic deponebam eſſe in Monaſterio cum fratribus, cognito inſtituto, & voluntate mea, beata memoria ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt Monaſterium. Cœpi boni propoſiti fratres colligere, compares meos nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me: vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, ſic facerent & illi, qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus. Commune autem nobis erat magnum, & vberrimum prædium ipſe Deus. Perueni ad Epiſcopatum, & vidi neceſſe habere Epiſcopatum exhibere humanitatem aſſiduam quibuſque venientibus, ſiue tranſeuntibus: quod ſi non feciſſem Epiſcopus inhumanus diceret. Si autem conſuetudo iſta (tan frequentis hoſpitalitatis) *in Monaſterio permiſſa eſſet, indecens eſſet* (nimirum ſilentij grauitas, & ieiuniorum frequentia deperirent.) *Et ideo volui habere in iſta domo Epiſcopi mecum Monaſterium Clericorum. Ecce quomodo viuimus. Nulli licet in ſocietate noſtra habere aliquid proprium &c.* Et inferius: *Ecce dico, audite: Qui ſocietatem communis vitæ iam ſuſceptam, quæ laudatur in Actis, Apoſtolorum, deſerit, a voto ſuo cadit, & à profeſſione ſancta cedit.* Quid manifeſtius dici potuit? Verum hæc verba iterum à nobis inferius expendenda ſunt Deo dante.

6. Idem. Serm. 2. ſequenti iterat Auguſtinus eandem prorſus doctrinam, ita inquiens: *Quomodo viuere vellemus quomodo? Deo propitio, iam viuamus, quamuis de ſcriptura ſancta multa noueritis, tamen ad commonendos vos, ipſa de libro Actuum Apoſtolorum vobis lectio recitabitur, vt videatis vbi deſcripta ſit forma quam deſideramus*(id eſt, conamur) *implere. Dum ergo recitatur, vos intentiſſimos eſſe volo, vt poſt eius recitationem quod inſtitui loquar, Domino donante, intentionis veſtræ. Et Lazarus Diaconus legit. Multitudinis credentium &c. vſque diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat. Cumque Lazarus Diaconus recitaſſet, & Epiſcopo codicem tradidiſſet, Auguſtinus Epiſt. dixit. Etiam ego legere volo: plus enim me delectat huius verbi eſſe lectorem, quam verbi mei diſputatorem.* Et poſtquam eadem verba legit ſubditur. *Cumque Epiſcopus legiſſet, dixit: Audiſtis quæ iam velimus, orate vt poſſimus. Contigit autem quadam neceſſitas, vt hæc diligentius agerem; quoniam ſicut noſtris, iam Præſbyter in noſtra ſocietate conſtitutus, quali ſocietati perhibet teſtimonium lectio, quam modo cum recitaretur audiſtis, moriens teſtamentum fecit, quia habuit vnde faceret. Erat quod diceret ſuum, cum in ea ſocietate viueret, vbi nemini licebat ſuum aliquid dicere; ſed erant illis omnia communia? Si quis dilector, & laudator noſter apud detractorem noſtrum prædicaret iſtam ſocietatem, & diceret: Cum Epiſcopo Auguſtino ſic viuunt omnes cohabitatores eius, quomodo ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum; continuò ille detractor caput mouens, dentem promouens diceret: Ita verè ſic ibi viuitur, quomodo tu dicis? Quare mentiris? Nonne ibi modo in eorum ſocietate poſitus Præſbyter teſtamentum fecit, & quod habuit quomodo voluit diſpoſuit & reliquit?* Reſpondet verò ipſum iniquè prorſus egiſſe: *Ecce dico, & audiſtis: Qui habere voluit proprium, & de proprio viuere, & contra iſta præcepta noſtra facere, parum eſt vt dicam: Non mecum manebit; ſed nec Clericus erit. Ante oculos poſui quantum mali ſit à propoſito cadere, &c.*

7. Idem. Idem ipſe epiſt. 109. Regulam ſanctimonialibus præſcribens, hæc ait. *Hæc ſunt quæ vt obſeruetis præcipimus in Monaſterio conſtitutæ. Primum propter quod eſtis in vnum congregatæ, vbi vnanimes habitetis in domo Domini, & ſit vobis cor vnum, & anima vna in Deo. Et non dicatis aliquod proprium, ſed ſunt vobis omnia communia; & diſtribuatur vnicuique veſtrum à Præpoſita veſtra victus, & tegumentum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, ſed vnicuique ſicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actis Apoſtolorum: Quia erant eis omnia communia, & diſtribuebatur ſingulis prout cuique opus erat.* Hæc in Regulam eremitarum, & Clericorum tranſlata ſunt vbi ad verbum repeꝛiuntur: Hoc ſiquidem vnicum totius Monaſtices fundamentum perpetuò exiſtimauit Auguſtinus, ad exemplar primitiuorum fidelium vitam agere; quod ſi hos verè Monachos aiebat, quia illos imitabuntur; quod & illos à fortiori Monachos credebat, qui cæteris in exemplar vitæ dati ſunt in Actis Apoſtolorum. Vnde & lib. 5. de Ciui. Dei. cap. 18. de Monachis ſui temporis inquit. *Si ita illi* (Romanorum proceres L. Valerius, Q. Cinciänatus, & Fabricius) *pauperes erant, quorum triumphis publicum ditabatur ærarium; nonne omnes Chriſtiani, qui excellentiori propoſito diuitias ſuas communes faciunt, ſecundum id quod ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, vt diſtribuatur vnicuique, ſicut cuique opus eſt, & nemo dicat aliquid proprium, ſed ſint illis omnia communia, intelligunt ſe nulla ad hoc ventilari oportere iactantia, id faciendo pro obtinenda ſocietate Angelorum, cum penè tale aliquid illi fecerint pro conſeruanda gloria Romanorum.* In quæ verba legendus eſt L. Viues, & præ ipſum Liuius, Valerius, Plutarchus, Dionyſius, & Eutropius.

Auguſtino accedat Poſſidius, (quem alij Poſſidonum vocant) Magiſtro diſcipulus qui in vita 8. Poſſidius.
ipſius hæc habet. *Factus ergo Presbyter Auguſtinus Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit, ſecundum modum, & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: maximè vt nemo quicquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique prout cuique opus erat: quod iam ipſe prior feceras, vt de tranſmarinis ad propria remeaſſet.* Quam Poſſidius Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam vocat Auguſtinus ſerm. 2. de Communi vita Clericorum profeſſionem iſtam, & iſtam lectionem *Apoſtolorum* nuncupat, inquiens de Patricio Nepote ſuo: *Ipſe faciat quod Dei ſeruum decet,* (id eſt Religioſum) *& quod iſta profeſſio, & iſta exigit lectio.*

Chryſoſtomus edisserens ipſum Actuum Apoſtolorum teſtimonium cap. 4. hom. 11. *In Mona-* 9. Chryſoſtomus.
ſteriis (ait) *nunc viuunt quemadmodum olim fideles. Nonne diuiſio ſemper minora commode affert, vnanimitas autem & conſenſus incrementum? Bene autem dixit quod gratia Dei erat in omnibus. Propter hoc enim gratia, quia nullus erat indigus: hoc eſt ob magnam dentium alacritatem nullus erat indigus. Non enim partem quidem dederunt, partem autem recinderunt. Sic inæqualitatem è medio eiiciebant, & in multa abundantia viuebant: & cum multo honore hoc faciebant: neque enim in manus.* Apoſtolorum *audebant dare, neque cum faſtu ſuppeditabant*, diuitias tantiſper æſtimantes, *ſed ad pedes afferebant,* nihil illas ducentes: *& illos diſpenſatores permiſerunt fieri, & dominos fecerunt, vt quaſi ex communibus poſtea alantur, & non ex propriis.* Ex quo infert: *Sic qui in Monaſteriis, nunc viuunt quemadmodum olim fideles.* Egregius eiuſdem locus eſt in hom. 57. in Matth. vbi agens de Monachis, ait: *Qui ab Apoſtolis in principio initiati fuerunt, vrbes quidem habitabant,*

Digitized by Google

habitabant, & eorum qui in eremo conuerſantur, vitam viuebant. Et hom. 18. ex variis in Matth. locis: *Et hoc propriè loquitur ad Monachos: Monachus enim Apoſtolicam vitam deſiderat imitari. Vis ô Monache eſſe diſcipulus meus? imo vis Diſcipulorum meorum eſſe diſcipulus? fac tu quod fecit Petrus, quod fecit Iacobus, & Ioannes.* Et infra: *Monachi Apoſtolorum imitatores ſunt: non ergo poſſumus eos imitari, niſi fecerimus quod fecerunt & Apoſtoli.* Et libello de Comparatione Regis & Monachi: *Itaque qui ſolitarius viuit, is animum ſuum ad Apoſtolorum, & Prophetarum mores conformat.* Vnde in hom. 56. ad populum Antioch. Monachis veſtes eſſe, ait, fortitudine dignas: *non enim caudatis vtentes veſtibus iuxta eneruatos & molles induuntur, ſed iuxta beatos illos Angelos Eliam Eliſæum, Ioannem, & ſecundum Apoſtolos*: nimirum aſperis ad inſtar Eliam Eliſæum, & Ioannem; & ſingulis tunicis vtuntur iuxta Apoſtolorum conſuetudinem, & inſtitutionem. Et lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ Monaſticæ, aſſerit *ea ab Apoſtolis impleta, quæ nunc à Monachis implentur.* Et tandem Ep. ad Theodorum Monachum lapſum, vt eum ab illicitis nuptiis retraheret: *Speramus*, ait, *quod etiam à te inuicem nobis votina refferentur, & quod iterato te ſancto, atque fœlici ſaluatoris Diſcipulorum choro videbimus aggregatum*: Monachorum cætum vocitans *ſanctum ac fœlicem ſaluatoris Diſcipulorum chorum*; quod videlicet eiſdem prorſus vtrique inſtitutis coërceri degant, illique ab his originem trahant.

10. Piammon. Piammon Abbas doctrina & ſanctitate celebris, quem Sozomenus lib. 6. cap. 29. & Nicephorus lib. 11. cap. 35. vehementer commendant, & cuius eſt doctrina Collationis 18. apud Caſſianum cap. 5. perſpicuis verbis pro veritate propoſita decertat, inquiens: *Itaque Cœnobitarum diſciplina à tempore prædicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordium. Nam talis extitit Ieroſolymis omnis illa credentium multitudo, quæ in Actibus Apoſtolorum ita ſcribitur: Multitudinis credentium &c.* Vſque, *prout cuique opus erat. Talis, inquam, erat omnis Eccleſia, qualis nunc perpaucos in Cœnobiis inuenire difficile eſt. Sed cum poſt Apoſtolorum exceſſum decreſcere cæpiſſet credētium multitudo, hi quibus adhuc Apoſtolicus inerat feruor, memores illius priſtinæ perfectionis, diſcedentes à ciuitatibus ſuis, illorumque conſortio qui ſibi vel Eccleſiæ Dei remiſſionis vitæ negligentiam licitam eſſe credebant, in locis ſuburbanis, ac ſecretioribus commanere, & ea quæ ab Apoſtolis per vniuerſum corpus Eccleſiæ generaliter meminerant inſtituta; priuatim, ac peculiariter exercere cæperunt. Atque ita coaluit iſta, quam diximus, Diſcipulorum, qui ſe ab illorum contagio ſequeſtrauerunt diſciplina: qui paulatim tempore procedente ſeparati à credentium turbis, Monachi, ſiue Monazontes, ſingularis, ac ſolitariæ vitæ diſtrictione nominati ſunt: ab eo quod à coniugiis abſtinerent; & à parentum ſe conſortio; mundique iſtius conuerſatione ſecernerent. Vnde conſequens fuit, vt ex communione conſortij Cœnobitæ, cellæque; ac diuerſoria eorū cœnobia vocarentur. Illud ergo ſolum fuit antiquiſſimum Monachorum genus, quod non modò tempore, ſed etiam gratia primum eſt: quodque per annos plurimos ſolum inuiolabile; vſque ad Abbatis Pauli, vel Antonij durauit ætatem. Cuius etiam nunc adhuc in diſtrictis Cœnobiis cernimus reſidere veſtigia.* Quod ſanè teſtimonium vel ſe ſolo (quamquam cætera deeſſent, quæ tamen numero & virtute multa ſunt) rem conficeret, veritatemque intentam demonſtrare ſufficeret, tum claritate ſua, tum dicentis autoritate, & venuſtate eximia, qua proximè ab his qui Diſcipulos Chriſti Domini cognouerunt notitiam haurire potuit, vel ab his qui illis temporibus fuerunt vicini, & rem ipſam viuida memoria conſeruabant.

Piammoni ſuccedat Ioannes Caſſianus; qui eum ea de re diſſerentem audiuit. Is vero lib. 2. 11. Caſſianus.
de Inſtit. renunt. cap. 5. hæc ſcribit in eandem ſententiam: *Cum in primordiis Fidei, pauci quidem, ſed probatiſſimi Monachorum nomine cenſerentur, qui ſicut à beatæ memoriæ Euangeliſta Marco, qui primus Alexandrinus vrbi Pontifex præfuit, normam ſuſcepere viuēdi, non ſolū illa magnifica retinebant, quæ primitùs Eccleſiam, vel credentum turbas in Actis Apoſtolorum legimus celebraſſe, Multitudinis ſcilicet credentium &c.* Vſque, *prout cuique opus erat; verum etiam his multò ſubliminiora cumulauerant; etenim ſedentes in ſecretiora ſuburbiorum loca &c.* Vbi Alexandrinos S. Marci diſcipulos, quorum ex Philone conſequenter recenſet inſtituta, conceptis verbis diſcipulos, & ſucceſſores facit Apoſtolorum, de quibus agitur in Actis cap. 4. quamquam & ipſe Marcus Apoſtolorum coæuus cum ſit, ac S. Petri diſcipulus & comes, non aliam ſuis diſciplinam certum eſt edocuiſſe, quem illi Ieroſolymis promulgarunt: vitæ ſcilicet communis, & perfectæ, Chriſti veſtigia per omnia ſectantium. Plura Caſſianus lib. 7. de Inſt. c. 17. 18. & 19.

Gregorius Magnus eam Monachis viuendi 12.
formam præſcriptam fuiſſe luculenter docet in Gregorius Magnus.
Comment. ad cap 1. lib. 1. Reg. in hæc verba: *Perfectio igitur viri in præconio ponitur vnitatis* (expendebat illud? *Fuit vir vnus de Ramataim*) *vt qui ſæculum potenter deſpicit, mentem non diuidat, ſolis ſupernis inhiet; ad ea tantum quæ de viſione conditoris ſunt æterna gaudia ſuſpicit. Hinc Lucas de perfecto credentium numero loquens ait: Erat eis cor vnum, & anima vna. Vnum quippe eis cor erat, quia per intentionem rationis ſolum conditorem aſpexerant: vnam animam habebant; quia per affectionem amoris ſolum eius faciem videre deſiderabant. Pro hac vnitate obtinenda veritas docens ait Luc. 14. Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quæ etiam noſtra ſunt; quia hi qui abrenuntiantes ſeculo remotioris vitæ ſecretum petiuimus, Monachi vocamur. Monos quidem Græcè, Latinè autem vnus dicitur. Hoc quippe titulo appellationis inſcribimur, vt vox nominis noſtri nobis inſinuet altitudinem dignitatis; & animus noſter tanto ardentius ad Conditoris ſui viſionem ſe erigat, quanto ſublimitatem claritatis, in qua ſemper debet conſiſtere, quaſi in fronte prælatam portat.* Quaſi dixerit, Monachos ad monadem aſpirare debere, à qua deſcendunt: vtpote quæ Act. 4. deſcribitur, *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.*

Iſidorus Gregorij Synchronos lib. 2. de offic. 13.
Eccleſ. cap. 15. de Monachis, *Huius propoſiti*, ait, Iſidorus.
in Euangelio Ioannes Baptiſta extitit. Sex autē ſunt genera Monachorum. Primum genus eſt Cœnobitarum, id eſt in commune viuentium, inſtar ſanctorum illorum, qui temporibus Apoſtolorum Ieroſolymis vendita, ac diſtributa omnia ſua debent indigentibus, qui habitabant in ſancta communi vita, non dicentes aliquid proprium; ſed erant illis omnia communia, & anima vna, & cor vnum in Deum. Horum igitur inſtitutione (attende verbum) *Monaſteria ſumpſere principium.* Conſonat ſibi lib. 7. Ethimolog. cap. 13. inquiens: *Plura autem ſunt genera Mona-*

Digitized by Google

chorum. Cœnobita, quos in commune viuentes, poſſumus appellare : Cœnobium enim plurimorum eſt. Anachorita, qui poſt cœnobialem vitam deſerta petunt. Sed Anachoritæ Eliam & Ioannem, Cœnobitæ Apoſtolos imitantur. Iuxta quod de eis ſcribit Lucas in Actibus Apoſt. Vide iterum Iſidorum in Regula Monach. c. 3. & 12.

14. Petrus Damiani. Petrus Damianus S. R. E. Cardinalis opuſc. 18. qui eſt Monachorum Apologeticus aduerſus Canonicos ſic ait. *Multum fratres dilectiſſimi, ſi digni eſtis audire, miramur, quomodo, vel ob quam cauſam conamini nos à conſortio, & vnitate vniuerſalis Eccleſiæ ſeparare; cum conſtet à Monachis, non à Canonicis vniuerſalem Eccleſiam fundatam, gubernatam, & à diuerſo errore cribratam, Apoſtoli nempe fundatores & Rectores Eccleſiarum noſtro, non veſtro more viuebant, vt Lucas Euangeliſta in Actibus Apoſtolorum refert; & Philo diſſertiſſimus Iudæorum in libris quos in laudem noſtrorum conſcripſit, primitiuos Chriſtianos Monachos, non Canonicos, vocat, & habitacula eorum Monaſteria nuncupat.* Et rurſus, *Longum eſt paginas Veteris Teſtamenti reuoluere : veniamus ad Nouum Apoſtolos certè & ſucceſſores eorum, ſi irreuerberatis oculis paginas Noui Teſtamenti perſpicuis, Monathico, non Canonico more viuere inuenietis.* Mitto in hoc autore, quod velit Canonicos tunc temporis non cæpiſſe, quod mihi non ſatis arridet; cum nihil aliud ſua origine ſint, quam Cænobitæ, Clericis ordinibus, & oneribus inſignitis cuius generis multos Diſcipulorum fuiſſe dubium non ſit. Illud nihilominus de eius teſtimonio liquidò conſtat Monachorum vitam ibi exordium ſumpſiſſe: quod nunc in præſenti intendimus.

15. S. P. N. Bernardus. Iam quid de his ſenſerit S. P. N. Bernardus Damiano non valde ætate inferior, ſi rogas, audi quid ſcripſerit ad Guillelmum Abbatem in Apologia, cum de mitigato à Cluniacenſibus quibuſdam Monaſtico ordine diſſereret. *Pudendas an legendas, dixerim huiuſmodi ineptias? Sic Macharius vixit? ſic Baſilius docuit? ſic Antonius inſtituit? Sic Patres in Ægypta conuerſati ſunt? ſic denique Sancti Odo, Maiolus, Odilo, Hugo, quos ſe ſuique Ordinis principes, & præceptores habere gloriantur, aut tenuerunt, aut tenere cenſuerunt? Sed hi omnes Sancti, imo quia Sancti fuerunt, à S. Apoſtolo non diſſenſerunt, qui nimirum ita loquitur : Habentes victum, & veſtitum, his contenti ſumus. Nobis autem eſt pro victu ſatietas, nec veſtitum appetimus, ſed ornatum. Quæritur ad induendum non quod vtilius, ſed quod ſubtilius inuenitur : non quod repellat frigus, ſed quod ſuperbire impellat : non denique iuxta Regulam quod vilius comparari poteſt; ſed quod venuſtius, imo vanius oſtentari. Heu me miſerum qualemcumque Monachum. Cur adhuc viuo videre ad id deueniſſe ordinem noſtrum, Ordinem ſcilicet qui primus fuit in Eccleſia, imo à quo capit Eccleſia: quo nullus in terra ſimilior Angelicis Ordinibus, nullius vicinior ei quæ in cœlis eſt Ieruſalem mater noſtra, ſiue ob decorem caſtitatis, ſiue propter charitatis ardorem; cuius Apoſtoli inſtitutores : cuius hi quos Paulus tam ſæpe Sanctos appellat inchoatores extiterunt.* Nihil clarius, nihil præclarius dici, aut concipi potuit Attende quæſo illa verba, *Ordinem ſcilicet qui primus fuit in Eccleſia; imo à quo capit Eccleſia :* Et illud : *Cuius Apoſtoli inſtitutores extiterunt.* Sed quando? Vt id explicat, ſubdit. *Et quidem inter illos cum nihil quod ſuum eſſet quiſpiam retinuiſſet, diuidabatur, vt ſcriptum eſt, ſingulis prout cuique opus erat : Non igitur quod quiſque pueriliter geſtire poterat. Sanè vbi tantum quod opus erat accipiebatur, ibi nihil procul dubio ocioſum admittebatur, quanto magis nihil curioſum, quanto magis nihil ſuperbum. Quod, inquit, opus erat, hoc eſt quantum ad indumenta quod & nuditatem tegeret, & frigus repelleret. Putas ne ibi cuiquam galabrunum, aut iſembrunum, quærebatur ad induendum; cuiquam ducentorum ſolidorum mula parabatur ad equitandum? Putas ne, inquam, cuiuſpiam ibi lectuli opertorium catticum, aut diſcolor barricanus oportebat, vbi ſingulis diuidebatur tantum prout cuique opus erat? Non illis arbitror valde curatum fuiſſe de pretio, de colore, de cultu veſtimentorum, vbi tam indefeſſum inerat ſtudium in concordia morum, animorum coherentia, profectuque virtutum. Multitudinis, inquit, credentium erat cor vnum, & anima vna. Vbi nunc illud vnanimitatis exercitium &c.*

Semitam prædictorum Patrum terrere etiam ſcholaſticos Doctores, manifeſtum eſto, illorum nimirum veſtigia ſequutos. Eorum vero D. Thomas eandem ſæpe doctrinam inculcat : nam opuſc. 17. Contra retrahentes homines ab ingreſſu Religionis cap. 15. Sic inquit: *Eccleſia in ſui primordio in omnibus ſuis membris talis fuit, qualis poſtmodum fuiſſe apud perfectos quoſcunque inuenitur. Sic & gratia debuit à perfectis initium ſumere: & ideo Apoſtoli ſecundum illum ſtatum fidelium vitam ordinauerunt perfectioni conuenientem. Vnde dicit Hieronymus in lib. de Viris Illuſtr. Apparet talem primam Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe mittuntur, & cupiunt, vt nihil cuiuſpiam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper : patrimonia egentibus diuidebantur orationi vacabatur & Pſalmis, doctrinaque, & continentiæ. Hic autem modus viuendi perfectioni congruus fuit apud primos credentes, non ſolum in Iudæa ſub Apoſtolis, ſed etiam apud Ægyptum ſub Marco Euangeliſta, vt ibidem Hieronymus dicit, & ſicut in 2. lib. Eccleſ. Hiſt. narratur. Proceſſu vero temporis multi in Eccleſiam erant intraturi, qui ab hac perfectione deficerent; quod non erat futurum ante Iudæorum excidium, ſed Eccleſia apud gentes multiplicata. Fuerunt tamē & aliqui poſtmodum primæ perfectionis æmuli, qui in congregationibus viuentes his poſſeſſionibus caruerunt, ſicut plurima Monachorum collegia in Ægypto.* Similia opuſc. 18. de perfectione vitæ ſpiritualis c. 22. inquit. *Aliud eſt eſſe in gradu perfectionis, & aliud eſſe in ſtatu : & tamen verum eſt illos ſeptem Diaconos* (ab Apoſtolis electos) *etiam in ſtatu perfectionis fuiſſe, illius, inquam, perfectionis, de qua Dominus dicit : Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & veni, ſequere me. Matt. 19. nam relictis omnibus ſequuti fuerant Chriſtum, nihil proprium poſſidentes, ſed erant illis omnia communia, vt dicitur Actorum 4. à quorum exemplo omnes Religiones deriuatæ ſunt.* Rurſus opuſc. 19. cap. 4. hæc habet. *His ipſis oſtendendum eſt, aliquam Religionem ad hoc ſpecialiter ſalubriter poſſe inſtitui, ad cooperandum Prælatis Eccleſiarum in prædicatione, & confeſſionibus audiendis ex commiſſione Prælatorum. Primo quod omnis Religio ad exemplar vitæ Apoſtolicæ formata eſt. Vnde dicitur Actor. 4. ſemper illud. Et erant illis omnia communia: Gloſ. Græcè Cœna, vnde Cœnobita, id eſt communiter viuentes : Cœnobia, id eſt habitacula eorum. Hæc autem fuit vita Apoſtolica, vt relictis omnibus per mundum diſcurrerent, euangelizando, & prædicando, vt patet Matth. 10. & in Regula quadam quæ eis inſcribitur.* Et 22. quæſt. 187. artic. 3. in arg. 3. aſſumit hanc propoſitionē, quam in Reſponſione libenter

concedit.

Digitized by Google

concedit.Religioſi præcipuè videntur teneri Apoſtolorum vitam imitari qui ſtatum perfectionis profitentur.

17. Bonauentura. D.Bonauentura D.Thomæ conſentit,tum alibi, tum præſertim in expoſitione Regulæ frat. Min. cap.6.inquiens. *Res quibus vtuntur fratres aut ſunt propria,aut communes. Si propria, damnabiliter habentur: ſi communes,ergo ſunt de numero illorum, de quibus dicitur Act.4. Et erant illis omnia communia.* Certe ſi fratres Minores de numero illorum ſunt, illos quoque Monachos fuiſſe neceſſe eſt vt dicamus. Et paulo inferius: *Dicendum, quod licet illa quibus vtimur, in nullius ſint bonis proprietariè quoad perſonam : ſunt tamen propria communitatibus Eccleſiarum. Vnde dicitur in Act. Apoſt. Nec quiſquam eorum ex his quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat. Ergo poſſidebant in communi, ſed non proprietariè: & pro tanto dicuntur talia in nullius bonis eſſe. Iuxta quod dicit lex.ff de Rerum dominio quod Reſpublica in nullius ſunt bonis, ipſius enim Vniuerſitatis eſſe creduntur.* Et in qq. circa Regulam quæſt.19. *Non ſolum Ordines Religioſorum, ſed etiam Epiſcoporum, & Clericorum, & Vniuerſalis ſtatus multum deficit ab eo quod in principio fuit, cum omnes fideles erant perfecti, & Sancti, quales nunc raro videmus. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Ex quo de mente Bonauenturæ deducitur, ſicut Ordinem Epiſcoporum, & Clericorum, ita & Religioſorum fuiſſe ſub Apoſtolis in principio Eccleſiæ, quandoquidem omnes ſub eis verbis Act. 4º. ſignificari contendit.

18. D.Antoninus. D.Antoninus cæteris concinens hæc habet 1.p. Hiſt.tit.6.cap.2.§.2. de morte Ananiæ & Saphiræ loquens : *In quo inſinuatum eſt, quam ſit damnabile & mortiferum vitium proprietatis in Religione, vbi omnia eſſe debent in communi, ſicut primi Chriſticolæ degebant Ieroſolymis. Et de hoc 12.q.1.C. Dilectiſſimis, V.C. Futuram.*

19. S. Clemens Papa. Recenſitis Eccleſiæ Doctoribus quorum adiuti doctrinis periculum de re facere quiuimus, placet tres ſummorum Eccleſiæ Antiſtitum ſententias adiungere, quibus ipſa magis magiſque illuſtrata niteſcat. Magnus ille Clemens voluntate Petri primus, re autem tertius ſucceſſor in ſede Vrbis, & Orbis magiſterio, teſtis & ipſe oculatus, vtpote vnus de vita priori communi, in Epiſt.5. Decret. hæc inquit. *Communis vita omnibus, fratres, neceſſaria eſt, & maxime ijs qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque Diſcipulorum imitari volunt. Vnde & Domini per Prophetam loquitur Pſ. 132. Ecce quam bonum & quam iucundum &c. Iſtius enim conſuetudinis more retento, etiam Apoſtoli, eorumque diſcipuli vna nobiſcum, & vobiſcum communiter vitam duxerunt.* (Scribentes Eccleſiæ Ieroſolymorum) *Vt enim bene noſtris, erat multitudinis eorum cor vnum, & anima vna : nec quiſquam eorum, aut noſtrum de his quæ poſſidebant aliquid ſuum eſſe dicebant, ſed omnia nobis & illis erant communia, nec quiſquam egens erat inter eos. Omnes vero qui domos, vel agros poſſidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res quas habebant afferebant ponentes ante pedes Apoſtolorum, ſicut vobiſcum quidam veſtrum cognouerunt, & viderunt, & diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat.* Subnectit proprietaris criminoſæ vindicationem in Ananiam & Saphiram à Petro perpetratam; & de obligatione quæ illius communitatis homines tenebantur, & ſucceſſores illorum tenentur. *Qua propter hæc verbis cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus: quia ij qui eorum mandata poſtponunt, non ſolum rei, ſed etiam Dei extorres fiunt. Quæ non ſolum vobis cauenda, ſed omnibus prædicanda ſunt. Vnde conſilium dantes veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ bene nouiſtis adimplere ſatagatis.* De autoritate Epiſtolarum S. Clementis egit doctè & neruoſè Turrianus contra Reagdeburdenſem, quem lectores dubitabundi conſulant. Refertur vero hæc quinta à Gratiano 12.q.1.C. *Dilectiſſimis.*

20. S. Vrbanus Papa. Deinde S.Vrbanus Papa huius nominis primus in Epiſt Decret. ad omnes Epiſcopos hæc habet, quæ idem Gratianus reffert ibidem : C. *Scimus. Scimus* (ait) *vos non ignorare quæ hactenus vita communis inter Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos qui in ſortem Domini ſunt electi, id eſt Clericos, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur: Multitudinis autem credentium &c. Quicumq; veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & vouet ſe nihil proprium habere, videat ne pollicitationem ſuam irritam faciat, ne damnationem, ſed premium ſibi acquirat, &c.*

21. Eugenius Papa. Tandem Eugenius Papa I. in Synodo Romæ celebrata. *Ergo res Eccleſiæ* (inquit) *non quaſi propria, ſed quaſi communes habendæ ſunt, cum de communi nullus dicat; hoc eſt meum : nec de rebus Eccleſiæ, hæc eſt mea, poteſt aliquis dicere, ne videatur non imitari Charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium, ſed erant illis omnia communia.*

22. S.P.N. Benedictus. Claudat ſanctorum Doctorum cuneum S.P. Benedictus Dux & legifer noſter, quem de induſtria huc remiſi; qui dum Monachos ſuos ſub illis Apoſtolorum legibus militare edocet, & illis prorſus teneri, manifeſtum ſit eius teſtimonio hos ab illis originem duxiſſe: vitamque horum ab Apoſtolis fuiſſe promulgatam, & conſtabilitam. Ait igitur cap.33.ſuæ Regulæ: *Omnia neceſſaria à Patre Monaſterij ſperare debent; nec quicquam liceat habere quod Abbas non dederit, vel permiſerit: omniaque ſint omnibus communia ſicut ſcriptum eſt; nec quiſquam ſuum aliquid eſſe dicat, vel præſumat.* Et cap.ſeq.34. *Sicut ſcriptum eſt: Diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat. Vbi non dicimus vt perſonarum (quod abſit) acceptio ſit, ſed infirmitatum conſideratio. Vbi qui minus indiget, agat Deo gratias, &c.* Et cap.57. *Si quid ex operibus artificium venundandum eſt, videant ipſi per quorum manus transfigenda ſunt, ne aliquam fraudem præſumant inferre. Memorentur ſemper Ananiæ, & Saphiræ, ne forte mortem quam illi in corpore pertulerunt, hanc illi, vel omnes qui aliquam fraudem de rebus Monaſterij fecerint in anima patiantur.*

23. Concors igitur SS.Patrum ſententia fert vitam cœnobiticam, & communem quam Monachi ſectantur, ſub SS. Apoſtolis ortam fuiſſe, ab eiſque accepiſſe leges : quas nemo auſus eſt immutare; nimirum omnia illis eſſe communia, cum nihil ſuum quiſque dicere queat : Diuidi ea ſingulis prout cuique opus erat : nullumque inter eos eſſe egentem : à quo ſanè cætera Monachorum pendent inſtituta. Verum hæc preſſius inſequentibus exponenda, enucleanda ſunt.

CAP. IV.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Non vt cumque Monaſticæ vitæ exemplar, ſed nouum, ac perpetuum eius ſtatum virorum emiſſione ſubnixum ſub ſanctis Apoſtolis vigere cæpiſſe.

1. Ratio dubitandi. ENim verò cum vitam Monachorum imitari, non idem ſit atque Monaſticem quemquam profiteri, exiſtimare poſſet quis primitiuos illos fideles Apoſtolorum diſcipulos, rem quidem Monachorum imitatione egiſſe, minime tamen proprio Monaſtices caractere inſignitos fuiſſe, nec propriè Monachos, ſeu Cœnobitas vocari poſſe, dum eam profeſſi non probantur. Atque in hunc ſenſum interpretandos eſſe ſuperius relatos Patres contendet; quaſi dixerint Monachos illorum vitam conſectari, tametſi longe aliter atque illi eadem ſeruent inſtituta, nimirum profeſſione eius, ſtatus facta, quam veteres emiſiſſe non liquet. Quinimò cum ad eſſentiam ſtatus Religioſi tria vna concurrant, paupertatis caſtitatis, & obedientiæ, ex quibus is integratur, & coaleſcit, Apoſtolorum diſcipuli paupertatem complexi dicuntur, de eiuſque obſeruantia laudantur: de obedientia, & caſtitate eorum altum ſilentium à Luca Euangeliſta fit; quod ex verbis eius quiuis facile conſequi poterit. Vnde ergo veram Monaſtices originem ab Apoſtolis deriuari contendimus? Ita ſane Oſores Monaſticæ antiquitatis garriunt: ſed mentitam ſibi eſſe iniquitatem à nobis in præſentiarum liquidò monſtrandum erit.

2. Quæ requiruntur ad veram Monaſticem. Fatemur igitur cum D. Thoma 22. quæſt. 186. per totam veram Monaſticem reperiri nequaquam poſſe abſque tribus illis virtutibus, obedientia, paupertate, & caſtitate: requirique non ſolum ab aliquo amari, & opere ipſo conſequi, & exerceri, ſed quod id fiat ex votorum emiſſorum obligatione. Ruſum vt non ſint vita Nazaræorum, id eſt temporaria, ſed perpetua, ſaltem quantum eſt ex parte vouentis. Demum quod ea ſint ſolemnia vel in Religione autoritate Apoſtolica comprobata ritè emiſſa. His ſocietatem Ieſu cum æteris Regularibus Ordinibus compræhendo, in qua vota ſimplicia ritè poſt biennium emiſſa propriè Religioſum faciunt: ita Gregorio XIII. in Extrauag. *Aſcendente* perſpicuis verbis edocente. Tot igitur tantaque vt aliquis Monachus ſeu Religioſus fiat concurrant neceſſe eſt, itaut quouis eorum deficiente verus Monachatus euaneſcat. Et nihilominus his omnibus veſtitam circunſtantiis Monaſticem ſub SS. Apoſtolis vigere cepiſſe profitemur: Quod modò bifariam à nobis ſtabiliendum eſt; nimirum primo argumentis totam in communi eſſentiam ſtatus Monaſtici complectentibus, & deinceps ſingulatim ad vnam quamuis eius circunſtantem particulam deſcendendo.

3. Eccleſiaſtica Monarchia à Chriſto Domino inſtituta. Quod ad primum ſpectat, inficiari abſque periculo temerandæ veritatis Catholicæ nequaquam poteſt quis, quin tota Eccleſiaſtica Hierarchia à Chriſto Domino eiuſque diſcipulis conſtituta fuerit, non ſolum in generali, ſed quoad ſingula eius membra: tum ob negotij ipſius præſtantiam, & magnitudinem, quæ ſe ipſa autorem manifeſtat Deum: tum ob Apoſtoli teſtimonium cap. 4. Epiſt. ad Epheſ. aientis. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad opus miniſterij, in ædificationem corporis Ieſu Chriſti &c.* Tum etiam ex D. Dionyſij doctrina, qui ſpeciali libro vniuerſam Eccleſiaſticam Hierarchiam expendens & exponens, eius omnimodis Apoſtolos Chriſti tubas cognoſcit autores, partim verbo, partim ſcriptis eam poſteris commendantes; ait enim. *Eſt itaque Hierarchia omnis (vt ſe habet veneranda ac ſacroſancta noſtra traditio) omnis ſacrarum rerum illi quidem ſubiectarum ratio, generaliſque prorſus eorum quæ in hanc fermè cadunt functionem ſiue ſacrarum eius rerum comprahenſio. Subſtantia autem Sacerdotij noſtri* (quod ſupremum Hierarchiæ huius eſt.) *Scriptura Sacra eſt nobis diuinitus tradita. Porro huiuſmodi plena venerationis eloquia dicimus, quæque à beatiſſimis Patribus noſtris à quibus ſacris myſteriis imbuti ſumus, in ſanctis ac Theologicis commendata ſunt libris: ac præterea quæque ab eis ſanctiſſimis viris ſacratiore & purgatiore, & propinqua quodammodo cæleſti Hierarchiæ doctrina, ſancti Duces, ac Præceptores noſtri didicerunt* (Paulum & Hierothæum dicit) *ex animo in animum, medio intercurrente verbo, corporali quidem, ſed quod carnis penitus excedat ſenſum ſine literis transfuſa ſunt.* Ita ex interpretatione Cameldulenſis. Partem verò non minimam Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Monachos eſſe, ipſe Dionyſius inferius declarat. cap. 6. de *Initiandis Ordinibus:* Vbi inter cætera: *Porro initiandorum* (ait) *omnium excellentior, ac ſublimior Ordo, Monachorum eſt ſancta diſtinctio; expiatione omni, tota virtute, atque exactiſſima ſuarum operationum caſtitate mundata: omnis item (quantum ſibi licet inſpicere) Sacræ operationis ſpiritualiter ſpeculatrix, & particeps facta, Pontificumque conſumantibus virtutibus tradita: quorum diuinis fulgoribus, & Pontificalibus traditionibus conſpecta, pro Ordine ſuo ſanctorum myſteriorum ſacrificia ediſcens, à ſacra eorum ſcientia ad exactiſſimam perfectionem Diuina ratione ſubuehitur. Vnde & ſancti præceptores noſtri.* (Paulus & Hierotheus, vt nimirum, quas perpetuò præceptores Dionyſius agnoſcit.) *Diuinis eos appellationibus ſunt proſecuti, partim Therapeutas, id eſt cultores à ſincero Dei famulatu, atque cultu, partim Monachos ab indiuidua & ſingulari vita appellantes: vt quæ illos ſanctis diuiſibilium complicationibus in diuinam, & Deo gratam monadem, perfectionemque promoueat. Idcirco & perficientem eis indulſit gratiam diuina ſanctio, eoſque conſecrante quadam inuocatione dignata eſt.* Ex diuina ergo ſanctione, quæ vt minimum Apoſtolica eſt, Monachi inſtitutionem & benedictionem acceperunt Doctore Dionyſio.

Monachatus eſt pars Eccleſiaſticæ Monarchiæ.

Monachi Therapeutæ i. Dei cultores.

Dionyſio planè concinit S. Clemens libr. 8. Conſt. Apoſt. cap. 20. vbi Ordinem eorum, qui ad communionem. Ex Apoſtolica conſtitutione accedere debent, præſcribens, Aſcetas poſt Clericorum ordinem collocat, ante Diaconiſſas, & Virgines, inquiens: *Epiſcopus alloquatur populum his verbis Sancta Sanctis* (quaſi dixerit. Probet ſe ipſum homo, & ſic de pane iſto edat) *& populus ſubiungat: Vnus ſanctus, vnus Dominus, vnus Chriſtus in gloria Dei Patris benedictus in ſæcula Amen &c. Poſt hoc ſumat Epiſcopus, deinde Preſbiteri & Diaconi, & Hypodiaconi, & Anagnaſtæ* (ſic Lectores Græci vocant) *& Cantores, & ASCETÆ, & ex mulieribus Diaconiſſæ, & Virgines, & viduæ, poſtea pueri, & omnis populus ordine, cum pudore, & reuerentia,* 4

4 Gradus Monachatus inter partes Eccleſiaſticæ Monarchiæ.

rentia, abſque tumultu. Et Epiſcopus dat oblationem dicens: Corpus Chriſti: & ſumens dicat Amen.

Aſceta quid. Nemo autem ignorat Aſcetas Monachos dictos, id eſt pugiles, ſeu exercitatores, eo quod tota eorum exercitatio,& conuerſatio velut quædam virtutum paleſtra eſſe debeat; cum alij homines exerceantur in ſæculi artibus, id eſt bellō, mercatura, cauſis forenſibus &c. Ita Baſilius lib. de vita ſolit. & ep. 63. qui ſermones de rebus Monaſticis vocat *Aſceticos*, & ipſa cœnobia *Aſceteria.* Eoſdemque Aſcetas ſeu Monachos vocat *Eunnchos* cap. 13. eiuſdem lib. 8. vbi vniuerſos Eccleſiæ Ordines recenſens Diaconus, vt populus pro eis oret, poſt Epiſcopum Presbyteros & Clerum ſubdit. *Pro Eunuchis ſanctè ambulantibus orate:* maxime quia eos à cæteris caſtè viuentibus diſtinguit, ſubiungens; *Pro continenter, & caſtè viuentibus orate:* Et item: pro Virginibus viduis &c. Illos ergo *Eunuchos* dicit *qui* Verbo Domini *ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum* caſtitatem ei in Religione conſecrantes.

5. Monachatus traditio Apoſtolica. Inſuper Epiphanius in Compendiaria doctrina Monachatum ex traditione Apoſtolica haberi contendit, & iuxta primam traditionum omnium recenſet, inquiens: *Et quæ quidem de fide habet hæc de ſola Catholica Eccleſia breuiter diximus. At vero de ſtatutis ipſius, ac traditionibus eiuſdem rurſus neceſſarium eſt me breuibus apponere earundem formam ex parte. Et primum quidem velut crepido, & (vt ita dicam) fundamentum in ipſa eſt Virginitas, quæ exercetur, & ſeruatur à multis, & glorificatur. Sequitur autem ad eandem Virginitatem ſolitudo apud pleroſque vtriuſque ſexus ſolitariam vitam degentes. Poſt hanc continentia ſuper eundem curſum fundata. Poſtea viduitas &c.*

6. Therapeutæ Apoſtolorū tempore à D. Marco inſtituti. Nec id mirum cum ſub S. Marco Euangeliſta innumeri Monachorum in Ægypto floruerint, in qua nemo quantumcumque ſtupidus ſit herere, ne dicam reluctari poterit: cum id non ſolum Eccleſiæ filij, aut Patres, ſed & hoſtes ingenuè fateantur. Hoſtem voco Philonem natione & profeſſione Iudæum, qui de Therapeutis illis inſigne opuſculum conſcripſit: de quibus à nobis inferius fusè agendum erit. Atqui Marcus martyrio ſublatus eſt anno Imperij Neronis 8. vt eius acta, & Romanum Martyrol. perſpicuè teſtantur: cui S. Petrus Apoſtolorum vertex aliquot annos ſuper vixit, vtpote 12. Neronis cum Paulo de medio ſublatus. Sed & Philo ſub Claudio Cæſare, qui Neronem præceſſit, Romæ periclitatus eſt, vt Euſebius & Hieronymus ſcribunt. Ex quibus liquet inſtitutum Monachorum à D. Marco in Ægypto introductum Apoſtolicum fuiſſe, & à D. Petro Apoſtolo acceptum, vtpote cuius nomine & doctrinis ipſo viuente Eccleſia Alexandrina & Ægyptia ad Fidem & Chriſtianos mores perducta fuit. Nec ſi Marcus aliud quid vellet inducere, Apoſtolus conſentiret: eo vel maxime quod teſte Simeone Metaphraſte, illinc aliquando Petrus conceſſit, rectam ſentiendi, viuendique normam inſpecturus, & ſi opus eſſet, correcturus.

Eodem tempore toto Orbe floruerunt. Accedit quod eidem Philone autore Therapeutarum inſtitutum, quo tempore ſub Marco in Ægypto florere cæpit, vigebat itidem in cæteris Orbis plagis, ac regionibus. Ait ſiquidem. *Hoc genus reperitur in multis Orbis regionibus, meritò vt abſoluta probitatis receptum à Græcis, atque Barbaris: maxime tamen in Ægypto frequentatur per Præfecturas ſingulas; præſertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis optimus quiſque Therapeutarum &c. Singuli autem habent Sacras ædiculas, quæ vocant Monaſteria, vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſteriis dant operam.* Cum vero S. Marci prædicatio ad omnes orbis prouintias non quiuerit extendi, imo nec Petri; reliquum eſt, vt à cæteris Apoſtolis vbique terrarum therapeuticum piorum hominum genus propagatum ſit vno eodemque tempore. Vnde Matthæum in Hethiopia ſcimus Iphigeniam Regis filiam Virginem conſecraſſe, & ducentis Virginibus præfeciſſe, vt habent vtriuſque acta, & prompſit in Cathal. SS. Equilinus libr 8. cap. 100. & 101. inquiens: *Matthæus Regem cum vxore, & filio ſuſcitato, & omni familia baptizauit; & Iphigeniam eius filiam virginem ſacro velamine conſecrauit, & pluſquam ducentis virginibus præfecit. Ipſeque Matthæus Therapeutarum more ſeminibus, baccis, atque oleribus abſque carnibus veſcebatur*; vt autor eſt Clemens Alex. 62. Pædag. cap. 1.

Celebris quoque fama eſt S. Martham Mariæ & Lazari ſororem Monaſterium Virginum in Galliis erexiſſe, & ad præſcriptum legis Domini, & Apoſtolorum eius rexiſſe & inſtruxiſſe, vt ex eius actio refert Equilinus lib. 6. cap. 151. illis verbis. *Ibi igitur Martha de licentia S. Maximini & ſororis manſit, & ſororum, multarum congregato Conuentu Eccleſiam in honorem Dei Genitricis ædificauit, monaſteriumque conſtruxit: ibique ieiuniis & orationibus quotidie vacabat, & mira ſe pœnitentia affligebat.* Meminit itidem (vt hoc quoque argumento inſeruiat) Collegij Virginum ſacrarum Philippis & tota Syriæ commorantium S. Ignatius in Epiſt. ad Philippenſes his: *Saluto Collegium Virginum, & cætum viduarum.* Et epiſt. ad Antioch. *Populus parcat Preſbyteris & Diaconis Virgines agnoſcant cui ſeipſas conſecrarunt.* Et ad ſmyrnenſis: *Saluto familias fratrum meorum, atque eas quæ in perpetua degunt virginitate.* 7. Virginum Collegia à tempore Apoſtolorum.

Ignatius Marc. diſcipulus Chriſti Ieſu. Ignatius verò aut Ioannis diſcipulus fuit, vt plærique autumant illis moti Epiſtolis, quæ ſub nomine Ignatij ad Ioannem circumferuntur: aut quod multo veriſimilius eſt, ipſius Domini fuit diſcipulus, quod ipſe non leuiter innuit in Epiſt. ad Epheſios, dicens: *Quamuis vinctus ſum propter nomen Ieſu, nec dum tamen perfectus ſum in Chriſto Ieſu. Nunc incipio diſcipulus eſſe.* Idem repetit Epiſt. ad Romanos. *Nunc incipio diſcipulus eſſe cum nihil expetam aut viſibilium, aut inuiſibilium, vt Ieſum Chriſtum aſſequar.* Quod fuit dicere: quod nomine hactenus vocitabor, nunc opere compleo. Et Epiſt. ad Smyrnenſes: *Ego vero non modo in carne veniſſe ipſum agnoſco, ſed & poſt reſurrectionem vidi eum in carne.* Quod teſte Hieronymo de Script. Eccleſ. iterum dixit ad Policarpum. Teſtis proinde reſurrectionis Chriſti ab ipſo affectus eſt, vt cæteri Diſcipuli: quod tamen egrè puero illi quibit competere, quem Dominus exemplum poſuit humiliantium ſe vt intrent in Regnum cælorum. Et hic igitur Collegium Virginum apud Antiochiam inſtituit, vel à Petro inſtitutum gubernauit. Nec ea Virginum Sanctimonialium inſtitutio defuit S. Marco in Ægypto, vno & cæteris Apoſtolis alibi gentium, ſi Philoni fides adhibenda eſt, qui non Therapeutas duntaxat tunc temporis floruiſſe ſcribit, ſed & *Therapeutrices*, ſeu *Cultrices*, de qua re inferius. Quorſum hæc? Nimirum, vt liqueat Monachos, & Moniales Apoſtolicis viguiſſe temporibus, vtpotè ab eis inſtitutos ad præſcriptum Euangelicorum conſiliorum ea ipſa Religionis præſtantia & vigore, quibus nunc florent, prorſuſq; mentitum Vviclephū, Monaſticem

Monaſticem hominum inuentum fuiſſe dicentem, quem ab orco Nauatores ſuſcitarunt ſed in caſum, vt præclariſſimis teſtimoniis à nobis monſtratum eſt.

8. Nullus ex Monachorũ Patriarchis Monachatus inuentor extitit.

Eadem prorſus veritas patefiet, ſi in medium producamus in teſtes eos omnes de quibus inuentionis huius poſſet eſſe ſuſpicio, id eſt præcipuos Monachorum Doctores, & inſtitutores: nemo namque eſt qui non eorundem vitæ exordium longè ſupra ſe petendum fateatur; Quo aſcenſu niſi ad Apoſtolos tandem riuulum (vt ad verum ſui fontis originem trahat, non eſt vbi ſiſtere probabiliter queat. Enim vero ſiquis à R.P.N. Benedicto velit Monachorum originem deducendam, plane ipſius S.Patris teſtimonio mētiri conuincetur, cum ipſe ab alio Monacho, Romano ſcilicet vicini Monaſterij habitum acceperit Magno Gregorio teſte: & Regulam ſcripturus, quatuor tunc temporis Monachorum viguiſſe genera fateatur cap.1. *De Quatuor generibus Monachorum*: quorum duo nouiſſima, & præclariſſima fuerint, Cœnobitarum, de Anachoretarum; duo reliqua: duo reliqua ipſa Monachatus vetuſtate valde defeciſſent, Sarabaytarum ſcilicet, & Girouagorum. Rurſus Auguſtino iam olim per calumniam obiectum eſt à Petiliano Pſeudo Epiſcopo Cirthenſi Donatiſtarum anteſignano, quod vitæ Monaſticæ primus inuentor fuerit, vti ipſe reffert lib.3. contra Epiſt. Petiliani cap.40 dicens. *Deinceps Petilianus perrexit ore maledicorum vituperationem Monaſteriorum, & Monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit inſtitutum.* Reſpondet vero ridendam eſſe veſtri hominis ignorantiam: *Quod genus vitæ omnino quale ſit neſcit, vel potius toto Orbe notiſſimum neſcire ſe fingit.* Quaſi apertius dixerit, quale ſit neſcit, eſt enim à Chriſto Domino prædicatum, & ab Apoſtolis exequutioni mandatum. Aut ſupinam potius de re toto Orbe notiſſima ignorantiam affectat, vt vitæ probatiſſimæ, abſque dubio à Chriſto Domino & Apoſtolis inſtitutæ, dentem infigat. Verùm ipſe Auguſtinus ingenuè faſſus eſt lib.8. Confeſſ. cap.6. Mediolano hauſiſſe eius notitiam, vbi ſub Ambroſio Monaſterium viderat. *Omnes* (ait) *mirabantur, quia tam magna erant*, quæ de Antonio Ægyptio Monacho dicebantur: *& ille quia inaudita nobis erant* [mirabatur Potitianus miraculorum Antonij recenſitor quia Auguſtino, & ſociis erant inaudita] *Inde Sermo eius deuolutus eſt ad Monaſteriorum greges; & mores ſua violentia tua, & vbera deſerta eremi, quorum nos nihil ſciebamus. Et erat Monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus extra Vrbis mœnia ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus.* Quod ſi ad Ambroſium recurſus fiat, ipſe lib.10. Epiſt.82. S. Euſebium Vercellenſem Antiſtitem, qui eum præceſſerat ætate, refert Monachos in Eccleſiam ſuam adduxiſſe: at non vult Monaſticam vitam primum omnium inſtituiſſe, ſed quod ibi duo pariter iungeret, Monaſterij continentiam, & Eccleſiæ Clericalem diſciplinam. *Hæc enim primus* (ait) *in Occidentis partibus diuerſa inter ſe Euſebius ſanctæ memoriæ coniunxit, vt & in ciuitate poſitus inſtituta Monachorum teneret: & Eccleſiam regeret ieiunij ſobrietate.* Fatetur proinde ante Euſebium etiam in Occidente fuiſſe Monaſterialem vitam ſicut & Clericalem, ſed ſeparatas: nec mirum, cum Mediolani etiam, Turonis, & alibi S. Martinus multa Monaſteria conſtruxiſſet, qui Ambroſium aliquo tempore præceſſerat: vt prodit Seuerus in eius vita, cap.4.5.7. 10. & aliis. Quinimo & Ambroſio pro deffenſione Orientalium Monachorum cum Theodoſio Imper. decertauit, qui grauiter in eos animaduerti ex calumnia Valentinianorum hæreticorum præceperat: quod reffert Paulinus in eius vita.

Hieronymus quoque auctor eſt in Epiſt.16. ad Principiam D. Athanaſium Romæ Monaſteria fœminarum erexiſſe, cum prius nulla nobilium noſſet Romæ propoſitum Monachorum, nec auderet, propter rei nouitatem, ignominioſum, vt tunc putabatur, & vile in populis nomen aſſumere. Verum non eum fuiſſe illius vitæ inuentorem patet ex his quæ ſubiungit Hieronymus: *Hæc* (de Marcella vidua nobiliſſima loquitur) *ab Alexandrinis priùs Sacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſequutionem Arianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum Romam confugerant, vitam B. Antonij adhuc tunc viuentis, Monaſteriorumque in thebaide Pachumij, & Virginum, ac viduarum didicit diſciplinam: nec erubuit profiteri, quod Chriſto placere cognouerat.* Sed vero Hieronymum nemo dixerit Monachorum autorem, vtpotè qui Antonium & Pachomium præceptores produxit modò recenſitis verbis; & qui Epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia Virgine: tria genera exiſtere ſuo æuo dixerit Monachorum in Ægypto, moreſque virorumque luculenter deſcripſerit. 9. Neque Athanaſius.

Sed neque Antonius autor Monachorum fuit, quandoquidem & ipſe [Athanaſio teſte in eius vita] ab aliis Monachis inſtructus fuit: ait enim de Antonio iuuenculo recens ad ſolitudinis ſtudia conuerſo. *Nec dum autem tam crebra erant in Ægypto Monaſteria. Erat igitur in agello vicino ſenex quidem vitam ſolitariam à prima ſectatus ætate: hunc Antonius cum vidiſſet, æmulatus eſt ad bonum.* Et rurſus de multis aliis. *Sic ſecum vitam inſtituens* (puer) *ad vniuerſis fratribus puro diligebatur affectu, & omnibus ad quos ſtudio diſcendi pergebat obediens, proprias ſingulorum gratias hauriebat, &c.* Neque Hilarion, cum is Hieronymo ſcriptore cap.1. eius vitæ ab Antonio Monaſticam viuendi rationem didicerit. Nec Pachomius, vtpote Palæmonis Anachoretæ diſcipulis, vt de eo Dionyſius exiguus refert. cap.6. Sed nec Baſilius, quem Amphilochius refert in Ægypto à Porphirio Archimendrita inſtructum: ſemperque Baſilius ipſe de Monachorum ſtatu loquatur tanquam de re vetuſtiſſima: Conſule eius verba quæ cap. præced. retulimus num.4. Nec id mirum, cum ſub Diocletiano Imper. ad A.cap.300. in Oriente Epitectus, & Ariſtion inſignes pietate Monachi paſſi ſint, quorum extant Acta in Vitis Patrum: & in Hiſpaniis eodem tempore Monaſterio conſtructo propè Toletum floruerint SS. Abbates & Martyres Philibertus, & Fabricianus, quorum feſtum in Breuiario S. Iſidori celebrabatur; & nos meminimus cum Dextro A cap.308. Comment. 1. num.6. Rurſus S. Onuphrius migraſſe dicitur in Florario M.S. apud Roſuuerdum. A cap.370. & ante annos 70. in eremo exactos nutritus fuerat in Monaſterio centum Monachorum Hermopoli in Thebayde. Et ex vita S. Eugeniæ liquet propè Alexandriam Monaſterium extitiſſe. A cap.194. quod proculdubio ſiue antiquitate Therapeutas Philonianos refferebat. 10. Neque Antonius eiuſue deceſſores Pauci.

Ex quo tandem fit, minime originem Monaſticæ vitæ aſſignari poſſe infra Apoſtolicam ætatem & doctrinam: non ſolum ſi doctrinæ ipſius ſubſtãtia conſideretur liberè à quouis exequutione mandata, 11. Concluſio ex dictis.

Digitized by Google

mandata,ſed etiam prout ſtatum Eccleſiaſticorum hominum denotat, qui conſtanter viguit abſque notabili variatione tota mille ſexcentorum annorum intercapedine. Quod ampliùs ex dicendis patebit.

12. In quo tota veri Monachatus perfectio ſita eſt?

Enimverò quoniam(vt docet Dei Angelicus 22. quæſt.186.art.6.) *Ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio ad ea quæ ſunt perfectionis: nam ad perfectionem vitæ, Dominus pertinere dixit quod aliquis eum ſequatur, non qualitercumque,ſed vt vlterius retrò non abiret*: iuxta illud; *Nemo mittens manum ad aratrum,& reſpiciens retrò aptus eſt regno Dei*.Luc.9. Et ipſa ſtatus ethymologia, & conditio perpetuitatis ſecuritatem requirit:quæ ſolo voto fieri poſſe liquet:*Cum enim homo non poſſit totam vitam ſuam actu exhibere,quia non tota ſimul,ſed ſucceſſiuè agitur, conſequens eſt, vt non aliter homo poſſit totam vitam ſuam Deo exhibere,niſi per voti obligationem*. Religioſos vero eſſe in ſtatu perfectionis, ſeu ſtatum eorum ſcholam illius eſſe, per ſeſe perſpicuum eſt; docetque id D.Thomas,tum citato loco,tum paulò ſuperiùs q.184.art.4.& 5. *Quamobrem ad ſtatum perfectionis eorum requiritur obligatio perpetua ad ea quæ ſunt perfectionis*: Hæc verò præcipuè ſunt tria illa toties decantata, paupertas, continentia, & obedientia. Relinquitur ergò, vt quicunque Monachorum ſtatum appræhenderint, quocunque id tempore contigerit,votis ad earum virtutum ſe obſeruationem adſtrinxerint; an à vera & propria Monachorum familia, ſtatu, & nuncupatione ablegandi ſint. Quod ſi primitiuos ea non emiſiſſe conſtiterit, vt recentiores faciunt, longè præſtantiorem Monaſticem noſtram quam illorum eſſe, neceſſe eſt vt dicamus: & conſequenter ſtatus rigoroſè acceptus Monachorum recentior erit, quam ab Apoſtolis inſtitutus fuiſſe dicatur.

13. Primitiui Monachi tria profeſſionis Monaſticæ vota emiſſere, ex PP. mente. Hieronymus

Ego ſicut doctrinæ D. Thomæ acquieſco, ita & conditioni propoſitæ ſto, quæ proculdubio ex illa euidenter infertur. Cæterum votorum Monaſticorum apud veteres aſſertores habeo antiquos Patres, quorum dictis reſiſtere, maxime cum teſtium funguntur munere, extremæ clementiæ, & vecordiæ erit. Hieronymus itaque lib. 1. Comment. in lament. Hieremiæ cap. 3. ad illa verba, *Bonum eſt viro cum portauerit iugum, &c.* Hæc ſcribit: *Militum ergo Chriſti perfectio eſt, exutam mentem habere à terrenis negotiis, & tumultu ſæculi iuxta illud Apoſt. 2. Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, &c. eamque quantum humana imbecillitas ſinit feſtinat vnire cum Chriſto. Quam quidem ſpeciem conuerſationis, boni Eremitæ & Monachi, qui VOTO MONASTICÆ DISCIPLINÆ OBLIGATI SVNT, imitari contendunt; ſed rara eſt; & paucisſimis dono Dei hæc perfectio conceſſa.* Non inquam quod profeſſionem perfectionis Monaſticæ emittant,ſed quod eam in vtraque ſimul vita aſſequantur, vt ſubdens explanat: *Is enim verè, & non ex parte perfectus eſt, qui & in eremo ſqualorem ſolitudinis, & in Cœnobio infirmitatis fratrum æquali magnanimitate ſuſtentat. Et ideo in vtraque PROFESSIONE per omnia conſummatum inuenire difficile eſt; quia nec Anachoreta contemptum, ac priuationem materialium rerum, nec Cœnobita Theoricam* (id eſt contemplatiuam) *ad integrum poteſt aſſequi paritatem.* Vnde lib. 3. Comm. Ezech. cap.8.ad illa verba: *Putaſne vides tu quid iſti faciant?* de ſcelere commaculantium Sanctimoniales, quæ voto ſuam conſectauerant perfectionem, inquit; *Quod quidem poteſt & de noſtra Ieruſalem, noſtroque templo intelligi: quando in exemplum Ophni & Phinees idolorum ſcelera operamur* (Chriſtiani) *in tabernaculo Dei, & fornicamur eum eis qui ſe militiæ, & miniſterio Dei vouerint.* Non enim eo nomine vtrumque ſactatas Virgines intelligit, ſed Sanctimoniales: quæ ſolæ *Militiam Dei* vouerunt:atque ita de Hieronymi mente intelligit Marianus Victor in Indice operum eius. Verbo *Vota*.

Suffragatur Auguſtinus Hieronymo,qui ſerm.1. de Communi vita Cleric. hæc habet: *Si vellet diſcedere à propoſito, rectè illi tollerem Clericatum: quia deſereret SANCTÆ SOCIETATIS PROMISSVM,cœptumque conſortium. Ego ſcio quantum mali ſit profiteri ſanctum aliquid,nec implere. Vouete,inquit, & reddite Domino Deo veſtro Pſ.75. Et Melius eſt non vouere, quam vouere, & non reddere*: Eccleſ 5.quod probat exemplo.*Virgo etſi nunquam fuit in Monaſterio, & Virgo ſacrata eſt, illi nubere non licet, quamvis eſſe in Monaſterio, & deſeruit, & tamen virgo eſt, dimidia ruit.* (Hoc eſt dimidium votorum tranſgreditur; nimirum Monaſterij votum & profeſſionem) *Sic & Clericus duas res PROFESSVS eſt, & SANCTITATEM,& Clericatum. Ergo profeſſus eſt ſanctitatem, profeſſus eſt communiter viuendi Societatem, & profeſſus eſt quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Si ab hoc propoſito cecidit,& extra manens Clericus fuerit,dimidius & ipſe cecidit. Quid ad me? Non eum iudico.* Dixerat verò paulò ante: *Ecce dico,audite. Qui ſocietatem communis vitæ iam ſuſceptam, quæ laudatur in Actibus Apoſtolorum deſerit,à VOTO ſuo cadit: & à PROFESSIONE ſancta cadit. Obſeruet iudicem, ſcilicet Deum,non me.* Quo nihil clarius,& ad rem conducibilius dici potuit. Audiendi autem vel maximè hi duo Patres, tum ob eximiam ſanctitatem, & doctrinam, ob quam etiam ab hoſtibus Eccleſiæ audiuntur:tum quia & ipſi etiam Cœnobij vitam profeſſi fuerunt ante annos mille ducentos, & amplius. 14. Auguſtini mens.

Verum quoniam ij de voto vniuerſæ vitæ Monaſticæ loquuti ſunt, quamquam id nobis ſatis ſuperque ad propoſitam theſim comprobandam erat, placet nihilominus quæ de votis peculiaribus triū illarum virtutum à Monachis emitti ſolitis inueniantur teſtimonia, in medium afferre. Quod ad votum paupertatis attinet, ipſe per ſe Ananiæ, & Saphiræ caſus ab Euangeliſta Act.5.relatus fidem facit, initio Monaſtici ſtatus paupertatem ſuam vnumquemque eorum,qui ſub Apoſtolis communi vitæ adſcribebatur, voto confirmaſſe. Quid enim aliud eſt Spiritui ſancto Ananiam & Saphiram meritos eſſe, niſi à promiſſione ipſi facta deciſiſſe? Ita ſanè Hieronymus ad Demetriadem ep. 8. *In Actis Apoſtolorum quando Domini noſtri adhuc calebat cruor Ananias & Saphira diſpenſatores timidi,imò corde duplici, & ideo condemnati, quia poſt VOTVM obtulerunt quaſi ſua,& non eius cui ſemel ea VOVERANT, partemque ſibi iam alienæ ſubſtantiæ reſeruarunt,præſentem meruiſſe vindictam;non crudelitate ſententiæ, ſeu correptionis exemplo.* Et ad Hedibiam ſcribens q 1. *Ananias* (ait) *& Saphira Apoſtoli meruere ſententiam,quia ſua timidè reſeruarunt. Ergo ne, inquies, puniendus eſt qui ſua non dederit? Minime. Ideo puniti ſunt, quia mentiri voluerunt Spiritui ſancto, & reſeruantes neceſſaria victui ſuo, quaſi perfectè SÆCVLO RENVNTIANTES, vanam gloriam ſectabantur.* Clariſſimè Chryſoſtomus in eum Act. locum hom.12. 15. Paupertatis votū ab initio Monaſtici ſtatus.

Digitized by Google

Vides quod hoc crimen imputatur, eo quod pecunias ſuas accepit, quas conſecrarat. Nunquid non poteras illis, etiam cum vendideras, tanquam proprijs uti? (aiebat Ananiæ Petrus) *Nunquid prohibitus es? Quare accipis, poſtquam promiſiſti?* Et infrà. *Oportebat initio habere, & non promittere. Huc autem poſtquam conſecraſti, maius ſacrilegium commiſiſti.* Et autor Comment. 1. ad Chorinth. c. 7. apud Hieronymum: *Quod erat licitum, per votum ſibi fecit illicitum: ſicut Anania & Saphira, quibus de pretio poſſeſſionis ſua retinere nihil licuit; ob quam cauſam & ſubita morte proſtrati ſunt.* Et Ambroſius ſerm. 9. inter ſuos de vnitate Charitatis, quam alij Auguſtino adſcribunt, & excudunt de verbis Apoſtoli ſerm. 25. aliàs 27. *Namque Ananias dum ex eo quod promiſerat partem ſubtrahit, ſacrilegij ſimul condemnetur, & fraudis: ſacrilegij quod Deum in pollicitatione fefellerit; fraudis, quod de integris muneribus portionem quamdam putauerit ſubtrahendam: ait enim Petrus: Non es mentitus hominibus, ſed Deo.*

16. Ab Apoſtolorum tempore votum paupertatis deriuatum.

Inde verò ad Monachos paupertatis deriuatum votum dilucidè Baſilius prompſit ſerm. de Inſtitut. Monaſt. his: *Danda omnino nobis* (Monachis) *ſedulò opera eſt, ne quid quoquo pacto profeſſione noſtra indignum faciamus; ne ve ſimul atque Ananias iudicio, efficiamur obnoxij. Licebat enim initio Ananiæ poſſeſſiunculam ſuam Deo non polliceri, ac vouere: ſed poſtquam humana gloria cupiditate inductus, quidquid in bonis habebat per profeſſionem Deo conſecrauit, quo videlicet egregio iſtiuſmodi pacto hominum de ſe admirationem excitaret: de pretio autem callidè poſtea neſcio quid interuertit: eiuſmodi aduerſum ſe Dei indignationem prouocauerit, cuius Petrus miniſter fuit, vt ne ad pœnitentiam aditum inuenire potuerit. Quo circa ante Religioſæ iſtius vitæ profeſſionem liberum eſt vnicuique quatenus per Dei indulgentiam leges permittunt communem cum cæteris viuendi morem ſequi: vbi verò iam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic Deo cuſtodire ſeipſum debet, ne ſacrilegij iudicium incurrat, cum videlicet quod ſemel Deo conſecrauit, miniſterio rurſum communis vitæ contaminet.* Conſonat ſibi in Reſponſ. 9. ex Regulis fuſius diſp. dum ait: *Admonendi ſunt qui tales ſunt* (videlicet profeſſi Monaſticem, nec tamen ſua diſtribuentes) *ſeduloque teſtificandum ſacrilegij ſcelere ſeipſos obſtringere: vtpote tranſgreſſi voti reos.* Et cap. 35. Conſtitut. Monaſt. Iudæ comparat Monachum aliquid ſecretò poſſidentem. *Alter Iudas efficitur, à furto exordiatur (furtum eſt enim priuata poſſeſſio) & in proditionem deſinat,* quod ſine voti tranſgreſſione fieri nequiret.

17. Voti paupertatis antiqua intimatio.

S. Clemens Papa epiſt. 1. ad Hieroſolymitanos adducto in medium exemplo Ananiæ, Saphiræ infert ſimili voto paupertatis teneri omnes communem & Apoſtolicam vitam Sectantes. Vnde & eos rogat præcepto ad votum exoluendum inquiens: *Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis & exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus.* Et infrà: *Vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem vitam ducentes, & Scripturas ſacra rectè intelligentes, quæ Domino VOVISTIS, adimplere ſatagatis.* (Perperam apud Gratianum 12. q. 1. C. *Dilectiſſimis*, pro *vouitis* legitur *nouitis*, libris. S. Clementis repugnantibus, & doctorum conſequentiá) vnde & ſubdit: *& cum oratione aſſidua Dei gratiam detinere merueritis, tunc ſine ſuſpicione mali interitus VOTA poſſint celebrari feſtiua.*

18. Adſtipulatur cæteris Patribus Gregorius Magnus, lib. 1. epiſt. 33. ad Venantium ex Monachum Italiæ Cancellarium, ſed qui ex cauſa Ananiæ totius Monachatus votum argumentetur, & venantium tranſgreſſionis & Apoſtaſiæ ob dimiſſionem habitus increpet, dicens: *Penſa ergo quid facturus es de peruerſo opere, ſi quoſdam in iudicio ſuo Deus reprobat de ſermone otioſo. Ananias Deo VOVERAT, quas poſt diabolica victus perſuaſione ſubtraxit: ſed qua morte mulctatus eſt ſcis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos Deo abſtulit, conſidera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, ſed temetipſum Deo omnipotenti, cui ſub Monachali habitu deuoueras, ſubtraxiſti? Conſidera iudicium Dei, quod mereatur, qui ſeipſum Deo vouit, continuoque mundi deſiderijs irretitus mentitus eſt quod vouit,* Sed & Iſidorus lib. 2. Offic. Eccleſ. cap. 17. *Quod erat per naturam licitum, per votum ſibi fecit illicitum.* (ſcilicet quia primam fidem irritam fecit) *ſicut Ananias & Saphira, quibus de pretio poſſeſſionis ſua retinere nihil licuit; ob quam cauſam ſubita morte proſtrati ſunt.*

Ex voto paupertatis pro Monachatu integro argumentum.

Mitto multa quæ huc facere videbantur, ſed ſuis forſan locis inſerentur. Vnum Auguſtinum præterire nequeo hac de re imprimis audiendum ſerm. 1. & 2. de Communi vita Clericor. quos habuit; cum ſuis nimio mœrore conſternatus de eo quod Ianuarius vnus ex ſuæ ſodalitatis Presbyteris moriens teſtamentum feciſſet, paupertatis profeſſæ tranſgreſſor factus: ait vero inter multa. *Teſtamentum, inquam, fecit Presbyter ſocius noſter; nobiſcum manens, de Eccleſia viuens, communem vitam Profitens: teſtamentum fecit, hæredes inſtituit. O dolor illius ſocietatis! O fructus natus non de arbore quam plantauit Dominus. Sed Eccleſiam ſcripſit hæredem. Nolo numerare iſta: non amo amaritudinis fructum. Ego illam Deo quærebam; Deo ſocietatem PROFESSVS fuerat, hanc teneret, hanc exhiberet, nihil haberet, teſtamentum non faceret, non ſe noſtrum ſocium, quaſi Dei pauperem fingeret Magnus inde mihi dolor eſt fratres. Dico charitati veſtræ, propter hunc dolorem ſtatui hæreditatem ipſam in Eccleſia non ſuſcipere.* Hæc ille ſerm. prioris nam in poſteriori facto ſcrutinio diligenti per ſingulos Diaconos, & Presbyteros ſuos, probat omnes à vitio proprietatis alienos fuiſſe. Denique vnde rogo, Monachum in eo depræhenſum in morte: velut à ſanctorum conſortio perpetuò extorrem Eccleſiaſtica ſepultura Patres olim etiam priuandum cenſuerunt, & cum pecunia ipſa ſepeliendum clara voce ingeminantes. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem:* vt in Nitria aliquando de conſenſu Macharij; Pambi, & Iſidori factum ſcribit Hieronymus epiſt. 22. & à Magno Gregorio iteratò perfectum, vt de ſe refert ipſe? Vnde inquam tam ſeuerè improprietarium, ab eis vindicatum, niſi quia primam voti ſui fidem irritam feciſſet? Idemque Doctor Hieronymus epiſt. 4. de altero Anachoreta in vitio proprietatis mortuo: *Vidimus,* ait, *nuper & planximus Creſi opes vnius morte deprahenſas, vrbiſque ſtipes quaſi in vſu pauperum congregatas. Egentium famem ſuas fecit diuitias, & miſeris derelicta in ſuam ſeruauit miſeriam: quorum clamor tandem peruenit ad cælum, & patientiſſimas Dei vicit aures: vt miſſus Angelus peſſimus Nabal Carmelo diceret; Stulte, hac nocte auferent*

19. Monachus teſtamentum faciens damnatus.

ſirent animam tuam à te: quæ autem præparaſti, cuius erunt.

20. Caſtitatis votum ab initio Monachatus inductum.

Notius adhuc eſt in Dei Eccleſiis votum Caſtitatis quod Monachi à ſua inſtitutione adſtringi conſueuere. De eo Baſilius teſtimonium perhibet in Monaſt. Inſtit. ſerm. inquiens: *Ante Religioſæ huius vitæ profeſſionem liberum eſt vnicuique ſibi vxorem adiungere: vbi verò iam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic Deo cuſtodire ſe ipſum debet, veluti eorum aliquid quæ dicata ſunt Deo, ne ſacrilegij iudicium incurrat. Et inferius Hæc omnia ab eo diligenter ſunt cauenda, qui per virginitatem Deo ſeipſum conſecrauit. Nullumque eſſe in eo ſtudium debet, in quo non perpetuò cælibis integritatem præſeferat.* Et in regulis fuſ. diſp. Reſp. 15. *Qui verò vitam cum virginitatis profeſſione ſuſcipere nolit, is tanquam qui res Domini accurare ſollicitè non poſſit, ipſis iiſdem adhibitis teſtibus dimittitor.* Et ad virginem ſanctimonialem lapſam: *Reuoca in memoriam honeſtam profeſſionem quam profeſſa es coram Deo, & Angelis, hominibus. Reuoca in memoriam venerandam Congregationem, & ſacrarum Virginum chorum, & Concilium Domini, & Eccleſiæ ſanctorum ac aniculæ in Chriſto aniæ* (Sic vocat Abbatiſſam.) *Et matris in Domino &c. Recordare dierum canentium tumultu, & noctium illuminatarum, & cantilenarum ſpiritualium, & pſalmodiæ canoræ, & cubiculi caſti, & menſæ temperantis, &c.*

21. Nuptiæ ab eodem tempore Monachis prohibitæ.

Addo Chryſoſtomum qui in Epiſt. 6. ad Theodorum Monachum lapſum nuptias ambientem inter cæteras hæc ait. *Bonum quidem nuptias, & & ipſe confiteor. Honorabiles, inquit Apoſtolus, nuptiæ, & cubile immaculatum: fornicatores autem & adulteros iudicat Deus. Sed te iam ſeruare non conuenit priuilegia nuptiarum. Angelorum enim Societate ſemel iunctum, illud relinquere, & vxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere eſt. Quamvis frequenter hoc ipſum nuptias voces, ego tamen, & adulterio illud tanto peius affirmo, quanto maior, ac melior mortalibus Angelus. Neque vllus tibi fortè perſuaſerit dicens. Nihil de non accipienda vxore Dominus præcepit: Nec me ignorare confiteor, quod adulterium interdixit. Non nuptias vetuit, verùm ante adulterij nomen accipiet, ſi volueris vnquam* (*quod abſit*) *nuptias cogitare.* Et rurſus: *Atque vt illud repetam, quod in principio poſui epiſtolæ; ſi militiæ* (Monaſticæ haud dubium) *vincula non teneres, quis tibi deſertionis crimen obiiceret? Nunc autem nihil in te penitus tui iuris eſt, quippe qui tanto Imperatori militare cœpiſti. Nam ſi mulier proprij corporis non habet poteſtatem, ſed vir; multo magis hi, qui Chriſto potius quam ſibi viuunt, conditionem corporis ſui habere non poſſunt. Iſte qui nunc, à Theodore, contemnitur, ipſe tunc ſine dubio indicabit.* In quibus ſanè & voti Monaſtici vincula, & vinculorum antiquam originem rationemque luculentiſſimè expreſſit. Eodem ferè, ſed feſtiuo, dicendi charactere inuehitur Hieronymus in Iouinianum lib. 1. cap. 25. quod de Monachatu ad nuptias tranſiiſſet: Inquit enim: *Deſcripſit ſermo Apoſtolicus Iouinianum loquentem buccis tumentibus, & inflata verba trutinantem, repromittentem in cœlis libertatem, cum ipſe corruptionis ſeruus ſit, atque luxuriæ, canis reuertens ad vomitum ſuum. Nam cum Monachum ſe eſſe iactitet, & poſt ſordidam tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aquæ potum; ad candidam veſtem, & nitidam cutem, ad mulſum, & elaboratas carnes ſe conferat: manifeſtum eſt quod terram cælo, vitia virtutibus, ventrem præferat Chriſto, & purpuram coloris eius putet regna cœlorum. Et tamen iſte formoſus Monachus, craſſus, nitidus, dealbatus, & quaſi ſponſus ſemper incedens, aut vxorem ducat, aut æqualem virginitatis nuptiis probet.* Ecce quali conſequentia vetus Monaſtices caſtitatem vouerit, & nuptias prohibuerit. Eorum qui ſe ſuaque corpora ad ſeruiendum Deo per caſtitatis poſſeſſionem conſecrarunt.

22. Profeſſio tacita caſtitatis.

Illud tamen monere non omittimus, quandoque viros tacitè Caſtitatem profeſſos: quod & nunc omnes Benedicti P. N. diſcipuli faciunt, ſolam obedientiam in formula profeſſionis exprimentes, & conuerſionem morum. Sed audi Baſilium in epiſt. 1. ad Amphilochium can. 19. *Virorum profeſſiones non nouimus* (agebat de virginitatem vouentibus) *præterquam qui ſe ipſos Monachorum Ordini adiudicauerint.* (Et verè; nunquam enim in Eccleſia ſæcularis viri voto virginitatis publicis cæremoniis adſtringi conſueuerunt, quemadmodum fœminæ) *Qui tacitè videntur cælibatum admittere. Sed nullis quoque illud exiſtimo præcedere oportere, vt ipſi interrogentur, & euidens ipſorum accipiatur profeſſio: vt poſtquam ſe ad libidinoſam, & voluptuariam vitam conuerterint, eorum qui fornicantur punitioni ſubiiciantur.* Vbi bene Balſamon annotauit; *Etſi autem hæc ita ſe habeant* (quod ſcilicet de Baſilij conſilio exprimere iubeantur votum) *ne dixeris quod Monachi, qui hanc poſſeſſionem non fecere, inſontes nullique culpæ obnoxij ſeruabantur. Etſi enim non fuerit tonſus quiſpiam, ſed ῥαβδοφόροι* (Laicos vocamus, ſeu conuerſos) *Non poterit mutare habitum, & ad nuptias conuolare, ſed inuitus ad habitum Monaſticum reuerti cogetur. Idem erit & de Monachis, & de omnibus Clericis tribunalis: nam & ij omnes tacitè profiteri videntur ſe matrimonium non contracturos poſt ordinationem, &c. Canonem tranſgredientes deponuntur. Quare ſanctorum Apoſtolorum, Can. 26. Ancyranæ Synodi Can. 10. & Synodi in Trullo Can. 6.*

23. Obedientiæ votum ab initio Monachatus.

Demum obedientiæ votum, dum cætera conſtent; non multum nobis faceſſit negotij; nemini enim dubium eſt, eò præcipuè Monachorum conſtringi ſtatum, vt ſtatus ſit, & vitæ curſum perpetuum complectatur, quod Prælatis obedientiam præſtent, & ad eorum nutum regantur atque formentur. De eo agens Baſilius in Monaſt. conſtit. cap. 20. inquit: *Oportet igitur, & quidem in primis, vt qui ad vitæ ſe huius rationem contulerit, is ſtabili, firma, immobiliſque voluntatis conſtantia ſit, iudicioque eiuſmodi quod à maleuolis ſpiritibus neque attentari poſſit, neque à loco depelli: animi præterea firmitate tanta, vt ad mortem vſque Martyrum conſtantiam præſeferat, tum diuinis præceptis retinendis, tum obedientia aduerſus Magiſtros ſuos conſeruanda.* Sed cur? *Siquidem hoc totius vitæ huius inſtituti caput eſt. Quemadmodum enim Deus qui omnium Pater eſt, ſummam à quibus colitur obedientiam requirit, ſic cui ſpiritualis in hominibus Pater eſt, præſcripta ſua ad diuinarum legum exemplum accommodet, perfectiſſimam ipſe quoque obedientiam requirit.* Egregiè proinde S. Barlaam ad Ioſaphat apud Damaſc. cap. 12. Monachi, *qui dein magno numero in vnum coacti vnius Præfecti atque Antiſtitis, qui omnibus virtute præſtat imperio ſe ipſos ſubdunt, ac voluntatem ſuam obedientiæ mucrone*) En obligationem, quæ ex voto conſurgit) *prorſus truncantes, ſeque velut emptitia mancipia vltro reputantes, non tam ſibi ipſis viuunt, ſed ei cui*

conſiliisvè à Chriſto Domino hominibus, vt perfectionis culmen aſcenderent, impertitis, per omnia conſonas eſſe; ediditque primum Regulas quas vocauit *fuſius diſputatas* numero 55. deinde quas è re ipſa vocauit breuiores, vel conciſſius diſputatas numero 313. de quibus inferius in 5.lib.ex profeſſo ſumus acturi.

15. *S Franciſci Regula Euãgelium.* Illud demum intentionis noſtræ præclaro exemplo eſt, quod ex S.P. Franciſci regula depromitur: de quo in eius vita hæc ſcribit ſanctus Bonauentura cap. 3. *Cernens autem famulus Dei paulatim accreſcere numerum fratrum, ſcripſit ſibi, & fratribus ſuis ſimplicibus verbis formulam vitæ; in qua ſancti Euangelij obſeruantia pro fundamento indiſſolubili collocata, pauca quidem alia inſeruit, quæ ad vniformem viuendi modum neceſſaria videbantur.* Sed vnde id in mentem venerit, paulo ſuperius his dixerat. *Dum die quodam Miſſam de Apoſtolis deuotus audiret, perlectum eſt Euangelium illud, in quo Chriſti diſcipulis ad prædicandum mittendis, formam tribuit Euangelicam in viuendo: ne videlicet poſſideant animum, vel argentum, nec in Zonis pecuniam, nec peram in via, nec duas tunicas habebant, neque calceamenta deferant, neque virgam. Quod audiens & intelligens, ac memoriæ cõmendans Apoſtolicæ paupertatis amicus indicibili mox perfuſus lætitia: Hoc eſt, inquit, quod cupio; hoc quod totis præcordiis concupiſco. Soluit proinde calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram, & pecuniam execratur, vnaque contentus tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem ſumit, omnem ſolicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficiat, & Apoſtolicæ rectitudinis regulæ per omnia ſe coaptet.* Et tunc quidem Franciſcus ſolus erat; Verum mox vt Bernardo, cui nomen à quinta valle eius primo ſocio quid de eis vellet oſtenderet, *oratione præmiſſa, cultor Trinitatis Franciſcus ter Euangeliorum librum aperuit, trino expoſcens à Deo teſtimonio ſanctum Bernardi propoſitum confirmari. In prima libri apertione illud occurrit* (Matth.19.) *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. In ſecunda: Nihil tuleritis in via* (Luc.9.) *In tertia vero: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Matth. 16. *Tunc Franciſcus, hæc eſt,* ait, *vita, & regula noſtra, omniumque qui noſtræ voluerint ſocietati coniungi. Vade igitur ſi vis perfectus eſſe, & perfice quæ audiſti.* Quamobrem ipſe poſtmodum ſic regulam ſuam exorſus eſt: *Regula & vita Minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti S.Euangelium obſeruare.* Clauditque eam inquiens: *Semper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem S. Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica paupertatem, & humilitatem, & S.Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus obſeruemus.* Accidit proinde cum Regulam ſuam ad ſummum Pontificem approbandam deferret, illeque renueret, quod nimirum paulò ante in generali Concilio ad Lateranum celebrato multiplicationẽ Regularium ordinum vetuiſſet, *Vir venerandus Sabinienſis Epiſc. Diuino afflatus ſpiritu ſummo Pontifici dixit: Si petitionem pauperis tanquam nimis arduam, nouamque refellimus, cum petat confirmari ſibi normam Euangelicæ vitæ, cauendum eſt nobis ne Chriſti Euangelium offendamus. Nam ſi quis intra Euangelicæ perfectionis obſeruantiam, & votum ipſius dicat contineri aliquid nouum, aut irrationabile, aut impoſſibile ad obſeruandum, contra Chriſtum Euangelij autorem blaſphemare conuincitur.* Quo ſanè, & viſione Innocentio in ſomnis oſtenſa Baſilicæ Lateranenſis ruinam minitantis, & à Franciſco ſuſtentatæ, tandem Regulam, & Religionem Apoſtolico calculo confirmauit.

Elaborauit opuſculum B.Cæſarius de Spira,quo oſtenderet totam S. Franciſci Regulam Euangelicam eſſe, nec quicquam habere quod in ſacro Euangelio non præſcribatur, aut inſinuetur, è regione vniuſcuiuſque præcepti, vel moniti locum Euangelij ſibi correſpondentem indicans;Quæ de re multa apud Lucam Vvadingum tum in opuſculis S. Franciſci, tum in Annal. Minor.tom.1. A.C. 1223.num.13.& 14 Ex quo dubitatio apud ipſos Minores non ſemel orta eſt, tenerentur ne ſub mortali ad omnia Euangelij conſilia opere exequenda: quem ſcrupulum ad Apoſtolicam ſedem delatum ſederunt Nicolaus III. dictus IV in cap. *Exijt qui ſeminat* de Verbor. ſignif. in VI. & Clemens V. in Clement. *Exiui de Paradyſo.* Et non defuit, qui eo ipſo Minorum Ordinem adſtruere conaretur de iure Diuino, itaut nequiret à quo vis licitè conuelli. Sed abs re: & iure de ea taxatur à ſupremis S.Inquiſitionis Iudicibus Emanuel Rodericus: niſi velit nunquam poſſe Regulam Minorum de errore damnari; in quo tamen nihil noui inducit,cum de Regulis cæterarum Religionum à S.Romana Eccleſia approbatis id ipſum affirmare teneamur, eo ipſo quod ſemel ab Apoſtolica ſede approbatæ ſint. Cæterum ſodalitium illud fratrum illam profitentium, vt libero S. Eccleſiæ,& Apoſtolicæ ſedis aſſenſu cæpit exordium, libero etiam decreto eiuſdem reſcindi poterit: vti de Ordinibus Humiliatorum, & Templariorum factum videmus,meritis fratrum exigentibus: quo non obſtante Regulæ, quibus ex voto ij fuerant addicti,ab omni ſemper labe immunes extiterint: vtpote Euangelicæ doctrinæ per omnia conſonæ; in quo ſanè omnes conuenire debent; cum extra Euangelium perfectio vitæ nulla queat reperiri. Illud nihilominus voluiſſe videtur Emanuel, formam illam miſſionis Apoſtolorum à Domino præſcriptam. *Nolite portare ſacculum,neque peram, neque calceamenta* Luc.10.ſibi ſpecialibus, ſuiſque B.Franciſcum aſſumpſiſſe ſubſtrictioris obligationis pondere, quam cæteri omnes Regulares; quod neutiquam ambigimus: Dum tamen nobis autor concedat Monachorum omnium verum Doctorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum extitiſſe vt iam probauimus: de quo nobis in præſentiarum ſermo eſt. Sed de his ſatis.

16. **Minorum Ordo non eſt de iure diuino.**

Eman. Rod. tom.1. qq. Reg. q. 4. attic. 1.

CAPVT III.

Hieroſolymis ſub Apoſtolis cæpiſſe Cœnobitarum ſtatum, & vitam, concors Sanctorum Patrum ſententia fert.

ERgo Apoſtoli ſancti Dominicis muniti inſtitutis primi omnium homines Monachatum complecti docuerunt, exemplum ipſis totius perfectionis ſe præbentes. Cuius rei locupletiſſimus teſtis eſt Euangeliſta 1. **B. Lucæ Euangelica ſententia.**

gelista dum cap.4. & 5. Actor primitiuæ Eccleſiæ mores luculenter deſcribit dicens. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Nec quiſquam eorum qua poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et gratia magna erat in omnibus illis: neque enim quiſquam egens erat inter illos: quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum qua vendebant, & ponebant ad pedes Apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat. Ioſeph autem qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.* Hæc Lucas cap. 4. Subiungitque cap. 5. dolum Ananiæ, & Saphiæ ſuffurantium ſibi quidpiam de pretio agri venditi, ob quod ſubitanea morte mulctati ſunt. Ita prorſus communi Patres calculo & ſenſerunt, & ſcriptum reliquerunt; videlicet hoc tempore ab Euangeliſta notato verum Monachatum ſumpſiſſe exordium, legemque, vt ſic dicam, de Monachorum perfecto ſtatu ab Apoſtolis promulgatam, eiſque regulam ſcriptam, & latam, quaſi nunquam variationem acceperit, prædictis verbis contentam. Hæc vt palam fiant, opere pretium eſt præcipuos Patrum loquentes audire: ex eorum ſiquidem doctrinis argumenta à nobis formanda ſunt pro veritate, quam mòdo diſceptandam aſſumimus.

2. Patrum doctrina. Macharius. Id imprimis perſpicuis verbis faſſus eſt ſanctus Macharius Antonij diſcipulus in Regula ſua, inquiens. *Si quis de ſeculo ad Monaſterium conuerti voluerit, Regula ei legatur.* Sed quæ? Apoſtolica proculdubio: nam ſubdit: *Si aliquam in cellulam voluerit inferre ſubſtantiam, in menſa ponatur coram omnibus fratribus, SICVT REGVLA CONTINET*: *ſcilicet, ponebant ante pedes Apoſtolorum.* Hæc Macharius antiquiſſimus Monachus, Monachorumque Magiſter: vt is cuneum Doctorum nobis aperiat.

3. Hieronymus. Hieronymus in Cathalogo ſcriptor. Eccleſ. in Philone hæc habet. *Philo librum de prima Marci Euangeliſta apud Alexandiam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt; non ſolum eos ibi, ſed in multis quoque Prouinciis eſſe memorans, & habitacula eorum dicens Monaſteria. Ex quo apparet tales primum Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur, & cupiunt: vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur, orationi vacetur, & Pſalmis, doctrina quoque, & continentia, quales & Lucas refert primum, Ieroſolyma fuiſſe credentis.* Quibus verbis duo præcipuè conſideranda ſunt ex Hieronymi mente: videlicet Monachos nunc eorum vitam imitari ſtudere, qui primùm in Chriſto credidere, de quibus Lucas in Actis diſſerit: rurſus Therapeutas Alexandriæ à S. Marco edoctos ad pietatem tales fuiſſe, quales primi credentes apud Hieroſolymam. Liquet verò & hos, & nos verè Monachos fuiſſe & eſſe (noſtraque habitacula dici *Monaſteria*) ergo & illos ad quorum exemplar noſtros componere mores ſtudemus. Dixerat tantumdem in Marco; nimirum: *Marcus aſſumpto Euangelio quod ipſe confecerat, perrexit in Ægyptum, & primus Alexandria Chriſtum annuntians conſtituit Eccleſiam tanta doctrina, & vita continentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret*: videlicet, *quomodo Lucas narrat, Heroſolyma credentes omnia habuiſſe communia: Sic Philo quod Alexandria fieri ſub Marco Doctore cernebat, memoria tradidit.* Tradidit autem eos fuiſſe Therapeutas, ſeu Monachos, ſingulos illorum mores recenſens: de quibus late infra cap. 12.

Baſilius in Regulis fuſius diſputatis reſponſione, hæc habet in eandem ſententiam. 4 Baſilius. *Concludendum eſt igitur, certaminis curriculum, & progreſſionis ad virtutem facilitatem, mandatorum Domini executionem aſſiduam ac meditationem: fratrum habitationem eſſe vno, & eodem in loco: qua cum propoſitum ſibi finem habeat gloriam Dei ex præcepto Domini Ieſu Chriſti dicentis: videant opera veſtra bona & glorificent &c. tum eorum de quibus in Actis mentio eſt ſanctorum virorum præcipuum inſigne illud obtineat. Ita enim de illis ſcriptum eſt: Omnes autem qui credebant erant pariter in eodem loco, & habebant omnia communia: Et Iterum: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquam eorum poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat ſed erant illis omnia communia.* Vide igitur Baſilium aſſerere, vitam Cœnobiticam, ſeu Monaſticam obtinere præcipuum illud inſigne Sanctorum virorum, de quibus in Actis cap. 4. mentio eſt; vtpote idem cum illis propoſitum conſectantem, quod illi primitus cœpiſſe noſcuntur: vti ipſe Baſilius vterum in Conſtit. Monaſt. cap. 19. his verbis adſtriuit, & commendat. *Quoniam maximam partem qui ſe colenda pietati dederunt ij in ſocietate cum aliis degunt, in qua inter ſe viciſſim alter alterius ſui propoſitum animi ad virtutem exacuunt, ſeque inter ſe rectè factorum æmulatione ad maiores quotidie in ſtudiis verum honeſtarum faciendos progreſſus impellunt, æquum facturos nos arbitrati ſumus, ſi ad hos quoque aliquid cohortandi gratia ſcriberemus. Hi liberatoris noſtri, eiuſque vita, dum inter nos verſaretur, inſtitutorum viri perfectique imitatores exiſtunt. Quemadmodum enim ille coacto Diſcipulorum chori communia cuncta, ſeque ipſum communem Apoſtolis præbuit, item hi quoque Antiſtiti, ſuo obtemperantes (qui modo vita ſua præſcripta rectè conſeruant) genus viuendi Apoſtolorum ac Domini imitantur.*

Auguſtinum Hieronymo & Baſilio adiungo, 5. Auguſtinus. qui multus eſt in hac re, ſerm. 1. de communi vita Clericorum hæc ait. *Noſtis omnes aut penè omnes, ſic nos viuere in eadem domo, qua dicitur domus Epiſcopi, vt quantum poſſumus imitemur eos Sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apoſtolorum: Nemo dicebat aliquid proprium, ſed erant illis omnia communia.* Loquitur vero de his fratribus, quos à Monaſterio Monachorum ad domum Epiſcopi ſecum vitam Religioſam acturos tranſtulerat: quod ſic ipſe declarat: *Ego, quem Deo propitio videtis Epiſcopum veſtrum, iuuenis veni ad iſtam ciuitatem* (annorum ſcilicet ætatis ſuæ 30.) *& quærebam vbi conſtruerem Monaſterium, & viuerem cum fratribus meis* (quos ex Italia traduxerat Monaſtices profeſſores) *Spem quippe omnem ſeculi reliqueram: Veni ad iſtam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari poſſe Deo, vt vobiſcum eſſet in Monaſterio. Apprehenſus, & Preſbyter factus per hunc gradum perueni ad Epiſcopatum: non non attuli aliquid, nec veni ad hanc Eccleſiam niſi cum his indumentis, quibus illo tempore veſtiebar* (haud dubium Monaſterialibus.)

Digitized by Google

Et quia hic deponebam eſſe in Monaſterio cum fratribus, cognito inſtituto, & voluntate mea, beata memoria ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt Monaſterium. Cœpi boni propoſiti fratres colligere, compares meos nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me: vt quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, ſic facerent & illi, qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus. Commune autem nobis erat magnum, & vberrimum prædium ipſe Deus. Perueni ad Epiſcopatum, & vidi neceſſe habere Epiſcopatum exhibere humanitatem aſſiduam quibuſque venientibus, ſiue tranſeuntibus: quod ſi non feciſſem Epiſcopus inhumanus diceret. Si autem conſuetudo iſta (tan frequentis hoſpitalitatis) *in Monaſterio permiſſa eſſet, indecens eſſet* (nimirum ſilentij grauitas, & ieiuniorum frequentia deperirent.) *Et ideo volui habere in iſta domo Epiſcopi mecum Monaſterium Clericorum. Ecce quomodo viuimus. Nulli licet in ſocietate noſtra habere aliquid proprium &c.* Et inferius: *Ecce dico, audite: Qui ſocietatem communis vitæ iam ſuſceptam, quæ laudatur in Actis, Apoſtolorum, deſerit, à voto ſuo cadit, & à profeſſione ſancta cedit.* Quid manifeſtius dici potuit? Verum hæc verba iterum à nobis inferius expendenda ſunt Deo dante.

6. Idem. Serm. 2. ſequenti iterat Auguſtinus eandem prorſus doctrinam, ita inquiens: *Quomodo viuere vellemus quomodo? Deo propitio, iam viuamus, quamuis de ſcriptura ſancta multa noueritis, tamen ad commonendos vos, ipſa de libro Actuum Apoſtolorum vobis lectio recitabitur, vt videatis vbi deſcripta ſit forma quam deſideramus* (id eſt, conamur) *implere. Dum ergo recitatur, vos intentiſſimos eſſe volo, vt poſt eius recitationem quod inſtitui loquar, Domino donante, intentioni veſtræ. Et Lazarus Diaconus legit. Multitudinis credentium &c. vſque diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat. Cumque Lazarus Diaconus recitaſſet, & Epiſcopo codicem tradidiſſet, Auguſtinus Epiſt. dixit. Etiam ego legere volo: plus enim me delectat huius verbi eſſe lectorem, quam verbi mei diſputatorem.* Et poſtquam eadem verba legit ſubditur. *Cumque Epiſcopus legiſſet, dixit: Audiſtis quæ iam velimus, orate vt poſſimus. Contigit autem quædam neceſſitas, vt hæc diligentius agerem; quoniam ſicut noſtris, iam Presbyter in noſtra ſocietate conſtitutus, quali ſocietati perhibet teſtimonium lectio, quam modo cum recitaretur audiſtis, moriens teſtamentum fecit, quia habuit vnde faceret. Erat quod diceret ſuum, cum in ea ſocietate viueret, vbi nemini licebat ſuum aliquid dicere; ſed erant illis omnia communia? Si quis dilector, & laudator noſter apud detractorem noſtrum prædicaret iſtam ſocietatem, & diceret: Cum Epiſcopo Auguſtino ſic viuunt omnes cohabitatores eius, quomodo ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum; continuò ille detractor caput mouens, dentem promouens diceret: Ita verè ſic ibi viuitur, quomodo tu dicis? Quare mentiris? Nonne ibi modo in eorum ſocietate poſitus Presbyter teſtamentum fecit, & quod habuit quomodo voluit diſpoſuit & reliquit?* Reſpondet verò ipſum iniquè prorſus egiſſe: *Ecce dico, & audiſtis: Qui habere voluit proprium, & de proprio viuere, & contra iſta præcepta noſtra facere, parum eſt vt dicam: Non mecum manebit; ſed nec Clericus erit. Ante oculos poſui quantum mali ſit à propoſito cadere, &c.*

7. Idem. Idem ipſe epiſt. 109. Regulam ſanctimonialibus præſcribens, hæc ait. *Hæc ſunt quæ vt obſeruetis præcipimus in Monaſterio conſtitutæ. Primum propter quod eſtis in vnum congregatæ, vbi vnanimes habitetis in domo Domini, & ſit vobis cor vnum, & anima vna in Deo. Et non dicatis aliquod proprium, ſed ſunt vobis omnia communia; & diſtribuatur vnicuique veſtrum à Præpoſita veſtra victus, & tegumentum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, ſed vnicuique ſicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actis Apoſtolorum: Quia erant eis omnia communia, & diſtribuebatur ſingulis prout cuique opus erat.* Hæc in Regulam eremitarum, & Clericorum tranſlata ſunt vbi ad verbum reperiuntur: Hoc ſiquidem vnicum totius Monaſtices fundamentum perpetuò exiſtimauit Auguſtinus, ad exemplar primitiuorum fidelium vitam agere; quod ſi hos verè Monachos aiebat, quia illos imitabuntur; quod & illos à fortiori Monachos credebat, qui cæteris in exemplar vitæ dati ſunt in Actis Apoſtolorum. Vnde & lib. 5. de Ciuit. Dei, cap. 18. de Monachis ſui temporis inquit. *Si ita illi* (Romanorum proceres L. Valerius, Q. Cincinnatus, & Fabricius) *pauperes erant, quorum triumphis publicum ditabatur ærarium; nonne omnes Chriſtiani, qui excellentiori propoſito diuitias ſuas communes faciunt, ſecundum id quod ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, vt diſtribuatur vnicuique, ſicut cuique opus eſt, & nemo dicat aliquid proprium, ſed ſint illis omnia communia, intelligunt ſe nulla ad hoc ventilari oportere iactantia, id faciendo pro obtinenda ſocietate Angelorum, cum penè tale aliquid illi fecerint pro conſeruanda gloria Romanorum.* In quæ verba legendus eſt L. Viues, & præ ipſum Liuius, Valerius, Plutarchus, Dionyſius, & Eutropius.

Auguſtino accedat Poſſidius, (quem alij Poſſidonum vocant) Magiſtro diſcipulus qui in vita 8. Poſſidius.
ipſius hæc habet. *Factus ergo Presbyter Auguſtinus Monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit, ſecundum modum, & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: maximè vt nemo quicquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique prout cuique opus erat: quod iam ipſe prior fecerat, vt de tranſmarinis ad propria remeaſſet.* Quam Poſſidius Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam vocat Auguſtinus ſerm. 2. de Communi vita Clericorum profeſſionem iſtam, & iſtam lectionem *Apoſtolorum* nuncupat; inquiens de Patricio Nepote ſuo: *Ipſe faciat quod Dei ſeruum decet,* (id eſt Religioſum) *& quod iſta profeſſio, & iſta exigit lectio.*

Chryſoſtomus ediſſerens ipſum Actuum Apoſtolorum teſtimonium cap. 4. hom. 11. *In Mona-* 9. Chryſoſtomus.
ſteriis (ait) *nunc viuunt quemadmodum olim fideles. Nonne diuiſio ſemper minora commode affert, vnanimitas autem & conſenſus incrementum? Bene autem dixit quod gratia Dei erat in omnibus. Propter hoc enim gratia, quia nullus erat indigus: hoc eſt ob magnam dentium alacritatem nullus erat indigus. Non enim partem quidem dederunt, partem autem recinderunt. Sic inæqualitatem è medio eiiciebant, & in multa abundantia viuebant: & cum multo honore hoc faciebant: neque enim in manus.* Apoſtolorum *audebant dare, neque cum faſtu ſuppeditabant*, diuitias tantiſper æſtimantes, *ſed ad pedes afferebant*, nihil illas ducentes: *& illos diſpenſatores permiſerunt fieri, & dominos fecerunt, vt quaſi ex communibus poſtea alantur, & non ex propriis.* Ex quo infert: *Sic qui in Monaſteriis, nunc viuunt quemadmodum olim fideles.* Egregius eiuſdem locus eſt in hom. 57. in Matth. vbi agens de Monachis, ait: *Qui ab Apoſtolis in principio initiati fuerunt, vrbes quidem habitabant,*

Digitized by Google

habitabant, & eorum qui in eremo conuerſantur, vitam viuebant. Et hom. 18. ex variis in Matth. locis: *Et hoc propriè loquitur ad Monachos: Monachus enim Apoſtolicam vitam deſiderat imitari. Vis ô Monache eſſe diſcipulus meus? imo vis Diſcipulorum meorum eſſe diſcipulus? fac tu quod fecit Petrus, quod fecit Iacobus, & Ioannes.* Et infra: *Monachi Apoſtolorum imitatores ſunt: non ergo poſſumus eos imitari, niſi fecerimus quod fecerunt & Apoſtoli.* Et libello de Comparatione Regis & Monachi: *Itaque qui ſolitarius viuit, is animum ſuum ad Apoſtolorum, & Prophetarum mores conformat.* Vnde in hom. 56. ad populum Antioch. Monachis veſtes eſſe, ait, fortitudine dignas: *non enim caudatis vtentes veſtibus iuxta eneruatos & molles induuntur, ſed iuxta beatos illos Angelos Eliam Eliſæum, Ioannem; & ſecundum Apoſtolos*: nimirum aſperis ad inſtar Eliam Eliſæum, & Ioannem; & ſingulis tunicis vtuntur iuxta Apoſtolorum conſuetudinem, & inſtitutionem. Et lib 3. aduerſus vituperatores vitæ Monaſticæ, aſſerit *ea ab Apoſtolis impleta, quæ nunc à Monachis implentur.* Et tandem Ep. ad Theodorum Monachum lapſum, vt eum ab illicitis nuptiis retraheret: *Speramus*, ait, *quod etiam à te inuicem nobis votiua refferentur, & quod iterato te ſancto, atque fœlici ſaluatoris Diſcipulorum choro videbimus aggregatum*: Monachorum cætum vocitans *ſanctum ac fœlicem ſaluatoris Diſcipulorum chorum*; quod videlicet eiſdem prorſus vtrique inſtitutis coërceri degant, illique ab his originem trahant.

10. Piammon. Piammon Abbas doctrina & ſanctitate celebris, quem Sozomenus lib. 6. cap. 29. & Nicephorus lib. 11. cap. 35. vehementer commendant, & cuius eſt doctrina Collationis 18. apud Caſſianum cap. 5. perſpicuis verbis pro veritate propoſita decertat, inquiens: *Itaque Cænobitarum diſciplina à tempore prædicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordium. Nam talis extitit Ieroſolymis omnis illa credentium multitudo, quæ in Actibus Apoſtolorum ita ſcribitur: Multitudinis credentium &c.* Vſque, *prout cuique opus erat. Talis, inquam, erat omnis Eccleſia, qualis nunc perpaucos in Cœnobiis inuenire difficile eſt. Sed cum poſt Apoſtolorum excelſum decreſcere cœpiſſet credẽtium multitudo, hi quibus adhuc Apoſtolicus inerat feruor, memores illius priſtinæ perfectionis, diſcedentes à ciuitatibus ſuis, illorumque conſortio qui ſibi vel Eccleſiæ Dei remiſſionis vitæ negligentiam licitam eſſe credebant, in locis ſuburbanis, ac ſecretioribus commanere, & ea quæ ab Apoſtolis per vniuerſum corpus Eccleſiæ generaliter meminerant inſtituta; priuatim, ac peculiariter exercere cœperunt. Atque ita coaluit iſta, quam diximus, Diſcipulorum, qui ſe ab illorum contagio ſequeſtrauerunt diſciplina: qui paulatim tempore procedente ſeparati à credentium turbis; Monachi, ſiue Monazontes, ſingularis, ac ſolitariæ vitæ diſtrictione nominati ſunt: ab eo quod à coniugiis abſtinerent, & à parentum ſe conſortio; mundique iſtius conuerſatione ſecernerent. Vnde conſequens fuit, vt ex communione conſortij Cœnobitæ, cellæque; ac diuerſoria eorũ cœnobia vocarentur. Illud ergo ſolum fuit antiquiſſimum Monachorum genus, quod non modò tempore, ſed etiam gratia primum eſt: quodque per annos plurimos ſolum inuiolabile; vſque ad Abbatis Pauli, vel Antonij durauit ætatem. Cuius etiam nunc adhuc in diſtrictis Cœnobiis cernimus reſidere veſtigia.* Quod ſanè teſtimonium vel ſe ſolo (quamquam cætera deeſſent, quæ tamen numero & virtute multa ſunt) rem conficeret, veritatemque intentam demonſtrare ſufficeret, tum claritate ſua, tum dicentis autoritate, & venuſtate eximia, qua proximè ab his qui Diſcipulos Chriſti Domini cognouerunt notitiam haurire potuit, vel ab his qui illis temporibus fuerunt vicini, & rem ipſam viuida memoria conſeruabant.

Piammoni ſuccedat Ioannes Caſſianus, qui 11. Caſſianus.
eum ea de re diſſerentem audiuit. Is vero libr. 2. de Inſtit. renunt. cap. 5. hæc ſcribit in eandem ſententiam. *Cum in primordiis Fidei, pauci quidem, ſed probatiſſimi Monachorum nomine cenſerentur, qui ſicut à beatæ memoriæ Euangeliſta Marco, qui primus Alexandrinus vrbi Pontifex præfuit, normam ſuſcepere viuẽdi, non ſolũ illa magnifica retinebant, quæ primitùs Eccleſiam, vel credentium turbas in Actis Apoſtolorum legimus celebraſſe, Multitudinis ſcilicet credentium &c.* Vſque, *prout cuique opus erat; verum etiam his multò ſublimiora cumulauerant; etenim ſedentes inſecutiora ſuburbiorum loca &c.* Vbi Alexandrinos S. Marci diſcipulos, quorum ex Philone conſequenter recenſet inſtituta, conceptis verbis diſcipulos, & ſucceſſores facit Apòſtolorum, de quibus agitur in Actis cap. 4. quamquam & ipſe Marcus Apoſtolorum coæuus cum ſit, ac S. Petri diſcipulus & comes, non aliam ſuis diſciplinam certum eſt edocuiſſe, quem illi Ieroſolymis promulgarunt: vitæ ſcilicet communis, & perfecta, Chriſti veſtigia per omnia ſectantium. Plura Caſſianus lib. 7. de Inſt. c. 17. 18. & 19.

Gregorius Magnus eam Monachis viuendi 12. Gregorius Magnus.
formam præſcriptam fuiſſe luculenter docet in Comment. ad cap 1. lib. 1. Reg. in hæc verba: *Perfectio igitur viri in præconio ponitur vnitatis* (expendebat illud? Fuit *vir vnus de Ramataim*) *vt qui ſæculum potenter deſpicit, mentem non diuidat, ſolis ſupernis inhiet; ad ea tantum quæ de viſione conditoris ſunt æterna gaudia ſuſpicit. Hinc Lucas de perfecto credentium numero loquens ait: Erat eis cor vnum, & anima vna. Vnum quippe eis cor erat, quia per intentionem rationis ſolum conditorem aſpexerant: vnam animam habebant, quia per affectionem amoris ſolùm eius faciem videre deſiderabant. Pro hac vnitate obtinenda veritas docens ait Luc. 14. Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quæ etiam noſtra ſunt; quia hi qui abrenuntiantes ſeculo remotioris vitæ ſecretum petiuimus, Monachi vocamur. Monos quidem Græcè, Latinè autem vnus dicitur. Hoc quippe titulo appellationis inſcribimur, vt vox nominis noſtri nobis inſinuet altitudinem dignitatis; & animus noſter tanto ardentius ad Conditoris ſui viſionem ſe erigat, quanto ſublimitatem claritatis, in qua ſemper debet conſiſtere, quaſi in fronte prælatam portat.* Quaſi dixerit, Monachos ad monadem aſpirare debere, à qua deſcendunt: vtpote quæ Act. 4. deſcribitur, *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.*

Iſidorus Gregorij Synchronos libr. 2. de offic. 13. Iſidorus.
Eccleſ. cap. 15. de Monachis, *Huius propoſiti*, ait, *in Euangelio Ioannes Baptiſta extitit. Sex autẽ ſunt genera Monachorum. Primum genus eſt Cœnobitarum, id eſt in commune viuentium, inſtar ſanctorum illorum, qui temporibus Apoſtolorum Ieroſolymis vendita, ac diſtributa omnia ſua debent indigentibus, qui habitabant in ſancta communi vita, non dicentes aliquid proprium; ſed erant illis omnia communia, & anima vna, & cor vnum in Deum. Horum igitur inſtitutione* (attende verbum) *Monaſteria ſumpſere principium.* Conſonat ſibi lib. 7. Ethimolog. cap. 13. inquiens: *Plura autem ſunt genera Mona-*

chorum. Cœnobitæ,quos in commune viuentes,poſſumus appellare : Cœnobium enim plurimorum eſt. Anachorita, qui poſt cœnobialem vitam deſerta petunt. Sed Anachoritæ Eliam & Ioannem, Cœnobitæ Apoſtolos imitantur. Iuxta quod de eis ſcribit Lucas in Actibus Apoſt. Vide iterum Iſidorum in Regula Monach.c. 3. & 12.

14. Petrus Damiani. Petrus Damianus S. R. E. Cardinalis opuſc. 18. qui eſt Monachorum Apologeticus aduerſus Canonicos ſic ait. *Multum fratres dilectiſſimi, ſi digni eſtis audire,miramur, quomodo, vel ob quam cauſam conamini nos à conſortio, & vnitate vniuerſalis Eccleſiæ ſeparare; cum conſtet à Monachis, non à Canonicis vniuerſalem Eccleſiam fundatam, gubernatam,& à diuerſo errore cribratam, Apoſtoli nempe fundatores & Rectores Eccleſiarum noſtro,non veſtro more viuebant, vt Lucas Euangeliſta in Actibus Apoſtolorum refert; & Philo diſſertiſſimus Iudæorum in libris quos in laudem noſtrorum conſcripſit, primitiuos Chriſtianos Monachos,non Canonicos,vocat,& habitacula eorum Monaſteria nuncupat.* Et rurſus, *Longum eſt paginas Veteris Teſtamenti reuoluere : veniamus ad Nouum Apoſtolos certè & ſucceſſores eorum, ſi irreuerberatis oculis paginas Noui Teſtamenti perſpicuis, Monathico, non Canonico more viuere inuenietis.* Mitto in hoc autore, quod velit Canonicos tunc temporis non cœpiſſe, quod mihi non ſatis arridet; cum nihil aliud ſua origine ſint,quam Cœnobitæ, Clericis ordinibus, & oneribus inſignitis cuius generis multos Diſcipulorum fuiſſe dubium non ſit. Illud nihilominus de eius teſtimonio liquidò conſtat Monachorum vitam ibi exordium ſumpſiſſe: quod nunc in præſenti intendimus.

15. S. P. N. Bernardus. Iam quid de his ſenſerit S.P.N. Bernardus Damiano non valde ætate inferior, ſi rogas, audi quid ſcripſerit ad Guillelmum Abbatem in Apologia, cum de mitigato à Cluniacenſibus quibuſdam Monaſtico ordine diſſereret. *Pudendas an legendas, dixerim huiuſmodi ineptias? Sic Macharius vixit? ſic Baſilius docuit? ſic Antonius inſtituit? Sic Patres in Ægypta conuerſati ſunt? ſic denique Sancti Odo, Maiolus, Odilo, Hugo, quos ſe ſuique Ordinis principes, & præceptores habere gloriantur, aut tenuerunt,aut tenere cenſuerunt? Sed hi omnes Sancti,imo quia Sancti fuerunt,à S. Apoſtolo non diſſenſerunt, qui nimirum ita loquitur : Habentes victum, & veſtitum,his contenti ſumus. Nobis autem eſt pro victu ſatietas, nec veſtitum appetimus, ſed ornatum. Quæritur ad induendum non quod vtilius, ſed quod ſubtilius inuenitur : non quod repellat frigus, ſed quod ſuperbire impellat : non denique iuxta Regulam quod vilius comparari poteſt; ſed quod venuſtius, imo vanius oſtentari. Heu me miſerum qualemcumque Monachum. Cur adhuc viuo videre ad id deueniſſe ordinem noſtrum, Ordinem ſcilicet qui primus fuit in Eccleſia,imo à quo cæpit Eccleſia: quo nullus in terra ſimilior Angelicis Ordinibus, nullius vicinior ei quæ in cœlis eſt Ieruſalem mater noſtra, ſiue ob decorem caſtitatis, ſiue propter charitatis ardorem; cuius Apoſtoli inſtitutores : cuius hi quos Paulus tam ſæpe Sanctos appellat inchoatores extiterunt.* Nihil clarius, nihil præclarius dici, aut concipi potuit Attende quæſo illa verba, *Ordinem ſcilicet qui primus fuit in Eccleſia; imo à quo cæpit Eccleſia* : Et illud : *Cuius Apoſtoli inſtitutores extiterunt.* Sed quando? Vt id explicat, ſubdit. *Et quidem inter illos cum nihil quod ſuum eſſet quiſpiam retinuiſſet, diuidabatur, vt ſcriptum eſt, ſingulis prout cuique opus erat: Non igitur quod quiſque pueriliter geſtire poterat. Sanè vbi tantum quod opus erat accipiebatur, ibi nihil procul dubio ocioſum admittebatur, quanto magis nihil carioſum, quanto magis nihil ſuperbum. Quod, inquit, opus erat,hoc eſt quantum ad indumenta quod & nuditatem tegeret, & frigus repelleret. Putas ne ibi cuiquam galabrunum, aut iſembrunum, quærebatur ad induendum; cuiquam ducentorum ſolidorum mula parabatur ad equitandum? Putas ne, inquam, cuiuſpiam ibi lectuli opertorium catticum,aut diſcolor barricanus oportebat,vbi ſingulis diuidebatur tantum prout cuique opus erat? Non illis arbitror valde curatum fuiſſe de pretio,de colore, de cultu veſtimentorum, vbi tam indefeſſum inerat ſtudium in concordia morum, animorum coherentia, profectuque virtutum. Multitudinis, inquit, credentium erat cor vnum,& anima vna. Vbi nunc illud vnanimitatis exercitium &c.*

Semitam prædictorum Patrum terrere etiam ſcholaſticos Doctores, manifeſtum eſto, illorum nimirum veſtigia ſequutos. Eorum vero D. Thomas eandem ſæpe doctrinam inculcat : nam opuſc. 17. Contra retrahentes homines ab ingreſſu Religionis cap. 15. Sic inquit: *Eccleſia in ſui primordio in omnibus ſuis membris talis fuit, qualis poſtmodum fuiſſe apud perfectos quoſcunque inuenitur. Sic & gratia debuit à perfectis initium ſumere: & ideo Apoſtoli ſecundum illum ſtatum fidelium vitam ordinauerunt perfectioni conueniemtem. Vnde dicit Hieronymus in lib.de Viris Illuſtr. Apparet talem primam Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe mittuntur, & cupiunt, vt nihil cuiuſpiam proprium ſit,nullus inter eos diues, nullus pauper : patrimonia egentibus diuidebantur orationi vacabatur & Pſalmis, doctrinaque,& continentia. Hic autem modus viuendi perfectioni congruus fuit apud primos credentes, non ſolum in Iudea ſub Apoſtolis, ſed etiam apud Ægyptum ſub Marco Euangeliſta,vt ibidem Hieronymus dicit, & ſicut in 2. lib. Eccleſ. Hiſt. narratur. Proceſſu vero temporis multi in Eccleſiam erant intraturi, qui ab hac perfectione deficerent; quod non erat futurum ante Iudæorum excidium, ſed Eccleſia apud gentes multiplicata.Fuerunt tamē & aliqui poſtmodum primæ perfectionis æmuli, qui in congregationibus viuentes his poſſeſſionibus caruerunt, ſicut plurima Monachorum collegia in Ægypto.* Similia opuſc. 18. de perfectione vitæ ſpiritualis c. 23. inquit. *Aliud eſt eſſe in gradu perfectionis,& aliud eſſe in ſtatu : & tamen verum eſt illos ſeptem Diaconos* (ab Apoſtolis electos) *etiam in ſtatu perfectionis fuiſſe, illius,inquam, perfectionis, de qua Dominus dicit : Si vis perfectus eſſe,vade,& vende omnia quæ habes,& veni,ſequere me.Matt.19.nam relictis omnibus ſequuti fuerant Chriſtum,nihil proprium poſſidentes,ſed erant illis omnia communia, vt dicitur Actorum 4. à quorum exemplo omnes Religiones deriuatæ ſunt.* Rurſus opuſc.19.cap.4. hæc habet. *His ipſis oſtendendum eſt, aliquam Religionem ad hoc ſpecialiter ſalubriter poſſe inſtitui, ad cooperandum Prælatis Eccleſiarum in prædicatione,& confeſſionibus audiendis ex commiſſione Prælatorum. Primo quod omnis Religio ad exemplar vitæ Apoſtolicæ formata eſt. Vnde dicitur Actor.4.ſemper illud.Et erant illis omnia communia: Gloſ. Græcè Cœna, vnde Cœnobitæ, id eſt communiter viuentes : Cœnobia,id eſt habitacula eorum. Hæc autem fuit vita Apoſtolica, vt relictis omnibus per mundum diſcurrerent, euangelizando, & prædicando, vt patet Matth. 10. & in Regula quadam quæ eis inſcribitur.*Et 22.quæſt.187.artic.3.in arg.3. aſſumit hanc propoſitionē,quam in Reſponſione libenter concedit.

Digitized by Google

concedit. Religioſi præcipuè videntur teneri Apoſtolorum vitam imitari qui ſtatum perfectionis profitentur.

17. Bonauentura

D. Bonauentura D. Thomæ conſentit, tum alibi, tum præſertim in expoſitione Regulæ frat. Min. cap.6. inquiens. *Res quibus vtuntur fratres aut ſunt propria, aut communes. Si propria, damnabiliter habentur: ſi communes, ergo ſunt de numero illorum, de quibus dicitur Act.4. Et erant illis omnia communia.* Certe ſi fratres Minores de numero illorum ſunt, illos quoque Monachos fuiſſe neceſſe eſt vt dicamus. Et paulo inferius: *Dicendum, quod licet illa quibus vtimur, in nullius ſint bonis proprietariè quoad perſonam: ſunt tamen propria communitatibus Eccleſiarum. Vnde dicitur in Act. Apoſt. Nec quiſquam eorum ex his quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat. Ergo poſſidebant in communi, ſed non proprietariè: & pro tanto dicuntur talia in nullius bonis eſſe. Iuxta quod dicit lex. ff. de Rerum dominio quod Reſpublicæ in nullius ſunt bonis, ipſius enim Vniuerſitatis eſſe creduntur.* Et in qq. circa Regulam quæſt.19. *Non ſolum Ordines Religioſorum, ſed etiam Epiſcoporum, & Clericorum, & Vniuerſalis ſtatus multum deficit ab eo quod in principio fuit, cum omnes fideles erant perfecti, & Sancti, quales nunc raro videmus. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Ex quo de mente Bonauenturæ deducitur, ſicut Ordinem Epiſcoporum, & Clericorum, ita & Religioſorum fuiſſe ſub Apoſtolis in principio Eccleſiæ, quandoquidem omnes ſub eis verbis Act. 4º. ſignificari contendit.

18. D. Antoninus.

D. Antoninus cæteris concinens hæc habet 1. p. Hiſt. tit.6. cap.2. §.2. de morte Ananiæ & Saphiræ loquens: *In quo inſinuatum eſt, quam ſit damnabile & mortiferum vitium proprietatis in Religione, vbi omnia eſſe debent in communi, ſicut primi Chriſticolæ degebant Ieroſolymis. Et de hoc 12.q.1.C. Dilectiſſimis, V.C. Futuram.*

19. S. Clemens Papa.

Recenſitis Eccleſiæ Doctoribus quorum adiuti doctrinis periculum de re facere quiuimus, placet tres ſummorum Eccleſiæ Antiſtitum ſententias adiungere, quibus ipſa magis magiſque illuſtrata niteſcat. Magnus ille Clemens voluntate Petri primus, re autem tertius ſucceſſor in ſede Vrbis, & Orbis magiſterio, teſtis & ipſe oculatus, vtpote vnus de vita priori communi, in Epiſt.5. Decret. hæc inquit. *Communis vita omnibus, fratres, neceſſaria eſt, & maxime iis qui Deo irreprahenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque Diſcipulorum imitari volunt. Vnde & Domini per Prophetam loquitur Pſ. 132. Ecce quam bonum & quam iucundum &c. Iſtius enim conſuetudinis more retento, etiam Apoſtoli, eorumque diſcipuli vna nobiſcum, & vobiſcum communiter vitam duxerunt.* (Scribentes Eccleſiæ Ieroſolymorum) *Vt enim bene noſtris, erat multitudinis eorum cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum, aut noſtrum de his quæ poſſidebant aliquid ſuum eſſe dicebant, ſed omnia nobis & illis erant communia, nec quiſquam egens erat inter eos. Omnes vero qui domos, vel agros poſſidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res quas habebant afferebant ponentes ante pedes Apoſtororum, ſicut vobiſcum quidam veſtrum cognouerunt, & viderunt, & diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat.* Subnectit proprietatis criminoſæ vindicationem in Ananiam & Saphiram à Petro perpetratam; & de obligatione quæ illius communitatis homines tenebantur, & ſucceſſores illorum tenentur. *Quapropter hæc verbis cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus: quia ij qui eorum mandata poſtponunt, non ſolum rei, ſed etiam Dei extorres fiunt. Quæ non ſolum vobis cauenda, ſed omnibus prædicanda ſunt. Vnde conſilium dantes veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ bene noviſtis adimplere ſatagatis.* De autoritate Epiſtolarum S. Clementis egit doctè & neruosè Turrianus contra Reagdeburdenſem, quem lectores dubitabundi conſulant. Refertur vero hæc quinta à Gratiano 12.q.1.C. *Dilectiſſimis.*

20. S. Vrbanus Papa.

Deinde S. Vrbanus Papa huius nominis primus in Epiſt Decret. ad omnes Epiſcopos hæc habet, quæ idem Gratianus reffert ibidem: *C. Scimus. Scimus* (ait) *vos non ignorare quæ hactenus vita communis inter Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos qui in ſortem Domini ſunt electi, id eſt Clericos, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur: Multitudinis autem credentium &c. Quicumq; veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & vouet ſe nihil proprium habere, videat ne pollicitationem ſuam irritam faciat, ne damnationem, ſed premium ſibi acquirat, &c.*

21. Eugenius Papa.

Tandem Eugenius Papa I. in Synodo Romæ celebrata. *Ergo res Eccleſiæ* (inquit) *non quaſi propriæ, ſed quaſi communes habendæ ſunt, cum de communi nullus dicat; hoc eſt meum: nec de rebus Eccleſiæ, hæc eſt mea, poteſt aliquis dicere, ne videatur non imitari Charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium, ſed erant illis omnia communia.*

22. S.P.N. Benedictus.

Claudat ſanctorum Doctorum cuneum S.P. Benedictus Dux & legifer noſter, quem de induſtria huc remiſi; qui dum Monachos ſuos ſub illis Apoſtolorum legibus militare edocet, & illis prorſus teneri, manifeſtum ſit eius teſtimonio hos ab illis originem duxiſſe: vitamque horum ab Apoſtolis fuiſſe promulgatam, & conſtabilitam. Ait igitur cap.33. ſuæ Regulæ: *Omnia neceſſaria à Patre Monaſterij ſperare debent; nec quicquam liceat habere quod Abbas non dederit, vel permiſerit: omniaque ſint omnibus communia ſicut ſcriptum eſt; nec quiſquam ſuum aliquid eſſe dicat, vel præſumat.* Et cap. ſeq. 34. *Sicut ſcriptum eſt: Diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat. Vbi non dicimus vt perſonarum (quod abſit) acceptio ſit, ſed infirmitatum conſideratio. Vbi qui minus indiget, agat Deo gratias, &c.* Et cap.57. *Si quid ex operibus artificum venundandum eſt, videant ipſi per quorum manus transfigenda ſunt, ne aliquam fraudem præſumant inferre. Memorentur ſemper Ananiæ, & Saphiræ, ne forte mortem quam illi in corpore pertulerunt, hanc illi, vel omnes qui aliquam fraudem de rebus Monaſterij fecerint in anima patiantur.*

23.

Concors igitur SS. Patrum ſententia fert vitam cœnobiticam, & communem quam Monachi ſectantur, ſub SS. Apoſtolis ortam fuiſſe, ab eiſque accepiſſe leges: quas nemo auſus eſt immutare; nimirum omnia illis eſſe communia, cum nihil ſuum quiſque dicere queat: Diuidi ea ſingulis prout cuique opus erat: nullumque inter eos eſſe egentem: à quo ſanè cætera Monachorum pendent inſtituta. Verum hæc preſſius inſequentibus exponenda, enucleanda ſunt.

CAP. IV.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Non vt cumque Monaſticæ vitæ exemplar, ſed nouum, ac perpetuum eius ſtatum virorum emiſſione ſubnixum ſub ſanctis Apoſtolis vigere cæpiſſe.

I. Ratio dubitandi. ENim verò cum vitam Monachorum imitari, non idem ſit atque Monaſticem quemquam profiteri, existimare poſſet quis primitiuos illos fideles Apoſtolorum diſcipulos, rem quidem Monachorum imitatione egiſſe, minime tamen proprio Monaſtices caractere inſignitos fuiſſe, nec propriè Monachos, ſeu Cœnobitas vocari poſſe, dum eam profeſſi non probantur. Atque in hunc ſenſum interpretandos eſſe ſuperius relatos Patres contendet; quaſi dixerint Monachos illorum vitam conſectari, tametſi longe aliter atque illi eadem ſeruent inſtituta, nimirum profeſſione eius, ſtatus facta, quam veteres emiſiſſe non liquet. Quinimò cum ad eſſentiam ſtatus Religioſi tria vna concurrant, paupertatis caſtitatis, & obedientiæ, ex quibus is integratur, & coaleſcit, Apoſtolorum diſcipuli paupertatem complexi dicuntur, de eiuſque obſeruantia laudantur: de obedientia, & caſtitate eorum altum ſilentium à Luca Euangeliſta fit; quod ex verbis eius quiuis facile conſequi poterit. Vnde ergo veram Monaſtices originem ab Apoſtolis deriuari contendimus? Ira ſane Oſſores Monaſticæ antiquitatis garriunt: ſed mentitam ſibi eſſe iniquitatem à nobis in præſentiarum liquidò monſtrandum erit.

2. Quæ requiruntur ad veram Monaſticem. Fatemur igitur cum D. Thoma 22. quæſt. 186. per totam veram Monaſticem reperiri nequaquam poſſe abſque tribus illis virtutibus, obedientia, paupertate, & caſtitate: requiriquenon ſolum ab aliquo amari, & opere ipſo conſequi, & exerceri, ſed quod id fiat ex votorum emiſſorum obligatione. Rurſum vt non ſint vita Nazaræorum, id eſt temporaria, ſed perpetua, ſaltem quantum eſt ex parte vouentis. Demum quod ea ſint ſolemnia vel in Religione autoritate Apoſtolica comprobata ritè emiſſa. His ſocietatem Ieſu cum æteris Regularibus Ordinibus compræhendo, in qua vota ſimplicia ritè poſt biennium emiſſa propriè Religioſum faciunt: ita Gregorio XIII. in Extrauag. *Aſcendente* perſpicuis verbis edocente. Tot igitur tantaque vt aliquis Monachus ſeu Religioſus fiat concurrant neceſſe eſt, itaut quouis eorum deficiente verus Monachatus euaneſcat. Et nihilominus his omnibus veſtitam circunſtantiis Monaſticem ſub SS. Apoſtolis vigere cepiſſe profitemur: Quod modò bifariam à nobis ſtabiliendum eſt; nimirum primo argumentis totam in communi eſſentiam ſtatus Monaſtici complectentibus, & deinceps ſingulatim ad vnam quamuis eius circunſtantem particulam deſcendendo.

3. Eccleſiaſtica Monarchia à Chriſto Domino inſtituta. Quod ad primum ſpectat, inficiari abſque periculo temerandæ veritatis Catholicæ nequaquam poteſt quis, quin tota Eccleſiaſtica Hierarchia à Chriſto Domino eiuſque diſcipulis conſtituta fuerit, non ſolum in generali, ſed quoad ſingula eius membra: tum ob negotij ipſius præſtantiam, & magnitudinem, quæ ſe ipſa autorem manifeſtat Deum: tum ob Apoſtoli teſtimonium cap. 4. Epiſt. ad Epheſ. aientis. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad opus miniſterij, in ædificationem corporis Ieſu Chriſti &c.* Tum etiam ex D. Dionyſij doctrina, qui ſpeciali libro vniuerſam Eccleſiaſticam Hierarchiam expendens & exponens, eius omnimodis Apoſtolos Chriſti tubas cognoſcit autores, partim verbo, partim ſcriptis eam poſteris commendantes; ait enim. *Eſt itaque Hierarchia omnis (vt ſe habet veneranda ac ſacroſancta noſtra traditio) omnis ſacrarum rerum illi quidem ſubiectarum ratio, generaliſque prorſus eorum quæ in hanc fermè cadunt functionem ſiue ſacrarum eius rerum comprahenſio. Subſtantia autem Sacerdotij noſtri* (quod ſupremum Hierarchiæ huius eſt.) *Scriptura Sacra eſt nobis diuinitus tradita. Porro huiuſmodi plena venerationis eloquia dicimus, quæque à beatiſſimis Patribus noſtris à quibus ſacris myſteriis imbuti ſumus, in ſanctis ac Theologicis commendata ſunt libris: ac præterea quæque ab eis ſanctiſſimis viris ſacratiore & purgatiore, & propinqua quodammodo cæleſti Hierarchia doctrina, ſancti Duces, ac Præceptores noſtri didicerunt* (Paulum & Hierothæum dicit) *ex animo in animum, medio intercurrente verbo, corporali quidem, ſed quod carnis penitus excedat ſenſum ſine literis transfuſa ſunt.* Ita ex interpretatione Cameldulenſis. Partem verò non minimam Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Monachos eſſe, ipſe Dionyſius inferius declarat. cap. 6. de *Initiandis Ordinibus:* Vbi inter cætera: *Porro initiandorum* (ait) *omnium excellentior, ac ſublimior Ordo, Monachorum eſt ſancta diſtinctio; expiatione omni, tota virtute, atque exactiſſima ſuarum operationum caſtitate mundata: omnis item (quantum ſibi licet inſpicere) Sacræ operationis ſpiritualiter ſpeculatrix, & particeps facta, Pontificumque conſumantibus virtutibus tradita: quorum diuinis fulgoribus, & Pontificalibus traditionibus conſpecta, pro Ordine ſuo ſanctorum myſteriorum ſacrificia ediſcens, à ſacra eorum ſcientia ad exactiſſimam perfectionem Diuina ratione ſubuehitur. Vnde & ſancti præceptores noſtri.* (Paulus & Hierotheus, vt nimirum, quas perpetuò præceptores Dionyſius agnoſcit.) *Diuinis eos appellationibus ſunt proſecuti, partim Therapeutas, id eſt cultores à ſincero Dei famulatu, atque cultu, partim Monachos ab indiuidua & ſingulari vita appellantes: vt quæ illos ſanctis diuiſibilium complicationibus in diuinam, & Deo gratam monadem, perfectionemque promoueat. Idcirco & perficientem eis indulſit gratiam diuina ſanctio, eoſque conſecrante quadam inuocatione dignata eſt.* Ex diuina ergo ſanctione, quæ vt minimum Apoſtolica eſt, Monachi inſtitutionem & benedictionem acceperunt Doctore Dionyſio.

Monachatus eſt pars Eccleſiaſticæ Monarchiæ.

Monachi Therapeutæ i. Dei cultores.

Dionyſio planè concinit S. Clemens libr. 8. 4
Conſt. Apoſt. cap. 10. vbi Ordinem eorum, qui ad communionem. Ex Apoſtolica conſtitutione accedere debent, præſcribens, Aſcetas poſt Clericorum ordinem collocat, ante Diaconiſſas, & Virgines, inquiens: *Epiſcopus alloquatur populum his verbis Sancta Sanctis* (quaſi dixerit. Probet ſe ipſum homo, & ſic de pane iſto edat) *& populus ſubiungat: Vnus ſanctus, vnus Dominus, vnus Chriſtus in gloria Dei Patris benedictus in ſæcula Amen &c. Poſt hoc ſumat Epiſcopus, deinde Praſbiteri & Diaconi, & Hypodiaconi, & Anagnaſtæ* (ſic Lectores Græci vocant) *& Cantores, & ASCETÆ, & ex mulieribus Diaconiſſæ, & Virgines, & viduæ, poſtea pueri, & omnis populus ordine, cum pudore, & reuerentia,*

Gradus Monachatus inter partes Eccleſiaſticæ Monarchiæ.

rentia, abſque tumultu. Et Epiſcopus dat oblationem dicens: Corpus Chriſti: & ſumens dicat Amen. Nemo autem ignorat Aſcetas Monachos dictos, id eſt pugiles, ſeu exercitatores, eo quod tota eorum exercitatio,& conuerſatio velut quædam virtutum paleſtra eſſe debeat; cum alij homines exerceantur in ſæculi artibus, id eſt bellō, mercatura,cauſis forenſibus &c. Ita Baſilius lib.de vita ſolit. & ep.63. qui ſermones de rebus Monaſticis vocat *Aſceticos*, & ipſa cœnobia *Aſceteria.* Eoſdemque Aſcetas ſeu Monachos vocat *Eunuchos* cap.13.eiuſdem lib.8. vbi vniuerſos Eccleſiæ. Ordines recenſens Diaconus, vt populus pro eis oret, poſt Epiſcopum Presbyteros & Clerum ſubdit. *Pro Eunuchis ſanctè ambulantibus orate:* maxime quia eos à cæteris caſtè viuentibus diſtinguit, ſubiungens; *Pro continenter, & caſtè viuentibus orate:* Et item: pro Virginibus viduis &c. Illos ergo *Eunuchos* dicit *qui* Verbo Domini *ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum* caſtitatem ei in Religione conſecrantes.

Aſceta quid.

5\. Monachatus traditio Apoſtolica.

Inſuper Epiphanius in Compendiaria doctrina Monachatum ex traditione Apoſtolica haberi contendit,& iuxta primam traditionum omnium recenſet,inquiens: *Et quæ quidem de fide habet hæc de ſola Catholica Eccleſia breuiter diximus. At vero de ſtatutis ipſius, ac traditionibus eiuſdem rurſus neceſſarium eſt me breuibus apponere earundem formam ex parte. Et primum quidem velut crepido,& (vt ita dicam) fundamentum in ipſa eſt Virginitas, quæ exercetur, & ſeruatur à multis, & glorificatur. Sequitur autem ad eandem Virginitatem ſolitudo apud pleroſque vtriuſque ſexus ſolitariam vitam degentes. Poſt hanc continentia ſuper eundem curſum fundata. Poſtea viduitas &c.*

6\. Therapeutæ Apoſtolorū tempore à D. Marco inſtituti.

Nec id mirum cum ſub S. Marco Euangeliſta innumeri Monachorum in Ægypto floruerint, in qua nemo quantumcumque ſtupidus ſit herere, ne dicam reluctari poterit: cum id non ſolum Eccleſiæ filij, aut Patres, ſed & hoſtes ingenuè fateantur. Hoſtem voco Philonem natione & profeſſione Iudæum, qui de Therapeutis illis inſigne opuſculum conſcripſit: de quibus à nobis inferius fusè agendum erit. Atqui Marcus martyrio ſublatus eſt anno Imperij Neronis 8. vt eius acta,& Romanum Martyrol. perſpicuè teſtantur: cui S. Petrus Apoſtolorum vertex aliquot annos ſuper vixit,vtpote 12. Neronis cum Paulo de medio ſublatus.Sed & Philo ſub Claudio Cæſare, qui Neronem præceſſit,Romæ periclitatus eſt, vt Euſebius & Hieronymus ſcribunt.Ex quibus liquet inſtitutum Monachorum à D. Marco in Ægypto introductum Apoſtolicum fuiſſe,& à D. Petro Apoſtolo acceptum, vtpote cuius nomine & doctrinis ipſo viuente Eccleſia Alexandrina & Ægyptia ad Fidem & Chriſtianos mores perducta fuit. Nec ſi Marcus aliud quid vellet inducere,Apoſtolus conſentiret: eo vel maxime quod teſte Simeone Metaphraſte, illinc aliquando Petrus conceſſit, rectam ſentiendi, viuendique normam inſpecturus, & ſi opus eſſet, correcturus. Accedit quod eidem Philone autore Therapeutarum inſtitutum, quo tempore ſub Marco in Ægypto florere cæpit, vigebat itidem in cæteris Orbis plagis,ac regionibus. Ait ſiquidem. *Hoc genus reperitur in multis Orbis regionibus, meritò vt abſoluta probitatis receptum à Græcis, atque Barbaris: maxime tamen in Ægypto frequentatur per Præfecturas ſingulas; præſertim circum Alexandriam.Ex omnibus autem locis optimus quiſque Therapeutarum &c. Singuli autem habent Sacras ædiculas, quæ vocant Monaſteria, vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſteriis dant operam.* Cum vero S. Marci prædicatio ad omnes orbis prouintias non quiuerit extendi, imo nec Petri; reliquum eſt,vt à cæteris Apoſtolis vbique terrarum therapeuticum piorum hominum genus propagatum ſit vno eodemque tempore. Vnde Matthæum in Hethiopia ſcimus Iphigeniam Regis filiam Virginem conſecraſſe, & ducentis Virginibus præfeciſſe, vt habent vtriuſque acta,& promſit in Cathal. SS. Equilinus libr 8.cap. 100. & 101. inquiens: *Matthæus Regem cum vxore, & filio ſuſcitato, & omni familia baptizauit; & Iphigeniam eius filiam virginem ſacro velamine conſecrauit, & pluſquam ducentis virginibus præfecit. Ipſeque Matthæus Therapeutarum more ſeminibus, baccis,atque oleribus abſque carnibus veſcebatur*; vt autor eſt Clemens Alex.61.Pædag.cap.1.

Eodem tempore toto Orbe floruerunt.

7\. Virginum Collegia à tempore Apoſtolorum.

Celebris quoque fama eſt S. Mattham Mariæ & Lazari ſororem Monaſterium Virginum in Galliis erexiſſe, & ad præſcriptum legis Domini, & Apoſtolorum eius rexiſſe & inſtruxiſſe, vt ex eius actio refert Equilinus lib.6. cap.151. illis verbis. *Ibi igitur Martha de licentia S. Maximini & ſororis manſit, & ſororum, multarum congregato Conuentu Eccleſiam in honorem Dei Genitricis ædificauit, monaſteriumque conſtruxit: ibique ieiuniis & orationibus quotidie vacabat, & mira ſe pœnitentia affligebat.* Meminit itidem (vt hoc quoque argumento inſeruiat) Collegij Virginum ſacrarum Philippis & tota Syriæ commorantium S. Ignatius in Epiſt. ad Philippenſes his: *Saluto Collegium Virginum, & cœtum viduarum.* Et epiſt. ad Antioch. *Populus parcat Preſbyteris & Diaconis Virgines agnoſcant cui ſeipſas conſecrarunt.* Et ad ſmyrnenſis: *Saluto familias fratrum meorum,atque eas quæ in perpetua degunt virginitate.* Ignatius verò aut Ioannis diſcipulus fuit, vt plærique autumant illis moti Epiſtolis, quæ ſub nomine Ignatij ad Ioannem circumferuntur: aut quod multo veriſimilius eſt,ipſius Domini fuit diſcipulus,quod ipſe non leuiter innuit in Epiſt.ad Epheſios, dicens: *Quamuis vinctus ſum propter nomen Ieſu, nec dum tamen perfectus ſum in Chriſto Ieſu. Nunc incipio diſcipulus eſſe.* Idem repetit Epiſt.ad Romanos. *Nunc incipio diſcipulus eſſe cum nihil expetam aut viſibilium, aut inuiſibilium, vt Ieſum Chriſtum aſſequar.* Quod fuit dicere: quod nomine hactenus vocitabor, nunc opere compleo. Et Epiſt. ad Smyrnenſes: *Ego vero non modo in carne veniſſe ipſum agnoſco,ſed & poſt reſurrectionem vidi eum in carne.* Quod teſte Hieronymo de Script. Eccleſ.iterum dixit ad Policarpum. Teſtis proinde reſurrectionis Chriſti ab ipſo affectus eſt, vt cæteri Diſcipuli: quod tamen egrè puero illi quibit competere,quem Dominus exemplum poſuit humiliantium ſe vt intrent in Regnum cælorum. Et hic igitur Collegium Virginum apud Antiochiam inſtituit, vel à Petro inſtitutum gubernauit.Nec ea Virginum Sanctimonialium inſtitutio defuit S.Marco in Ægypto,vno & cæteris Apoſtolis alibi gentium, ſi Philoni fides adhibenda eſt, qui non Therapeutas duntaxat tunc temporis floruiſſe ſcribit, ſed & *Therapeutrices*, ſeu *Cultrices*, de qua re inferius. Quorſum hæc? Nimirum, vt liqueat Monachos, & Moniales Apoſtolicis viguiſſe temporibus, vtpotè ab eis inſtitutos ad præſcriptum Euangelicorum conſiliorum ea ipſa Religionis præſtantia & vigore, quibus nunc florent,proſuſq; mentitum Vviclephū, Monaſticem

Ignatius Marc. diſcipulus Chriſti Ieſu.

Monaſticem hominum inuentum fuiſſe dicentem, quem ab orco Nauatores ſuſcitarunt ſed in caſum, vt præclariſſimis teſtimoniis à nobis monſtratum eſt.

8. Nullus ex Monachorũ Patriarchis Monachatus inuentor extitit.

Eadem prorſus veritas patefiet, ſi in medium producamus in teſtes eos omnes de quibus inuentionis huius poſſet eſſe ſuſpicio, id eſt præcipuos Monachorum Doctores, & inſtitutores: nemo namque eſt qui non eorumdem vitæ exordium longè ſupra ſe petendum fateatur; Quo aſcenſu niſi ad Apoſtolos tandem riuulum (vt ad verum ſui fontis originem trahat, non eſt vbi ſiſtere probabiliter queat. Enim vero ſiquis à R.P.N. Benedicto velit Monachorum originem deducendam, plane ipſius S.Patris teſtimonio mētiri comincetur, cum ipſe ab alio Monacho, Romano ſcilicet vicini Monaſterij habitum acceperit Magno Gregorio teſte: & Regulam ſcripturus, quatuor tunc temporis Monachorum viguiſſe genera fateatur cap.1. *De Quatuor generibus Monachorum*: quorum duo nouiſſima, & præclariſſima fuerint, Cœnobitarum, de Anachoretarum; duo reliqua: duo reliqua ipſa Monachatus vetuſtate valde defeciſſent, Sarabaytarum ſcilicet, & Girouagorum. Rurſus Auguſtino iam olim per calumniam obiectum eſt à Petiliano Pſeudo Epiſcopo Cirthenſi Donatiſtarum anteſignano, quod vitæ Monaſticæ primus inuentor fuerit, vti ij ſe reffert lib.3. contra Epiſt. Petiliani cap.40 dicens. *Deinceps Petilianus perrexit ore maledicorum vituperationem Monaſteriorum, & Monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitæ a me fuerit inſtitutum.* Reſpondet vero ridendam eſſe veſtri hominis ignorantiam: *Quod genus vitæ omnino quale ſit neſcit, vel potius toto Orbe notiſſimum neſcire ſe fingit.* Quaſi apertius dixerit, quale ſit neſcit, eſt enim à Chriſto Domino prædicatum, & ab Apoſtolis exequutioni mandatum. Aut ſupinam potius de re toto Orbe notiſſima ignorantiam affectat, vt vitæ probatiſſimæ, abſque dubio à Chriſto Domino & Apoſtolis inſtitutæ, dentem infigat. Verùm ipſe Auguſtinus ingenuè fallus eſt lib.8 Confeſſ.cap.6. Mediolano hauſiſſe eius notitiam, vbi ſub Ambroſio Monaſterium viderat. *Omnes* (ait) *mirabantur, quia tam magna erant*, quæ de Antonio Ægyptio Monacho dicebantur: *& ille quia inaudita nobis erant* [mirabatur Potitianus miraculorum Antonij recenſitor quia Auguſtino, & ſociis erant inaudita] *Inde Sermo eius deuolutus eſt ad Monaſteriorum greges; & mores ſua violentia tua, & vbera deſerta eremi, quorum nos nihil ſciebamus. Et erat Monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus extra Vrbis mœnia ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus.* Quod ſi ad Ambroſium recurſus fiat, ipſe lib.10. Epiſt.82. S. Euſebium Vercellenſem Antiſtitem, qui eum præceſſerat ætate, refert Monachos in Eccleſiam ſuam adduxiſſe: at non vult Monaſticam vitam primum omnium inſtituiſſe, ſed quod ibi duo pariter iungeret, Monaſterij continentiam, & Eccleſiæ Clericalem diſciplinam. *Hæc enim primus* (ait) *in Occidentis partibus diuerſa inter ſe Euſebius ſanctæ memoriæ coniunxit, vt & in ciuitate poſitus inſtituta Monachorum teneret: & Eccleſiam regeret ieiunij ſobrietate.* Fatetur proinde ante Euſebium etiam in Occidente fuiſſe Monaſterialem vitam ſicut & Clericalem, ſed ſeparatas: nec mirum, cum Mediolani etiam, Turonis, & alibi S. Martinus multa Monaſteria conſtruxiſſet, qui Ambroſium aliquo tempore præceſſerat: vt prodit Seuerus in eius vita, cap.4.5.7. 10. & aliis.

Quinimo & Ambroſio pro deffenſione Orientalium Monachorum cum Theodoſio Imper. decertauit, qui grauiter in eos animaduerti ex calumnia Valentinianorum hæreticorum præceperat: quod reffert Paulinus in eius vita.

Hieronymus quoque auctor eſt in Epiſt.16. ad Principiam D. Athanaſium Romæ Monaſteria fœminarum erexiſſe, cum prius nulla nobilium noſſet Romæ propoſitum Monachorum, nec auderet, propter rei nouitatem, ignominioſum, vt tunc putabatur, & vile in populis nomen aſſumere. Verum non eum fuiſſe illius vitæ inuentorem patet ex his quæ ſubiungit Hieronymus: *Hæc* (de Marcella vidua nobiliſſima loquitur) *ab Alexandrinis priùs Sacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſequutionem Arianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum Romam confugerant, vitam B. Antonij adhuc tunc viuentis, Monaſteriorumque in thebaide Pachumij, & Virginum, ac viduarum didicit diſciplinam: nec erubuit profiteri, quod Chriſto placere cognouerat.* Sed vero Hieronymum nemo dixerit Monachorum autorem, vtpotè qui Antonium & Pachomium præceptores produxit modò recenſitis verbis; & qui Epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia Virgine: tria genera exiſtere ſuo æuo dixerit Monachorum in Ægypto, moreſque virorumque luculenter deſcripſerit. 9. Neque Athanaſius.

Sed neque Antonius autor Monachorum fuit, quandoquidem & ipſe [Athanaſio teſte in eius vita] ab aliis Monachis inſtructus fuit: ait enim de Antonio iuuenculo recens ad ſolitudinis ſtudia conuerſo. *Nec dum autem tam crebra erant in Ægypto Monaſteria. Erat igitur in agello vicino ſenex quidem vitam ſolitariam à prima ſectatus ætate: hunc Antonius cum vidiſſet, æmulatus eſt ad bonum.* Et rurſus de multis aliis. *Sic ſecum vitam inſtituens* (puer) *ad vniuerſis fratribus puro diligebatur affectu, & omnibus ad quos ſtudio diſcendi pergebat obediens, proprias ſingulorum gratias hauriebat, &c.* Neque Hilarion, cum is Hieronymo ſcriptore cap.1. eius vitæ ab Antonio Monaſticam viuendi rationem didicerit. Nec Pachomius, vtpote Palæmonis Anachoretæ diſcipulis, vt de eo Dionyſius exiguus refert. cap.6. Sed nec Baſilius, quem Amphilochius refert in Ægypto à Porphirio Archimendrita inſtructum: ſemperque Baſilius ipſe de Monachorum ſtatu loquatur tanquam de re vetuſtiſſima: Conſule eius verba quæ cap. præced. retulimus num.4. Nec id mirum, cum ſub Diocletiano Impēr. ad A.cap.300. in Oriente Epitectus, & Ariſtion inſignes pietate Monachi paſſi ſint, quorum extant Acta in Vitis Patrum: & in Hiſpaniis eodem tempore Monaſterio conſtructo propè Toletum floruerint SS. Abbates & Martyres Philibertus, & Fabricianus, quorum feſtum in Breuiario S. Iſidori celebrabatur; & nos meminimus cum Dextro A cap.308. Comment. 1. num.6. Rurſus S. Onuphrius migraſſe dicitur in Florario M.S. apud Roſiuuerdum. A cap.370. & ante annos 70. in eremo exactòs nutritus fuerat in Monaſterio centum Monachorum Hermopoli in Thebayde. Et ex vita S. Eugeniæ liquet propè Alexandriam Monaſterium extitiſſe. A cap.194. quod proculdubio ſiue antiquitate Therapeutas Philonianos refferebat. 10. Neque Antonius eiuſue deceſſores Pauci.

Ex quo tandem fit, minime originem Monaſticæ vitæ aſſignari poſſe infra Apoſtolicam ætatem & doctrinam: non ſolum ſi doctrinæ ipſius ſubſtātia conſideretur liberè à quouis exequutione mandata, 11. Concluſio ex dictis.

mandata,ſed etiam prout ſtatum Eccleſiaſticorum hominum denotat, qui conſtanter viguit abſque notabili variatione tota mille ſexcentorum annorum intercapedine. Quod amplius ex dicendis patebit.

12. In quo tota veri Monachatus perfectio ſita ſit?

Enimverò quoniam (vt docet Dei Angelicus 22. quæſt.186.art.6.) *Ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio ad ea quæ ſunt perfectionis: nam ad perfectionem vitæ, Dominus pertinere dixit quod aliquis eum ſequatur, non qualitercumque, ſed vt vlterius retrò non abiret*: iuxta illud; *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei.* Luc.9. Et ipſa ſtatus ethymologia, & conditio perpetuitatis ſecuritatem requirit: quæ ſolo voto fieri poſſe liquet: *Cum enim homo non poſſit totam vitam ſuam actu exhibere, quæ non tota ſimul, ſed ſucceſſiuè agitur, conſequens eſt, vt non aliter homo poſſit totam vitam ſuam Deo exhibere, niſi per voti obligationem.* Religioſos vero eſſe in ſtatu perfectionis, ſeu ſtatum eorum ſcholam illius eſſe, per ſeſe perſpicuum eſt; docetque id D. Thomas, tum citato loco, tum paulò ſuperiùs q.184.art.4.& 5. *Quamobrem ad ſtatum perfectionis eorum requiritur obligatio perpetua ad ea quæ ſunt perfectionis*: Hæc verò præcipuè ſunt tria illa toties decantata, paupertas, continentia, & obedientia. Relinquitur ergo, vt quicunque Monachorum ſtatum appræhenderint, quocunque id tempore contigerit, votis ad earum virtutum ſe obſeruationem adſtrinxerint; an à vera & propria Monachorum familia, ſtatu, & nuncupatione ablegandi ſint. Quod ſi primitiuos ea non emiſiſſe conſtiterit, vt recentiores faciunt, longè præſtantiorem Monaſticem noſtram quam illorum eſſe, neceſſe eſt vt dicamus: & conſequenter ſtatus rigoroſè acceptus Monachorum recentior erit, quam ab Apoſtolis inſtitutus fuiſſe dicatur.

13. Primitiui Monachi tria profeſſionis Monaſticæ vota emiſſere, ex PP. mente. Hieronymus

Ego ſicut doctrinæ D. Thomæ acquieſco, ita & conditioni propoſitæ ſto, quæ proculdubio ex illa euidenter infertur. Cæterum votorum Monaſticorum apud veteres aſſertores habeo antiquos Patres, quorum dictis reſiſtere, maxime cum teſtium funguntur munere, extremæ clementiæ, & vecordiæ erit. Hieronymus itaque lib. 1. Comment. in lament. Hieremiæ cap. 3. ad illa verba, *Bonum eſt viro cum portauerit iugum, &c.* Hæc ſcribit: *Militum ergo Chriſti perfectio eſt, exutam mentem habere à terrenis negotiis, & tumultu ſæculi iuxta illud Apoſt. 2. Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, &c. eamque quantum humana imbecillitas ſinit feſtinat vnire cum Chriſto. Quam quidem ſpeciem conuerſationis, boni Eremitæ & Monachi, qui VOTO MONASTICÆ DISCIPLINÆ OBLIGATI SVNT, imitari contendunt; ſed rara eſt; & pauciſſimis dono Dei hæc perfectio conceſſa* Non inquam quod profeſſionem perfectionis Monaſticæ emittant, ſed quod eam in vtraque ſimul vita aſſequantur, vt ſubdens explanat: *Is enim verè, & non ex parte perfectus eſt, qui & in eremo ſqualorem ſolitudinis, & in Cœnobio infirmitatis fratrum æquali magnanimitate ſuſtentat. Et ideo in vtraque PROFESSIONE per omnia conſummatum inuenire difficile eſt; quia nec Anachoreta contemptum, ac priuationem materialium rerum, nec Cœnobita Theoricam* (id eſt contemplatiuam) *ad integrum poteſt aſſequi puritatem.* Vnde lib. 3. Comm. Ezech. cap.8. ad illa verba: *Putaſne vides tu quid iſti faciunt?* de ſcelere commaculantium Sanctimoniales, quæ voto ſuam conſecrauerant perfectionem, inquit; *Quod quidem poteſt & de noſtra Ieruſalem, noſtroque templo intelligi: quando in exemplum Ophni & Phinees idolorum ſcelera operamur* (Chriſtiani) *in tabernaculo Dei, & fornicamur cum eis qui ſe militiæ, & miniſterio Dei vouerint.* Non enim eo nomine vtrumque ſacratas Virgines intelligit, ſed Sanctimoniales: quæ ſolæ *Militiam Dei* vouerunt: atque ita de Hieronymi mente intelligit Marianus Victor in Indice operum eius. Verbo *Vota.*

Suffragatur Auguſtinus Hieronymo, qui ſerm.1. de Communi vita Cleric. hæc habet: *Si vellet diſcedere à propoſito, rectè illi tollerem Clericatum: quia deſereret SANCTÆ SOCIETATIS PROMISSVM, cœptumque conſortium. Ego ſcio quantum mali ſit profiteri ſanctum aliquid, nec implere. Vouete, inquit, & reddite Domino Deo veſtro Pſ.75. Et Melius eſt non vouere, quam vouere, & non reddere*: Eccleſ 5. quod probat exemplo. *Virgo etſi nunquam fuit in Monaſterio, & Virgo ſacrata eſt, illi nubere non licet, quamvis eſſe in Monaſterio, & deſeruit, & tamen virgo eſt, dimidia ruit.* (Hoc eſt dimidium votorum tranſgreditur; nimirum Monaſterij votum & profeſſionem) *Sic & Clericus duas res PROFESSVS eſt, & SANCTITATEM, & Clericatum. Ergo profeſſus eſt ſanctitatem, profeſſus eſt communiter viuendi Societatem, & profeſſus eſt quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Si ab hoc propoſito cecidit, & extra manens Clericus fuerit, dimidius & ipſe cecidit. Quid ad me? Non eum iudico.* Dixerat verò paulò ante: *Ecce dico, audite. Qui ſocietatem communis vitæ iam ſuſceptam, quæ laudatur in Actibus Apoſtolorum deſerit, à VOTO ſuo cadit: & à PROFESSIONE ſancta cadit. Obſeruet iudicem, ſcilicet Deum, non me.* Quo nihil clarius, & ad rem conducibilius dici potuit. Audiendi autem vel maximè hi duo Patres, tum ob eximiam ſanctitatem, & doctrinam, ob quam etiam ab hoſtibus Eccleſiæ audiuntur: tum quia & ipſi etiam Cœnobij vitam profeſſi fuerunt ante annos mille ducentos, & amplius. 14. Auguſtini mens.

Verum quoniam ij de voto vniuerſæ vitæ Monaſticæ loquuti ſunt, quamquam id nobis ſatis ſuperque ad propoſitam theſim comprobandam erat, placet nihilominus quæ de votis peculiaribus triū illarum virtutum à Monachis emitti ſolitis innueniantur teſtimonia, in medium afferre. Quod ad votum paupertatis attinet, ipſe per ſe Ananiæ, & Saphiræ caſus ab Euangeliſta Act.5. relatus fidem facit, initio Monaſtici ſtatus paupertatem ſuam vnumquemque eorum, qui ſub Apoſtolis communi vitæ adſcribebatur, voto confirmaſſe. Quid enim aliud eſt Spiritui ſancto Ananiam & Saphiram mentitos eſſe, niſi à promiſſione ipſi facta deciſſe? Ita ſanè Hieronymus ad Demetriadem ep. 8. *In Actis Apoſtolorum quando Domini noſtri adhuc calebat cruor Ananias & Saphira diſpenſatores timidi, imò corde duplici, & ideo condemnati, quia poſt VOTVM obtulerunt quaſi ſua, & non eius cui ſemel ea VOVERANT, partemque ſibi iam alienæ ſubſtantiæ reſeruarunt, præſentem meruiſſe vindictam; non crudelitate ſententiæ, ſeu correptionis exemplo.* Et ad Heuidiam ſcribens q 1. *Ananias* (ait) *& Saphira Apoſtoli meruere ſententiam, quia ſua timidè reſeruarunt. Ergo ne, inquies, puniendus eſt qui ſua non dederit? Minime. Ideo puniti ſunt, quia mentiri voluerunt Spiritui ſancto, & reſeruantes neceſſaria victui ſuo, quaſi perfectè SÆCVLO RENVNTIANTES, vanam gloriam ſectabantur.* Clariſſimè Chryſoſtomus in eum Act. locum hom.12. 15. Paupertatis votū ab initio Monaſtici ſtatus.

Digitized by Google

ſi rent animam tuam à te : quæ autem præparaſti, cuius erunt.

20. *Caſtitatis votum ab initio Monachatus inductum.*

Notius adhuc eſt in Dei Eccleſiis votum Caſtitatis quod Monachi à ſua inſtitutione adſtringi conſueuere. De eo Baſilius teſtimonium perhibet in Monaſt. Inſtit. ſerm. inquiens: *Ante Religioſæ huius vitæ profeſſionem liberum eſt vnicuique ſibi vxorem adiungere : vbi verò iam quis ſponte ſua ipſe profeſſus eſt, hic Deo cuſtodire ſe ipſum debet, veluti eorum aliquid quæ dicata ſunt Deo, ne ſacrilegij iudicium incurrat. Et inferius Hæc omnia ab eo diligenter ſunt cauenda, qui per virginitatem Deo ſeipſum conſecrauit. Nullumque eſſe in eo ſtudium debet, in quo non perpetuò celibis integritatem præſeferat.* Et in regulis fuſ. diſp. Reſp. 15. *Qui verò vitam cum virginitatis profeſſione ſuſcipere nolit, is tanquam qui res Domini accurare ſollicitè non poſſit, ipſis iiſdem adhibitis teſtibus dimittitor.* Et ad virginem ſanctimonialem lapſam: *Reuoca in memoriam honeſtam profeſſionem quam profeſſa es coram Deo, & Angelis, hominibus. Reuoca in memoriam venerandam Congregationem, & ſacrarum Virginum chorum, & Concilium Domini, & Eccleſiæ ſanctorum ac auiculæ in Chriſto auiæ* (Sic vocat Abbatiſſam.) *Et matris in Domino &c. Recordare dierum canentium tumultu, & noctium illuminatarum, & cantilenarum ſpiritualium, & pſalmodiæ canoræ, & cubiculi caſti, & menſæ temperantis, &c.*

21. *Nuptiæ ab eodem tempore Monachis prohibitæ.*

Addo Chryſoſtomum qui in Epiſt. 6. ad Theodorum Monachum lapſum nuptias ambientem inter cæteras hæc ait. *Bonum quidem nuptias, & ipſe confiteor. Honorabiles, inquit Apoſtolus, nuptiæ, & cubile immaculatum : fornicatores autem & adulteros iudicat Deus. Sed te iam ſeruare non conuenit priuilegia nuptiarum. Angelorum enim Societate ſemel iunctum, illud relinquere, & vxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere eſt. Quamvis frequenter hoc ipſum nuptias voces, ego tamen, & adulterio illud tanto peius affirmo, quanto maior, ac melior mortalibus Angelus. Neque vllus tibi fortè perſuaſerit dicens. Nihil de non accipienda vxore Dominus præcepit : Nec me ignorare confiteor, quod adulterium interdixit. Non nuptias vetuit, verùm ante adulterij nomen accipiet, ſi volueris vnquam (quod abſit) nuptias cogitare.* Et rurſus : *Atque vt illud repetam, quod in principio poſui epiſtolæ; ſi militia* (Monaſticæ haud dubium) *vincula non tenerent, quis tibi deſertionis crimen obiiceret? Nunc autem nihil in te penitus tui iuris eſt, quippe qui tanto Imperatori militare cœpiſti. Nam ſi mulier proprij corporis non habet poteſtatem, ſed vir; multo magis hi, qui Chriſto potius quam ſibi viuunt, conditionem corporis ſui habere non poſſunt. Iſte qui nunc, à Theodore, contemnitur, ipſe tunc ſine dubio indicabit.* In quibus ſanè & voti Monaſtici vincula, & vinculorum antiquam originem rationemque luculentiſſimè expreſſit. Eodem ferè, ſed feſtiuo, dicendi caractere inuehitur Hieronymus in Iouinianum lib. 1. cap. 25. quod de Monachatu ad nuptias tranſiiſſet : Inquit enim : *Deſcripſit ſermo Apoſtolicus Iouinianum loquentem buccis tumentibus, & inflata verba trutinantem, repromittentem in cœlis libertatem, cum ipſe corruptionis ſeruus ſit, atque luxuriæ, canis reuertens ad vomitum ſuum. Nam cum Monachum ſe eſſe iactitet, & poſt ſordidam tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aquæ potum; ad candidam veſtem, & nitidam cutem, ad mulſum, & elaboratas carnes ſe conferat : manifeſtum eſt quod terram cælo, vitia virtutibus, ventrem præferat Chriſto, & purpuram coloris eius putet regna cælorum. Et tamen iſte formoſus Monachus, craſſus, nitidus, dealbatus, & quaſi ſponſus ſemper incedens, aut vxorem ducat, aut æqualem virginitatis nuptiis probet.* Ecce quali conſequentia vetus Monaſtices caſtitatem vouerit, & nuptias prohibuerit. Eorum qui ſe ſuaque corpora ad ſeruiendum Deo per caſtitatis poſſeſſionem conſecrarunt.

Illud tamen monere non omittimus, quandoque viros tacitè Caſtitatem profeſſos : quod & nunc omnes Benedicti P. N. diſcipuli faciunt, ſolam obedientiam in formula profeſſionis exprimentes, & conuerſionem morum. Sed audi Baſilium in epiſt. 1. ad Amphilochium can. 19. *Virorum profeſſiones non nouimus* (agebat de virginitatem vouentibus) *præterquam qui ſe ipſos Monachorum Ordini adiudicauerint.* (Et verè; nunquam enim in Eccleſia ſæcularis viri voto virginitatis publicis cæremoniis adſtringi conſueuerunt, quemadmodum fœminæ) *Qui tacitè videntur cælibatum admittere. Sed nullis quoque illud exiſtimo præcedere oportere, vt ipſi interrogentur, & euidens ipſorum accipiatur profeſſio : vt poſtquam ſe ad libidinoſam, & voluptuariam vitam conuerterint, eorum qui fornicantur punitioni ſubiiciantur.* Vbi bene Balſamon annotauit; *Etſi autem hæc ita ſe habeant* (quod ſcilicet de Baſilij conſilio exprimere iubeantur votum) *ne dixeris quod Monachi, qui hanc poſſeſſionem non fecere, inſontes nullique culpæ obnoxij ſeruabantur. Etſi enim non fuerit tonſus quiſpiam, ſed ρaζοφόροι* (Laicos vocamus, ſeu conuerſos) *Non poterit mutare habitum, & ad nuptias conuolare, ſed inuitus ad habitum Monaſticum reuerti cogetur. Idem erit & de Monachis, & de omnibus Clericis tribunalis : nam & ij omnes tacitè profiteri videntur ſe matrimonium non contracturos poſt ordinationem, &c. Canonem tranſgredientes deponuntur. Quare ſanctorum Apoſtolorum, Can. 26. Ancyranæ Synodi Can. 10. & Synodi in Trullo Can. 6.* 22. *Profeſſio tacita caſtitatis.*

Demum obedientiæ votum, dum cætera conſtent; non multum nobis faceſſit negotij; nemini enim dubium eſt, eò præcipuè Monachorum conſtringi ſtatum, vt ſtatus ſit, & vitæ curſum perpetuum complectatur, quod Prælatis obedientiam præſtent, & ad eorum nutum regantur atque formentur. De eo agens Baſilius in Monaſt. conſtit. cap. 20. inquit: *Oportet igitur, & quidem in primis, vt qui ad vitæ ſe huius rationem contulerit, is ſtabili, firma, immobiliſque voluntatis conſtantia ſit, indicioque eiuſmodi quod à maleuolis ſpiritibus neque attentari poſſit, neque à loco depelli : animi præterea firmitate tanta, vt ad mortem vſque Martyrum conſtantiam præſeferat, tum diuinis præceptis retinendis, tum obedientia aduerſus Magiſtros ſuos conſeruanda.* Sed cur? *Siquidem hoc totius vitæ huius inſtituti caput eſt. Quemadmodum enim Deus qui omnium Pater eſt, ſummam à quibus colitur obedientiam requirit, ſic cui ſpiritualis in hominibus Pater eſt, præſcripta ſua ad diuinarum legum exemplum accommodet, perfectiſſimam ipſe quoque obedientiam requirit.* Egregiè proinde S. Barlaam ad Ioſaphat apud Damaſc. cap. 12. Monachi, *qui dein magno numero in vnum coacti vnius Præfecti atque Antiſtitis, qui omnibus virtute præſtat imperio ſe ipſos ſubdunt, ac voluntatem ſuam obedientiæ mucrone*) En obligationem, quæ ex voto conſurgit) *prorſus truncantes, ſeque velut emptitia mancipia vltro reputantes, non tam ſibi ipſis viuunt, ſed ei cui ob* 23. *Obedientiæ votum ab initio Monachatus.*

ob Chriſti amorem ſeſe ſubmiſerunt. Sed non eſt opus in re omnium compertiſſima tempus infructuoſè terere, ne piſces natare (quod eſt in prouerbio) aut aues volare videamur docere.

24. Concluſio ex dictis. Ergo vt à quo proceſſit oratio, recto redeat tramite, ſit manifeſtum ex adductis Patrum ſententiis, ab Apoſtolis promulgatum eſſe, vt cæteros Eccleſiæ, Statum vitæ Monaſticæ, ſub eiſque omnibus ſuis numeris abſolutum vigere cœpiſſe legibus ab ipſis præſcriptis doctrinæ Saluatoris noſtri per omnia conſentaneis: homineſque ab eis edoctos non ſolum ad earum præſcriptum ſuos componere mores, ſed & votorum emiſſione ad earum perpetuam obſeruationem adſtringi; in quo ratio ſtatus Monaſtici conſiſtit. Quamobrem veteres Patres propriè admodum & in ſenſu rigoroſo fuiſſe loquutos, dum, Monachorum exordium ad Apoſtolos referunt: nam quamquam quidam eorum ſignificantius rem expreſſerint, ait Bernardus Parens, Piamon, Caſſianus, & Petrus Damiani; cæteri nihilominus æquiualentibus vocibus vſi, nihil minùs cæteris voluiſſe, ex dictis ſatis comprobatur. Conſultò igitur his prælibatis à longa illius quæſtionis agitatione ſuperſedendum duxi; an Apoſtoli veri Monachatus Profeſſores extiterint: Principia enim in quouis Doctorum genere ſupponi debent, non demonſtrari iuxta Ariſt. dictum 1. Poſt. cap. 11. Apoſtolos autem verè Monachos, vno Prælio Monachos fuiſſe, acq. Monaſtices non ſolum promulgata, ſed exculta fuerit, & vſque ad præſens ſeculum propagata, principium eſt in Euangelica doctrina indubitatum. Eademque certitudine tenendum ſentio Apoſtolos Chriſto D. doctore non tantum Aſiaticorum præceptorum auditores; ſed veros etiam eorum profeſſores & executores extitiſſe, quam vitæ Monaſticæ formam à Chriſto D. in Euangelio traditam fatemur. Id quod verba Principis Apoſtolorum Matth. 19. ſatis demonſtrant. *Ecce* inquit, *Nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* In quibus eſſentialium votorum profeſſionem agnoſcunt D. Auguſt. lib. 17. de Ciuit. c. 4. aliique Patres quos ſequitur D. Thomas. 22. q. 88. art. 4. ad 3.

25. Non omnes primitini fideles Monachi fuere. Cæterum non ita mordicùs accipiendum eſſe proculdubio mihi eſt, vt ad ſolos Monachos ſpectet quod dicitur: *Multitudinis credentium, &c.* quin potius ſub eis comprehendi debere genera alia viuendi, quæ ab Apoſtolis in Eccleſia inducta ſunt; id eſt coniugalem continentiam cum pietate coniunctam, & ſacratum Virginum ritus, quæ non tam Monaſticem profitentur, ſed pudoris florem virginei Deo conſecrant: cuius generis Tecla à Paulo, Domitila à Clemente, Petronilla à Petro eruditæ floruerunt. Ducor autem ex eo quod multitudinem illam promiſcui ſexus, teſte Luca, ad 5000. aſcendebat; tantus enim binæ Petri concionis fructus extitit. Incredibile verò eſt, Apoſtolos ab omnibus fidelibus vſum nuptiarum arcuiſſe, vnde virginum multiplicitas pendebat. Eo tamen voto vniuerſi ſponte adſtricti fuere, quod ad communem vitam neceſſarium erat, id eſt paupertatis, & abdicationis rerum, vt Ananiæ, & Saphiræ coniugum exemplo, & verbis Euangeliſtæ affirmare cogimur: quæ tamen conſuetudo populis fidelibus vbique germinantibus, quoad ſeculares ceſſauit, & multæ virgines domi ſuæ diuitiis non plenè dato nuntio degere ſanctè cœperunt. Qui vero totius perfectionis ambitum amplexi ſunt, ſtatum Monaſticum conſeruare, & propagare ſunt conati. Ex tunc itaque virginitas pretio haberi, paſſim amplecti, enixius ambiri cœpit: cuius vexillum Beatiſſima Virgo Dei genitrix leuaſſe primiceria Virginitatis facta, paſſim profertur à Patribus quos cap. 7. ſeq. dabimus. Vnde iure optimo Iſidorus lib. 2. de Offic. Eccleſiaſt. cap. 18. *Virorum virginum caput eſt Chriſtus, fœminarum virginum caput eſt Maria. Ipſa earum auctrix, ipſa mater noſtri capitis, qui eſt virginis filius, & virginum ſponſus. Inde agmina virorum, & puellarum ſanctarum; inde ſectatores, & ſectatrices perpetuæ continentiæ pullulauerunt, appetitum libidinis caſtigantes: nec ſolum in corpore, ſed etiam in ipſa concupiſcentiæ radice caſtrantes, cœleſtem vitam Angelicamque in terrena mortalitate meditantes, atque in carne corruptibili incorruptionem perpetuam retinentes, quibus cedit omnis fœcunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis.* Sed quod præmiſit: *Quantum pertinet ad Vetus Teſtamentum, Elias, & Ieremias, & Daniel, caſtitatis bonum primi conſtituiſſe dicuntur,* ad figuram quandam præceſſiſſe futurorum proculdubio referendum eſt, vt toto fere lib. præcedenti monſtrauimus. Quod enim ſub veteris vmbra Paginæ vnus vel alter Virgo permanſiſſe dicatur, cum id nequaquam in poſteros doctrinâ propagatum ſit, & in illis ad virginitatis ſtatum ipſum virginitatis exercitium & ſtudium non aſcenderit, ſiue ob emiſſionis voti, ſiue ob promulgationis virginei ſtatus defectum ſiue vtroque titulo; reliquum eſt vt nihilo dignitatem primatus Deiparæ Virginis noſtræ id minuat. Qua de re placet Ambroſium audire lib. 1. de Virginibus aſſerentem: *Dicet aliquis: ſed etiam Elias nullius corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus inuenitur. Ideo ergo curru raptus ad cœlum, ideo cum Domino apparet in gloria; ideo Dominici venturus eſt præcurſor aduentus. Et Maria* Moyſi ſoror *ſumens tympanum pudore virgineo choros duxit. Sed conſiderate cuius illa ſpeciem tunc gerebat. Nonne Eccleſia, quæ Religioſos populi cœtus* (Sanctimonialium, ſeu Monachorum) *qui carmina diuina concinerent, immaculata Virgo ſpiritu copulauit? Nam etiam Templo Hieroſolymis fuiſſe legimus virgines deputatas. Sed quid Apoſtolus dicit? Hæc autem in figura contingebant illis, vt eſſent indicia futurorum; Figura enim in paucis eſt, vita in pluribus. At verò poſtquam Dominus in corpus hoc veniens, contubernium Diuinitatis & corporis in vtero virginis ſine vlla concreta confuſionis labe ſociauit, tunc toto orbe diffuſus corporibus humanis vita cæleſtis vſus inoleuit.* Subditque auream prorſus ſententiam. *Habemus ergo autoritatem vetuſtatis à ſæculo, plenitudinem profeſſionis à Chriſto.*

Chriſtus D. & B. Virgo Maria primiceria virginitatis.

CAPVT V.

Monachos ab ipſa ſui ſtatus inſtitutione ſolemnia emiſiſſe vota autoritate Patrum defenditur.

VERVM enimverò adhuc oblatrantem Monaſtici pudoris hoſtem audio, importunè ſe ingerentem, contendentemque dum priſtinos Monachorum protoparentes ſolemnia vota emiſiſſe non probauerimus, fruſtra hactenus nos laboraſſe: 1 Ratio dubitandi.

votis

votis vero ſimplicibus ſtatum Monaſticum non erigi: quæ ſanè apud Veteres in vſu fuere: quandoquidem non deſunt ex Scriptoribus Catholicis qui doceant *Simplicis*, ac *Solemnis* voti voces in Eccleſia auditas non eſſe vſque ad tempora Cæleſtini III. C. *Rurſus, qui Cleric. vel vouent*: & Alexandri III. C. *Inſinuante*, & C. *Meminimus* eodem tit. & paulò priùs A. C. 1139. Innocentius II. in Generali Synodo Romæ coacta definiuit, matrimonium à Religioſo initum nullius deinceps eſſe roboris, vel momenti: quod eſt ſignum hactenus vota eorum non fuiſſe ſolemnia, cùm matrimonium ſubſequens non irritarent. Adſtipulantur multi ſanctorum Patrum dum cenſent, nuptias virginum ſemel Deo ſacratarum non eſſe irritas. Ita expreſſo docuit Auguſtinus lib. de bono viduit. cap. 9. inquiens, *Qui dicunt talium nuptias non eſſe nuptias ſed potius adulteria, non mihi videntur ſatis accuratè ac diligenter conſideraſſe, quid dicant.* Et cap. 10. *Fit autem per hanc minus conſideratam opinionem, qua putant lapſarum à ſancto propoſito fœminarum ſi nupſerint non eſſe coniugia, non paruum malum: vt a maritis ſeparentur vxores, quaſi adulteræ ſint, non vxores: & cum volunt eas ſeparatas reddere continentiæ faciunt maritos earum adulteros veros, cum ſuis vxoribus viuis alteras duxerint*: idque pluribus cap 11. ſeq. proſequitur. Et vt nubant ex eis contineri nolentes, aut non valentes, ſuadet Cyprianus epiſt ad Pomponium lib 1. num. 11. Epiphanius hæreſi 61. & Hieronimus epiſt. 8. ad Demetriadem. Verba Cypriani ſunt. *Quod ſi ſe ex Fide Chriſto dicauerunt, pudicè & caſtè ſine vlla offenſione perſeuerent; ſi autem perſeuerare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt vt nubant, quam in ignem deliciis ſuis cadant.* Epiphanij verò, *Et habet peccatum & iudicium qui Dei virginitatem reiicit, & certamen confudit. Sed melius eſt iudicium, quam condemnatio. Melius eſt itaque vnum peccatum habere, & non plura. Melius eſt lapſum à curſu palam ſibi vxorem ſumere ſecundum legem, & non quotidie occultis iaculis ſauciari, & à virginitate multo tempore pœnitentiam agere. Sic nouit Eccleſia prædicare.* Præmiſerat autem: *Tradiderunt itaque Sancti Dei Apoſtoli, peccatum eſſe poſt decretam virginitatem ad nuptias conuerti.* Et nihilominus docet, ſi ad nuptias conuertatur Virgo ſacra, verè nubere. Quod aliis verbis Recentiores dixere: votum ſimplex matrimonium impedit contrahendum, non tamen dirimit contractum; quod ſcilicet illicitè ineatur ab ea, ſed factum teneat. Ita Alex. III. C. *Conſuluit*, & Celeſtinus III. C. *Rurſus, qui Cleric. Vel vou.* Hieronymus denique *Sanctum*; ait, *Virginum propoſitum, & cæleſtis Angelorumque militiæ gloriam, quarumdam non bene ſe agentium nomen infamat. Quibus apertè dicendum eſt, vt nubant, ſi ſe non poſſunt continere, aut contineant, ſi nolunt nubere.*

2. Opinio aſſerentium vota olim Monachorum, ſimplicia fuiſſe.

Hinc nonnullis placet Monachorum vota ante Innocentium II. ſolemnia non fuiſſe, vtpote qui validè adhuc inite poſſent matrimonium, quamvis illicitè; quod Platus amplectitur loquendo de Vniuerſali Eccleſiæ ſtatuto, nam alicubi oppoſitum fuiſſe receptum arbitratur, vt Baſilio, & aliis Patribus ſatisfaciat contrarij placiti aſſertoribus. Sic ille lib. 2. de Bono Status Relig. cap. 11. & conſentit Azorius 1. p. lib. 12. Inſtit. Moral. cap 6. q. 1. Gratianus alia incedens via D. 27. C. *Præsbyteris* contendit quoſdam Patrum loqui de his, qui votum Caſtitatis ſimplex emittebant, alios de emittentibus ſolemne: Vnde apud hos ſubſequens matrimonium dirimitur, non apud illos: propoſitis ſiquidem vtriuſque partis de verbum teſtimoniis, ſubinfert: *Hic diſtinguendum eſt, quod vouentium alij ſunt ſimpliciter vouentes, de quibus Auguſtinus, & Theodorus locuti ſunt; alij ſunt quibus poſt votum benedictio accedit conſecrationis, vel propoſitum Religionis, de quibus Hieronymus, Nicolaus, & Calixtus.* Cur verè hi de ſolemniter vouentibus, illi de ſimpliciter loquantur, ipſe non explicat: à nobis autem id præſtare oportet, quod eius mens veritatem proculdubio attigerit. Voces verò illas *Simplicis* & *Solemnis* voti vetuſtiſſimas eſſe liquet: nam *Simplicis* expreſſè meminit Theodorus Archiepiſc. Cantuarienſis in Pœnitentiali relatus D. 27. cap. *Si vir*, vbi: it. *Si vir SIMPLEX votum virginitatis habens adiungitur vxori, poſtea non dimittat vxorem ſed tribus annis pœniteat.* Solemnis autem Baſilius Reg. 14. ex fuſius diſp. inquiens de Apoſtata. *Is perinde aſpici debet, vt qui in Deum peccauerit, quem profeſſionis ſuæ teſtem adhibuerit, cuique SOLEMNI voto ſe obligarit.* Et lib. de vera virginit. *Nam quod SOLEMNE legitimumque connubium ſponſus ille occuparit, & virginitatis habitus, & fœdera conuenta cum illo teſtantur.* Vbi iure Recentior appoſuit in margine: *Solemne imbuitur votum in profeſſione.* Hæc de vocibus: de re verò modò.

Ergo id omnimodis veritate ſubnixum putamus, vota Monachorum ab initio naſcentis Eccleſiæ, vſque ab Societatis IESV exortum, ſolemnia fuiſſe: non quod abſque illorum ſolemnitate vera & propria Religio eſſe nequeat, cum à Gregorio XIII. in Extrauag. *Aſcendente Domino.* A. C. 1584. Decretum ſciamus, eos qui in eadem Societate per biennium probati vota illa tria ſed ſimplicia emittunt, *Quippe qui quantum in eis eſt & profeſſionem emittere parati ſunt* (ait Pontifex) *Si præpoſitus Generalis id prædictæ Societatis inſtituto congruere iudicauerit, & in perpetuum Dei ſeruitio votis ſimplicibus conſecrati, ac ſua ſorte contenti, verè & propriè Religioſos exiſtere: & ſi à Societate deficiant, excommunicationis, & aliis Apoſtatarum pœnis eſſe ſubiectos.* Et inferiùs: *Decernimus tria vota huiuſmodi, etſi ſimplicia, ex huius Sedis inſtitutione, ac noſtra etiam declaratione, & confirmatione, eſſe verè ſubſtantialia Religionis vota, ac in dicta Societate, tanquam in Religione approbata per Sedem eandem admiſſa fuiſſe, & eſſe ac per nos admitti: nec in illis a quoquam præter nos, & Sedem eandem diſpenſari, nec ea vllo alio modo, quam per legitimam dimiſſionem à Societate ceſſare poſſe &c. Et quoſcumque qui in ipſa Societate admiſſi biennio probationis a quolibet eorum peracto tria vota ſubſtantialia prædicta, tametſi ſimplicia emiſerint, aut emittent in futurum verè & propriè Religioſos fuiſſe, & eſſe, ac fore; & vbique ſemper, & ab omnibus cenſeri, & nominari debere non ſecus atque ipſos, tum Societatis, tum quorumcumque aliorum Ordinum Regularium profeſſos, &c. Nec ante huiuſmodi abſolutionem* (Votorum à Sede Apoſtolica) *& à Societate dimiſſionē matrimoniū contrahere poſſe.* Id tamē iure nouoq; vt ipſe Gregor. teſtatur, inquiens; *Idcirco cum Diuina prouidentia pro temporū neceſſitate varia & ſalutaria Ordinum inſtituta in Eccleſia ſua produxerit & cuiq; illorū iuxta cuiuſlibet peculiaris gratiæ vocationē peculiares quaſi ā notas, propria inſignia ac opportuna ad finem quā intendit media ſuggeſſerit, & Nos licet alias inſtitutum prædictum confirmauerimus, & declara-*

3. Vota ſimplicia ſufficiunt veram Religionem.

Societas IESV vera Religio.

rimus, motu proprio ſtatuentes eos qui biennio Nouitiatus peracto, tria vota, tametſi ſimplicia emiſerint eſſe verè & propriè Religioſos,&c. Quare in cæteris antiquioribus Religionibus vota ſolemnia emitti ſolitas fuiſſe, ex ipſius Gregorij declaratione certum eſto: eaque à nobis exquiri in præſentiarum oportere. Cùm verò ſolemni voto Caſtitatis adiuncta ſemper fuerit inhabilitas ad contrahendum matrimonium,ex eo tanquam ex ſigno manifeſtè, velut ex vngue Leonem, ſolemnitatem voti haurire debemus.

4\. Vetuſtiores Religiones ſolemnia vota perpetuo emiſerunt.

Præit multos Baſilius id docens epiſt. 1. ad Amphiloch. Canon.6. his nos docens rem ipſam quam intendimus: *Canonicorum fornicatio pro Matrimonio non reputetur, ſed eorum coniunctio omnino diuellatur.* Porro Canonicos eos vocat,qui Regulæ ſeu Canoni Monaſteriali ſunt adſtricti, vti ipſe ſe explicat. c.9. conſtit. Monaſt. cuius titulus: *Ad Canonicos hoc eſt regularem vitam degentes in cœnobio*: cum enim 18. præcedentibus capitulis Anachoretas, & Solitarios inſtruxiſſet; deinceps à cap. 19. Cœnobitas ex profeſſo attigit, ſic exorſus, *Ac de iis quidem qui ſingulariter, & ſeorſim à cæteris ſe ad pietatem exercent,deque ſolitariam vitam complexis ſuperiùs dilucidè quantùm potuimus diſputauimus. Verùm enim quoniam maximam partem qui ſe colendæ pietati dediderunt, ij in ſocietate cum aliis degunt æquum facturos nos arbitrati ſumus ſi ad hos quoque aliquid cohortandi gratia ſcriberemus.* Hos igitur Græcè Canonicos, hoc eſt *Regulares* vocat. Non me latet Balſamonem in Canonem illum 6. velle Baſilium Clericos etiam Regulares eo nomine compræhendiſſe: Ait enim: *Canonicos eos dicit qui in Canone enumerantur Clericos ſcilicet, Monachos, Monachas, & quæ Virginitatem profeſſæ ſunt.* Mihi tamen id parum refert, cum quoad profeſſionem eadem de omnibus ratio ſit: Niſi quod à mente Baſilij alienum videtur, qui poſtea iterum in ſpeciali Can. 18. decernit, Sanctimoniales ſeparandas à corruptore, & puniendas vt adulteras. *De lapſis virginibus, quæ vitam inhoneſtate Domino profeſſæ ſunt, deinde carnis perturbationibus ſubiectæ &c. Virgo adultera iudicio ſubiicitur, ſicut eum qui cum aliena muliere cohabitat, adulterum nominamus, &c.* Et Can. 19. ſeq. Clericos, vtpote Græcos à perpetuo cœlibatu excludere videtur: nam ait: *Virorum autem profeſſionem* (caſtitatis, de qua ſermo erat) *Non nouimus, præterquam ſi qui ſe ipſos Monachorum Ordini adiudicauerint.* Non ergo Clericorum; qui etſi nouas inire nuptias in Græcia Vetati ſunt, ſuperiùs frui permittuntur. Et tamen abſolutè dixerat, *Canonicorum coniunctio pro matrimonio non reputetur, ſed omnino diuellatur.* Ipſe deinde Baſilius tempus adulterantium Canonicorum taxat Canon. 60. inquiens: *Quæ Virginitatem profeſſa à voto ſuo: ac profeſſione lapſa eſt, peccati adulterij tempus in ſua vita diſpenſatione complebit.* Hæc de ſanctimonialibus. De viris autem: *Idem & in his qui vitam Monaſticam profitentur, & labuntur*: à qua adulterij lege ſolam excipit, quæ ante Baptiſmum Virginitatem profeſſa eſſet (Canone 20) quod nimirùm votum illud ſimplex per baptiſmi ſuſceptionem diuellatur, & liberum relinquatur fœminæ, vt valeat inire nuptias. Dedimus aliud Baſilij teſtimonium ſupra caput præcedens numero vigeſimo pro eadem re.

5\. Idem manifeſtè ſenſit Ambroſius lib. ad Virginem lapſam cap. 5. vbi ſibi obiicit. *Dicit aliquis: Melius eſt nubere, quam vri.* 1. Chor. 6. & occurrit: *Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Cæterum quæ ſe ſpopondit Chriſto, & ſanctum velamen accepit, iam nupſit; iam immortali iuncta eſt viro: & iam ſi voluerit nubere communi lege coniugij,adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur.* Concinit Chryſoſtomus conceptis verbis, quæ ex Epiſtola ad Theophilum Monachum nuptias ambientem dedimus eodem cap.4. num.21. tu ea conſulas,ea præſertim attendens. *Angelorum ſocietate ſemel iunctum, illud relinquere, & vxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere eſt, &c.* Addo Hieronymum lib.1, contra Iouinian. aientem.c.7. *Etſi nupſerit Virgo,non peccabit.* 1. Timoth. 5. *Non illa virgo quæ ſemet Dei cultui dedicauit, harum enim ſi qua nupſerit habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit quanto magis de Virginibus praualebit, cum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit?* (id eſt viduis) *Virgines enim quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quam inceſtæ.* His adiungam ex Gratiano D. 27. C. *Quod interrogaſti*; Nicolaum Papam in Epiſt. ad Albinum Viennenſem. Epiſc. (quod etiam refert Iuo Carnotenſis lib. 3. de Virgin. viduis,& Abbat.) ſic effantem. *Quod interrogaſti de fœmina, quæ poſt obitum mariti ſui ſacrum velamen ſuper caput ſuum impoſuit, & finxit ſe ſanctimonialem eſſe, poſtea verò ad nuptias rediit: bonum mihi videtur, quia per hypocriſim Eccleſiaſticam Regulam conturbare voluit, & non legitimè in voto ſuo permanſit, vt pœnitentiam agat de illuſione nefanda, & reuertatur ad id quod ſpopondit.* Qui fictam Monialem à nuptiis ſeparauit, quomodo non ſepararet verè profeſſam? Vno (quod ſolerter animaduertendum eſt) ideo non intrepidè dixit, ſeparandam, quia de veritate profeſſionis erat dubium. Decreuit verò tutius eſſe fidem ei non præbere, nec locum dandum fictionibus occultis, quæ non probantur: alias *ſi conſenſerimus* (ait) *quod omnia Sacramenta Eccleſiaſtica quiſque prout vult fingat* (eadem enim ratio vtrorumque quoad fictionem interiorem eſt) *& non verè faciat, omnis Ordo Eccleſiaſticus turbabitur, nec Catholicæ fidei iura conſiſtent. Ideo tales, niſi reſipiſcant ſpirituali gladio percuttere cenſemus.*

Voto Caſtitatis adſtricti perpetuo nuptiarũ incapaces, & ſeparandi.

His proculdubio conſonat magnus ſanctorum Doctorum, ac Patrum Eccleſiæ cuneus, quos refert Gratianus 27. quæſt. 1. id eſt Gregorium Papam Epiſt. ad Bonifacium, vbi ſe munit Decreto Sancti Innocentij I. prædeceſſoris Epiſt. 2. ad Victrianum Epiſc. cap. 19. & 20. Et rurſus Gregorium lib. 8. epiſt. 9. ad Marianum Epiſcop. & lib. 1. epiſt. 19. ad Vitalianum Sipont. Epiſcop. & epiſt. 10. ad Sergium Defenſorem, & lib. 9. epiſt. 3. ad Ioan. Carolit. Epiſc. & lib. 3. epiſt. 24. ad Ianuarium Epiſcop. & lib. 1. epiſt. 40. ad Anthemium Subdiac, Deinde Eugenium item Papam in decreto ſpeciali: & Nicolaum I. in epiſt. ad Carolum Archiepiſc. & eius ſuffraganeos: & Gelaſium I. in decreto ad Siciliæ Epiſcopos cap. 9. Siricium epiſt. Decretor. cap. 7. Item Concilium Chalcedon. cap. 15. & 16. Toletanum IV. cap. 2. & Toletan. I. cap. 16. & X. cap. 5. Carthagin. IV. cap. 104. (perperam apud Gratianum III. cap.4.) Sextam Synodum Generalem cap.4. Triburienſe cap.23. Aurelia- 7.

In idem cõſentiũt Pontificũ & cõciliorũ decreta.

nenſe cap.3. & 22. & 23. Eliberitanum cap. 13. Ancyranum cap.18. Arauſicanum cap.27. & Aurelianenſe: ac tandem Innocentium II. Papam cuius decretum habetur can. 7. in actis Concilij Generalis Romani apud Baronium tom. XII. A cap. t 139. quo mille circiter Epiſcopi conuenere, teſte Othone meo Friſingienſi lib.3. cap.23. Omnes vero præfati Patres ita damnabiles cenſent profeſſorum, vel profeſſarum, ſiue Virgines, ſiue viduæ ſint, ſiue viri, nuptias poſt ſacrum votum initas ab eis: vt omnino ſeparandos ineuntes ducant, & iterum ad Monaſteria detrudendos penitentiæ ſeueriſſimæ addictos, ad idque debere cogi cenſuris & communionis Sanctæ interdictione.

7. *Euaſio præcluditur.* Neque vero audiendi ſunt qui reſpondent, hos Patres, vno dempto Innocentio II. non pronunciaſſe earum nuptiarum nullitatem, ſed delictum ineuntium, cui ſatisfaciendo ſeparari ab eis iubentur. Non inquam, audiendi ſunt? enim vero ſi ratas eas nuptias credidiſſent, aliis eos pœnis mulctarent, quas domi exoluerent, non ſeparatione cohabitationis, & thori, contra præceptum Domini iubentis: *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Quod Sancta Eccleſia reuerita maiorum criminum reos non conſueuit coniuges ſeparare, id eſt, lapſos in hæreſim, ſchiſma, & huiuſmodi: niſi alias ex accidenti periculum inſit lapſus ſimilis alterius coniugis, & contra ius ſuum coniux innocens puniretur. Quis enim dixit, peccare eam, quæ cum habente votum ſimplex continentiæ contrahit, ſi non inducit deſertorem? vtitur enim iure ſuo. Vnde Innocentius ipſe continuam perpetuamque Eccleſiæ ſententiam expoſuit, non vero nouum ius condidit, cum inquit: *Monachi, atque conuerſi profeſſi, qui ſacrum tranſgredientes propoſitum, vxores ſibi copulare præſumpſerint, ſeparentur. Huiuſmodi namque copulationem quam contra Eccleſiaſticam Regulam eſſe contractam, matrimonium non eſſe cenſemus: qui etiam ab inuicem ſeparati pro tantis exceſſibus condignam pœnitentiam agant. Idipſum quoque de Sanctimonialibus fœminis ſi (quod abſit) nubere attentauerint obſeruari decernimus.* Liquet verò ita eſſe, quoniam idem ſtatuit de Epiſcopis, & Presbyteris, quæ nemo dixerit vſque ad tempora Innocentij verè licet illicite, nuptias inire potuiſſe. Eodemque pacto reperies multa alia in decretis eiuſdem Concilij renouata, quæ nemo dixerit tunc primitùs conſtituta, vt Can. 17. *Coniunctiones conſanguineorum omnino fieri prohibemus.* Can. 13. interdicitur vſura, quæ tamen non eum primitus decreuiſſe quiſquam dicet, ſicut nec quod Can. 21. decernitur de filiis Presbyterorum à ſacris remouendis, quod multo ante Vrbanum Papam, & Bonifacium Moguntinum & Pretauienſe Concilium interdixerant, vt videre eſt tota D. 56. apud Gratianum, & c. *vt filij,* de filiis Presbyt. Sed cum tot Epiſcopi numero circiter mille ex vniuerſa penè Orbe conueniſſent, & quibus morum corruptelis mederi oportere pro ſua quiſque etiam Barbarorum prouintia propoſuiſſet, omnibus ſatisfieri præſcriptis Canonibus neceſſum fuit. Perperam igitur Innocentij II. teſtimonio decretum irritandi Monachorum nuptias ſubſequentes probari poteſt, cum præſertim concors SS. Patrum ſententia perpetuo in Eccleſia obſeruatum oſtendat.

8. *Obiectis ſatis fit.* Neque vero Auguſtinus Cyprianus, Epiphanius & Hieronymus ſuperiùs contra nos relati quicquam faceſſunt negotij, cum minimè de Virginibus in Monaſterio Virginitatem profeſſis loquantur, à quo nemo Patrum diſſentit, ſed de his quæ domi ſuæ manentes ab Epiſcopo, vel Presbytero velamen Virginitatis accipiebant, de quibus apud Veteres multa mentio eſt. Has vero multi Patrum verè tranſire ad nuptias, quamuis illicitè potuiſſe, ſentire videntur, cuius generis nunc etiam multæ ſunt apud nos Hiſpanè *Beatas* nuncupatæ, ſimplici nihilominus duntaxat voto Virginitatis illigatæ. Quod verò de ſanctimonialibus nemo prædictorum loquatur, ſcripta eorum euoluentibus liquidum erit, quibus de Monaſterio, Regula, vel propoſito, mentio nulla: quin potius Hieronymus verbis immediate ſubiunctis ſatis ſe explicat, nam ait: *Digna res riſu, imo planctu, incedentibus dominis ancilla virgo præcedit ornatior, vt pro nimia conſuetudine quam incomptam videris, dominam ſuſpiceris &c.* Hæc ille de ancillis & ſolutis Virginibus ad Demetriadem, qui tamen lib. contra Iouin. Sanctimoniales ad nuptias auolantes non ſolum adulteras, ſed & inceſtas eſſe fatetur. Cyprianus etiam de eiſdem expreſſe loquitur, inquiens: *Tenemur ad vitam ſinguli fideliter conſulere, nec pati virgines cum maſculis habitare; non dico ſimul dormire, ſed nec ſimul viuere.* Et infra: *Et idcirco conſultè & cum vigore feciſti, frater chariſſime, abſtinendo Diaconum, qui cum virgine ſæpe manſit, ſed & cæteros qui cum virginibus dormire conſueuerant:* quæ tamen de virginitate adhuc incompta gloriabantur. Eiuſmodi erant quæ *Diaconiſſæ* vocabantur Epiphanius longe alio tendebat: nimirum diſputabat ea hæreſi 61. contra Apoſtolicos, ſeu Encratitas, qui renuntiantes omnibus Monachos mentiti, nuptiis detrahebant, & paſſim virginitatem profitebantur. His cum nihil impurius eſſet, monet, *melius eſſe nubere, quam vri & vnum peccatum habere, quam plura.* Auguſtinus denique toto eo libro *de Bono viduitatis*, de viduis diſputat, qui à primis vel ſecundis nuptiis liberi continentiæ propoſitum arripiunt; quibus ob doctrinæ vicinitatem quandoque adiungit eiuſdem propoſiti virgines, ſed quæ domi ſuæ adviuant, multas viduarum formulas interim recenſens: aitque. *Nulla quidem iſtarum ſex viduarum tua norma adæquatur. Tu enim hoc votum cum ad ſenectutem vſque perduxeris, omnia tria potes habere, quibus Anna meritum excelluit*, (nimirum quod tam citò extuliſſet virum, quod vniuira, quod ad 84. annos in ieiuniis & orationibus perſtitiſſet.) *Tibi autem ſunt & filij quos forte illa non habuit, nec ideò laudanda es quia eos habes, ſed quia piè nutrire, & educare ſtudes* (in Monaſterio, an domi? quis id non videt?) *vt enim tibi naſcerentur, fœcunditatis, vt viuant, fœlicitatis eſt: vt autem ſi inſtituantur, voluntatis eſt, & poteſtatis.* De vidua igitur domi filios piè educante, vel orationibus ac fletibus incumbente ſermo, vt vides, Auguſtino erat, non de ſanctimonialibus. Imò verò de ſanctimonialibus ſemel diſceptans, cæteris planè conſenſit, videlicet Enarrat in Pſ. 83. his verbis. *Vnuſquiſque autem fratres chariſſimi, de loco itineris ſui ad quem proficiendo peruenit, & quem vouit Deo inde reſpicit retro, cum ipſum dimiſerit, v. g. ſtatuis caſtitatem coniugalem ſeruare quando ſe ad fornicationes conuerterit, retro reſpexit. Alius ex munere Dei maius aliquid vouit, ſtatuit nec nuptias pati, qui non damnaretur, ſi duxiſſet vxorem: poſt votum quod Deo promiſerit ſi duxerit, damnabitur. Sic Virgo quæ ſi nuberet, non peccaret SANCTIMONIALIS ſi duxerit, Chriſti adultera reputabitur.*

Quo loquendi caractere ſupra Hierony mus vſus eſt. Quod ſi adultera, ergo non nupta. Ergo eius nuptiæ nullæ. Idem ferè habet enarratione in Pſ. 75. ad illa verba, *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro* : ait enim : *Neſcio qua caſtimonialis nubere voluit? Quid voluit? Quod & virgo qualibet. Quid voluit? Quod & mater ipſius aliquid mali voluit? Mali planè. Quia iam vouerat Domino Deo ſuo. Quid autem ait Paulus de quibuſdam qua vouerunt, & non reddiderunt? Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Virgo eſt Caſtimonialis iam dicata Deo. Qua autem reſpexit ad nuptias, non quia voluit nubere damnatur, ſed quia iam ante receſſerat, & fit vxor Loth reſpiciendo retrorſum.* Quo loco planè Auguſtinus diſtinxit diuerſos vouentium gradus. *Sunt etiam vota propria ſingulorum. Alius vouet Deo caſtitatem coniugalem, alij etiam vouent vltra tale coniugium nihil pati* (id eſt vidualem) *& ipſi vouerunt aliquid maius quam illi. Alij Virginitatem ipſam ab ineunte ætate, & iſti vouerunt plurimum. Alij vouent domum ſuam eſſe hoſpitalem omnibus Sanctis aduenientibus* (hoc nomine Monachos ſtatim intelligit) *magnum votum vouent. Alius vouet relinquere omnia ſua diſtribuendo pauperibus, & ire in communem vitam* (ſeu Cœnobiticam) *in ſocietatem Sanctorum. Magnum votum vouit. Vouete & reddite Domino &c.* Statimque ſubiungit de ſanctimoniali, ſeu Caſtimoniali nubere volenti. Quò videas cum de vidua aut Virgine caſtitatem vouente agit, non debere interpræ tari, quaſi eo nomine Sanctimoniales compræhenderit, & his non illis abſolutè damnationem nubentibus comminati, niſi reſipiſcant, vtpote quæ ſint Chriſto adulteræ, quod niſi ex grauitate maioris criminis, & ſolemnitate voti ortum habere non poteſt. Non me latet Monachos Carnotenſes, cum difficilem minuſque veritati cohærentem eiuſmodi Auguſtini ſententiam reputaſſent, quid de eius mente Bernardus ſentiret, tentare voluiſſe: quibus ille lib. de Præcepto & Diſpenſ. cap. 21. reſpondit, his: *Ad hac nihil ad præſens certius, breuiuſque reſpondendum occurrit, niſi quod ita ſancti Antiſtites* (quærebatur quid ſimile de Gregorio) *Sapuerunt; rectè ne, ipſi viderint. Nam ego in ſenſibus actibuſque illuſtrium Patrum cautus profectò ſum omnino non aliud æſtimare, quam quod B. Apoſtolo teſte quæritur iam inter diſpenſatores, vt videlicet fidelis quis inueniatur. Certus ſum enim ſiue in ſuo abundauerint ſenſu, ſiue in Dei Spiritu, ſicut & in cæteris, ita & in his ambos extitiſſe fideles, illum* (Gregorium ſcilicet) *in diſpẽſando quod præ manibus erat, iſtum* (Auguſtinum) *in ſcribendo quod ſenſerat.* Non vacabat Bernardo ſeriò Auguſtini ſcripta voluere, vt de eius mente diiudicare valeret: quem nihilominus ſeriò vbique auditum minimè vere ſententiæ contrarium probauimus. Cuius etiam hoc loco Bernardus ipſe aſſertor eſt, vt perſpicuè relata verba demonſtrant: quod quidem magni faciendum eſt.

Diuerſi vouentium gradus.

9. Addam pro colophone quod de S. Martino refert Sulpicius Dialogo 2. cap. 12. *Miles quidam cingulum in Eccleſia, Monachum profeſſus abiecerat, cellulam ſibi eminus in remoto quaſi Eremita victurus erexerat. Interea aſtutus inimicus variis cogitationibus brutum pectus agitabat, vt coniugem quam Martinus in Monaſterio puellarum eſſe præceperat, voluntate mutata ſecum potius vellet habitare. Adiit ergo Martinum fortis Eremita; quid haberet animi confitetur. Ille verò vehementer cæpit abſtinere fœminam viro rurſus iam Monacho, non marito incongrua ratione miſceri. Poſtremo cum miles inſtaret, affirmans ſe ſolo coniugis vti velle ſolatio, pateretur Epiſcopus eos pariter militare. Tum Martinus: Nunquid in illa acie vbi conſtitiſti, cum iam aduerſus hoſtilem exercitum collocato cominus pede diſtricto enſe pugnabat, vllam fœminam ſtare, aut pugnare vidiſti? Tum demum miles confuſus erubuit gratias agens &c.* Rogo nunc, quid de valore nuptiarum Monachorum ſenſerit Martinus, Monachus & ipſe, & ſane exercitatiſſimus & vetuſtiſſimus? Profectò qui præcedentis coniugij Monachum, non amplius maritum, ſed Monachum aiebat (quod quidem ſano ego ſenſu intelligas velim de impedimento iteratæ commixtionis vinculo adhuc permanente) quid diceret de Monacho ſubſequens intentanti, niſi quod adulter, & nunquam foret maritus? Sed ad paupertatis ſolemne votum tranſitum faciamus.

S. Martini mira ſententia.

Sanè illud paupertatis votum ſolemne iudicatur, quo adſtrictus incapax prorſus dominij & rerum ipſarum vſus redditur: nam ſimplex non excludere rerum dominium Gregorius XIII. pro ſocietate Ieſu declarauit. Monachos verò perpetuò dominij ſimul & vſus incapaces fuiſſe, & ita ab omnibus æſtimatos, nemo eſt qui ignoret. Hinc cum Arſenius lib. 6. de verbis ſeniorum apud Pelagium num. 2. à Senatore quodam conſanguineo magnæ ſubſtantiæ hæres eſſet inſtitutus, accipiens teſtamentum voluit illud reſcindere. Magiſtrianus autem, qui deferebat, cecidit ad pedes eius, rogans ne illud ſcinderet, ne periculum capitis ei adferret. Abbas Sanctus reſpondit: *Ego prius mortuus ſum quam ille; ipſe autem modo mortuus eſt, quomodo me fecit hæredem?* Et remiſit teſtamentum nihil accipiens. Superius quoque vidimus Auguſtini dolorem de Canonico ſuo, qui teſtamentum moriens fecerat: quod omnino ipſe reſcidit, nollens vt pecunia, cui donabatur, Eccleſiæ cederet, ſed filiis defuncti; non iure hæreditario, ſed quaſi nullius veri domini miſericorditer ab Epiſcopo ſibi condonata: eò præſertim quod, teſte eodem Auguſtino, puella ſuam fuiſſe pecuniam, non patris ipſo viuente clamabat; à quo ſeruari dicebat, dum ea eſſet in ætate puellari. Sic ille ſerm. 1. de Commun. vita Cleric. & ſerm. 2. quid de ea re ſentiat, his aperit. *Modò quia placuit illis ſocialis hæc vita, Deo propicio quiſquis cum hypocriſi vixerit, quiſquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat teſtamentum, ſed delebo eum de tabula Clericorum. Interpellet contra me mille concilia, nauiget contra me quo voluerit, ſit certè vbi potuerit: adiuuabit me Deus, vt vbi ego Epiſcopus ſum, illic Clericus eſſe non poſſit.* Conſonet ſibi Auguſt. Epiſt 109. in Regula Monialium, & Auguſtino cæteri Patres à nobis ſuperiori, & tertio etiam capite relati: multorumque pro eadem re egregiè & ſolicitè congeſſit teſtimonia Card. Bellarminus hæreticorum noſtri temporis malleus vt Auguſtinus ſui lib. 2. de Monachis cap. 2. quam tu conſulas.

10. *Veteres Monachi ſolemne paupertatis votum emiſere.*

Cæterum negotium nobis faceſſere Iuris vtriuſque decreta volunt Gab. Vazquez. 12. diſp. 165. cap. 6. & Baſilius de Leon in Quodlib. q. 3. ſcholaſtica cap 9. contendentes veteres Monachos rerum dominij capaces fuiſſe, quouſque id ius nouo iure abrogatum eſt. Enim vero L. Generali C. de Sacroſanctis Eccleſ. Valentinianus & Martianus Impp. *Generali* (inquiunt) *lege ſancimus firma rataque haberi teſtamenta Monialium, &c.* Et L. *Si quis. C. de Epiſc. & Cleric.* Theodoſius & Valentinianus

11 *Opinio aſſerentium veteres Monachos capaces fuiſſe dominij.*

Digitized by Google

nianus decreuere, Monachorum bona qui non condito teſtamento decedunt Eccleſiæ, vel Monaſterio fore donanda. Inſuper Leo Imp. conſt. 5. Concil. Lugdun. I. Can. 2. & Matiſconenſe can. 19. placito huic concinere videntur: & S. Gregorius lib. 3. Regiſt. Epiſt. 6. (refertur 19. quæſt. 3. c. *Perlatum*) commendans Petronellæ mulieris factum, quo Monaſterium profeſſa cum poſſet liberè ſuis diuitiis vti, eas tamen Monaſterio legauit. Hæc cum ita decreta eſſent, poſtmodum Iuſtinianus Conſt. 5. Collat. 1. §. *Illud quoque* ex qua Authentica. *Nunc autem*, C. de Epiſc. & Cleric. deſumpta fuit, Monachis facultatem conficiendi teſtamentum interdicit. Et Gregorius ipſe lib. 7. epiſt. 7. aſſerit: *Ingredientibus Monaſterium conuertendi gratia, vlterius nulla ſit teſtandi licentia.* Atque ita opinati ſunt Salicetus in Authent. *Nunc autem*, & Cuiacius in expoſitione Nouellæ S. de Monachis.

12. Explicantur iura pro oppoſita ſententia.

Sed perperam omnino & abs re hæc iura illi interpretantur, cum minime agant de Monachis poſt votorum ſuorum profeſſionem celebratam, ſed cum ad Monaſterium accedunt conuerſionis gratia, & ante profeſſionis emiſſionem, vt verba eorum, ſi rectè expendantur, ſatis manifeſtant, quæ de morti proximis minimè loquuntur. Cuius rei vel ſolus euidenti argumento abundè ſit B. Gregorius; is enim ſibi ipſi minimè contrarius eſſe oportuit, qui tamen expræſsè docet, *ingredientibus Monaſterium conuertendi gratia*, *nullam vlterius relinqui teſtandi licentiam*: quare non aliter intelligendum eſt quod de illa Petronella aſſeruit; *res ſuas omnes, quas habere potuit, licet ſibi iure potuiſſent competere, tamen eaſdem Monaſterio quod ingreſſa eſt, etiam ſpecialiter donationis titulo contuliſſe.* Donationem vero coniungit cum ingreſſu Monaſterij, inquiens. *Perlatum eſt ad nos Petronellam nomine per exhortationem Agnelli Epiſcopi fuiſſe conuerſam, reſque ſuas omnes quas habere potuit &c.* Atqui mirum valde eſt prædictos Autores extorquere voluiſſe S. Gregorij ſententiam ad ſtabiliendam mentem ſuam, cuius tamen verba latinitatis ſuæ congruentia oppoſitum proculdubio continent. Fefellit ſanè eos, quod relatiuum *ſibi* cum ait, *licet ſibi iure potuiſſent competere* ad mulierem habere reſpectum arbitrati ſunt, cum tamen Monaſterium omnimodis reſpiciat, vt requirunt verba illa *etiam ſpecialiter donationis titulo*: quæ duobus modis Monaſterio res illas competere eo ipſo quod profeſſa ſit in eo, manifeſtant. Nam ſi ſolo donationis titulo eſſent ei adiudicandæ, quem ſenſum habet coniunctiua *etiam?* Diceret potius neceſſario, res ſuas omnes, quas habere potuit, licet ſibi iure potuiſſent competere, tamen eaſdem Monaſterio donationis titulo contuliſſe. Et adhuc duriſſimum creditu, Gregorium affirmaſſe, res ſuas iure poſt voti paupertatis emiſſionem Moniali potuiſſe competere, cum Monacho proprietario ſepulturam Eccleſiaſticam denegandam ſcripſerit lib. 4. Dialog. cap. 56. & quæ in oppoſitum patentiſſimè

D. Gregorij mens.

dixerit lib. 7. Regiſt. Epiſt. 7. vera ergo & germina S. Doctoris mens hæc eſt. Petronellam res ſuas quas, eo ipſo quod abſque teſtamento Monaſterium ingrederetur, id eſt profiteretur eius Regulam, ipſi Monaſterio iure neceſſariò competerent, tamen eaſdem *etiam ſpecialis donationis titulo* ſponte contuliſſe. Sed vnde ei iure competerent, rogas, ſi teſtamentum non feciſſet? Occurrit Gregorius ipſe Epiſt. illa 7. lib. 7. Regiſt. *Vlterius nulla ſit teſtandi licentia: ſed vt res eorum eiuſdem Monaſterij ſint*, *aperta legis diffinitione decretum eſt.* Quæris legem? Gratianus ſubnectit Anthent. de Monachis Conſt. V. vbi dicitur, *Nunc autem cum Monachus factus eſſet, hoc ipſo res ſuas omnes obtuliſſe videatur, ſi prius teſtatus non ſit.* Et Authentica de Sanct. Epiſt. Col. IX. tit. 6. cap. 38. *Si qua mulier aut Monaſticam vitam elegerit liberis non extantibus* (vt Petronellæ liquet non extaſſe.) *Monaſterio quod ingreditur res eius competere iubemus.* Quibus verbis Gregorius vſus reperitur.

13. Qualiter olim Monachi poſſeſſionibus renunciabant.

Oportuit autem (vt hoc quoque dicamus) nouis vtriuſque iuris legibus tempus & modum teſtamenta condendi Monachis præfinire, non quia poſt votorum emiſſionem quis vnquam Doctorum in dubium verterit eorum ad bona diſtribuenda incapacitatem, quamquam apud aliquos ignorantia iuris forſam alicubi præualuerit, quæ tamen ius non abrogat, ſed quoniam non vnus idemque opinandi modus apud Patres in renuntiatione ſeruandus à Monachis profiteri volentibus inualuiſſet. Namque quidam pretium poſſeſſionum ſuarum erogabant pauperibus, iuxta præceptum Domini Matth. 19. perfectionem ſectari cupienti. *Vade, & vende quæ habes, & da pauperibus*; & ſic nuntio rebus dato, quæ ſequuntur implebant, *Et veni ſequere me.* Alij nihil de rebus curantis Dominum ſequi putabant, qui dicenti, *Sequar te Domine*, *ſed permitte mihi primum renuntiare his quæ domi ſunt* Luc 9. reſpondit: *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Vbi Græcus ſcriptor: *Crebri intuitus eorum quæ deſeruimus propter conſuetudinem trahit.* Et Cyrillus. *Verè conſulere proximos non conſenſuros, erat vtcumque labentis: appoſuit manum aratro, qui habet affectum ſequendi, tamen reſpicit retro qui dilationem petit occaſione redeundi domum.* Hinc lites, & iurgia oriebantur, vt quis ſuccederet in bona relicta deberet, declararetur: nam cuius erant, non erat facile diſcernere, conſanguineorum ne iure propinquitatis, pauperum ex aſſenſu Domini, Monaſterijvè tanquam iure poſthumi, qui poſt bonorum diuiſionem vel derelictionem natus Monaſterio fuerat; an vtrorumque Antonius tandem omnia ſua pauperibus erogauit, ſororcula Sanctimonialibus commendata. Paulus cognatis, & diuitiis ſimul vale dixit. Hilarion cognatis & pauperibus ſimul conſuluit. *Quidam iuuenis* (apud Ruſinum lib. 3. Vit. Patr cap. 67. & Pelagium lib. 14. cap. 4.) *volebat renuntiare mundum, & frequenter egreſſum reuocabant eum cogitationes, erat enim diues. Vna ergo die*

Cuiuſdam Monachi heroïca renuntiatio.

confeſtim expolians ſe, & iactans veſtimenta ſua currebat nudus ad Monaſterium. Declarauit autem Deus vni ſeni dicens; Surge, & accipe athletam meum. Exurgens ergo ſenex obuiauit illi nudo, & cognoſcens cauſam admiratus eſt, & dedit illi habitum Monachalem. Quando autem veniebant aliqui fratres ad ipſum ſenem de renuntiatione ſciſcitantibus dicebat. Hinc requirite fratrem, quia ego ad renuntiationem ipſius nondum perueni. Quod poſtmodum Franciſcus feciſſe dignoſcitur. Et hæc quidem videbatur ſuprema tutiſſimaque renuntiationis ſpecies. Videbatur tamen ex aduerſo ſtare Baſilius, qui renuntiantes teneri ad opes indigentibus diſpenſandas ſcripſerat Reſponſ. 9. ex Reg. fuſius diſp. nam inquit: *Cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit vende quæ habes & da pauperibus &c. Et item: Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſinam, equidem ex hoc colligo, qui hac mente à ſuis diſcedat,*

hunc

Digitized by Google

hunc huiuſcemodi curam de parte patrimonij ſua nullo modo oportere negligere: contraquè illud adcurare vt cum eam omnem diligentiſſimè ſecum abſtulerit, eam veluti rem iam Domino conſecratam ſumma cum religione diſtribuat, vel per ſe vel per alios, quos antè maxima habita diligentia delegerit: cum illud perſuaſum ſit, non vacare periculo, ſiue propinquis ſuis illam relinquat, ſiue in ea diſtribuenda, cuiuſuis opera vſus ſit, nulla adhibita delectione. Quod videlicet Domini, & pauperum eius iam ſit. Subdit verò, ſi cognati aduerſus ſic rectè ſua diſtribuentem iniquius contendere vellent, cum ſeruum Dei non oporteat litigare, valedicere rebus ſimul & cognatis oportere, iuxta illud. *Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium.* Verum *admonendi* (ait) *ſunt cognati qui tales ſunt, ſacrilegij ſcelere ſe ipſos obſtringere.* Vt qui in rem Deo ſacram mittere audeant manum. Et hæc quidem de his qui in rebus Monachorum ſuccedere deberent.

14. Quo tempore olim Monachi poſſeſſionibus renuntiabant.

De tempore itidem quo renuntiatio ab eis fieri deberet, non omnes idem ſentiebant: nam D. Baſilius, quem communis Archimandritarum conſenſus amplectebatur, docebat in ipſo Monaſterij introitu pauperibus res illorum diſtribuendas. Ita quoque veteres conſueuiſſe fratres, ex vetuſtiſſima S. Macharij Regula edocemur, vbi inquit. *Ergo ſi quis de ſæculo ad Monaſterium conuerti voluerit, regula ei introeunti legatur, & omnes actus Monaſterij illi pateſiant. Quod ſi omnia aptè ſuſtinuerit, ſic dignè à patribus in Monaſterio ſuſcipiatur &c. Nam ſi aliquam in cellulam voluerit inferre ſubſtantiam, in menſa ponatur coram omnibus fratribus, velut regula continet. Quod ſi ſuſceptus fuerit, non ſolum de ſubſtantia quam intulit, ſe etiam nec in ſe ipſum habeat poteſtatem ab ea hora. Nam ſi aliquid prius intulit fratribus, ipſe tamen non eſt licitum, vt aliquid habeat in ſua poteſtate, quod ex qualibet cauſa ſcandalizet. Si poſt tertium diem exire voluerit, nihil penitùs accipiat niſi veſtem in qua venit.* Quod iure quidem decretum eſſe dignoſcitur, tum quia prior donatio abſoluta, & ſine conditione facta fuerat; tum in pœnam leuitatis. Sed vero Auguſtinus poſt votorum emiſſionem fratres ſuos vt res ſuas pro ſuo arbitratu diſtribuerent, conſulebat, vt liquet ex vtroque ſermone de Communi vita Cleric. In priori ait. *Sanè hoc nouerit Charitas veſtra dixiſſe me fratribus meis, qui mecum manent, vt quicumque habet aliquid, aut vendat, aut eroget, aut donet, & commune illud faciat. Eccleſiam habeat, perquam Deus nos paſcit. Ego dedi dilationem vſque ad Epiphaniam, propter eos qui vel cum fratribus ſuis non diuiſerunt, vel nondum de re ſua aliquid fecerunt, quia expectatur ætas legitima.* Duas has dilationis cauſas facto per ſingulos fratres ſcrutinio in ſermone poſteriori comprobat interueniſſe inquiens: *Nuntio ergo vobis vnde gaudeatis, quia omnes fratres, & Clericos meos, qui mecum habitant, Preſbyteros, Diaconos, Subdiaconos, & Patritium nepotem meum talem inueni, quales deſideraui:* nimirum iamiam rebus ſuis nuntium dediſſe. *Sed ſunt qui de ſua qualicumque paupertate quod ſtatuerunt, nondum fecerunt. Hi duo ſunt Valent. Diaconus, & paulò antè dictus nepos meus Subdiaconus.* At quo impediti? In Valent. *expectabatur etiam legitimæ ætatis acceſſus, vt quod faceret, firmiſſimè faceret:* hæc vna ex cauſis dilationis; ſequitur altera. *Nondum autem fecit, quia ipſos agellos habet cum fratre ſuo communes, & ſub indiuiſo poſſident. Si autem diuiſi fuerint, eos cupit Eccleſiæ conferre, vt inde alantur qui ſunt in propoſito ſanctitatis:* audiens Apoſtolum dicentem Tim. 5. *Qui autem ſuis, & maximè domeſticis non prouidet fidem denegat, & eſt infideli deterior. Quid ad ſe pertinet adhuc ignorat: ad ipſum ſanè, quia maior eſt, pertinet diuiſio, & ad fratrem eius electio hoc ſine dilatione peragendum eſt.* Deinceps de Patricio ait. *Nepos autem meus ex quo conuerſus eſt, & mecum eſſe cœpit, impediebatur & ipſe aliquid de agellulis agere in vita vſufructuaria matre ſua, quæ hoc anno defuncta eſt. Inter ipſum & ſororem eius ſunt quædam cauſæ in Chriſti adiutorio citò finiendæ, vt & ipſe faciat quod Dei ſeruum decet, & iſta exigit lectio.* Act. Apoſt. cap. 4. Verùm ex his cauſis dilatio diſtractionis, quia expectabatur legitimæ ætatis acceſſus, vt quod faceret quis firmiſſimè faceret, facilis captu eſt, enim vero vota ante pubertatem expletam emiſſa, olim etiam nondum erant ſolemnia, nec renuntiatio iurè tunc valeret: quæ vero ex indiuiſa poſſeſſione, aut vſufructu parentis poſſidebat, nemini modò poſt aliquod à profeſſione tranſactum tempus permitteretur. At tunc temporis eo non aduerſari ſtatui Religioſo putabatur, quod ad præſcriptum Dominicæ vocis, & morum Apoſtolorum, non ſolum ſequi Dominum per votorum emiſſionem neceſſum ſit, ſed renuntiare omnibus quæ poſſidebat, ea pauperibus erogando. Vnde non indicabatur neceſſarium quod diſtractio præcederet vota, dummodò fieret quam citò exequi poſſet, & res ipſa non eſſet occulta, ſed manifeſta: ſubſequens ſiquidem diſtractio erat quaſi complementum integræ conuerſionis, & connexionis cum profeſſione habens, eo vel maximè, quod fiebat interueniente Prælati iudicio, vt manifeſtat factum Fauſtini Diaconi ab Auguſtino ſubiectum. *Hic de militia ſæculi ad Monaſterium conuerſus eſt; ſed quia exiguum eſt quod videtur poſſidere, ſicut Iuriſperiti loquuntur, iurè non corpore reliquerat illud* (videlicet non iam ſuper illud ius habebat, nec Dominus eius vlteriùs eſſe poterat, tametſi nondum à ſe repulerat) *nunquam inde cogitauit ex quo conuerſus eſt: a fratribus eius tenebatur, nec ipſe aliquid quæſiuit à fratribus ſuis, nec ab illo eſt aliquid quæſitum. Modo quia ventum eſt ad hunc articulum temporis, CVM CONSILIO MEO diuiſit ipſam rem, & dimidiam donauit fratribus, & dimidiam Eccleſiæ.* Similiter de Seuero Diacono inquit: *Ipſe totum poſuit in mea voluntate, vt quicquid ipſe vellem, hoc indè fieret.* De Eraclio item: *De pecunia ſua emit poſſeſſionem cum conſilio meo, nam ipſam pecuniam voluit per manus meas erogare, ſicut mihi placeret.*

Cæterum res ipſa non erat vſquequaque à ſcrupulo libera; quare congruum fuit, his & ſuperioribus dubiis occurri, & quid iuris, quauè incedendum eſſet via in renuntiationibus faciendis, quibus etiam bene profitentium cedere, vel legari valerent latis legibus explicari. Quò prouidè Marcianus, Theodoſius, & Valentinianus Impp. fecerunt qua parte res ipſæ ſæculares erant: quâ verò perſonæ Eccleſiæ addicebantur per profeſſionem Monachatus, à ſummis Pontificibus ſtabilitum eſt; ita quod emiſſis votis, minimè deinceps liceat Monacho res ſuas diſtrahere, ſed quaſi de eo qui ab inteſtato decedit, iudicandum ſit, poſſeque iure Monaſterium in bonis Monachi inteſtati, ſi hæredes iuſti deficiant ſuccedere; & cætera quæ ſuperiùs recenſuimus, & cauentur etiam. C. de Sacroſanctis Eccleſ. in Auth. *Ingreſſi,*

15. Tempus & modus renuntiandi, à iure diſpoſitus.

& in

& in Auth. de Monachis §. *Illud quoque* & quæ refert Gratianus tota cauſa 19.quæſt.1. Quo vero caſu licuerit Probo Abbati poſt profeſſionem teſtamentum facere ex decreto ipſius Gregorij, lege apud ipſum.lib.9. Epiſt.22.

16. **Quid iuris d Teſtamēto Gregorij Nazianzeni?**

At quid Nazianzeno dicendum, cuius extat teſtamentum apud Baronium tom.4. A' cap. 389. Græce prius editum à Briſonio, demum à Iacobo Sirmondo cum duobus M.SS. Vaticanæ Biblioth. collatum, & latinitate donatum? In eo ſiquidem Theophilo puero legat nummos. 5. Eupraxio, & Theodoſio totidem, Gregorio Diacono ſuo aureos.50. Euagrio Diacono 30. Theodulo 20. Elephio itidem. 20. Ruſianæ domum in qua vitam traducat, Aliphianæ veſtes omnes fratris ſui Cæſarij, quod quidem abſque proprio rerum dominio fieri poſſe non videtur: Nec de tanto Doctore exiſtimandum eſt conatum fuiſſe perficere quod iure non poterat. Eodem tendit, quod inſtituit Gregorium Monachum hæredem. Poſſet equidem haud difficulter fides teſtamento negari: tum quia nemo eorum, qui res Theologi ſpeciatim conſcripſerunt, eius nec leuiter meminit; tum etiam quoniam dicitur ab eo confectum cum eſſet Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & tamen ſcriptum dicitur Pridie Kalend. Ianuarij Eucherio, & Siagrio Coſſ. id eſt. A cap. 381. iuxta Baronij ſupputationem, & tamen eo menſe & die iam ſe Conſtantinopolitano Patriarchatu Gregorius abdicauerat, antequam Oecumenica Synodus, vbi à Patribus ipſe creatus erat, finem exciperet: quam menſe Maio celebratam Socrates lib.5.cap.8. docet, cui ſubſcribunt cæteri. Cæterùm quantumcumque teſtamentum huiuſmodi vere Nazianzeni fuiſſe dicamus, nihil ex illo quo Monachos proprium habere potuiſſe probetur, commode deducitur. Enim vero fatetur eam diſpoſitionem ſuæ vltimæ voluntatis non recentem, ſcripturæ tempore, ſed veterem fuiſſe. *Iam enim* (inquit) *mentem meam manifeſtam feci* (tempore ſcilicet renuntiandi omnibus per profeſſionem) *& meam omnem ſubſtantiam Catholicæ Nazianzi Eccleſiæ conſecraui, ad pauperum, qui ſub ea ſunt Eccleſia, miniſterium: ob eamque cauſam tres præfeci, iuxta hanc meam voluntatem pauperum curatores. Nunc autem eodem pacto in propoſito.* Et quod magis facit ad rem, ita à parentibus fidei comiſſam accepit hæreditatem, vt eam in pauperes erogaret, vt ipſe teſtatur Oratione in funere matris ſuæ & ex ea obſeruat Baronius, idque ipſo expræſſit teſtamento: nam cum Alipianæ Nepti ſuæ aſſereret nihil poſſe relinquere; eius duas reddidit orationes, inquiens. *Veniam mihi dare volo, quod nihil poſſum ipſi relinquere, quippe qui omnia pauperibus deſtinaui, aut potius beatiſſimis parentibus, qui ita polliciti erant, obſecutus ſum: quorum mentem violare nec ſanctum, nec tutum arbitror.* Nummos vero quos diſtribuit, & in vſum quibuſdam erogat, vt Epiſcopus gratitudinis miniſterij ſibi præſtiti, vel eleemoſinæ gratia facere potuit. Nec maioris eſt momenti quod Gregorium Monachum hæredem ſuum inſtituat, & pecunias ei leget, cum nomine ſui Monaſterij vel Eccleſiæ eas accipere deberet; vt accipere & ipſe inſtituit, dicens: *Hæres meus eſt Gregorius Diaconus, & Monachus, Ita quidem vt meam omnem ſubſtantiam mobilem, & immobilem S. Catholicæ Eccleſiæ Nazianzi ipſe reſtituat, nihil penitus ſubducens &c.* Et quot addit: *eundem Gregorium priuato iure dominij habere volo aureos numero* 50. Senſus eſt, ij non cedant Eccleſiæ Nazianzi, ſicut cætera, ſed ipſius priuatim vſibus, cuius quidem, ex quo Diaconus creatus fuerat è Monacho, capax erat: & hoc vocat priuatum ius dominij, eo quod pecuniæ ipſo ſui vſu abſumantur. Quod autem is totus ſit Teſtamenti ſenſus germanus, inde manifeſtum fit, quod ante quam ipſum ſtatueret & ſcriptis exciperet, ab omni pecuniarum, & hæreditatum dominio ſeſe exutum fuiſſe palam in ipſius Synodi exordio teſtatus eſt, nimirum antequam in ſedem Conſtantinopolitanam euectus eſſet ab ipſa. Orat. in maximum habita vt eum deponerent, in cuius locum Nazianzenus ipſe ſubrogatus eſt: & tamen cum teſtamentum ſcripſit, Epiſcopus erat. Verba autem ipſius Gregorij ſunt. *Paupertatem obiicient? Quid ego audio? meas opes, & copias? atque vtinam & pannos hoſce exuere poſſem, vt huius vitæ ſpinas nudus percurrerem. Vtinam & grauem hanc tunicam quàm celerrimè abiicerem, vt leniorem acciperem. Sed pecunias eripient? Quas tandem? Si meas, quin eadem opera pennas quoque excidant, quibus cinctus non ſum.* Vbi Baronius. *Hæc ipſe quibus quidem ſe iam bona cuncta abdicaſſe ſignificat.* Poſſet & in eum ſenſum interpretari, de quo ſuperius loquuti ſumus, cum quæreremus vtrum rerum abdicatio præcedere, an ſequi deberet profeſſionem, vbi Auguſtini mentem expoſuimus.

17. **Neque Eremitæ teſtari poſſunt.**

Atque ex ſupradictis omnibus neceſſariò conſequitur turpiter lapſum Gratianum, dum 19. quæſt. 3. C. *Perlatum* ab illis verbis: *E contra Paulus primus Eremita* (quæ non ſunt D. Gregorij ſed ipſius Gratiani) contendit Eremitas liberè de rebus ſuis teſtari valere: in eoque à Cœnobitis differre. Verba eius ſunt: *E contra Paulus, primus Eremita, in teſtamento colobium ſuum Athanaſio Alexandrino Epiſcopo reliquit, tunicam vero B. Antonio. Sed aliud eſt de his qui in Monaſterium ingreſſi ſe, & ſua tradiderunt; aliud de his qui ſolitariam vitam ducentes ſe nulli Eccleſiæ tradere poſſunt.* (vt D. Gregorius eo capite docuerat ex Epiſt. 6. libr.3. Regiſt.) *iſti nulli oblata liberè teſtari valent.* Errat quoque cum eo Gloſſa. verb. *Eremita*, & quæ notauerat autor ipſius ad 16. q.1. c. *Qui verè*.

18. **Obedientiæ votum ab initio ſolemne.**

Pariter de voti obedientiæ ſolemnitate philoſophandum eſt, quo videlicet homo ſe, ſuamque voluntatem voluntati ſuperioris ſubiicit, traditque, vt deinceps *nec in ſe ipſum habeat poteſtatem ab ea hora*, vt ait Macharius ſupra num. 14. relatus, cuius R. P. Benedictus mutuatus eſt verba cap. 58. Regulæ. Ex qua traditione fit, vt cogi Monachus poſſit ad Religionis actus exercendos, velit nolit; & ſi retrocedere voluerit, inuitus retineri. Sed de hac re commodius cap. ſeq. agendum erit. Interim ex dictis pateat, veteres primitiuoſque Patres vota ſemper emiſiſſe ſolemnia, quod erat in votis, quandoquidem nec ad nuptias quiuerint validas conuolare, nec rerum dominio affici, aut ab inceptis deſiſtere.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VI.

Ratione idipſum conuincitur : & oſtenditur Monachos ſemper fuiſſe incapaces ineundi nuptias, dominii omnis expertes.

1. Ratio dubitandi.

SEd vero quamquàm in genere loquendo de ſolemnitate Monaſticorum vototum, res in manifeſto poſita à nobis ſit, adhuc nihilominus nonnulla ſe ingerunt dubia de modo & exordio eius ſolemnitatis, à quibus nos in præſentiarum oporteat expedire. Namque cum Bonifacius VIII. C. *Quod votum*, de voto, & voti redempt. in 6. decreuerit, *Quod voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta*, & ſpeciali ſanctione declarauerit, *illud ſolum votum debere dici ſolemne quod ſolemnizatum fuerit* (quod ſpectat ad Monachos) *per profeſſionem expreſſam, vel tacitam, factam alicui & Religionibus per ſedem Apoſtolicam approbati.*; fit, vt quouſque Eccleſia ſolemnitatem votis indidit, nulla potuiſſent emitti vota ſolemnia, ſed ſimplicia. Ruſus ſi ſolum ille ad Religioſorum votum eſt ſolemne, quod in aliqua de approbatis Religionibus ab Apoſtolica ſede emiſſum ſit, quouſque igitur Religiones multiplicari cæperunt, & ab Apoſtolica ſede approbari, votum nullum ſolemne habendum erit: hoc vero recentiſſimum eſſe; lippis & tonſoribus in propatulo eſt. Accedit, ſolemne votum Religionis non fieri abſque Eccleſiæ miniſtro, qui eius nomine illud ſuſcipiat. & ratum habeat: hinc verò deducitur multos, præcipuoſque veterum Monachorum non verè & propriè fuiſſe Monachos, quippe abſque Eccleſiæ miniſtro ad eremum conuolauerint. Eiuſmodi fuere ſanctus Paulus princeps omnium Eremitarum, & R. P. Benedictus Monachorum Patriarcha, qui ducti à ſpiritu abſque arbitro, vitam Monaſticam primitus egerunt: nec aſſignari poteſt quando vita profeſſionis in manu Antiſtitis, vel Abbatis ſolemniter emiſerint. Paulus ſiquidem fugiens perſecutionem à Diocletiano excitatam vaſtam eremum per annos 98. cunctis hominibus incognitus coluit: Benedictus à Romano Monacho ſanctæ conuerſationis habitum accepit, ſed qui ſub Abbate degeret in vicino ſpecui Cœnobio, non tamen Abbas eſſet, cui vota ſuſcipere, & ſolemnizare conceſſum eſt. Idemque de innumeris aliis veteribus Monaſticæ vitæ cultoribus dicendum neceſſario videtur.

2. Veteres Anachoretas ſimplicibus totum votis adſtrictos non fuiſſe veros Religioſos, & cur?

Cogor naturam ſolemnis voti penitiùs enucleare, vt veram ſolemnitatis originem indagemus, ex quo ſupradictorum nodorum emanabit ſolutio. Non me latet, videri poſſe alicui, fruſtra hunc nos laborem aſſumere, cum ex Decreto Gregorij XIII. perſpicuum ſit veram Religionem quæ ex tribus decantatiſſimis votis; redintegratur, cum votis ſimplicibus conſiſtere, poſſe, quod pridem Caietanus docuerat in Comment. artic 7. quæſt. 88. 21. & conſequenter veteres illos Anachoretas non minus propriè & verè Religioſos fuiſſe ſimplicibus duntaxat votis adſtrictos, quam nos, & cæteros huius æui, quibus vota emittere ſolemnia datum eſt. Cæterùm minus qui eiuſmodi placiti

Caietani placit m reſpuitur.

ſectator ſit, perpendit, non vtcumque domi ſuæ tria emitrens vota ſimplicia Religioſum reddi, ſed neceſſum eſt vt ea ab Eccleſia acceptentur, vt verè Pontifex acceptare ſe promit ea quæ Coadiutores ſocietatis Ieſu poſt biennium approbationis emittunt. Enim vero abſquè traditione ſui ipſius in Religionis poteſtatem non contingit aliquem Religionem ingredi: eſſet enim ſola futuri ingreſſus promiſſio, quæ Religioſum nequaquam valet conſtituere. Patres autem illi de quibus ſe offert difficultas, nemini ſe tradidiſſe dicuntur, qui Eccleſiæ nomine eos corpori Religionis aſſociaret: quare quantumcumque ſeorſim tria illa vota emiſerint; vnde propriè & verè Monachi dici poterunt? Niſi quis velit eatenus Monachos nuncupatos, quod ſua ſponte Monachorum mores ſeruauerint, ſicut Elias Eliſæus, & Filij Prophetarum. Atqui parum circumſpectè & reuerenter is loqui conuinceretur de protho-parentibus veterum Monachorum legis gratiæ, & perperam omnino: quandoquidem minus Religioſos Patres quam filios, aut minus verè & propriè aſſerere, quis non longè à vera ratione perſpicit eſſe. Eò vel maximè quod aſſignari nequeant nouæ leges, & inſtituta Eccleſiaſtica, quæ filiorum potius eius quam S. Benedicti Monachorum commendant: & tamen nemo, quos ipſe ad pietatem erudiuit, minus propriè Monachos dixerit. Quales igitur filij neceſſe eſt patres fuiſſe: nam & hic quoquè locum habet Philoſophi proloquium. *Propter quod vnum quodque tale, & illud magis.* Cui accedit eiuſdem Gregorij XIII. teſtimonio haberi (quod ſuperiùs quoque annotatum reliquimus) quod ſocietatis Coadiutores ſolis votis ſimplicibus verè & propriè Religioſi exiſtant, nouum eſſe inuentum; hactenus ſcilicet in Eccleſia inuſitatum, & inauditum: cum prius Religioſos omnes votis ſe innecti conſueuiſſe ſolemnibus Bonifacij VIII. verbis præiactis luculenter expreſſerit. Abeat igitur facilis exiſtimationis placitum.

Cur ſeruatis Coadiutorum ſimplicibus votis adſtricti ſint veri Religioſi?

Ergo ſolemnitatem votorum Monaſticorum non eodem pacto Doctores expoſuere. Triplex ab eis traditur ſentiendi modus. Sunt enim qui velint votum ſimplex fieri ſolemne ipſa ſolemnizatione ei ab Eccleſia adhibita, id eſt benedictione, ſeu conſecratione quadam per quam profeſſus redditur inhabilis ad nuptias contrahendas, & incapax dominij rerum exteriorum. Ita docere videtur D.Thom. 22. quæſt. 88. artic. 7. & 11. quem tamen non ſolum externi, ſed etiam Caietanus hoc loco non audit, eo quod benedictiones & ceremoniæ in profeſſione Monachi adhiberi ſolitæ, nec perpetuò apud omnes eædem ſunt, nec neceſſariæ: liquet ſiquidem quod quamuis nec perſona, nec veſtes benedicerentur, ſolemnibus nihilominus votis ad Religionem tenerentur, vt cæteri benedictionem conſecuti, dummodo vota ea à Prælato Eccleſiæ nomine acceptentur. De quo nemo dubitat. 3.

Quo differant ſimplex & ſolemne votum D. Thomæ.

Quare cæteri ſcriptores aliam viam aggreſſi ſunt, ſed bipartiti. Placet multis votorum ſolemnitatem ex ſola Eccleſiæ inſtitutione conſtare liberè conſtituentis hæc ſolemnia eſſe, & dici debere, illa verò ſimplicia: & idcirco iſtis annexam eſſe incapacitatem ad ineundas nuptias, & rerum dominium habendum, non illis; cum tamen in cæteris, quod ad Deum cui emittuntur ſpectant, æqualia ſint. Ita ſentit Scotus num. 4. diſt. 38. q. vn. Caietanus à ſententia D. Thomæ recedens 22. quæſt. 88. 4.

Aliorū placita, de eiſque iudiciū.

artic. 7.

Digitized by Google

artic. 7. & 11. Abulenſis ad cap. 30. Numer. quæſt. 109, Palacios, Ouandus, Paludanus in 4. diſt. 38. & ex Recentioribus Valentia 22. quæſt. 6. pag. 5. Azor lib. 10. Inſtit. Mor. cap. 6 quæſt. 1. Sanchez lib. 7. de Matrim. diſp. 25. num. 7. & 24. & lib. 5. Oper. Mor. cap. 1. quæſt. 2. & ex iuris Interpretibus multi. Videturque manifeſtè hæc ſententia à Bonifacio VIII. edocta illis verbis: *Voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta*, & à Gregorio XIII. conſtituente verum Regionis ſtatum & perſonas Regulares abſque ſolemnitate votorum; ſcil cet Coadiutores ſocietatis; Et non minus ab iis Pontificibus, qui Monachos profeſſos à Religione extrahentes matrimonium inire conceſſerunt; vt cum Ramiro II. Aragonum Rege refert factum Paludanus, & cum conſtantia Sicula Regina Platina, & alij paſſim ſcriptores, ex quibus Caietanus cit. artic 11. id deſumpſit. Diſpenſauit itaque Romanus Antiſtes in ipſa Eccleſiaſtica ſanctione. Aliis denique numero & autoritate pluribus placet, votum ſolemne Religionis conſiſtere eſſentialiter in traditione dominij ſui ipſius in manus Dei, & eorum qui vicem eius tenent in terris, in eoque à voto ſimplici differre quod hoc promiſſionem futuræ donationis importat, illud verò traditionem ipſam exequatur. Ita expreſsè D. Thom. in 4. diſt. 38. quæſt. 1. artic. 3. & quod lib. 3. quæſt 7. artic. 18. & quod lib. 8. quæſt. 1. artic. 10. D. Bonauentura, Durandus, Ricardus, Mayronis, Capreolus, Carthuſianus, Beza in 4. tom. diſti. n 33. tom. 38. Sotus lib. 7. de Inſt. & iur. quæſt. 2. artic. 5. Petrus de Soto Cortunias, Ledeſma, Viguerius, & alij ſexcenti quos Sanchez refert latiſſimè diſp. illa 25. num. 7. Vtrique autores acriter pro ſua, & aduerſus alteram partem decertant, quoniam propugnacula apud eos Lector inueniet, ſed abs re, cum manus ſibi inuicem dare neceſſum ſit, & ad eſſentiam voti ſolemnis non ſufficiat alterum ſolum, ſed opus ſit & traditione & conſtituentis Eccleſiæ autoritatem concurrere; Nec prior dicendi modus exſibilandus ſit; vtpotè veram quoque doctrinam continens. Hæc vt ſint vera exponere incipiam.

5. *Mens autoris.* Ergo cum Eccleſiæ acceptatione traditionem vouentis requiri ad voti ſolemnitatem in Religioſo ſatis expreſſit Clemens III. Cap. *Porrectum* de Regul. & tranſ. inquiens: *Ioannes Canonicus Acheruntinus infirmitate grauatus, votum vt fieret Monachus, ſe aſſerit emiſiſſe: vnde metuens ne voto decederet non completo, iunctis manibus tibi* (ô Abbas) *ſe reddidit in Monachorum, & in fratrem.* En votum ſimplex primitus emiſſum: *votum, vt fieret Monachus, ſe aſſerit emiſiſſe.* & poſtea ſolemne factum per ſui ipſius traditionem in manus Abbatis: *iunctis manibus tibi ſe reddidit in Monachum, & in fratrem:* & hoc vocat *votum completum.* Per hoc verò effectum fuiſſe verum Religioſum ſubdit dicens: *Reſpondemus* (interroganti Abbati an fuiſſet verè profeſſus in lectulo vota edens abſque habitus ſuſceptione) *quod cum Monachum non faciat habitus, ſed profeſſio regularis; ex quo à conuertendo* (homine) *votum emittitur, & recipitur ab Abbate, talis vt reddet Domino quæ promiſit erit vtique compellendus.* Id vero egregiè explicat D. Thom. quod 3. art. 18. diſcrimen reddens inter votum ſimplex & ſolemne, quoad irritationem ſubſequentis matrimonij, quæ fit à ſolemni, non à ſimplici, his verbis: *Huius diuerſitatis ratio eſt, quia votum ſolemne habet promiſſionem cum quadam traditione, eius quod promittitur. Vnde votum continentiæ non ſolemnizatur niſi per ſuſceptionem ordinis ſacri, per quam homo actualiter diuino cultui mancipatur, vel per profeſſionem ad certam regulam, & ſuſceptionem habitus profeſſorum, quia hic etiam homo actualiter mancipatur ad ſeruiendum Deo in Religione. Votum autem ſimplex habet promiſſionem ſine traditione. Manifeſtum eſt autem quod poſtquam aliquis rem quæ erat ſuæ poteſtatis alicui non ſolum promittit, ſed etiam tradit, nō poteſt eam vlterius alteri dare, puta equū, vel veſtē & ſimilia & etiam ſi poſtmodum alteri donare voluerit, ſecunda donatio non valet. Vnde poſtquam aliquis per votum ſolemne continentiæ corpus ſuum Deo non ſolum promiſit, ſed etiam tradidit ad cælibem vitam agendam, non poteſt illud vlterius coniugi dare, vt ſic ex neceſſitate reddere debitum, teneatur. Qui vero promittit aliquid alicui, nondum tamen tradidit illud, ſi poſtmodum alteri actualiter illud tradat, licet promiſſionis fidem frangat, tamen ſecunda donatio valet, ita quod ille cui datur, poteſt re data vti, vt vult. Sic ergo perſona quæ per votum ſimplex Deo corpus ſuum promiſit ad cælibem vitam ducendam, ſi poſtmodum corporis ſui poteſtatem tradat coniugi actualiter per matrimonium, conſummatū peccat quidem frangens fidē voti, tamen donatio tenet, & coniux habet in eius corpus poteſtatem:* iuxta doctrinam Alexandri III. in cap. *Conſuluit*, & Celeſtini III cap. *Rurſus, Qui clēr. vel vouent.* Appoſitiſſimo ſane exemplo Doctor Angelicus vim voti ſolemnis explicauit, & ſimplicis debilitatem: ſitque ex eo manifeſtum ſolemnis rationem in ſui ipſius traditione ſub Eccleſiæ poteſtate conſiſtere, ſicut ſimplicis in ſola promiſſione futuræ traditionis.

At obiicis, rationem voti & traditionis inter ſe pugnare, nam votum promiſſio eſt rei tradendæ, traditio autem euacuat promiſſionem, vti in exemplo poſito palam fit, vbi traditione peracta traditionis vis aboletur. In caſu vero noſtro aliter accidit; nam profeſſione & traditione peracta, adhuc ratio promiſſionis ſtat, vt homo perpetuis actionibus reddat quod ſemel tradidiſſe dicitur: non ergo in eo vera traditio intercedit, ſicut in rebus externis, nam qui ſolemniter caſtitatem promiſit (& eadem eſt ratio de obedientia, & paupertate) adhuc ſui compos eſt, ſicut prius, vt promiſſionis fidem frangat, cum in eius ſemper maneat poteſtate voluntas adimplendi promiſſum. Hinc autem deduci videtur minimè votum ſolemne ex ſui ratione intrinſeca differre à ſimplici, cum neutrum promiſſionis naturam excedat, & conſequenter ſolum differre ex Eccleſiæ inſtitutione. 6. *Obiectio.*

Sed vero hinc potius ad purum natura voti ſolemnis explicatur, & ratio traditionis in eo inuenta. Sanè & hoc loco verum habet commune proloquium. *Exemplorum non requiritur veritas.* In re ſiquidem externa promiſſio & traditio ſe inuicem excludunt, quoniam id quod promittitur, aut traditur, omnino externum eſt: at in votorum ſolemnium materiè reperitur aliquid externum, quod cum traditur, promiſſionis ratio perit, cui exemplum adductum coaptatur, videlicet in caſtitate corpus, in paupertate dominij politici & externi ratio, in obedientia externa Religionis exercitia; penes quæ homo qui prius ſui erat compos vt exequeretur, vel reſiliret, modò traditur alterius poteſtati, vt cogi, velit nolit, queat ad ea omnia exequenda, & quoad hoc promiſſionis antiquæ ratio perit in ipſa ſui traditione. Cæterùm cum hæc ex virtute exequenda ſint, quæ libertatem internorum 7. *Reſponſio.*

actuum requirit, & ad ea homo nequeat cogi, ex parte hac promiſſionis adhuc ratio viget, & ratio voti nihilominus perſeuerat, vnde adhuc votum nuncupatur, ſed ſolenne, hoc eſt, cum traditione coniunctum.

8. Traditio & acceptatio ſunt de eſſentia voti ſolemnis.

Huc uſq; nobiſcum ſectatores 32. ſententiæ gradiuntur: ſed cum addunt ſolemnitatem ex parte Eccleſiæ adhibitam traditioni illi non concurrere per ſe & eſſentialiter ad rationem voti ſolemnis, ſed quaſi ex circumſtantia eius, planè deuiant à veritate. Etenim non ſolum quia ſi Eccleſia vtcumque non conſtituiſſet, eiuſmodi ſolemne ex traditione fieri, ſolemne non eſſet, ſed quoniam in ipſius traditionis ratione acceptatio ex parte Eccleſiæ intrinſece imbibitur. Falluntur itidem ſecundæ Autores, dum ſolum Eccleſiæ acceptationem formam & eſſentiam ſolemnis voti eſſe contendunt, cum vtrumque æquè primo ad complendam rationem ſolemnis voti concurrat. Sicut enim traditio nulla eſt, quæ à miniſtro Eccleſiæ non acceptatur, & iuxta eius ſanctionem in Religione approbata emittitur, ita & acceptatio nulla eſſe poteſt, vbi vera traditio non intercedat ex parte vouentis.

9. Qualiter in voto ſe habeant?

Sed quod horum primo concurrat, quæris? Secundæ ſententiæ Doctores traditionem ſupponi credunt vt materiam, cui acceptatio Eccleſiæ vt forma adueniat rationem ſolemnis voti complens. Sed mihi neutrum abſolute & determinatè prius, neutrum poſterius ex natura rei poſſe deſignari videtur; ſed ſibi inuicem determinari, ac ſupponi; non aliter quam in mutuo coniugum conſenſu eueniat, vt perficiatur Matrimonium. Moueor, quoniam traditio non perficitur ex ſolo profitentis actu & conſenſu: ea enim eſſet oblatio dumtaxat, quæ abſque acceptatione valet conſiſtere: ſed neceſſario acceptationem ſibi annexam ex parte miniſtri Eccleſiæ requirit: & è conuerſo acceptatio in ratione ſua abſque traditione vouentis non perficitur: eſſet enim ſola inuitatio, ſeu monitio.

10. Qui verum ſit ſolemnitatem ex Eccleſiæ conſtitutione libera dependere.

Hinc fit, vt ſicut abſque libero conſenſu vouentis, & tradentis ſe nequit intelligi traditio, ita abſque libero acceptantis miniſtri concurſu nequeat ſolemne votum conſiſtere. Et conſequenter veriſſimè dixiſſe Bonifacium, ſolemnitatem ex ſola Eccleſiæ conſtitutione eſſe inuentam: nimirum quoniam abſque eius libera acceptatione tota ſolemnitatis votorum Regularium vis euaneſcit. Decreuit proinde qua ætate vouens ſuſcipiendus ſit, & quo loco, aut hominum cœtu: neceſſe ſiquidem eſt vt in aliqua ex approbatis Religione fiat: & ad quod tempus, nam ex eius conſtitutione contingit ad tempus acceptari, id eſt ad arbitrium ſuperioris, vt cum Coadiutoribus ſocietatis fit; aut in perpetuum vita comite, quod ceteris Regularibus præſtat. Et quamuis hoc ex libera ipſius conſtitutione procedat, effectus nihilominus ſolemnitatis non eodem modo votis omnibus accommodatur: Profitentibus ſiquidem in ſocietate poſt probationis biennium, quod profeſſione durante vota illa quantumcumque ſimplicia dirimant matrimonium ſubſequens liberè conceditur: profeſſis vero eius, cæterarumque Religionum, inſtituta in perpetuum ab eis obſeruanda, ſi ſemel ita eorum vota acceptat; non ita liberè applicat Eccleſia vim Matrimonij futuri diremptoriam, ſed eo ipſo quod ab vtraque parte liberè traditio, & acceptatio vouentis celebratur, eo ipſo indiſſolubiliter vinculo caſtitatis paupertatis & obedientiæ cum virtute irritante Matrimonium ſubſequens, dominium ſuperueniens, & ab omni obedientia, quod ad Regularia ſtatuta ſpectat, libertatem. Enim vero ſtante vt minimum Religionis ſtatu in vouente, fieri nulla hominum potentia poteſt, vt liber ab obligatione voti alicuius reddatur: in quo omnes meliotis notæ ſcriptores conueniunt: quod latè refert Sanchez lib. 8. de Matrin. diſp. 8. & conſentit Caiet. 22. q. 88. artic. 11.

11. Solemne etiã à ſummo Pont. indiſpenſabile.

At ſi quid mea in hoc valeat opinio, probabilius iudico nullo pacto relictam à Deo Eccleſiæ facultatem in ſolemnibus votis diſpenſandi, vt expreſè docuit D. Thom. eo loci, a quo tamen Caietanus abſque fundamento diſceſſit: quo nihilominus ſi cum ipſo ſentientes carere monſtrauero: præcipuas veritatis partes me aſſequutum inficiabitur nemo. Quandoquidem vt minimum habeo cum D. Thoma pro me expreſſam ſummi Pontificis declarationem Innocentij ſcilicet III. Cap. *Cum ad Monaſterium*, de ſtatu Monachorum: *qua conceptis verbis aſſeruit quod abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa Regulæ Monachali, vt contra eam nec ſummus Pont. poſſit licentiam indulgere:* quam tamen licet variis limitationibus valeant intelligere, id eſt, *abſque graui cauſa*, vel *ſtante adhuc Religionis propoſito*, mihi ſincerius aliquod ſonat, vt ſonabit cæteris, ſi fundamentum cui innituntur euaneſcere peruiderint.

12. Fundamenta in contrariũ.

Totum igitur fundamentum aſſerentium diſpenſari poſſe, eſt quod de facto aliquoties diſpenſatum ſit cum Monachis, magno ita exigente pacis alicuius Regni periculo temerandæ: cuius duo afferuntur exempla nimirum Ramiri eius nominis II. Thomerenſis ex familia D. Benedicti Monachi ad Regnum Aragonenſium extracti, & cum Agnete nuptias inire coacti, ex qua Petronillam Regni hæredem ſuſceperit, & rurſus Conſtantiam ex ſanctimoniali ad Regnum Siculorum euocatam, & Henrico VI. Romanorum Imperatori Matrimonio iunctam. Atque hoc totum eſſe aſſerendæ facultatis diſpenſandi fundamentum fatetur Caietanus, ſic inquiens: *Si autor vidiſſet ſummum Pont. declaraſſe, quod Decretalis illa intelligitur ſtante Monachatu, proculdubio non ſuſcepiſſet onus huius opinionis ad defenſionem illius Decretalis non interpratatæ. Videtur autem pluries à Romano Pont. interpratata, dum diſpenſauit cum multis Religioſis, vt contraherent Matrimonium, vt de Rege Aragonum Petrus de Palude in* 18. *diſtinct.* 4. *refert & de Conſtantia filia Rogerij Regis, vxoreque Henrici VI. quæ erat ſanctimonialis in Panormo, & iam quinquagenaria, vt hiſtoria tradunt, diſpenſata à Papa Celeſtino III. quæ genuit ex tali coniugio Fridericum II.* Hæc Caietanus. Sed exempla ipſa meras ad vulgum fabellas eſſe, opere pretium eſt vt tibi pandam.

13. Diſpenſatio cum Conſtantia in voto ſolemni fabuloſa.

Et quidem quod ad Conſtantiam ſpectat Gotifredus viterbienſis (verius Vitembergenſis) autor eſt nuptias iniiſſe Mediolani cum Henrico VI. A. C. 1186. quo ſedere cæperat Vrbanus III. vt videas diſpenſationem impertiri non potuiſſe à Celeſtino III. qui Vrbani, interiecto Clementis III. Pontificatu ſucceſſor fuit. Addit Gotifredus Conſtantiam Poſthumam Patri ſuo Rogerio ortam, qui, teſtibus Roberto de Monte in Appendice ad Sigebertum, & Fazello l. 6. c. 2. diem obiit A. C. 1154. vt ita poſthuma filia nata fuerit eo, aut ſequenti anno, à quo vſq; ad 1186. nuptiarum 32. intercedũt, quos ætatis egiſſe Conſtantiã, cum nupſit neceſſum eſt fateamur, fateturq; ipſe Gotifredus teſtis

Digitized by Google

teſtis nuptiarum oculatus, vtpotè eiuſdem Henrici VI.& parentis eius Friderici à ſecretis,inquiens.

Fit Regis ſiculi filia ſponſa ſibi,
Sponſa fuit ſpecioſa nimis, Conſtantia dicta,
Poſthuma poſt patrem materno ventre relicta,
Iamque tricennalis tempore virgo fuit.

Vnde ergo quinquagennaria? Sed vbi educata? an pariter in Monaſterio? Minime gentium, *Sed à primis cunabulis in deliciarum ſicularum affluentia, ſiculiſque moribus informata,tandem opibus ſuis barbaros ditatura diſceſſit*;ait ipſe Gotfridus:de Monachatu autem ſummum ſilentium; & apud omnes eius ſæculi ſcriptores Arnoldum Lubecenſem,Romualdum,Salernitanum, Falcandum Neubrigenſem Vſpergenſis Appendicem,Rigordum, Rogerium, qui nihilominus eiuſdem nuptiarum meminerunt,&apud Innocentium III.qui ſuis Epiſtolis frequentem de Conſtantia mentionem ingerit, proculdubio tantæ nouitatis aliquam(ſi eſſet)acturos.Quin potius ratio oppoſitum ſuadet: enim vero Romanus Pont. potius fauebat Tancredo, vt fieret Siciliæ Rex, vt prodit Neubrigenſis lib.3. c. vlt quam Conſtantiæ:qui ergo eam è Monaſterio abſtrahi decerneret,vt foret Regina?Originem fabellæ narrat Facellus, quod perculſus Rogerius Rex vaticinio Ioachimi Abbatis, quo aſſerebat ſi nupſiſſet, funeſtam futuram Siciliæ facem, fecerit eam retrudi in Monaſterium,atque Regulam Monaſticam profiteri. Tanta S Abbatis erat fama vt multa ei impingeret vulgus mendacia, ita Dei Spiritus inimico homines ſuadente, quò nemo ei iuuenis etiam fideret, vt nunc feciſſe conuincitur. Nam ſi Conſtantia nondum nata pater obiit, quomodo eam truſit in Monaſterium, & vota Monaſtica emittere fecit?His motus Baronius tom. 12.eo *Chriſti* anno 1186.n.25.ait: *Quod ex Recentioribus complures, imo ferè omnes aſſerant; Conſtantiam hanc monialem fuiſſe,ſcias fabuloſum eſſe, atque commentum.*Et n.30. *Sic igitur vides lector pudendum detectum errorem de falſa origine Conſtantiæ Monachatus.*Arguitque multæ vanitatis & falſitatis epitaphia Henrici, & Conſtantiæ multis poſt annis exarata: de qua re tu illum lector conſulas quæſo.

Fabellæ huius origo.

14. Non minus falſa ſunt quæ de diſpenſatione Ramiri Monachi, & Epiſcopi vulgo feruntur. Extractum quidam non iam à Monaſterio, ſed ab Epiſcopali ſede Burgenſi,Pampilonenſi,& Balbaſtrenſi, tunc Rotenſi dicta, & Regium ſceptrum cum ſolio ſuſcepiſſe& vxore Agnete Guillermi Aquitaniæ Ducis à D. Bernardo ad meliorem frugem redacti, ſorore, concors eſt Aragonenſium Hiſtoricorum ſententia:ex qua Petronillam filiam vberem Regiæ ſtemmatis propaginẽ ediderit. Quis vero Romanorum Pontificum vt tutò id fieret diſpenſauerit, nemo prodit;à Regni proceribus ad Apoſtolicam ſedem ſolutionem Monaſticorum,& Epiſcopalium vinculorum petituris acceſſum nec ne,tacent omnes. Produnt verò id factũ A.c.1135. Zurita in Annalibus, & in Indicibus ad eum annum,Blances in Ramiro II. cognomento *ex Rege Monacho.* At inde habemus anno 6. Pontificatus Innocentij II contigiſſe:qui tamen adeò eiuſmodi nuptiarum hoſtem ſe præbuit, vt poſt annos quatuor in Concilio Generali Romæ coacto decreuerit Epiſcopos & Monachos vxoratos omnimodis ſeparandos.Can.7 his verbis. *Vt autem lex continentiæ, & Deo placens munditia in Eccleſiaſticis perſonis, & ſacris Ordinibus dilatetur,ſtatuimus quatenus Epiſcopi,Presbyteri,Diaconi,Subdiaconi,Regulares Canonici, & Monachi, atque conuerſi profeſſi, qui ſacrum tranſgredientes propoſitum vxores ſibi copulare præſumpſerint,ſeparentur. Huiuſmodi namque copulationem quam contra Eccleſiaſticam Regulam conſtat eſſe contractum, matrimonium non eſſe cenſemus. Qui etiam ab inuicem ſeparati,pro tantis exceſſibus pœnitentiam agant condignam.* Extant apud Baronium tom.12. A.c.1139.

Diſpenſatio Ramiri Monachi Aragonum Regis in voto ſolemni fabuloſa.

Innocentij II. Canon circa ſeparationẽ Eccleſiaſticorum vxoratorum.

15. Nec maiorem meretur fidem quod de Caſimiro Cluniacenſi Monacho ad Regnum Maoniæ, Ananiæ tranſuectus refert Longinus ex decreto,vt ait,Benedict.IX. A. cap.1041. Extraction. quam multi ſcriptores referunt, non inficior. Benedicti aſſenſum ex fabula ſubiuncta à Longino in Anna lib.Poton.eo anno,prorſus mutare contendo. Ait enim, eo pacto conceſſum vt nobis Poloni *cæſariem capitis, & comam barbaro more non nutrirent, ſed auribus patentibus inſtar Religioſorum Latinarum nationum tonſuratum caput geſtarent, & in præcipuis Chriſti, & Virginis eius Matris feſtiuitatibus panno linteo albo in ſtola modum dependente ceruicem perpetuo exornarent, & B. Petro de quolibet capite nobilium vſualem nummum annis ſingulis ſoluerent.* Quare? *Vt his tribus inſignibus ex Monacho, & ex Diacono Apoſtolica benignitate, & conceſſione, cum aliter concretum periculum depelli non poſſet,Poloni Regem ſibi creatum, & redditum recognoſcerent.* Miror Baronij ſeuerum ſupercilium non riſiſſe fabellam, non exſufflaſſe, cum audiit, pro vno ſibi oppignorato votis ſolemnibus Monacho,cum eum reddit Eccleſia, Polonos omnes quodammodo tonſura Monachos,& ex pala linaſtima Diaconos redditos. Vt quid hæc? aut quam cum Monachi ad nuptias diſpenſati coherentiam habere apud viros prudentes videretur? Sed & Cromerus rerum Polonicarum ſcriptor à longino diſſidet, aſſerens eo tributi penſo minimè deuinctos fuiſſe nobiles. En ſcriptorum diſſidium,& incredibilem aſſertationem. Quis enim credat nobiles pactum deponendi comam more Monachorum, & ſuperponendi ſtolam ad inſtar Diaconorum admiſiſſe,& executioni mandaſſe, annuam vero vſualis nummi penſitationem recuſaſſe?

Caſimiri diſpenſatio fabuloſa.

16. Inter eaſdem nenias reiiciendam diſpenſationem Nicolai Iuſtiniani nobilis veneti contendit Baronius, quam Autor vitæ B. Laurentij Iuſtiniani cap.1.recenſet inquiens. *Impetrat ab Alexandro III. Pontifice Max.vt liceat adoleſcenti Monacho ſoluere vinculum Religionis ad reparandam ſobolem gentis ſuæ.* Et inferius: *Quod ne cui fortè mirum videatur iiſdem temporibus idem Alexander Pontifex Conſtantiam Vvillelmi Siciliæ Regis filiam, & Monacham pluſquam quadragennariam Henrico Imper.nuptui conceſſit, ad ſobolem Vvillelmi patris, qui ſiculis fuerat chariſſimus, ſuſcitandam.* Sed ô quam bellè mendacium mendaciis fulcitur; Vixit Alexander vſque ad A.cap.1181. Laurentius verò Nicolai filius ſub Eugenio IV.(eodem Bernardo Iuſtiniano eius nepote, & rerum ſcriptore) ad A. c.14.Vnde inter Alexandrum & Nicolaum ab eo, vt dicitur, ad nuptias diſpenſatum interfuere anni 250. Rurſus Conſtantia non fuit Vvilelmi filia, ſed Rogerij primi Siculorum Regis, quæ non fuit nupta ſub Alexandro III. (vt de diſpenſatione interim taceam, de qua ſupra,num.13.) ſed ſub Innocentio II. quod ibi monſtrauimus. Notauit hos omnes errores ante nos Baronius tom.12. A. c.1186. n.29.

Diſpenſatione Nicolai Iuſtiniani iudicium.

17. Vides lector vnicum aduerſantium aſyllum prorſus euanuiſſe: qui ergo ſtabit quæ ei ſoli innititur

Indiſpenſabiliter voto ſolemni de iure diuino

innititur machina? Nobis etiam præclara fauet ratio. Enim vero iure Diuino abſtringuntur vouentes reddere Deo vota quæ diſtinxerunt labia ſua, quod nemo ignorat: atque per traditionem ſui ipſorum, & ſub Dei ipſius nomine à miniſtro Eccleſiæ acceptatione omnino res oblata tranſit immediatè ex dominio vouentis ad dominium immediatum eius cui ſit donatio, ſeu traditio. Nequit ergo ab eius miniſtris tranſactio remitti; quandoquidem ij cum vota acceptauere, non ſibi, ſed Deo, quem vnicum Dominium vota reſpiciunt, vouentes ſeruiendum deuinxerunt. Eodem pacto videmus paſſim vaſa ſemel ſacra nulla humana potentia reddi poſſe prophana, vt erant, niſi intereant, & denuò conſtruantur: quod non oritur ex aliquo eis impreſſo caractere, aut qualitate ſpiritualis ſigni, ſed ex ſola dedicatione & tranſactione ad cultum Dei. Ita prorſus ſemel profeſſi, tunc ſolum liberi erunt à profeſſione ſua, cum morte intercedente ad nouam vitam reducerentur, ſi forte Deo ita diſponente alicui contingeret: quo caſu etiam à vinculo vxorio liber eſſet: cui, quod ad firmitatem ſpectat, ſimile eſt vinculum profeſſorum vitam Monaſticam ſolemni ritu: ſicut enim niſi alterius acceptantium mortis interuentu, Matrimonij vinculum nulla Pontificum potentia diſſoluitur. (Loquor de rato & conſummato, in quo cum effectu vtrorumque corporis traditio inter eſt) ita & in traditione hominum per profeſſionem ſolemnem Deo factam accidit: cuius vinculum niſi alterius morte intercedente diſſolui ab hominibus non valet. Cum verò Deus immortalis ſit, cuius cultui homo per vota ſolemnia vinculatur, reſtat vt dum vouent hac aura potitur, ſine diſſolutionis ſpe conſtrictus maneat, vt in his quoque verum ſit illud. *Quod Deus coniunxit homo non ſeparet*: Coniunxit verò etiam ſibi omnes ſolemnia emittentes vota, modo ſupra expoſito.

18. Quo pacto Ramiro nubere licuerit.

Verùm quia Ramiri ſaltem Aragon. Regis tranſitus ex Monachatu ad nuptias omnino negari nequit, quem tot graues Hiſtoriographi produnt nec fas ſit abſque euidenti fundamento eum Apoſtatam ſacrilegumque voti caſtitatis violatorem aſſerere (quem quadraginta, & amplius, anni Monaſticæ profeſſionis, ſacerdotium, Epiſcopatus, aliaque Eccleſiaſtica munia piè ab ipſo ſuſcepta, ac præclarè expleta commendant) adhuc inquiri poteſt vna vel altera via, qua Monachus ſolemniter profeſſus licitè à Romano Pontifice nuptiis addiceretur; non quidem per diſpenſationem, ita vt profeſſio infecta redderetur, & homo iterum ſui iuris, ſed alia. Et mihi quidem affirmationi locus adhuc relictus probabiliter apparet; nimirum, vt caſu ſarciendæ hoc ſolo medio pacis totius Regni, aut iudicio Eccleſiæ ſimili, ipſa Monachum vxori adiungat reparandæ Regiæ ſobolis gratia; non cum eo diſpenſans, tum quod nulla potentia queat non Monachus reddi, vt dictum eſt: tū etiam quia diſpenſatio perſonam vouentis reſpicit, cui tamen nunquam ſtatus aſſumptus poteſt in melius mutari, cum Celibatus & Virginitas iure Diuino, nuptiis auctoritate, & bonitate præcedant: ſed quaſi vtens re ſua quo ad id ſibi à Deo permiſſa (velut quando quis ſeruum in matrimonium collocat non manumiſſum) vt ita aliquando paci, & bono Eccleſiæ prouideat; quo caſu inire nuptias mera materia ſit obedientiæ; res vxoria, non caſtitatis diminutio. Et tunc cum in animo caſtitatem promiſſam tenere cogatur, ſemel prole ſuſcepta, non quidem abſque vxoris conſenſu, reſilire poterit, propter ius verè à coniuge in eius corpus acquiſitum ex vi matrimonij, ſed exigere nequaquam poterit; quippe obedientiæ materiam percepta ſoboles periiſſe probat: & continentiæ quod ad ſe ſpectat votum vrget. Quod ſanè ad inſtar voti paupertatis exponendæ eſt in eorum ſententia (quam probabiliorem reputo) qui dicunt poſſe à Romano Pontifice Monacho vſum rerum committi, non impertiri dominium, cuius ex vi voti eſt incapax: quoniam vſu ſolo rectè vrgentibus caſibus occurritur. Id Ramirum cogitaſſe mihi videtur, qui ſe à Monachatu liberum non eſſe conſpiciens, matrimonij vſu prole ſuſcepta ſtatim Prælati Dominio ſeſe reſtituit: de quo Zurpta vbi ſupra *Illud tamen*, inquit, *admiratione dignum omnibus videri debet tam celeri conuerſione rerum peragi hoc potuiſſe; vt vix trium annorum ſpatio decurſo Ramirus & Regnum hæreditarium adierit, vxores duxerit, filiam ex eo matrimonio ſuſceperit, genero nuptui tradiderit, & Regni adminiſtratione ceſſerit.* Et Plancas refert ipſum adhuc vxori addictum interiorem Monachi veſtem nunquam depoſuiſſe, quippe qui Monachum ſe fore ſibi ſemper (& iure quidem) perſuaſum habebat.

19. Alia eiuſdē coniugij excuſatio.

Alia item via poterit excuſari Ramirus à priuilegio violati voti caſtitatis, ſi memineris lector in ceſtuoſa coniugia inter conſanguineos tranſuerſales primi gradus non ſolum ab initio naſcentis Eccleſiæ ſed in Veteri etiam lege fuiſſe prohibita; imò irrita & nulla ratione reuerentiæ debitæ ſanguini atque maioribus: Hoc tamen non obſtante protoplaſtorum temporibus, totaque prima mundi ætate non ſolum licita & valida fuiſſe huiuſmodi coniugia, ſed etiā præcepta Gen. 1. lib. *Creſcite & multiplicamini &c.* neceſſitas namq; humanæ propagationis tunc temporis continentiæ, ſanguiniſque reuerentiæ præponderabat: atque idem quolibet tempore permiſſus eſſet, iuxta commune auctorum iudicium, ſi genus humanum ad eandem hominum paucitatem, qua inceperat, deueniret: in hoc namque caſu neque reuerentia ſanguinis neque continentis votum coniugium impediret, imo Religiones diſſolueret, iterum præcepto multiplicationis redeuntes: permiſſuſque Apoſtolicæ ſedis non tam deſponſatio voti, quàm declaratio quis naturalis (neceſſaria tamen ad ſedandos ſcrupulos in re adeò graui) iudicaretur. Similiter in præſenti philoſophari poſſe videtur. Regia namque propagatio atque ſucceſſio adeo neceſſaria, tantique ponderis eſt ad rectam Chriſtianæ Reip. gubernationem & deffenſionem, paciſque conſeruationem, vt Regia prolè penitus extincta (contigit in Alfonſo Ramiri patre) iure ipſo naturæ neceſſitas propagationis reuerentiæ ſanguinis, ac voti obligationi præponderet. Vnde ſit ſummi Pontificis permiſſum in Ramiri coniugio (& in Caſimiro Polono, ſi fortè verum eſt è Monachatu ad nuptias tranſiiſſe) non tam voti diſpenſationem, quam iuris naturalis declarationem fuiſſe: omnino tamen neceſſariam ad conſcientiæ quietem; nec enim in materia adeo graui & difficili abſque ſedis Apoſtolicæ iudicio & declaratione tutò procedi poſſet. v. dicta l. 1. c. 5. n. 11.

Vel ſi mauis, dicito: votum ſolemne caſtitatis omnino quidem indiſpenſabile eſſe: in caſu tamen vrgentiſſimæ neceſſitatis, qualis eſt Reipublicæ Chriſtianæ tranquillitas, & defenſio, ſummum Pontificem oppoſitæ opinioni, vtpotè probabili accommodari potuiſſe.

20. Ex eiuſdem ſolemnis traditionis vi & Eccleſiæ acceptatione neceſſario etiam redditur qui vouet incapax reſiliendæ ab inceptis, vt nulla patientia non ſolum à caſtitate, ſed etiam à paupertate & obedientia poſſit reddi liber: nam quamquam emitti à Religioſo cætu ob animi contagioſam ægritudinem queat, ſubditus linquitur Epiſcopi, & Eccleſiæ; non vt cæteri ſolum Clerici, aut Fideles, ſed ad obſeruantiam Regulæ Monaſticæ quam irreuocabiliter profeſſus eſt. De Monachis in Epiſcopos aſſumptos alia eſt ratio: cum hi vitam in melius commutauerint, & noua adepta vita, (quod in meliorem in humanis, fieri permittitur, non in imperfectionem) priſtina vincula diſſoluat: quamquam probabilius mihi ſit iis dumtaxat rebus abſolutum ex Monacho Epiſcopum factum reddi, quæ nouæ vitæ, aut omnino aduerſantur, aut ægrè in ea ſeruari queunt: quandoquidem non omnino noua vita eſt, totalis hominis reſurrectio, ſed ex parte.

Obedientiæ & paupertatis voti in diſpẽſabilitas.

21. Denique ex vi eiuſdem traditionis & acceptationis neceſſario homo ſubiicitur poteſtatibus ſuperioribus, vt ab eis cogi poſſit promiſſa reddere ſane quantumuis veteres ea coactus facultate aliquandiu vſi non ſint, ea ſe nihilominus pollere cognouerunt: & deſertorem damnationem ſecum deferre. Audi quid de his ſanctus Macarius vetuſtiſſimus Monachorum pater in Regula ſua decreuerit, quam inferiùs ſuo loco reddemus. *Si quis fratrum in ſua perſeuerauerit nequitia* (poſtquam ſcilicet aliquoties ab Oratione ſuſpenſus, ieiuniis diſtrictus fuerit) *& dicat, hic ego durare non poſſum, ſed accipiam caſulam meam, & abeam vbi voluerit mihi Deus: qui de fratribus hoc eum dixiſſe audiuerit, referat ſtatim Præpoſito, & Præpoſitus Abbati. Abba coram omnibus fratribus ſedeat, & eum exhiberi iubeat; & virgis purgetur, & oratio fiat pro eo, & ſic ad communionem recipiatur, vt ſi quiſpiam non emendauerit doctrina, virgis purgetur.* Hæc de coactione: ſubdit de deſertoris damnatione: *Quod ſi caſu quis frater de Monaſterij exire voluerit, nihil penitus accipiat, niſi in nutatiſſimo veſtimento* (exeat) *& extra communionem infidelis diſcedat: nam quieti & pacifici excelſum Dei percipient regnum, & filij computabuntur Altiſſimi, & pretioſas ſplendidaſque accipient coronas: filij autem tenebrarum in exterioribus ibunt tormentis.*

Ex vi voti ſolemnis purè cogi viués reddere promiſſa.

S. Macarij ſententia.

Deſertores damnantur.

22. Concinit Macario Baſilius ei æuo etiam æqualis Regul. fuſ. diſput. cap. 14. inquiens: *Cæterum horum vnuſquiſque quam intra reliquorum fratrum ſocietatem adſcriptus fuerit, factam à ſe profeſſionem reſciderit, is perinde aſpici debet, vt qui in Deum peccauerit, quem videlicet profeſſionis ſuæ teſtem adhibuerit, cuique SOLENNI ſe VOTO obligarit. Si vero in Deum quis peccauerit, inquit, & quis orabit pro eo? Etenim qui ſe ipſum Deo ſemel decreuit, hic ſi ad aliud deinde vitæ genus tranſierit, ſacrilegij ſe ſcelere obſtrinxit, quippe qui ſeipſum Deo, cui ſe conſecrauerat, veluti ſubter furatus ſit. Porrò huiuſcemodi hominibus rationi quidem conſentaneum fuerit, vt nullo modo aperiantur fratrum ianuæ, ne ſi prætereuntes quidem ea re, modò vt tecto recipiantur ad ipſos diuerterint. Perſpicua eſt enim regula Apoſtoli, qua iubemur ſubtrahere nos ab omni inordinato, neque vllo modo cum illo commiſceri, vt confundantur.* Et cap. 22. Conſtit. Monaſt. *Sine dubio qui de ſpiritualis conuictus vnione fœdus inierit, cum ea indiſſolubilem, ac perpetuam habeat coniunctionem; & ſeiungere ſe, præcidereque ab his non licebit.* Et exemplo coniugum ineuntium vſus ſubdit: *Quanto is magis ſubiacebit pœnæ grauiori, ſi ſe abiunxerit, qui ſpirituali communioni copulatus ſit, teſte atque ſequeſtri ipſo Spiritu Sancto.* Porrò apud Baſilium multi extant coactiuæ facultatis Canones aduerſus Monachos delinquentes, quos commodiori loco producemus.

D. Baſilij de eadem re ſententia.

Baſilio elegantiſſimè ſubſcribit Hieronymus 23.
Epiſt. 1. ad Heliodorum à propoſito Monaſtico recedente, inquiens: *Sed forſam dicturus es: Quid ergo? Quicumque in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſa, quæ cæteris. Dominum auſculta dicentem. Si vis perfectus eſſe, vade, vende &c. Tu autem perfectum te fore pollicitus es. Nam cum derelicta militia te caſtraſti propter Regnum cælorum, quid aliud quam perfectam ſecutus es vitam. Perfectus autem ſeruus Chriſti, ſi perfectus non eſt, cum ſe perfectum fore Deo pollicitus ſit, ante Deum mentitus eſt: Os autem quod mentitur, occidit animam.* Et rurſus: *Dominum feſelliſti, ſi perfectus non es.*

Hieronimi ſententia.

De damnatione deſerentium hæc ait Auguſtinus, Enarrat in Pſal. 75. *Nemo ergo poſitus in* 24.
Monaſterio frater dicat: Recedo de Monaſterio; neque enim ſoli qui ſunt in Monaſterio peruenturi, ſunt ad Regnum cælorum; & illi qui ibi non ſunt ad Deum non pertinent? Reſpondetur ei; Sed illi non vouerunt, tu vouiſti, tu retro reſpexiſti. De die iudicij cum Dominus minaretur, quid ait? Mementote vxoris Loth. Omnibus dixit. Quid enim fecit vxor Loth? liberata eſt à Sodomis & in via poſita retrorſum reſpexit, ibi remanſit, facta eſt autem ſtatua ſalis, vt illius contemplatione condiantur homines, cor habeant, non ſint fatui, non retrò reſpiciant, ne malum exemplum dantes ipſi remaneant (vtique à ſaluatione alieni.) *& alios condiant.* Adducitque illud viduæ propoſitũ caſtitatem temerantis apud Paulum, *Damnationem habens quia primam fidem irritam fecit.* 1. Timoth. 5. Et ſubiungit elegantiſſimè ad timidos. *Iam quia iſta tractauimus, fortè volebas vouere, & modò non vis vouere. Sed quid tibi dixerit Pſalmus attende: Non dixit, Nolite vouere; ſed vouete, & reddite. Quia audiſti, Reddite, non vis vouere? Ergo vouere volebas, & non reddere? Imo vtrumque fac: vnum ſit ex profeſſione tua, aliud ex adiutorio Dei perficiatur.* Dedimus eius generis multa ſuperius ex duobus ſermonibus de Communi vita Cleric.: Illud nihilominus recole ex poſteriori. *Ante oculos poſui quantum malum ſit à propoſito cadere. Malui enim habere cæcos, vel claudos, quam plangere mortuos, qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo quicumque voluiſſet extra manere, & de ſuo viuere non tollerem ei Clericatum; ita modò quia placuit illis, Deo propitio, ſocialis hæc vita, quiſquis cum hypocriſi vixerit, quiſquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto vt inde faciat teſtamentum, ſed delebo eum de tabula Clericorum &c.*

Auguſtini.

Horum Patrum veſtigia ſecutus S.P.N. Benedictus perſcribit quonã modo delinquentes ad pro- 25.
feſſionis obſeruantiam cogẽdi ſunt monitionibus, verberibus, carcere, ieiuniis, excommunicatione. c. 28. Regulæ: quando tandem eiiciendi velut putrida corporis Monaſtici mẽbra, velut ouẽ morbidã, ne

Benedicti & Ambroſii.

Digitized by Google

totum gregem contaminet, & quando deſertores non admittendi: quod priùs ſe cum diſcolis quibuſdam feciſſe ſcribit Ambroſius lib. 10 Epiſt. 82. inquiens. *Fuerunt ex nobis, & non fuerunt ex nobis: neque enim pudet dicere quod dicit Euangeliſta Ioannes. Sed hic poſiti primò ieiunabant, intra Monaſterium continebantur, nullus erat luxuriæ locus, interdicta ludibrioſæ diſputationis licentia. Hoc delicati non potuerunt ferre. Abierunt: Deinde volentes redire, non ſunt recepti: pleraque enim audieram, quæ deberent cauere. Monueram, nihil profecerant. Efferbeſcentes itaque ſeminare talia cœperunt.* Præmiſerat: *Dicunt nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullam frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æſtimari pretio, delirare eos qui caſtigant carnem ſuam ieiuniis, vt menti ſubditam faciant. Miſerabiles perdiderunt vtique quod ieiunauerunt, perdiderunt quod ſe aliquo continuerunt tempore.* Iterum contra eos ſtylum vibrat Enarratione in Pſ. 36.

26. *Decretum D. Gregorij de eadem re.* Sed ſicut incorrigibiles & aliis nocituros ex vi ipſius coactiuæ facultatis ex traditione & acceptatione dimanantis, Præpoſiti Monaſteriorum queunt eiicere, ſic & eos qui ex leuitate animi propoſitum deſeruere, quærere, & reducere in domum, vt ſemel promiſſis ſtent, ſemper itidem Præpoſitus valuiſſe ex decreto ſancti Gregorij fit manifeſtum libr. 12. Epiſt. 20. *De Monachis fugitiuis reſtituendis:* vbi habetur: *Inſinuatum nobis eſt in maſſa quæ nuncupatur Miratoclis, Abbati Monaſterij ſancti Georgij, quod in eadem ſitum eſt, duos Monachos refugiſſe. Et infra: Vnde hortor vt habita Iudicis æterni conſideratione, Monachos ipſos retrudi ſine dilatione faciatis, ne eorum exemplo cæteros Monaſteriorum diſtrictio diſſipetur, ſed magis aliis Monachis ſpes gerendi talia ſubmoueatur.*

27. *Reſpondetur cuidam obiectioni.* Neque verò quiſquam opponere valebit, decreta huiuſmodi non iuris antiqui, ſed noui eſſe, & ex his nequire veterem conſuetudinem inferri. Non inquam valebit, quia non eis hoc iniungitur ex noua & maiori ſubmiſſione, quam Monachi recentiores Eccleſiæ præſtiterunt, quæ planè abſque fundamento, & gratis omnino aſſereretur, ſed ſolum quod per traditionem ſui præſtiterunt exigitur ab eis; non alia facultate quam ab eiſdem tunc in Eccleſiæ miniſtros tranſlata ſit. Quare fateamur neceſſum eſt, ab ipſa ſub Apoſtolis Monachatus inſtitutione cogi planè potuiſſe Monachos, velint nolint, vt ſtent promiſſis. Quod ſi remiſſiùs cum diſcolis aliquandiu ab antiquis Patribus actum fuerit, minimè ea remiſſione infirmata fuit Eccleſiæ ipſos coercendi, ac puniendi poteſtas, quæ ex viribus ipſius profeſſionis Monaſticæ intrinſece profluit, & idcirco inſeparabiliter eam comitatur. Qui enim non ſolum Caſtitatem, Obedientiam, & paupertatem perpetuò ſeruaturum promittit, & ita ſe tradit & ſua miniſtris Eccleſiæ, vt nihil ſibi facultatis reſiliendi relinquat, illique vota & perſonam acceptarunt ad finem profeſſione præſcriptum, neceſſum eſt vt poteſtatem, qua ille antè pollebat, acceperint, quæ eum ad promiſſa cogere modis omnibus valeant. Probabile eſt quoſdam antiquorum tanta ſe prædi-tos autoritate & poteſtate ignorauerint, & ea-*Car olim deſertores non adeo acriter coerceantur* propter voti pœnitentes liberè ire permiſerint: probabilius multos arbitratos ſatis illos malorum ſecum ducere, qui propriam damnationem portarent: & quod ad rem Monaſticam ſpectat neminem niſi ſpontaneum operatorem retinendum eſſe oportere. Poſtmodum vero experientia comprobatum fuit ipſis defectionis ſpiritu laborantibus ſalubrius applicari medicamentum, ſi permanere cogantur: ita ſiquidem facilius ſanam mentem, & abſque ſcandalo exterorum recuperant, & non ita perire facilè permittuntur: vnde & retineri & cogi debere decretum eſt.

Habemus igitur profeſſionem ſolemnem Monachi ex traditione eius; & miniſtri acceptatione coaleſcere: iiſque debitè occurrentibus nihil aliud requiri, vt vota ipſius ſolemnia ſint. Et quoniam huiuſcemodi actus traditionis & acceptationis ſolemnitate quadam adhibita ab Eccleſia exerceri conſueuerunt, idcirco dixit Doctor Angelicus votum ſolemnizari per profeſſionem ad ad certam regulam, quæ ſolemnitas conſueuit adhiberi per aliquam benedictionem vel conſecrationem. Quo loci perperam ab aliquibus interpretatur, quaſi cenſuerit ſolemnitatem ipſam votorum nihil aliud eſſe quam illam extrinſecam benedictionem, aut conſecrationem: cum tamen ſolum dixerit: *Solemnitas voti attenditur ſecundum aliquid ſpirituale, quod ad Deum pertinet, id eſt, ſecundum aliquam benedictionem, vel conſecrationem, quæ ex inſtitutione Apoſtolorum adhibetur in profeſſione certæ regulæ.* Sic ille 22. quæſt. 88. attic. 7. Vbi non idem eſt, *ſolemnitas attenditur ſecundum aliquam benedictionem &c.* atque *conſiſtit formaliter in ipſa benedictione*: Sed iis verbis indicat ſub benedictione illa ſolemni attendendum eſſe vinculum voti ſolemnis ſic dicti ab illa exteriori ſolemnitate, quæ tunc adhiberi conſueuit. Quid autem illud ſit, id eſt traditionem ſui ipſius, ſeu emancipationem ad ſeruiendum Deo in Religione cum acceptatione correſpondenti, ſtatim exponit, ſubdens: *Et huius ratio eſt, quia ſolemnitates non conſueuerunt adhiberi, niſi quando aliquis totaliter mancipatur alicui rei. Non enim ſolemnitas nuptialis adhibetur, niſi in celebratione Matrimonij quando vterque coniugum ſui corporis poteſtatem alteri tradit. Et ſimiliter voti ſolemnitas adhibetur in profeſſione certæ regulæ, quando per abrenunciationem ſaeculi, & propriæ voluntatis aliquis ſtatum perfectionis aſſumit.* Igitur aliud eſt loqui de æthimologia & denominatione *ſolemnis* in voto, aliud de in ſolubilitate vinculi voto in ſolemni profeſſione accedenti: & qui denominationem ab externa ſolemnitate deſumi docet, vinculi fortitudinem in emancipatione poſuit, vt ſibi conſtans tertiò expoſuerat in 3. diſt. 38. & in quodlib. 3. & in 8. Vnde nequaquam licebit inferri; ergo vbi non benedicitur vota emittens, vel eius veſtes, vita ſolemnia non ſunt: cum ſemper aliquid benedictionis loco adhibeatur, quo publicè vota emittentis acceptantur, & à ſuſcipiente religioſo cœtui incorparatur. 28. *Mens D. Thomæ.*

29 *Poteſt quis ſtatum Religioſum expreſsè profiteri abſque ſolēni emiſſione votorum.* Cæterùm hoc loco adnotare operæ pretium eſt dupliciter aliquam ſolemniter profiteri contingere, nimirum expræſsè, & tacitè: hactenus verò locutos nos eſſe de profeſſione expreſſa, in qua neceſſum eſt vt Prælatus, ſeu miniſter Eccleſiæ congrua poteſtate pollens aſſiſtat, qui verbis, vel externis nutibus vota profitentis acceptet: & tum, quod vouens vota ſua voce, vel ſcripto, aut nutu ſufficienti emittat coram miniſtro: aliàs profeſſio aut nulla, aut expræſſa non erit, & publica traditio & acceptatio ſolemnitas votorum eſt expreſsè emiſſorum. Accidit autem perſepe vt aliquis ſolemni votorum expræſſioni renuntiet, ſtatum ipſum expræſsè profeſſorum amplexus: qua de re placet audire ſubtilem Scotum in 4. diſtin. 38. q. vn.

ita

ita loquentem : Modi profeſſionis ſolemnis *non ſunt iuris niſi duo : ſcilicet per votum Religionis verum, vel præſumptum* (aliis *expreſſum* vel *tacitum*) *Præſumptum quidem eſt, quando recipit habitum profeſſorum, vbi eſt diſtinctio inter habitum profeſſorum, & nouitiorum. Et etiam quando vltra annum moratur in Monaſterio abſque proteſtatione de non profitendo; Dicitur ergo ſolemne, non quia publicum, ſed quia in ſe habet aliquid annexum, vt in publicum debeat venire, & per quod viuens ponitur ſub alterius hominis poteſtate quia per votum ſolemne dat aliquis illi cui vouet ius ſui ad actum ſequentem illud votum : & per conſequens vouens ſolemniter continentiam dat illi in cuius manu vouet ius ſuum ad faciendum illud obſeruari.*

30. Profeſſio tacita duplex.

Dupliciter ergo iure antiquo profeſſio tacita rata erat, & valida. Primò cum quis aſſumeret habitum profeſſorum, & inter eos verſaretur animo perpetuò ſeruandi religioſa inſtituta, ceu veri profeſſi. Habetur expræſſum ab Alexandro III. C. *Ad noſtrum.* tit. de Regul. & tranſ. & à Bonifacio VIII. Cap. *Conſtitutionem* eod. tit. in 6. Alexander requirit tridui perſeuerantiam in habitu profeſſorum, quod tamen intelligit Gloſſa de his qui non præmiſſo anno probationis habitum induunt, vt bene notat Sanchez lib. 5. Oper. Moral. cap. 3. num. 24. & hoc quidem intelligi Religionibus contingere, vbi profeſſi à nouitiis patenter ipſo habitu diſcernuntur : tunc ſiquidem ipſe habitus profeſſorum aſſumptio profeſſio tacita indicatur. Secundò cùm quis exercet actus Religioſis profeſſis proprios, vt habetur Cap. *Vidua* de Regul. & tranſ. aut perſeuerat poſt annum probationis in eodem habitu, vbi indiſtinctè omnes profeſſi & nouitij indifferenter veſtiuntur. Clement. *Eos qui* eod. tit. vbi Clemens V. *Eos qui deinceps in diſcretionis conſtituti ætate nouitiorum habitum in aliqua Religione per annum portauerint, hoc ipſo Religionem ipſam decernimus eſſe profeſſos : niſi cuiuſmodi habitus colore, ſciſſura, vel forma ſe diſtinctum patenter exhibeat ab habitu profeſſorum.* Et verè; nam qui in habitu nouitiorum proprio perſeuerat, facto ipſo teſtatur ſe à probatione nondum recedere. Profeſſum vero neminem iudicari debere, niſi poſt diſcretionis & pubertatis annos Innocentius IV. decreuit Cap. *Is qui* de Regul. in 6. inquiens: *Qui poſt quartum decimum annum habitum Religionis aſſumpſerit, ſi per annum illum geſtauerit, ex tunc Religionem aſſumptam veraciter præſumitur eſſe profeſſus, vbi profeſſi a nouitiis diſſimilitudine habitus minime diſtinguntur : quoniam cum iam hic ad diſcretionis annos peruenit, quid agat agnoſcit. Secus autem in illo qui ante diſcretionis annos habitum induit regularem : cum eorum quæ tunc agit plenum non habeat intellectum.* Quod ad probationis tempus ſpectat, recentiora iura poſt B. Benedicti regulam anni tempus decreuere; quod ex modò adductis Canonibus manifeſtum eſt : id tamen non erat adeo neceſſarium vt profeſſio ſecus expreſsè, vel tacite emiſſa, nulla fieret : quin potius Innocentius III. Cap. *Ad Apoſtolicam* eod. tit. firmam ratamque habendam decernit inquiens. *Si ante tempus probationis regulariter præfinitum is qui conuerti deſiderat habitum recipit, & profeſſionem emittit, Abbate per ſe, vel per alium profeſſionem recipiente Monaſticam; vterque renuntiare videtur ei quod pro ſe noſcitur introductum., ideoque obligatur per profeſſionem emiſſam & acceptam ad obſeruantiam regularem, & verè Monachus eſt cenſendus.* Et Gregorius IX. Cap. *Statuimus* eod. *Si euidenter appareat quòd tales abſolutè voluerint vitam mutare, & in Religione perpetuò Domino deſeruire* (tenentur etiam anno probationis non completo) *cum quilibet renuntiare valeat ei quod pro ſe noſcitur introductum.* Probationis ſiquidem tempus in fauorem vtriuſque partis conceditur, nouitij ſcilicet & Monaſterij : vnde & beneficio ſibi conceſſo poterant renuntiare. Idem habes cap. *Conſulti.* eod. tit.

31. Vnde olim iudicium tacitæ expræſſè profeſſionis ſumebatur.

Et hæc quidem non ante multos annos rata erant, cum vetuſtiſſimus Romanorum Pontificum à nobis allegatorum fuerit Alexander III. qui florebat poſt D. Bernardum P. N. ad A. c. 1168. perſeuerantque illibata vſque ad Concil. Trident. vbi multam reformationem accepit ſtatus Monachorum, & annus integer probationis præfixus eſt. Cæterum ſi priora Eccleſiæ ſæcula ſedulò perſpiciamus, liquidum fiet nullum certum probationis tempus in vſu Monachis fuiſſe, vt expræſsè vel tacite eſſent profeſſi : nec profeſſi à nouitiis religioſo habitu diſcernebantur, niſi quod ad profeſſionem ſe probantes adhuc ſæcularem detinebant, & ipſa habitus Monaſtici ſuſceptione cum animo profitendi Monachi reputabantur. Atque huc ſpectat illud Innocentij III. Cap. *Conſulti* de Regul. *licèt autem per hoc ſenſerint diuerſi diuerſa, nos tamen credimus diſtinguendum, vtrum is qui conuertitur, propoſuerit abſolutè vitam mutare, vt ſic habitu Regulari Omnipotenti Deo de cætero famuletur; an conditionaliter experiri obſeruantiam regularem, & ita demum ſi ſibi placuerit profiteatur Ordinis diſciplinam.* Ergo ex cuiuſuis ſtatum Monaſticum aggredientis vel experiri volentis intentione profeſſio tacita vel expræſſa iudicanda erat : iudicium vero profeſſionis citra dubium habebatur ipſa ratione dictante, eum, vel eam eſſe verè profeſſum, vel profeſſam, qui, vel quæ multos annos in Religione peregiſſet, etiamſi non expræſsè emiſiſſet vota. Ita cenſuit Gelaſius 1. Epiſt. decretali ad Cæſarium, & Sicilienſes Epiſt. cap. 1. & refertur 27. quæſt. 1. cap. *Neque viduas*, vbi ait : *Neque viduas ad nuptias tranſire patimur, qui in Religioſo propoſito diuturna obſecratione permanſerunt. Similiter Virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in Monaſterij ætatem peregiſſe contigerit.* Vbi Gloſſa rectè admonet, *debere intelligi, quando non expræſsè ſe Religioni obligauerunt; quo caſu exigitur quod per aliquod tempus fuerit in Monaſterio cum aliis, quod tempus potius eſt ad arbitrium boni viri referendum : arg. extra de Donat. Apoſt. ff. de iure de lib. l. 1. ff. de ſolut. Quod dicitur.* Aliàs ſi expræſsè voueret, ipſo momento à nuptiis retrahenda eſſet. Intentio igitur ſtatum Monaſticum arripientis præcipuè in hac re attendenda erat.

32. Quiſnã miniſter ſit vota tacitæ profeſſionis acceptans?

Illud quoque certum eſt, in profeſſione expræſſa miniſtrum vota ſuſcipientem & acceptantem ſub Eccleſiæ nomine omnino & omni tempore eſſe requiſitum. Enim verò niſi ſit qui acceptet, votum non progredietur metas ſimplicis promiſſionis, non traditionis rationem retinens; quæ enim traditio eſſe valeat, aut queat intelligi, vbi non ſit qui recipiat, & acceptet? Dices forſam, Deum præſentem eſſe, cui votum fit, ipſumque acceptare votum. Verùm Deus non per ſeipſum immediatè & palam Eccleſiaſtica munia gerit, ſed quod in omnium perficiendorum ſacrorum ritu voluit fieri, vt in Eccleſia viſibili miniſtri intereſsēt viſibiles, ita etiam in conſecratione, ſeu benedi-

Digitized by Google

ctione hominis ad Monaſticam & puriſſimam vitam miniſtrum viſibilem & mortalem intereſſe conſtituit, qui diuina ſeruitute Monachum acceptans & conſtituens cogere poſſit eum, ſi reſilire aliquando voluerit, vt promiſſis ſtet, & vota ſoluat: quod tamen Deus prouidentia ordinaria non præſtaret abſque miraculis, quæ in Eccleſiaſticis functionibus non ſunt expectanda. Quapropter D. Thomas cit. loc. benedictionem ſeu conſecrationem monaſticam *ex inſtitutione Apoſtolorum adhiberi docet* ſecundo gradu poſt ſacri Ordinis ſuſceptionem, vt dicit Dionyſius ſextus cap. de Eccleſia Hierarchia vbi Monachum à Sacerdote benedici ex Apoſtolorum inſtitutione refert; vt & nos ſequenti capite latiùs expendemus. Cum vero ſemper in Eccleſia profeſſio tacita in vſu fuerit, vt ex ſupradictis Canonibus liquido conſtat, eiſdem viribus ac expreſſa pollens, conſequens eſt vt in ea tacitè ſolummodo & præſumptiuè reperiantur omnia quæ expreſſam ſolemnem reddunt. Ergo ſicut vota præſumpta dumtaxat in ea reperiuntur, & traditio ipſo effectu demonſtrata;ita & perſona acceptantis non eſt expreſsè quærenda in ea,ſed ſub eodem inuolucro, & certa præſumptione. Quare ſæpe contingebat Monachum fieri: abſque omni arbitro, vt expreſsè docuit Concilium Arelatenſe ſub ? Silueſtro coactum, & Imper. Conſtantino: recipiturque, & refertur ab Eccleſia Cap. *Vidua*, de Regul. in hæc verba *Vidua ſi ſponte velum conuerſionis, quamuis non ſacrum ſibi impoſuerit, & in Eccleſia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit, nolit, ſanctimoniæ habitum vlterius debet habere: licet Sacramento firmari velit, eo tenore velamen ſibi impoſuiſſe, vt deſerere poſſet*. Vbi vides fœminam ſibi ipſi Religionis ſeu conuerſionis inſigne, velum, abſque Sacerdotis conſecrantis manu impoſuiſſe, & quia in publicum prodiit, & profeſſis ſe immiſcuit, aliquodque eorum munium expleuit, decerni tacitè eſſe profeſſam, ita vt nequeat retrocedere ab inceptis. Tunc verò ſicut ex functione illa probatur vouentis animus,ita ex acceptatione miniſtri munus illius,ſicut aliarum profeſſarum recipientis ſub earundem habitu, iudicatur acceptantis perſona.

33. *Diſcrimen inter profeſſionem tacitam Cœnobitæ & Anachoretæ.*

Illud nihilominus inter Anachoretas & Cœnobitas diſcrimen attendendum eſt,quod Cœnobita tacitè profeſſus ſicut publica habitus geſtatione traditionem ſuam prodit, ita publica Abbatis conſenſione tacita eius acceptatio innuitur. Anachoreta verò qui de ſæculari turba ad eremi interiora progreditur, ſicut fieri poteſt vt à nemine toto vitæ ſuæ decurſu videatur, ita etiam & quod facto ipſo publicam aliis nunquam faciat mentem & traditionem ſuam, nec alicuius miniſtri erga ſe innuatur acceptatio. Sed verò cum id per accidens ſe habeat, & quantum eſt ex ſe expoſitus ſit publica habitus geſtatione innoteſcere, & acceptationem miniſtri extorquere, nihil eius vero Monachatui abſentia arbitri miniſtri obeſſe poterit: præſertim cum ita ab Eccleſia eis degere permiſſum ſit ſub vero Monachatu, & Anachoreſi.

34. *Ad valorem profeſſionis ſemper fuit neceſſarium quod emitteretur in Religione probata.*

Vnum dumtaxat ſupereſt animaduertendum, videlicet vt vota ſolemnia ſint, neceſſum eſſe vt emittantur in Religione per Sedem Apoſtolicam approbata, vt Bonifacius VIII. expreſſit citatis ſuperius verbis. Id verò non ſemper fuiſſe neceſſarium ſed ab eo tempore quo Religiones cœperunt à ſe de Apoſtolica approbari, multi cenſent; quod videant S. Antonium, Baſilium, Auguſtinum, Benedictum, & Superioris æui omnes Monachorum rectores, minime recurriſſe ad eam pro obtinenda ſuæ Religionis confirmatione. Aſſeuerant tamen eo nihilominus tempore indiguiſſe Epiſcopi ſuæ Diæceſis approbatione,nam tunc Epiſcopi, ſicut de Beatitudine decernebant ſanctorum, ita de ſanctitudine vitæ ab hominibus conſectandæ. Sic philoſophantur Cardin. Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 4. Azor. lib. 11. Inſtit. Mor. q. 5. Sanchez Oper. Moral. l. 5. c. 1. num. 15. & alij Recentiores. Sed bona doctiſſimorum virorum venia ex ſuamet doctrina conuincuntur modo à veritate deuiaſſe. Enimvero cum quiſpiam Religioſus efficitur, ex ipſa traditionis ſuæ vi conſtituitur ſub alterius poteſtate, dum ſuam libertatem alteri tribuit, vt cogi deinceps poſſit pœnis externis, & Cenſuris Eccleſiaſticis abſque propria & vxoria re prorſus degere, & in omnibus ſuo obedire Prælato. Vt autem id iure fiat, neceſſum eſt vt appellatio Principis ſupremi accedat, cui videlicet ille ſubditus erat. Nam perſonæ alicui ſubiectæ Principi aut Reipub. perfectæ, nequeunt proprio conſenſu etiam quibuſvis votis & iuramentis firmato, hanc iuriſdictionem in ſeipſas alteri committere, vti doctè & neruosè probat Vaſquez 1. 2. q. 96. art. 4. diſp. 165. cap. 4. à num. 14. & conſequutus Sanchez num. 20. Epiſcopos autem nemo ſupremos Reipub. Chriſtianæ Principes dixerit, ſed Apoſtolos, & Apoſtolicam Sedem. Nemo proinde Epiſcoporum valuit Religiones vllo vnquam tempore approbare. Eo vel maximè quod Religio modus viuendi eſt ex ſe non ſolum hominibus ſuæ diœceſis congruus, ſed fidelibus omnibus vniuerſæ Eccleſiæ Dei: vnde qui Religionem aliquam approbaret, vniuerſis fidelibus eam approbare videretur: Epiſcopi verò de fidelibus in communi nihil decernunt, cum vltra vires ſuæ facultatis id ſit. Nec de propoſitione alicuius viri Sancti vt publico colatur cultu (quod olim præſtabant Epiſcopi) eadem ratio eſt, ſed valde diuerſa: namque ex eiuſdem ſuæ iuriſdictionis limitatione ortum duxit,vt nunquam verè aliquem in numerum Canonizatorum referrent, ſed dumtaxat Beatorum, iuxta ea quæ fusè ſuperiori anno dixi cum pro Beatificatione S. Ioannis Eremitæ cognomento *Parvaque* data opera diſceptarem. *V. commentar. in Mar. in Additionibus.*

35. *Et in Religione approbata à Sede Apoſtolica.*

Ad Apoſtolicam ergo ſedem ſemper neceſſariò pro Religionis approbatione recurrere neceſſum fuit, non tamen eo indiguerunt recurſu veteres illi Monachorum Archimandritæ, quandoquidem iam pridem ab ipſis Apoſtolis Monaſticus ſtatus approbatus & promulgatus in Eccleſia fuerat, quæ ſanè approbatio cum doctrinalis ſit, nunquam potuit ſucceſſu temporis infringi. Nihil verò aliud priſci Monachi conabantur operibus exequi, niſi quod ab Apoſtolis nouerant Apoſtolica cenſura approbatum, & in publicum poſitum & commendatum, quodque continua Monachorum deducta ſerie ſemper in Eccleſia floruerat, & laudabatur, vti nos toto hoc lib. 2. monſtrauimus, & ipſimet Scriptores fatentur. Quare quod ad ſubſtantiam Monaſtici ſtatus ſpectat, Sedes Apoſtolica exequutrix & commendatrix (vt ſic dicam) relicta in Eccleſia, tametſi circunſtantiarum, & accidentium quorundam variationem pro temporis indigentia inducere valeat, & de facto induxerit, induxiſſeque neceſſum fuerit, poſtquam cœtus Monachorum vehementer

Digitized by Google

mentér à ſe inuicem diſſidere habitu ; colore, ceremoniis, & polytica gubernatione cœpit, tunc ſiquidem huiuſmodi cœtus aut Congregationis decernere, ita quod in cœtu à ſe laudato valida profeſſio non ſit. Nec abs re, nam licet Apoſtoli ipſi ſubſtantialia totius Eccleſiaſticæ œconomiæ decreuerint ex Diuina inſtitutione, accidentia tamen ſuis ſucceſſoribus pro temporum opportunitatibus mutanda commiſere : vt ipſorum Sacramentorum adminiſtratio demonſtrat ; & decretum ab eis in prima Apoſtolica Synodo de abſtinentia fidelium à ſanguine & ſuffocato liquidum facit ; quod nihilominus poſtea abrogatum eſt. Hinc etiam neceſſaria conſequutione deducitur, cum Apoſtolica ſedes aliquam approbat Religionem ; non approbare de nouo Religioſum ſtatum quoad ſubſtantiam : id enim & Chriſti Domini, & Apoſtolorum eius approbatione & promulgatione inconcuſsè ſubnititur, ſed ſodalitium huiuſmodi quatenus his vel illis circunſtantiis & accidentibus politicæ gubernationis veſtitur : vt ſit ſenſus, decretum iri hanc Religioſam viuendi formam quoad ſubſtantialia eam prorſus eſſe, quam in Eccleſiam Chriſtus Dominus & eius Apoſtoli prædicarunt : quoad accidentia vero, & nouas viuendi circunſtantias nequaquam à veræ virtutis ac religionis tramite deuiare.

36. *Reſpondere Quæſtioni initio capitis poſitæ.* Iam quæſtioni initio nobis capitis huius propoſitæ reſpondere oportet ; ob cuius declarationem tot, tantaque inculcaſſe, & expendiſſe neceſſum fuit. Ergo Beatos illos Patres Paulum, Anthonium, Pachomium, Benedictum, & cæteros verè & propriiſſimè Monachos extitiſſe, votaque omnia Monaſtica ſolemniter emiſiſſe, vt nos, liberè & conſtanter fatemur : quoſdam quidem expreſsè, quos nimirum publicè in manus miniſtri Eccleſiæ ſe tradidiſſe conſtiterit, cuiuſmodi forſam fuere Antonius, Pachomius, & alij multi in cœtibus monaſticicis educati : quoſdam autem tacitè & præſumptè, quales fuere Paulus ille primus Eremita, & P. N. Benedictus, aliique ad inſtar illorum innumeri. Petro in propatulo eſt ; quippe qui poſt approbatum, & promulgatum, vnicéque ab Apoſtolis commendatum Monaſticum Statum, ſponte ſua eum arripuerunt animo perpetuò in eo permanendi, vt ratio ſtatus poſtulat : quo tempore nihil aliud requirebatur vt quis in Eccleſia verè Monachus haberetur, & eſſet ; & profeſſio tacita erat in vſu, fuitque vſque ad tempora Concilij Tridentini. Quamobrem quærenti quando S. Paulus vota emiſit Monaſtica ſolemniter, quando S. Benedictus ? Reſpondendum eſt, ſanè quando ſtatum Monaſticum arripuerunt, facto ipſo & opere conteſtati, ſe ad omnia quæ Monachorum erant ex tunc veriſſimè, & ex animo obligatos fore, & eſſe ; atque ſe, ſuaque omnia tranſactione perfectâ Eccleſiæ tradidiſſe, ita vt deinceps ad obſeruationem votorum cogi poſſent ab eius legitimis, quoad hoc, miniſtris ; animoque incapaces redditos ineundarum nuptiarum, & dominij rerum, ſeu etiam illarum vſus, qui ſunt veri ſolemnis profeſſionis fructus. *Cur valide antiquorum profeſſio ſolemnis non facta in manu Abbatis.* Crediderim Romanum S. P. Benedicto ita habitum dediſſe, vt quidam ille ex Sceti forſan Alexandriam pergens induit S. Euphroſinam, de quo ſcribitur apud Metaphraſtem : *Cum ab eo peteret vt Monaſticum conſequeretur habitum, ille prompto & alacri animo impleuit quod petebatur, & cum ſtatim preces conſuetas ; & quidquid erat in more poſitum impleuiſſet, Monaſtico eam induit habitu. Et cum precatus eſſet finem Scopo conuenientem ; in ſuum reuertitur Monaſterium.* Neque vero vt Romanus, aliique antiqui nouiter conuerſos ſuſcipientes ritè facerent, Abbates eſſe neceſſum erat, cum non ſibi eos Monachos ſubiicerent ; ſed Eccleſiæ cuius vice fungebantur. Nec mirum, nam ſi ipſi quoque nouiter Monachatum aggredientes, per ſeſe abſque vllo arbitro validè quirent habitum ſuſcipere, & profiteri, multo præſtantius in manu Monachi, forſan Presbyteri ; nomine Eccleſiæ traditionem acceptantis validè id fieret. Nihil igitur deinceps de his ambigatur ab aliquo.

CAPVT VII.

Appendix de ſolemni voto Virginitatis Sanctæ Deiparæ.

1. *Ratio dubitandi.* Obiter dubiolum emergens ſedare deuotioni, quam ad Beatiſſimam Virginem Deiparam vniuerſi gerimus, concedatur, quod à nemine viderim quæſitum, ne dicam ſatisfactum. Sit ne votum de perpetua virginitate ab ea emiſſum, ſimplex ; an ſolemne cenſendum ? Ex dictis ſiquidem à ſolemnibus defeciſſe, & ſimplicibus aſſociandum videri poteſt. Enimverò non fuit emiſſum in Religione approbata à ſede Apoſtolica, nec ab eius miniſtro acceptatum, quæ duo neceſſaria eſſe vt votum ſit ſolemne, ſatis patet ex dictis toto cap. præced. Cæterum quæ voûentium virginitatem principatum tenuit temporis & nobilitatis præſtantia, & idcircò *Primigenia Virginitatis* veraciter à Patribus municipata eſt, præſtantiſſima ſolemnitate eius votum ornatum, probatiſſimum cenſeo, ita quidem vt primum ſimplex emiſerit, votum perpetuæ ſeruandæ virginitatis ſed in conceptione filij Dei ſolemne redditum propriiſſimè fuerit.

2. *B. Virgo ſimplex votũ Virginitatis Emiſit.* De ſimplici voto elegantiſſimè Bernardus Patens ſerm. de Verbis Apocal. *Signum magnum, &c.* ſic ait : *De cætero ſanè ; & virginitatem carnis, & propoſitum virginitatis ; & ipſius quoque propoſiti NOVITAS euidenter illuſtrat ; quod videlicet in nouitatem ſpiritus legis Moſaycâ decreta tranſcendens, illibatam Deo corporis ſimul ; & ſpiritus ſanctimoniam vouit. Probat enim propoſiti inuiolabile fundamentum, quod tam conſtanter promittenti filium Angelo, reſpondit : Quomodo fiet iſtud ; quoniam virum non cognoſco ? Fortè enim prætexta primò turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, quod benedictam ſeſe audiſſet in mulieribus, quæ nimirum benedici in virginibus ſemper optabat.* *Cur in Angeli ſalutatione turbata.* (quæſt, diceret : Non turbata eſſet, ſi dixiſſet Angelus, *Benedicta tu in Virginibus* : Sed cum audiſſet, *Benedicta tu in Mulieribus* contra in propoſiti votum (idcircò turbata eſt in ſermone eius) *Et ex tunc quidem cogitabat qualis eſſet iſta benedictio, quod iam videretur eſſe ſuſpecta. Vbi verò in promiſſione filij manifeſtum virginitatis periculum videbatur, non potuit vltra diſſimulare, quin diceret : quomodo fiet illud, quoniam virum non cognoſco ?* De eodem ſimplici Auguſtinus loquitur lib. de ſancta Virginitate cap. 4. dum inquit : *Ipſa quoque virginitas eius gratior, & acceptior, quod non eam conceptus Chriſtus viro violatore quam conſeruaret, ipſe præcipuit, ſed priuſquam conciperetur, iam*

Digitized by Google

iam Deo dicatam, de qua naſceretur elegit. Quod probat argumento Bernardi: *Quomodo fiet iſtud? quod profectò non diceret, niſi Deo Virginem ſe ante vouiſſet.* Et rurſus: *Virginitatem Deo dicauit, cum adhuc quod eſſet conceptum neſciuit: vt in terreno mortalique corpore cœleſtis vitæ imitatio VOTO fieret, non præcepto; amore eligendi, non neceſſitate ſeruiendi.*

3. Quo tẽpore. Sed quo id votum emiſerit tempore, non conuenit inter Doctores. Auguſtinus citato loco ante deſponſationem credit ſe deuouiſſe Deo: ait enim: *Sed quia hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabant, deſponſata eſt viro Iuſto, non violenter ablaturo, ſed potius contra violentos cuſtodituro quod illa iam vouerat.* At D. Thom. 3. p. q. 28. ar. 4. docet, poſt deſponſationem quidem, ſed ante conceptum vouiſſe, cuius dedimus verba lib. 1. c. 15. num. 6. Vtut ſit ex verbis ipſius virginis, *Quoniam virum non cognoſco*, liquidum apud omnes eſt ante annuntiationem Angeli ab ea emiſſum; & quamquam in via D. Thomæ nulla ſuperſit difficultas de valore coniugij ipſius cum B. Ioſeph virorum omnium fœliciſſimo (cum certum ſit votum ſimplex, quod nuptias ſubſequitur, nihil mali in eas moliri) adhuc tamen præcedens votum, dum ſimplex ſit, nuptiale vinculum non dirimit; imo aliquando non reddit illicitum: nam cum integrum ineunti ſit etiam ſemel inito & rato matrimonio à copula perpetuò abſtinere, potuit ſanè ea intentione de præſenti inire, vt libertate ſua adhuc ſuper eo deliberandi potiretur, imo vt ſtatim ad Religionem tranſiret, vt definitum eſt ab Alexandro III. cap. *Commiſſum* de Sponſalibus: & fatentur Sanchez lib. 2. de Matrim. diſp. 28. num. 1. Quare iure putant multi non neceſſario requiri conſenſum in copulam futuram ad valorem matrimonij, ſed ſufficere conſenſum retinendi indiuiduæ vitæ conſuetudinem: Quibus præire videtur Auguſtinus lib. 1. de Nupt. & Concupiſc. cap. 11. dum ait: *Coniux Maria vocatur à prima deſponſationis fide, quam concubitu non agnouerat Ioſeph, nec fuerat cogniturus: nec perierat, nec mendax manſerat coniugis appellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat illa carnis commixtio propter quod fidele coniugium Parentes Chriſti ambo vocari meruerint.* Et alibi clarius verbis à Gratiano relatis 27. q. 2. Cap. *B. Maria*: inquiens: *Conſenſus ergo cohabitandi, & indiuiduam vitæ conſuetudinem retinendi interueniens eos coniuges fecit: indiuidua verò vitæ conſuetudo eſt, talem ſe in omnibus exhibere viro, qualis ipſa ſibi.*

4. Qualiter cũ voto Virginitatis compati potuit conſenſus in copulam? Cæterum etſi verius cenſeamus aliquem conſenſum in futuram copulam requiri ad valorem matrimonij, ſatis proculdubio erit vt ſit implicitus ex natura rei in ipſo contractu, cum quo compati poſſit expræſſus diſſenſus in eam: quomodo docent Sanchez num. 4. & Suarez tom. 2. in 3. p. q. 29. art. 2. diſp. 7. legitimum ratumque fuiſſe matrimonium Mariæ cum Ioſepho, abſque vero animo coeundi, ſi coniugi ita placuerit: nimirum quia non deſtruit ſubſtantiam nuptialis vinculi perpetuum ſuperuenientis ſimplicis voti vtriuſque coniugis impedimentum. Ex hoc autem neceſſariò fit, vt ſimile voti ſimplicis præcedens impedimentum minimè eſſentiam vinculi eiuſdem deſtruit, cum præcedit: nam quæ eſſentialia ſunt, ſemper eodem modo ſe habent: & quæ initio contra eſſentiam militant, perpetuò militare in eam neceſſe eſt, & è conuerſo. Quod paribus ferè verbis dixit Chryſoſtomus hom. 16. in Mathæum: *Omnis res (ait) per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Matrimonium enim non fuit coitus, ſed voluntas: & ideo non ſoluit illud ſeparatio corporis, ſed voluntatis.* Potuit ergo Beatiſſima Virgo viro ſuo tradere corporis ſui ius conſuetudini legis conſentiens, ſed perpetuò impeditum ex voto donò gratiæ ſupra legem emiſſo. Et tutò quidem nuptias cum ipſo inire poterat, quæ Diuina reuelatione ſe nouerat Virginem perpetuò ex dono gratiæ permenſuram, imo & in ea Virginibus innumeris primitias cœlibatus fundari. Reuelata Mariæ fuit eius virginitas. Vnde ei poſtmodum ad verba Angeli filium promittentis inopina turbatio accedit, vtpote quæ promiſſioni Diuinæ ſeruandæ ſuæ virginitatis videbatur aduerſa fronte contraire; Reuelatum verò id ſibi à Domino, qui inficias ierit, non valde dignè de familiaritate, qua in oratione cum Domino tanta virgo pollebat, ſentire videtur. Nemini ſiquidem tam familiarem ſe Deum vnquam exhibuiſſe, quis ambigat? Et qua de re ſæpiùs ab ipſa cum Deo actum, pulſatum, quam de cuſtodia virginitatis; Sed de hoc aliàs. Reuelatum autem perſpicuè docet D. Thomas in 4. diſt. 30. art. 1. quæſt. 2. ad 3 inquiens: *Virgini B. copula nunquam fuit in propoſito, erat enim certificata à Deo nunquam ſubſequi debere.*

5. In Conceptione & partu votum iterauit, & ſolemne fecit. Iterauit Virgo Beatiſſima votum ſuum, dum filium Dei concepit & peperit: & tunc ſolemne factum eſt, ita vt quæ primùm fuerat vouendæ Virginitatis exemplar, fieret itidem ſolemnitatis in votis primiceria. Nouitatem (vt putas) aſſertionis veritas ad ſuæ antiquitatis maieſtatem reſtituet. Iterationis voti Doctorem habeo Auguſtinum, cuius verba & placitum iam olim vir magni in Dei Eccleſia nominis retulit, & amplexus eſt 27. quæſt. 2. cap. *B. Maria*: ait enim: *Beata Maria propoſuit ſe ſeruaturam votum virginitatis in corde, ſed ipſum votum Virginitatis non expreſſit ore. Subiecit ſe Diuinæ diſpoſitioni dum propoſuit ſe perſeueraturam virginem, niſi Deus aliter ei reuelaret.* En votum prius, ſeu ſimplex, corde dumtaxat ante filij conceptionem conceptum: quod proculdubio Bernardus meus ſenſit, vtpote hom. 3. ſuper *Miſſus eſt*, ſcribens: *Quomodo fiet iſtud, quoniam &c. Quaſi dicat: Cum ſciat Dominus meus teſtis conſcientiæ meæ votum eſſe ancillæ ſuæ non cognoſcere virum, qua lege, quo ordine placebit ei vt fiat iſtuſt?* Sed ſubdit Auguſtinus de publico, & ſolemni voto. *Poſtea verò cum Filium genuit, quod corde conceperat, ſimul cum eo labiis expreſſit; & vterque in virginitate permanſit.* Et Mariam quidem votum, quod priùs mente conceperat, ore poſtmodum protuliſſe, & Lucas teſtatur, & ipſa eius indicant verba: *Quoniam virum non cognoſco. Neque enim quia tunc virum non cognoſcebat, neceſſe erat inquiri, quomodo poſſet filium habere* (ait Gratianus Cap. *Matrimonium.* eadem q.) *Sed quia nunquam ſe virum cognituram propoſuerat.* Habes ergo eius verbis teſtatum pridem iam de virginitate perpetuò, & illibatè ſeruanda votum emiſiſſe, & nunc coram Angelo expreſſis verbis dictis ſtare. Sed Auguſtinus ad dubitationis Ioſephi ſolutionem reſpicere videtur, cum ſcilicet iuſſus eſt accipere coniugem ſuam virginitatis etiam poſt Filium conceptum flore decoratam: vt myſterio fœcunditatis virgineæ patefacto, re cum vxore ſua communicata, quo ſe Deo virgines digni exhiberent, votum ſimul cum illa palam iam virginitatis emiſerit.

Dedi tibi publicum virginis votum: audi nunc ſolemnita

6. ſolemnitatem. Hanc adhiberi ſolitam cum quadam conſecratione & benedictione; docuit ſupra relatus Doctor Angelicus: explicat verò Bernardus Serm. de B. Maria, cuius exordium, *Aue Maria*, inquiens: *Bezeleel cum ſocio Oliab Arcam Teſtamenti fabricauit. Sancta quoque Trinitas Virginem ſibi ſanctificauit, ac templum ſanctiſſimum conſecrauit, hoſpitiumque mundiſſimum ſibi praparauit, thalamum quoque, de quo Sponſus præ filiis hominum ſpecioſus ad publicum procederet, decenter præornauit. Neque enim Pater abeſſe potuit, vbi eius Filium & Spiritum operare voluit.* Et paulò priùs: *Illam fecit Bezeleel, iſtam condidit Emanuel. Bezeleel Oliab in opere ſocium habuit; & virgo quoque virginum condita prælecta, & ornata per Spiritum ſanctum, & Dei omnipotentem Filium fecit. Bezeleel interpratatur, Vmbra Dei, Oliab, Protectio mea. Prior ille Spiritus ſancti, iſte vero typum tenet Filij. De illo dicitur ad Mariam: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi: & ad Ioſeph: Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Iſte vero ad Patrem clamat: De ventre matris meæ tu es protector meus.* Conſecraſſe igitur Spiritum ſanctum virgineum vterum ſuperuentu ſuo, conſecraſſe Filium aduentu ſuo, nullus Catholicorum dubitare permittitur.

Solemnitas huius voti S. Trinitatis cõſecratione celebrata.

7. Age modo, ex huiuſmodi adhibita conſecratione virginitatis Deiparæ oſtendamus nihil eorum quæ in vera ſolemnis virginitatis voti emiſſione intercedere ſolent, hic defuiſſe. Enimvero ex parte virginis noſtræ vera propriiſſimaque traditionis reperitur ratio, qua Deo corpus ſuum tradidit cum voto perpetuæ perſeuerantiæ: vt non ſola fuerit promiſſio de futura traditione Quis id neget? Solus qui perſonam acceptantem eius traditionem defuiſſe ſuſpicetur. At Spiritus ſancti perſonam (vt Angelum eius ſolemnitatis miniſtrum interim omittamus) virginitatem Mariæ conſecraſſe, & acceptaſſe, conſtantiſſimum eſto. Vtquid enim ſuperuenit in eam, vt quid obumbrauit, niſi vt locum homini fœcundanti præriperet, maieſtatis puritate fœcundaret? Namque in traditione & acceptatione ſolemni dominium virginei corporis à virgine transfertur in Deum, cui dicatur, vt deinceps non ſit iuris virginis, ſed Dei. Et hoc ſanè ſi alibi aliquando contigit, multo præſtantiùs in præſenti: niſi quod cæterarum acceptatio à miniſtro Dei fit ſub eius nomine: Mariæ verò virginitatem per ſeſe Deus ipſe protegendam, & defenſandam perpetuò ſuſcipit: & quoad hoc obumbratio ſancti Spiritus non temporaria, ſed perpetua manſit in virgine, ſicut & dominij tranſlatio; vti elegantiſſimè Athanaſius ſcripſit ſermone de Sanctiſſima noſtra Deipara, inquiens: *Spiritus ſanctus in virginem deſcendit cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, quæ illi per rationem Diuini Principatus adſunt, imbuens eam in gratia vt in omnibus gratioſa eſſet: atque idcirco gratia plena cognominata eſt, eo quod adimpletione Spiritus ſancti omnibus gratiis abundaret, & virtute altiſsimi obumbraretur. Quam virtutem per omnia tempora conceptus eam habuiſſe confido, & poſt conceptum etiam retinuiſſe. Neque enim id temporarium in virgine accidiſſe opinor, ſed per omnia tempora hoc illi datum fuiſſe; quemadmodum & nunc in præſentia, & in æternum vſque habet hæc Virgo ſibi obumbrantem virtutem Altiſsimi.* Breuiùs, non inuenuſtiùs, hoc ipſum dixit Cyprianus ſerm. de Natiuit. Chriſti: *Angelica ſanè non eſt credendum ibi miniſteria defuiſſe* (quamuis dictum ſit: *Et receſsit ab ea Angelus*) *nec receſſerat à venerabili pectore Matris Spiritus ſanctus ad verbum Gabrielis elapſus. Poſsidebat domum ſuam, & templum quod ſibi conſecrauerat. Seruabat ſacrarium ſuum, & ſanctimoniæ thalamum honorabat.* Quibus ſanè verbis nihil clarius dici potuit, vt nunquam intermiſſum virginitatis Deiparæ dominium in Spiritu ſancto commendaret.

Nihil ex requiſitis ad verã ſolemnitatem in eo defuiſſe.

Quodſi ad Sacramentum viſibile perficiendum hominis perſonam acceptantem ibi deſiderari cauſaris, en adeſt totius viſibilis Eccleſiæ caput Ieſus Chriſtus integritatis virgineæ, clauem dominij, domus inſigne arripiens, ne quis vllo tempore temerator in eam audeat inſurgere; quamobrem *Clauis Dauid* (vt mihi videtur) ab Eccleſia vocatur aduentus eius ex Virgine tempore: *Clauis* in quam Dauid, quod nimirum domum Dauidicam ſibi ſoli ſeruauerit, puriſſimam carnem Matris ſuæ de progenie Dauid ortam, ſignaculo tamen ſuæ omnipotentiæ munitam, & iam quidem ab Ezechiele cap.44. ſub portæ Orientalis typo myſticè deſignatam, quæ ſemper eſſet clauſa, & nihilominus ſoli patebat Principi, quo tamen ſiue ingrediente, ſiue egrediente 8.

8. Chriſtus D. voti huius acceptator.

Clauſtrum pudoris permanet,
Vexilla virtutum micant,
Verſatur in templo Deus,

Vti D. Ambroſius cecinit: qui iterum lib. de Inſtit. Virg. cap.7. *Quæ eſt porta niſi Maria? ideo clauſa, quia Virgo. Porta igitur Maria, per quam Chriſtus intrauit in hunc mundum, quando virginali fuſus eſt partu, & genitalia Virginis clauſtra non ſoluit. Manſit intemeratum ſeptum pudoris, & inuiolata integritatis durauere ſignacula, cum exiret ex Virgine, cuius altitudinem mundus ſuſtinere non poſſet.* Quæ iterat cap.8. ſeq. Et Hieronymus in cap. 44. Ezech. & in Apologia ad Pamachium libris ſuis aduerſus Iouinianum. cap. 8. & lib.2. contra Pelagianos cap.2. Auguſt. ſerm. 2. de Natiuit Domini, & fuſiùs ſerm.14. de eadem. Bernardus ſerm. de Verb. Apocalip. & vno ore concors ſanctorum Patrum mens ita clauſam Ezechielis portam interpretatur. Quo ſanè Symbolo nequaquam ſola ac ſimplex Mariæ de virginitate promiſſio ſignificatur, ſed multò magis actiua quædam Chriſti cuſtodia, & dominium: eius ſiquidem erat clauſuram illibatam ingrediens, & egrediens conſeruare, vtpote clauem eius ſibi ſoli notam retinens. Vnus præ cæteris Patribus audiendus hac de re à nobis eſt. S. Ildephonſus virginei pudoris contra vniuerſos hæreticos ſingularis defenſor, qui lib. de Virginit. contra tres-hæret. cap.2. hæc ſcribit in Eluidium ſtylum vibrans. *Audi tu hæretice, ne ius maieſtatis irrumpas, nec poſſeſſionem Dei connexare anſu pertentes. Ne portam domus Dei eius in exitu clauſam à quocumque poſſe adiri contendas. Virtutum Dominus & Deus poſſeſsionis huius. Cœlorum Rex eſt poſſeſſor iuris iſtius. Solus egreſſor cuſtos eſt porta egreſſionis huius.* Et ſtatim: *In hac regione ſolitudo Deo tantum, & domui. In hac manſione ſingularitas hoſpitio tantum, & hoſpiti. Hic locus cum vno tantum aduentante cohæret, hic vterus vnius tantum agnitione congaudet, nec alterius viri quam naſcentis vnius membra cognoſcit.* Non ſolum quia de facto ita fuit, ſed quia ſolus virtutum Deus erat Dominus profeſſor iuris iſtius.

Hinc verò neceſſarius ſolemnitatis prætenſæ collucet effectus, videlicet quod reddit vouentem futurarum nuptiarum omnino incapacem. Nemo autem, vt credo, aſſeuerare audebit ſanctam Dei- 9.

9. Effectus voti ſolemnis in Maria collucent.

param

Digitized by Google

patam poſt Filij Dei conceptum, Ioſepho de medio facto, iterum nuptias inire voluiſſe mortales; vel, vt digniùs loquar, validè quempiam cum Maria contrahere potuiſſe. Abſit hoc à fidelium mentibus. Enimverò ſi quam vnquam virginem Deus in ſuum coaptauit ius, proculdubio hanc præ cæteris vnicè ſtrictiſſimo poſſeſſionis iure ſibi vendicauit. At reliquæ ex eo ſolum quod ſe Deo ſolemni voto tradiderint, eo fruuntur priuilegio, vt nequeat deinceps vllus mortalis ſponſus ad earum aſpirare nuptias: multò ergo magis ea quæ omnium virginum caput eſt, & Regina: quod mihi clariſſimè S. Ildephonſus verbis relatis faſſus eſt, & quotquot eam Ezechielis portam ſemper clauſam, fontem ſignatum, & hortum concluſum agnoſcunt.

10. Ioſeph & Maria poſt virginis partum à vinculo Matrimonij ſoluti.

Dices forſan: Solemne votum poſt ratum matrimonium emiſſum liberum reddit à vinculo alterum coniugem: fieret igitur, ſi Deiparæ votum in conceptu & partu Filij ſolemnis iuta ſuſciperet, vt D. Ioſeph deinceps ab eius matrimonio ſolutus permanſiſſet. Sane grauiſſimis quibuſdam Patribus id nullum eſſe inconueniens viſum eſt: nam Hilarius ad cap. 2. Matth. verba illa Angeli ad Ioſeph, *Surge, & accipe puerum & matrem eius*, ſic interpretatur: *Cum deſponſatam cum Iuſto ſanctificabat, coniugem nuncupauit: ſed poſt partum Mater tantum Ieſu oſtenditur: vt quemadmodum iuſto Ioſeph deputaretur in virginitate coniugium, ita venerabilis eius oſtenderetur in Ieſu Matris virginitas.* Namque cum nihil non myſterio, veritateque plenum in Scripturis reperiatur, vacare myſterio non poteſt, quod perpetuo ante partum *Coniux*, & *Spo ſa* Ioſephi vocitatur Deipara ab Euangeliſtis: Luc. 1. *Ad Virginem deſponſatam viro*; & ita quidem vocabatur antequam Filium Dei conciperet; ſimiliter, & poſt conceptum ante partum Matth. 1. *Cum eſſet deſponſata Mater Ieſu Maria Ioſeph, &c. Ioſeph. vir eius cum eſſet iuſtus, &c. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, &c. & accepit coniugem ſuam, &c.* Rurſus Luc. 2. paulo ante partum: *Aſcendit autem & Ioſeph vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore pregnante.* Attamen mox vt filium peperit, iam deinceps nuſquam *Coniux*, *Sponſa*, vel *vxor* Ioſeph nuncupari, conſpicitur: nam de paſtoribus ipſa nocte puerum adoraturis ait Luc. *Et inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio.* Et de Magis ſimiliter, Matth. 2. *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria Matre eius & fuge in Ægyptum.* Et Angelus ad Ioſeph, non iam accipere Coniugem ſuam iubet, vt prius; ſed, *Accipe puerum & Matrem eius &c.* Et iterum, *Accipe puerum & Matrem eius, & vade in terram Iſraël*; Neque verò ſolus Hilarius id obſeruauit in Occidente ſcribens: obſeruauit & in Oriente Chryſoſtomus hom. 9. in Matth. inquiens: *Aparuit igitur non Angelus Mariæ, ſed Ioſeph loquens. Et quid ait? Accipe puerum & matrem eius. Hic iam non dicit Coniugem tuam, ſed Matrem eius; quia abſolutè per ſignum partus & exploſa ſuſpicio eſt; & abſque vlla ambiguitate vir credidit, libere iam & apertè Angelus neque filium, neque coniugem eius appellans, ſed puerum, inquit, accipe, & Matrem eius.* Conſentit D. Thom. in Catena ad cap. 2. Matth. & in Commentariis propriis ad ipſum. Quorſum hæc? Nimirum vt ipſo Euangeliſtarum loquendi modo credamus omne illud dominium, quod ex ei nuptiarum Ioſeph acceperat ad virginis corpus, ſolemnitate voti virginei finita & perfecta per partum, quo tandem ipſe Dei eiuſque Filius claues intemeratæ virginitatis acceperat, translatum ad ipſum fuiſſe, & à Ioſepho ablatum: vt iam deinceps eo iure *vir eius* non diceretur, neque ipſa *Coniux*, vel *Vxor*: & relatio ex coniugio ad virum in relationem maternitatis ad Filium ſui nouum pudotis Dominum tranſlata, ſeu conuerſa videretur.

Illud nihilominus iurium nuptialium Ioſepho relictum eſt, quod ad indiuiduam vitæ conſuetudinem mutuò ſibi præſtandam neceſſarium erat; à quo *Coniuges* adhuc dicebantur, & Ioſeph pueri Ieſu *Pater*, ex eo quod coniugis ſuæ abſque alterius ope viri filius eſſet: iuxta id quod Auguſtinus lib. de Nuptiis & Concept. cap. 11. dixit: *Propter quod fidele coniugium parentes Chriſti ambo vocari meruerunt Luc. 2. Ibant parentes eius per omnes annos*: Et item. *Ecce pater tuus, & ego dolentes &c.* & cap. 12. *Formam ſervi accepit, cuius forma parentes erant.* Ait itaque Auguſtinus cap. illo 11. *Cum illo non ſeminante illa pepeririſſet, profecto nec ipſius formæ ſerui parentes ambo eſſent, niſi inter ſe etiam ſine carnis commixtione coniuges eſſent. Omne itaque nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti; proles, fides, Sacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum; fidem, quia nullum adulterium; Sacramentum, quia nullum diuortium.* Et infrà: *Cur ergo non coniuges maneant, qui ex conſenſu non concumbere deſinunt, ſi manſerunt Coniuges Ioſeph & Maria, qui concumbere nec cœperunt?* 11. Quid iuris nuptialium Ioſepho relictum poſt Virginis partum?

Tanti coniugij mores imitata poſtmodum fuit S. Pulcheria Archadij Hiſpani Imperatoris filia à Theodoſio Germano (iùniore) compar Imperij facta, cuius laus eſt in tabulis Eccleſiaſticis Romani Martyrologij 10. Septemb. *Ac primùm quidem* Imperatrix electa (ait Sozomenus lib. 9. c. 1.) *Virginitatem ſuam Deo vouit: deinde & ſorores ſuas ad idem vitæ inſtitutum educauit, ne fortè virum quemquam alium Imperio ſubinducerent. Vt igitur ea quæ conſtituerat conſignaret, ac Deum ipſum & Sacerdotes, omneſque ſubditos teſtes faceret voluntatis ſuæ, ex auro gemmiſque pratioſis admirabile quoddam donarium, & ſpectaculum omnium pulcherrimum pro Virginitate ſua, & Imperio fratris, ſacram menſam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ dicauit: idque ipſum, vt cunctis eſſet conſpicuum, in fronte eiuſdem menſæ litteris expreſſit.* Cum verò Theodoſius iunior diem obiit ſuum, voluntate eiuſdem S. Pulcheriæ ex S. C. delatum eſt Imperium Martiano. Quod enim nullum exemplum præceſſerat, vt Auguſta ſola habenas moderaretur Imperij, & ipſa Deo virginitatem vouiſſet, iamque ætate grandior eſſet, vtpote quæ ageret alterum ſupra 50. ætatis ann. ſalubre illud conſilium iniit, vt coniugij titulo virum eueheret in Imperium ætate maturum, conſilio grauem, continentia probatum, atque militari virtute vbique ſpectatum: ſicque optimo Imperij regimini opportunè conſuleret, vt tamen deuotæ Dei virginitatis integritati eſſet omnino proſpectum. Quod ita narrant vno ore tam Græcorum quam Latinorum hiſtorici omnes Sozomenus cit. loco, Socrates lib. 7. cap. 22. Nicephorus lib. 14 cap. 2. & 3. Marcellinus in Chron. Suidas Zonaras, Cedrenus, Glicas, & cæteri; & ex eis Baronius tom. 5. ad A. C. 415. à num. 5. & tom. 6. A. C. 450. num. 17. & in Notis Rom. Martyrol. ad 10. Septemb. qui ſubdit quod Pulcheria *haud immemor* fuerit, *facti huius digniſſimum in Diuinis* 12. Pulcheria Hiſpana coniugium Mariæ & Ioſeph imitata.

Scripturis

Digitized by Google

Scripturis exemplum haberi litteris commendatum, cum ſanctiſſima virgo Deipara ita fuit Matrimonij legibus iuncta coniugi, vt nunquam deſierit eſſe (etiam propoſito.) *Hoc igitur tam nobile exemplum facere edocuit quod neceſſitas exegit temporis, & virtus hominis perſuaſit.*

13. *Etiam poſt ſolemne votum non potuit B. Ioſeph. à B. Virgine ſeparari.*

Cæterum illud addamus oportet, quod tametſi Ioſeph poſt votum Beatiſſimæ coniugis ſolemne redditum, quantum eſt ex vi coniugij rati, & lege communi, liberabire poſſet, ex ordinatione ſpeciali & præcepto Dei obligatus ad indiuiduam vitæ conſuetudinem permanſit: vtpote cui dictum ex parte Dei ab Angelo ſit: *Accipe Mariam coniugem tuam*: vt interim omittamus Innoc. III. Cap. ex p.2. de conuerſ. coniug. aſſerere: *Non inconſultè videri, quod ex quo Matrimonium inter legitimas perſonas per verba de præſenti contrahitur, illis viuentibus in nullo caſu poſſit diſſolui, vt viuente reliquo, alter ad ſecunda vota tranſmigret: niſi fortè fieret ex reuelatione Diuina, quæ ſuperat omnem legem, ſicut à quibuſdam ſanctis legitur eſſe factū*, vt à Tecla, Cæcilia, Lucia, Machario, Alezio &c. Tametſi oppoſitū communiùs à Rom. Pontif. cōſulatur, vt ibi: & ab Alex. III. C. *Verum* & C. *ex publico* eod. tit. vbi: quod Dominus dixit *Quod Deus coniunxit &c.* inquit: *intelligendum eſſe ſecundum interpretationem ſacri eloquij de his qui Matrimonium carnali copula conſummarunt.* Concinit 27. q. 2. C. *Scripſit.* §. *Ecce.*

14. *Votum Virginitatis Deiparæ ſine exemplo, eſt exemplar cæterorum.*

Sed quî poterit ſolemne dici votum in Religione approbata per Apoſtolicam ſedem non emiſſum? Hoc ſanè obeſſe non potuit illi voto, quod cæterorum ianua eſt, & exemplar: nihil enim Eccleſiæ Recentiores Patres decernere de præteritis voluerunt præcipuè de eo quod Domino ipſo decernente perfectum eſt, & primum fuit cæterorū: Virginē vero Deiparā primiceriam virginitatis eſſe, & fuiſſe communi SS. Patrum calculo formatum eſt, loquendo de voto virginitatis. Vetuſtior huius veritatis teſtis eſt D. Bartholomæus apud Bonauenturam l.1. Pharetræ Diuini amoris c.5. aientem. *Beatus Bartholomæus vt habetur in legenda dixit: Hæc prima inter fœminas, hæc conſtituit in corde ſuo, vt diceret Deo: Domine offero tibi virginitatē meam; cum hoc à nullo homine nec verbo didiciſſet, nec exemplo ad imitationem inuitata fuiſſet.* Quod elegantius poſtea dixit meus Bernad. hom. 3. ſuper *Miſſus eſt*, vbi quæ in corde virginis præceſſerunt voti emiſſionem, his deſcribit. *Dura neceſſitas, & graue iugum ſuper omnes filias Eua: & ſi pariunt cruciantur, & ſi non pariūt maledicūtur.* (iuxta illud: *Maledicta ſterilis in Iſraël*) *quid eliges virgo prudens? Anguſtia, inquit, mihi ſunt vndique: Melius eſt tamen mihi maledictum incurrere, & caſtam manere, quam prius quidem concipere per concupiſcentiam, quod meritò poſt cum dolore parturiam. Hinc enim etſi video maledictum, ſed non peccatum, illic vero & peccatum, ſimul & cruciatum.* (Peccatum vocat originale in prole, effectum peccati primorum Parentum in inordinata concipientis libidine) *Denique hæc maledictio quid aliud eſt quam hominum exprobratio? Neque ob aliud ſanè dicitur ſterilis maledicta, niſi quod opprobrio & contemptui ſit habenda, tanquam inutilis & infructuoſa; & hoc in Iſraël tantum. Mihi autem pro minimo eſt quod hominibus diſpliceam, dum me paſſim virginem caſtam exhibere Chriſto.* Hæc de conſultatione votum præcedente: nunc iure Bernardus exclamat. *O prudens virgo, ô Virgo deuota, quis te docuit Deo placere virginitatem? Quæ lex, quæ iuſtitia, quæ pagina veteris Teſtamenti vel præcipit, vel conſulit, vel hortatur in carne non carnaliter viuere, & in terris Angelicam ducere vitam? Vbi legeras beata Virgo, ſapientia carnis mors eſt; & curam carnis ne perfeceritis in deſiderio? Vbi legeras de virginibus, quia cantant canticum nouum, quod nemo alius cantare poteſt; & ſequuntur agnū quocumque ierit? Vbi legeras, laudatos eſſe qui ſe caſtrauerunt propter Regnum cœlorum?* Et multis aliis in commendationem virginitatis ex nouo Teſtamento adductis in medium teſtimoniis ſubinfert illud Apoſt. 1. Cor. 7. *De virginibus præceptū Domini non habeo, conſilium autem do.* Et concludit B. Bartholomæo ſuccinens. *Tu vero non dicam præceptum, ſed nec conſilium nec exemplum habebas, niſi quod Vnctio docebat te de omnibus, ac ſermo Dei viuus & efficax ante tibi factus eſt Magiſter quam filius, prius inſtruxerit mentem, quam indueris carnem; Chriſto ergo deuoues te exhibere virginitatem.* Tam multis probat, primam ſine exemplo vouiſſe Deo virginitatem, quod ſæpe iterat, præſertim ſerm. de Verbis Apoc. *Signum magnum &c.* vbi inter cætera. *De cætero ſanè & virginitatem carnis, & propoſitum virginitatis, & ipſius quoque propoſiti nouitas euidenter illuſtrat* (propoſitum vocat votum more Latinorum) *quod videlicet in libertatem ſpiritus Legis Moſaicæ decreta tranſcendens illibatam Deo corporis ſimul & ſpiritus ſanctimoniam vouit &c.* quæ ſuperiùs dedimus. Vbi de voto quidem multa ex Auguſt. & aliis Patribus: quibus Theologi omnes conſentiunt tum cum D. Th. 3. p. q. 28. ar. 4. tum cum Magiſtro in 4. diſt. 30. & 33. Vbi Scotus q. 2. ar. 2. Ricardus Bonauentura Capreol. Caiet. Carth. & cæteri.

Sed modò quod prima omnium Beatiſſima Virgo votum virginitatis emiſerit, comprobemus. Rupertus ad illa verba Sponſi Cant. 3. *Vulneraſti cor meum in vno oculorum &c.* lib. 3. in fine ſic inquit: *Hoc ſcientes dicunt (& verè dicunt) amici quia votum egregium Deo prima vouiſti votū Virginitatis. Attamen ſponſa nomen admiſiſti deſponſari viro nō renuiſti; & in te hac vnū oculorū tuorum, & illū crinem iam dictum colli tui magis, ac magis in me fixiſti &c.* 15. *Comprobatur ex aliis PP. primam omnium vouiſſe virginitatem.* Præceſſit Beda Rupert. qui in Comm. in Luc. c. 1. perſpicuis id docuit verbis; nam inter cætera ait: *Quomodo fiet iſtud &c. Propoſitum ſuæ mentis reuerenter expoſuit; vitā videlicet virginalem ſe ducere decreuiſſe. Quæ quia PRIMA fœminarum tantæ ſe virtuti mancipari curauit, iure ſingulari præ cæteris fœminis beatitudine meruit excellere.* Hugo etiam Victorinus tom. 3. lib. de Mariæ Virgin. perpet. c. 1. *Merito ei ſoli datum eſt, vt Dei Filium pareret, & Virgo permaneret: vt quia prima Virginitatem carnis fœcunditati prætulit, nunc & fœcunda ſit in carne, & integra in virginitate.* Deinde Guillelmus Abbas cognomento Paruus Comm. in c. 3. Cant. egregiā profert ſententiam: *Maria princeps per hoc deſertum aſcendit, quia ad ſingularem inter fœminas excellentiam excreuit: quia PRIMA hominum Omnipotenti Deo immaculati corporis & cordis ſacrificium ſtuduit offerre, malens vtique ſubiacere maledictioni, quam libidinoſæ corruptioni.* Vocatque eam PRIMAM, *ac præcipuam virginitatis æmulatricem.* Longum eſſet omnes perſequi. Conſule Petrum Bleſenſem ſerm. 28. D. Th. de Villan. conc. 2. de Annunt. Abulenſ. in 4. Reg. c. 18. q. 19. & Recentiores, quos eruditus Praezas congerit. tom. 3. lib. 1. §. 6.

His proculdubio adiungendi ſunt qui ex Patribus, ſi nō eadem, æquali penè phraſi vtuntur virgini primatum virginitatis concedentes, quod non ſolum dignitate, ſed temporis præcedentia verum habet: præſertim Hier. qui ep. 50. ad Pomac. ait. *Igitur, vt dicere cœperamus, Chriſtus Virgo, Virgo Maria, vtriuſque ſexus virginitatē dedicauere. Inde Apo-* 16. *Omnes primatum virginitatis Mariæ tribuunt.*

Digitized by Google

ſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continẽtes. Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Virgines eliguntur, aut vidui; aut certè poſt Sacerdotium in æternũ pudici. Et ep. 22: ad Euſtoch. de cuſtodia virgin. c. 8. *Habeant nuptiæ ſuum tempus & titulũ: mihi virginitas in Maria dedicatur, & Chriſto.* Et clariſſimè cap 9. *Alia fuit in veteri lege fœlicitas: ibi dicitur beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Ieruſalem: & Maledicta ſterilis, quæ nõ pariebat. Nunc Eunuchis dicitur: Ne te dignum arbitreris aridum, habes locum pro filiis & filiabus in cæleſtibus ſempiternum.* Et mox: *Vacuus erat orbis, & , vt de typicis taceam, ſola erat benedictio liberorum: Poſtquam verè Virgo concepit in vtero, & peperit nobis puerum, cuius principatus in humeros eius Deum fortem, patrem futuri ſæculi, ſoluta maledictio eſt. Mors per Euam, vita per Mariam, ideoque & ditiùs virginitatis donum fluxit in fœminas, quia cœpit à fœmina. Statim vt Filius Dei aggreſſus eſt ſuper terram, nouam ſibi familiam inſtituit, vt qui ab Angelis adorabatur in cœlo, haberet Angelos & in terris;* Virgines ſcilicet, & qui continentiæ laude præclari in Monaſteriis Diuinis laudibus vacant. Adſtipulatur Hieron. Ambr. lib. de Inſtit. Virg. c. 5. dum ait: *Maria non ſolum nobis virginitatis incentiuum attulit, ſed etiam Deum intulit. Egregia igitur Maria, quæ ſignũ ſacræ virginitatis extulit, & intemeratæ integritatis pium Chriſto vexillum leuauit. Et tamen cum omnes ad cultum virginitatis S. Mariæ aduocentur exemplo fuerunt qui eam negarent virginem perſeueraſſe.* Epiphanium iis concinentem mox reddam.

17. Non me liceat quoſdam Patrum B. Mariam Virginitatis in Nouo Teſtamento vexillum erexiſſe ſcribere. Nam Ambroſ. lib. 3. de Virginib. ad finem ad viduam loquens, quæ ſe quidem caſtitati; filiaſque omnes virginitati conſecrauerat ait: *Ergo quid & ſecundum vetus Teſtamentum Mariæ ſororis Aaron virginitatem, & ſecundũ Nouum S. Mariæ Matris Dei integritas: in ſtudio ſuæ prolis inuitata eſt, remunerationem fidei Diuino iudicio conſequetur quæ nihil ſibi ad ſæculi ſubſidium reſeruauit, ſed totũ Domino Sobolis pia munus impendit.* Et Hier. ep. 22. ad Euſtoc. *Vacuus erat orbis, ſola erat benedictio liberorum paulatim verò increſcente ſegete, meſſor immiſſus eſt: Virgo Elias, Eliſæus Virgo, virgines multi filij Prophetarum: & Ieremiæ dicitur: Et tu ne accipias vxorem: Inueniebatur ergo vt diximus in viris tantum hoc continentiæ bonum, & in doloribus iugiter Eua parturiebat. Poſtquam vero Virgo concepit & c.* vt ſuprà. Iſidorus Similiter lib. 2. de Offic. Eccleſ. c. 17. *Nunc autem quæ ſit ſacra Virginitatis integritas, vel à quo tã ſancti propoſiti ſumpſit exordiũ, breuiter intimabo. Quantum enim pertinet ad vetus Teſtamentum, Elias, & Ieremias, & Daniel caſtitatis, & continentiæ bonum. primi conſtituiſſe dignoſcuntur; quantum vero ad Nouum, virorum Virginum caput eſt Chriſtus, fœminarum virginum caput eſt Maria.*

Maria prima Noui teſtamenti Virgo.

18. Cæterum Teſtamenti veteris virgines, penè vocari virgines non merentur, quia virginitatis ſtatũ ignorarunt, te vtcumque pro vmbratili tempore contenti: vnde nemo eorum tota Veteri Pagina Virgo vocatus reperitur; Reperies tamen, quæ Virgo occidenda tres integros menſes virginitatem deplorarit; legimus etiam in templo educari ſolitas virgines apud Ambroſ. lib. 1. de virgin. & alios, ſed quæ poſtmodũ adulta ætate ad nuptias tranſirent, vti pudiciſſima omnium Deipara manifeſto argumento cæterarum eſt: namque prærogatiua hæc tempori gratiæ debebatur, vbi & ſtatus inſtitutus eſt, & dicãdæ virginitatis Schola aperta; aperta autem à Deipara. Quamobrem & ipſi Patres hanc veritatem planè faſſi ſunt. Hieron. quidem illis verbis: *Ditiùs virginitatis donum fluxit in fœminas, quia cœpit à fœmina. Statim vt Filius Dei egreſſus eſt ſuper terram, nouam ſibi familiam inſtituit.* Angelorum, ſeu Virginum. Et Ambroſ. lib de Virgin. *Sit igitur nobis tanquam in imagine deſcripta virginitas Mariæ, & quæ velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis. Hinc ſumatis licet exempla viuendi vbi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa ſunt probitatis.* Et poſt pauca ſub figura Mariæ ſororis Moyſi: *Tunc etiam Maria tympanum ſumens choros virginales excitabit cantantes Domino.* Et concludit: *Ergò S. Maria diſciplinam vitæ informat*: nimirum quæ Princeps, Doctrix, Ductrixque eſt virginitatis.

Cur Veteris Teſtamenti virgines nomine virginis non gaudent.

Vis ſcire ab hoc fonte omnem Chriſtianorum virginitatis puritatẽ emanaſſe? Et ego. Sed ſi Ioannis Baptiſtæ, qui præceſſit Apoſtolos, & Apoſtoli Ioannis qui ſpeciali virginitatis inter eos excelluit prærogatiua, Monachorumque & Sanctimonialiũ Paleſtinæ, & Ægypti caſtitas inde emanauerit; de reliquis nullum ſupererit dubium, vtpote ab eis verbo, & exemplo edoctis. Nam Monaſticem illic primò floruiſſe, nemo eſt qui neſciat. Atqui Baptiſtæ integritatem opus Deiparæ fuiſſe, pulchrè Ambroſius nos edocet lib de Inſtit. Virg. c. 7. his: *Mariæ tanta erat gratia, vt non ſolum in ſe virginitatis gratiam reſeruaret, ſed etiam his quos viſeret integritatis inſigne conferret. Viſitauit Ioannem Baptiſtam, & in vtero matris priuſquã naſceretur exultauit. Nec immeritò manſit integer corpore, quem in tribus menſibus oleo quodã ſuæ præſentiæ, & integritatis vnguento Domini Mater exercuit.* Nonne & viſitaſſe Ioannem Euangeliſtam ſæpiùs certum eſt, quæ cum illo multo annos in vna domo egerit? *Eadem quoque poſtea Ioanni Euangeliſtæ eſt tradita* (Proſequitur Ambroſ. *coniugiũ neſcienti.* Ego quoque præuentũ, & ſeruatum à Domino non ambigo futurus virginis filius & comes: & integritatem illi exoratu Deiparæ præſentis conceſſam. Nec mirum, cum eius etiam interuẽtu à pectore Ieſu cumulatius cæteris de Diuinis arcanis fuerit edoctus: vel ipſo Ambroſ. teſte, qui ſubdit: *Vnde* (ex ſocietate Virginis) *non miror præ cæteris loquutũ myſteria Diuina, cui præſto erat aula cæleſtium Sacramentorum.* Et iurè quidem, quandoquidem præcipua ſpecialis dilectionis Domini ratio in Ioanne virginitas fuiſſe ab Eccleſia canitur, iuxta illud: *Quia ſpecialis prærogatiua caſtitatis maioris dilectionis fecerat dignum.* Eam verò interueniente Deipara illi conceſſam, ſonat mihi illud verbum Domini de Cruce loquentis: *Ecce Filius tuus: Ecce mater tua.* Cum enim Verba Domini efficacia ſint, vt id quod ſonant operẽtur, fit vt aliquo ſenſu verus fuerit Ioãnes Mariæ Filius, & ipſa Ioannis mater. De carne autem nemo, vel amens, id contendet: de ſpiritu omnes. Vt autem mater Spiritualis illis Virgo fuerit, neceſſum eſt non ſolú vt augmentum ſanctitatis illi ex conſortio eius accreuerit, ſed quod primam etiam eius originem ipſe debuerit. Quãobrem verba illa, *Ecce filius tuus & c.* non tantum ad ſubſequens tempus referenda ſunt, vt eſſet ſenſus ſolus, *Accipe illam pro me, ſit tibi pro filio*: ſed etiam ad præteritum: *Quaſi dixerit*: Ecce quem tu in Domino genuiſti, qui tibi etiam virginitatem, qui ad Apoſtolatus vocationem, qui ſpecialis prærogatiuam amoris debet; nam te orante hæc & cætera illi conceſſi: conceſſi vero, vt cum eſſet gratia & ſpiritu filius tuus, tibi modo comes, & filius relinqueretur. In quem ſanè ſenſum eadem Epiphanium accepiſſe ſua illius verba mihi ſonãt, hæreſi 78. *Qua ratione Dominus non priùs Petro tradidit*

19\. Omnem Virginitatem & puritatem à Maria dimanaſſe.

Baptiſtæ Virginitas à Maria.

Et Ioanni Euangeliſtæ.

didit Matrem? qua ratione non Andreæ, Mattheoque ac Bartholomæo? Et manifeſtum eſt quod Ioanni propter virginitatem. Ecce enim mater, quamquam non eſſet ipſius Ioannis mater ſecundum carnem, ſed vt oſtenderet, ipſam matrem eſſe Principem virginitatis: principem inquam, & matrem virginitatis Ioannis. Quinimo ſiquis cognomentum *Boanerges*, quo à Domino cum Iacobo fratre pariter virgine donatus eſt; ad virginitatem quoque inter cætera referre velit, non abire mihi videbitur contendere. Enimverò virginitatis prædicatio, ſeu euangelizatio magnum tonitruũ edere viſa eſt, quod vniuerſum penè concuſſit Orbem. Ita mihi indicat illud Apoc. 14. *Et audiui vocem de cœlo tanquam vocem tonitrui magni.* Quorum autem? Virginũ ſane. Sequitur enim: *Et vocem quam audiui ſicut cytharædorũ cytharizantium in cytharis ſuis.* Quæ vox tonitrui magni hominibus videbatur, mirificæ ſuauitatis harmoniam verè reddebat, cuiuſdam noui cãtici, quod vſque ad Euangelij gratiam auditum non eſt. *Et cantabant quaſi canticum nouum, & nemo poterat dicere canticum, niſi illa 144000. qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocumque ierit.* Ioannes ergo tonitrui virginei Filius, Maria omnium cytharædorum mater cytharizantium in cytharis ſuis, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati.

10. Floruiſſe autem primam virginitatis culturam in Paleſtina, Iudæa ſcilicet, & Syria, vbi Eccleſiæ cœpit origo, ac deinde in Ægypto innumeris vtriuſq; ſexus Monachatui ac virginitati addictis, nemo eſt qui ignoret: & pleniſſimè ex inferiùs dicendis pateſiet: atqui vtrobique virginitatis Principem Deiparam incolem ſe geſſiſſe, Matthæi teſtimonio habemus c. 2. Et quod ex eo ſemine ſeges illa vberrima præceſſerit, per ſeſe manifeſtum eſt. Vnde enim ſata proueniunt, niſi ex ſemine? vbi vero ſemen infructuoſè in terram mittitur? aut dicant mihi, cur Ægyptus poſt Paleſtinam prima omnia virginum feraciſſima fuit? Fallor ſi non huius quoque propoſiti iam olim Doctorem ſe præbuit Chryſoſt. hom. 9. in Matth. Tractans ſiquidem illa verba, *Vt impleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meũ:* ſubdit: *Oſtendit* (Euangeliſtas) *Quoniam niſi veniſſet iſte puer in Matris gremio in Ægyptum, non vtique fuiſſet impletum.* Sed quid inde? Attende quod ſequitur. *Quod quidem ipſum Beatam Virginem non mediocriter claram fecit ac nobilem.* Quonam modo? *Quoniam Ægyptus ſuſcipit, ac tuetur inſidias fugientem tyranni: Namque tactu ipſo Domini* (in gremio Matris Virginis deducti) *Guſtum quendam ſanctificationis adipiſcitur, vt cum illum audierit ab Apoſtolis prædicari, huius quaſi priuilegij honore decoretur; quod Dominũ prima ſuſcepit. Et certè ſolius hic Paleſtina videbatur eſſe Primatus.* (Quod nimirum prima Dominum ſuſceperit) *Sed facta eſt poſtea Ægyptus feruentior.* At non ſolum ob aduentum Domini id illi accidit, ſed ſignanter & Matris illius, nam ait: *Fecit etiam Virginis hunc eſſe primatum.* Quæris in quo primatus eius ſitus ſit? *Denique ſi quis nunc ad Ægypti veniat ſolitudines, paradiſo prorſus omnem illam videbit eremum digniorem; & innumerabiles Angelorum cætus in corporibus fulgere mortalibus; & populos Martyrum, & choros Virginum, & omnem quidem tyrannidem diaboli diſſolutam, Chriſti autem regnum coruſcans; & illam Magorum quondam ac Philoſophorum parentem, cunctarumque huius generis artium repertricem, quæque etiam cæteris propria inuenta tradiderat, videbit modò Piſcatorum magiſterio gloriantem, & contemptis omnibus, iam illis repudiatiſque Doctoribus, publicanos vbique ac ſutores pallium circumferentem, atque maximã fidei ſuæ gloriam Crucem Domini præferentem.* Et poſt multa doctè, & placidè in hanc materiã dicta, ſubiungit: *Non ita variis aſtrorum choris cœlũ refulget, vt Ægyptus innumeris Monachorum ac Virginum diſtinguitur, atque illuſtratur habitaculis. Si quis illam Ægyptum veterem nouit rebellem Deo, ac magnitudine ſuperſtitionũ furentem, adorantem irrationales animantes, porros etiam, cœpaſque pauitantem; hic optimè poteſt noſſe Chriſti virtutem, per quem facta eſt tam admiranda mutatio.* Hunc igitur fecit Dominus Virginis eſſe primatum. De quo etiam Ambroſ. agens l. 3. de Virg. inquit: *Si quis igitur putat conſecratione Virginum* (ſeu etiam Monachorum, propter rationis æquitatem) *minui genus humanum, conſideret quia vbi pauca virgines, ibi etiam pauciores homines: vbi virginitatis ſtudia crebriora, ibi numerum quoque hominũ eſſe maiorem. Diſcite quantas Alexãdrina* (Ægypti) *totiuſque Orientis, & Africana Eccleſia quotannis conſecrare conſueuerũt. Pauciores hic homines prodeunt, quam illic Virgines conſecrantur. Ex ipſius igitur Orbis terrarũ vſu, non inutilis virginitas exiſtimatur; præſertim cum per* VIRGINEM (en primatum Virginitatis) *Salus veneris Orbem fœcundatura.* Identidẽ hæc reficiat Ambr. præſertim l. 1. præcedẽte, vbi inter cætera alibi fuſius recenſenda: *Contuemini quã dulcis pudicitiæ fructus ſit, qui Barbaricis quoque inoleuit affectibus. Ex vltimis infra vltraque Mauritaniæ partibus deductæ virgines hic ſacrari geſtiunt; & cũ ſint omnes familiæ in vinculis, pudicitia tamen neſcit eſſe captiua.* Sed de his ſatis.

Maria in Paleſtina & Ægypto Virginitatis princeps.

Maior hominum numerus vbi crebrior Virginitatis profeſſio.

CAP. VIII.

Trium ſimul vulgatorum votorum emiſſionem nunquam non fuiſſe ad Verum Monachatum neceſſariam: ac cætera quæ addi ſolent, extra eſſentiam huius prorſus eſſe.

ET hoc diſquiſitione non modica dignum eſt; 1.
quod tamẽ hactenus toto hoc opere vt verùm ſuppoſuerimus. Verùm nõ deſunt qui putent, multo poſt exortum Monaſticum ſtatum (imo non niſi ad exordiũ Mendicantium) ſpecialem habitam triũ illorũ votorũ conſiderationem: nec enim in regulis Macarij, Pach. Poſth. Athan. Baſil. Caſſ. & cæterorũ Legiſlatorum de eis ſpecialiùs actum legimus, quã de orationis ſtudio, humilitate, ſilentio, & cæteris Monaſticis Obſeruantiis; quinimò ſcimus B. P. Benedictũ dum formã profeſſionis Monaſticæ concepit c. 58. tria valdè diuerſa Monachos promittere iuſſiſſe. Ait enim: *Suſcipiendus autem in oratorio corã omnibus promittat. I. de ſtabilitate ſua, & II. cõuerſione morũ ſuorũ, & III. Obedientia corã Deo, & Sanctis eius,* nulla caſtitatis, aut paupertatis mentione habita: ſed earũ loco ſtabilitatem, & morũ conuerſionem ſuppoſuit. Rurſus totam potius regulam promiſſione, & voto Monachi olim ſe obſeruaturos ſpondebant: vt illa plane Benedicti indicare verba videntur; *Legatur ei regula, vt ſciat ad quid ingreditur. Et ſi habita ſecum deliberatione promiſerit ſe omnia cuſtodire, & cuncta imperata ſibi obſeruare; tunc ſuſcipiatur in congregatione, ſciens ſe ſub lege regulæ conſtitutum.* Proculdubio non magis ſe abſtringens caſtitati, aut paupertati, quam cæteris obſeruantiis. In idem recidit, quod ſuccedenti tempore diuerſarum Religionum legiſlatore non contenti tribus illis communibus votis noua alia addiderunt, nimirum Carthuſiani perpetuæ abſtinentiæ à carnibus, & clauſuræ. Minimi etiam à lacticiniis, niſi aduerſæ valetudinis cauſa; Mercenarij & Trinitarij migrandi in Saracenorum Regna redimendorum captiuorum

Opinio aſſerentium triũ votorũ emiſſionem cum Mendicantibus ortum habuiſſe.

rum gratia,& tradendi ſe obſides pro fluctuantibus in fide: Ieſuitæ euangelizandi infidelibus ad nutum Romani Pont. & recuſandi dignitatis, & Prælaturas Eccleſiaſticas: Minores ieiuniorum ſextæ Feriæ, & nouæ Quadrageſimæ, multorumque in regula contentorum, & contra inimicos fidei arma ſumendi, & ægrotis medicamenta miniſtrandi. Nec deſunt qui vt præſto ſint agonizantibus, & qui vt pueris educendis diligentem nauent operam, ſpecialibus votis ſeſe obligent: nullusque ſit votorum emittendorum terminus in Religionibus denuò repertis, aut reperiendis: cum eodem pacto, ſi placeret Sanctiſſimo, alij aliis obſeruantiis ſe poſſent obligare: v.g. trium aut plurium horarum orationi, frequenti vapulationi, eleemoſinarum largitioni. Et D. Thomas affirmat inſtitui poſſe Religionem ad prædicandum, vel confeſſiones audiendum, vel ad ſtudendum, quæ ſunt eius verba 22. q. 188. art. 4. & 5.

2. Ratio dubitandi. Ex alio capite poſſet aliquis exiſtimare Religioſum ſtatum conſiſtere poſſe duobus, vel vno dumtaxat voto, videlicet obedientiæ: cum poſſet quis perpetuo eis ſe religare; quod nomen ipſum Religionis ſonat. Videndumque vtrum Monachatus ratio ex hominum impoſitione, id eſt ab Eccleſiæ, dependeat inſtitutione. Nam ſi ita eſt, deſignari nō poſſe ratio videtur, cur tria ſimul vota neceſſariò ad conſtituendum Monachatum coire debeant, & non pauciora ſufficiant, ſi id Eccleſia conſtitueret. Aliàs verò cum Monachatus non ſit aliquod ens naturale (vt cum Philoſophis loquar) nequibit non ab hominum arbitrio & inſtitutione pendere. Quid igitur in his omnibus ſaniùs ſentiri oporteat, nunc videndum.

3. Monachatus nō poteſt humana poteſtate aboleri. Vt ab hoc vltimo exordium ſumam (ſic enim expeditioni cæterorum conuenire iudico) illud omnimodis certum eſto, Monachatus quidem inſtitutionem & conſiſtentiam à Domini voluntate eum conſtituentis dependiſſe, nec per alterius voluntatem poſſe mutari. Nec enim ſub ſole relicta ab eo facultas eſt extinguendi prorſus ab Eccleſia Monachatum: tametſi eius Vicario commiſſa ſit commoda ipſius diſpenſatio, qua certas ille & tempori congruentes conditiones aliquando præſcribat vt votum emiſſio ſit valida; non qua omnem abroget votorum Monaſticorū valorē. Non aliter (quod ad rem præſentem ſpectat) atque matrimonij inſtitutor Deus ipſe eſt, quod eius Vicarius abrogare nō poteſt, bene tamen conditiones in contractu opponere, vt præſentiam Parochi & teſtiū, ſine quibus conſiſtere nequeat. Quare de numero Monaſticorum votorum ſtatuere, nimirum quod Monachatus conſiſtere queat aliis quam Obedientia, Caſtitate, & paupertate, aut non illis omnibus ſimul concurrētibus, prorſus ab humana, etiam Eccleſiæ, autoritate alienum eſſe ipſe Romanus Antiſtes declarauit Innocētius III. Cap. *Cum ad Monaſterium in fine*, dū ait. *Abdicatio proprietatis, ſicut, & cuſtodia caſtitatis adeò eſt annexa regulæ Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Quod vt nimirum intelligendum eſſe ſtante Monachatu, nemo eſt qui non interpretetur. De obedientiæ autem voto idipſum in dubium minus verti nequiuit, cum inter reliqua vota, quæ ad Monaſticem complendam concurrunt, primatum habet; vti egregiè docuit D.Th. loc. cit. q. 186. art. 8.

4. Monachus vnus dictus. Cæterùm non omnino voluntariè tria illa votis firmata ad ſtatum Monaſticum requiri debere, ſtatuiſſe Dominus exiſtimandus eſt, ſed quia ipſa eius indicare verba videntur. *Legatur ei regula*, vt natura id poſtulabat. Enimvero quamquam Religio & Monachatus indifferenter quod ad rem ſignificatam ſpectat, accipi ſoleant, Si æthymologiam vtriuſque ſpectes, religatus, & ideo Religioſus vocari poſſet adſtrictus voto, præſertim perpetuo, Monachus tamen non ita. Cum enim *Monachus* à *Monade*, vti *vnus* ab *vnitate* dictus ſit, non quicunque religatus voto Monachus erit, niſi iis votorum vinculis arctetur, quæ hominem à multitudine abſtrahant, & perfectæ ſui ipſius reddant comitati. Monachus enim non tam corpore quam animo *vnus* & ſolitarius eſſe ſuo nomine ſignificatur; vt is ſit qui, vt ſoli Deo placere ſtudeat, omnibus mundi rebus quæ eum ab eo ſtudio impedire valeāt, generoſo animo nuncium dat. Et quoniam tria rerum genera ad alias eum curas, ne *vni* illi ac *Soli* neceſſario totus inhæreat, frequētibus diſtractionibus diuertere valent, totidem votis emiſſis ſeſe ab illis expedire neceſſum fuit. Religionis ethym. Diuitias quidem animum diſtrahere per ſeſe notiſſimum eſt vnde iis renuntiare iuſſus eſt Chriſtum ſequi cupiens: & vitam diuitum longè maximè ab anguſta cælorum porta, & arcta via abeſſe, eius quoque teſtimonio liquidò habemus. Ergo diuitiarum curis diſtractus, *vnus* ſeu *Monachus* eſſe nequiret. Porro coniugatorum vitam diuiſionem in eis operari perſpicuè docuit Corinthios Apoſtolus ep. 1. c. 7. dicens: *Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt Domini, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt.* Et vidimus à cœna Dominica ſe quendam excuſare, quod vxorem duxerit, Luc. 14. *Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire.* Denique nihil æquè hominem diuidit, quam ſuas exequi voluntates, ideo à Sapiente vetitas, quod ducant in perditionem: *Poſt concupiſcentias tuas non eas.* Aliud enim ratio poſtulat, aliud caro: & dum homo multa concupiſcere, multa proſequi deſideriis ſuis arctatur, anxius, & veluti perplexus plerumque hæret, quod ſequi debeat neſcius, & diuiſus neceſſario eſt.

Tres haſce hominem diuidentes vitas vocauit Euangeliſta Domino dilectus, *concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ*; vt ſub priori damnaret carnales appetitus, ſub ſecunda diuitiarum poſſeſſionem, ſub tertia propriam voluntatem, quæ propriam vbiuis venari aucupat exaltationem. Et Auguſt. ſerm. 33. de Verb. Domini tres illas interpretatur excuſationes excluſorum à Cœna Domini, inquiens. *In villa empta dominatio notatur: habere enim villam, tenere, poſſidere, homines ſibi in illa ſubdere, & dominari delectat. Qui vxorem duxit carnem amplexatur. Demum quinque iuga boum emit, qui gratis venundatus, varias multaſque è quinque ſenſibus ortas voluntates ſuas implere ſatagit: ex quibus præter laborem & dolorem nihil acquirat.* (Contraxi pro inſtituto verba Auguſt. paulo ſuſ.) Quare eo loci ſcitè admodum Gloſſa dixit: *Amor terrenarum rerum viſus eſt ſpiritualium pennarum.* Nunc itaque tolle vnum quod libeat ex his vinculis, diuiſus adhuc homo remanet in plura, quæ illius animi vnitatem impediunt. Quare ex ipſa vnitatis natura ſpiritus, ortum habuit, quod niſi trium illarum virtutum ſimul votis, *vnus* & *Monachus* nemo exiſtere queat. 5. Vnde tria Monachatus vota deſumpta?

6. Quid Monachatus nomine ſemper ab antiquis intellectum. De re igitur tā manifeſta & neceſſaria non oportuit ambigere, vtrū his, vel illis verbis formula profeſſionis Monaſticæ concipiēda eſſet: Patres, ſiquidē S. ſatis ſuperq; tati ibi de Monaſt. tunc arripiēdo ſtatu

ſtatu agere, de cæteris non curarunt. Eo ſiquidem ipſo quod quis *Monachus* curabat effici, ad *vnitatem* aſpirabat illam, quæ omnem *vnius*, ſeu *vniti animi* diuiſionem excludebat: in quo per ſeſe manifeſtum erat, diuitiarum poſſeſſionibus, carnis affectionibus, ſiue delectationibus, infinitiſque voluntatum abſtractionibus nuntium dari: iuxta illud vulgatiſſimum totius Monaſtici ſtatus fundamentum. *Si vis perfectius eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* In quorum priori conceptis verbis excluditur dominium diuitiarum, in poſteriori obedientia & caſtitas deſignantur: nam & qui Chriſtum ſequitur, voluntatem eius perficere debet, & eum imitari, *qui factus eſt obediens vſque ad mortem*, Philip. 2. ita D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. artic. 5. in arg. *Sed contra:* & curſus ambulare, ſicut ipſe ambulauit, id eſt non carni, ſed ſpiritui omnimodis ſeruiens, & cælibem celebs ſequi.

7. Forma Monaſticæ profeſſionis ex D. Dionyſio.

Neque verò ab his ieiunus Monaſticem profitebatur quis: imo verò præclariſſimè verbis Monaſticæ profeſſionis id innuebatur, quibus omnes ab Apoſtolis edocti ſunt, teſte Dionyſio, profiteri debuiſſe; ij ſaltim qui expreſſâ ſtatus Monaſtici profeſſionem celebrarunt; quam etiam tacite perfeciſſe neceſſum eſt, qui tacitè eundem profeſſi ſunt. Nonne ſacerdos profiteri volentem, & ad altare ſtantem rogabat; *An renuntiet diuiſibilibus omnibus, non ſolum vitis, verum imaginibus quoque ac Phantaſiis?* Planè ita Dionyſius refert c. 6. de Eccleſ. Hierarch. quorum verborum paraphraſim hanc eſſe Vercellenſis docet: *Sacerdos autem Monachum benedicens interrogat eum ſi vult abrenuntiare omnibus ſæcularibus conuerſationibus ac Phantaſiis?* & potiori energia ſæculares conuerſationes à Dionyſio nuncupatæ ſunt diuiſibiles vitæ, vtpote quæ à ſua *Monade*, & *vnitate* animum profitentis diuidere valebant. Vnde in Theoria ſubdit. *Porro diuiſibilium, non modo vitarum, imaginationum quoque, abrenuntiatio ſupremam illam Monachorum philoſophiam indicat, dum in ſcientia operatur vnientium mandatorum,* (id eſt mandata exequitur diuiſionẽ cordis excludentium, & ſpiritus *vnitatem* ſectantium) *Idcirco plurima quæ impunè à medio geruntur ordine* (piorum ſæcularium) *Monachis omnino interdicuntur: quippe qui vnum ipſum ambire debent, & ad ſacram Monadẽ cogi.* Quæ illa ſint ſubiicit Vercellenſis in ſua paraphraſi: *Vnde multa ei prohibentur, quæ impunè fieri poſſunt à populo fideli, vt ſunt nuptiæ, militiæ, & ſimilia, eo quod Monachi debeant vniri, & ad ſanctam vnitatem congregari.* Vbi ſub militiæ nomine etiam diuitias contineri, quæ à militibus poſſidentur, nemo erit qui abnuat.

8. Formula profeſſionis ex R. P. Benedicto.

Nec aliud quidpiam R. P. Benedictus in formula profeſſionis ſuorum ſibi voluit. Namque tribus illis votis, ſtabilitatis, morum conuerſionis, & obedientiæ ſtatus ipſius Monaſtici aſſumptionem explanate ei in animo fuit. Nam quod ſtatus rationem haberet, & non vinculi temporalis, ipſa ſtabilitatis permiſſione confirmat: morum vero conuerſione, non tam à peccatis ad virtutes tranſitum facere profeſſione ſua Monachum intelligi voluit, quam quod is qui diuiſus eſſe poterat, aut fuerat, per nuptias & diuitias deinceps ad *vnitatem* ſpiritus ſe conuertere teneatur, & vni ſoli quod neceſſarium Dominus docuit, inhærere. Expreſſit verò obedientiæ votum, quod exercitia penè omnia Monachi complectatur.

9. Regula eius non vouetur ex integro.

Errant qui putant, ſtatuiſſe, vt Regulam vniuerſam quis votis emiſſis profiteretur: nec eis prodeſt, quod dixerit, *Si promiſerit ſe omnia cuſtodire &c.* tunc enim non agit de promiſſione Deo ſolemniter facienda, ſed hominibus: nimirum loquitur de tyrone, cui per tria temporis interualla intra ipſum probationis annum decernit vt regula ex integro proponatur, & exquiratur perſeuerandi, aut recedendi voluntas. *Et ſi promiſerit de ſtabilitate ſua* (inquit) *perſeuerantiam, poſt duorum menſium circulum legatur ei Regula per ordinem; & dicatur ei: Ecce lex ſub qua militare vis; ſi potes obſeruare, ingredere: ſi vero non potes, liber diſcede. Si adhuc ſteterit, tunc ducatur in ſupradictam cellam nouitiorum, & iterum probetur in omni patientia. Et poſt ſex menſium circulum relegatur ei Regula, vt ſciat ad quid ingreditur. Et ſi adhuc ſtat, poſt quatuor menſes iterum legatur ei hæc eadem Regula: Et ſi habita ſecum deliberatione promiſerit ſe omnia cuſtodire &c. tunc ſuſcipiatur in congregatione &c.* At quodammodo? Si poſt hæc omnia ſolemniter in Oratorio vota proferat ſua: *Suſcipiendus autem* (ſubdit) *in Oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum, & obedientia, coram Deo & ſanctis eius.* Ergo cum iubetur, *promittere ſe omnia cuſtodire*, Verbum *promitto* non ad Deum dirigitur, ſed ad homines: idemque ſonat atque verbis aſſeuerare, ſe ita facturum; quo ſenſu accipitur à Cicerone ad Brutum lib. 11. *Separatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi & voluntati & vſui.* Et 2 de Diuinat. *Qua inconſtantia Deorum, vt primis minentur extis, bene promittant ſecundis.* At cum Vota profeſſionis emittit, de integritate Regulæ mentio nulla. Quare ita perpetuo ab omnibus eius diſcipulis ac profeſſoribus intellecta eſt, vt nemo dicatur Regulam ex integro profiteri, ſed obedientiam ſecundum Regulam, vt apud Smeragdum in Comment. eius cap. videre eſt, & præcipuè apud R. P. N. Bernardum, qui lib. de Præcepto & Diſpenſ. cap. præſertim 20. fuiſſe admodum id exponit: vbi inter cætera: *Qui ſe ideo periurum putat, quod ad purum Regulam non obſeruat, videtur mihi non ſatis attendere quid iurauerit. Nemo quippe cum profitetur ſpondet Regulam, ſed determinatè ſecundum Regulam, ſui quiſque conuerſionem, ſuamque deinceps conuerſationem ſeſe pollicetur dirigere. Hæc profecto huius temporis omnibus fermè Monachis communis profeſſio eſt. Et licet in diuerſis obſeruantiis ſeruiatur Deo, quandiu tamen ſui quiſque loci bonos vſus ſeruat, haud dubium quin ſecundum Regulam viuat.* Quinimo & ſi quis in animo totam ſe Regulam ſeruaturum haberet, & nihilominus promitteret obedientiam ſecundum Regulam, vti & olim ſui. ſeu noſtri Ciſtercienſes faciebant, (quam Bernardus vocat *Ciſtercienſium literatorium diſtrictionem*) non ideo ad omnia æquo pondere ſeruanda tenetẽtur, ſed diuerſimodè ſecundum vniuſcuiuſque legis qualitatem. Concinit Bernardo D. Thoma. q. citata, att. 9. ad 1. inquiens. *Ille qui profitetur Regulam non vouet ſeruare omnia quæ ſunt in Regula, ſed vouet regularem vitam, quæ eſſentialiter conſiſtit in tribus prædictis. Vnde & in quibuſdam Religionibus cautius aliqui profitentur, non quidem Regulam ſed viuere ſecundum Regulam; id eſt tendere ad hoc, vt aliquis mores ſuos informet ſecundum Regulam, ſicut ſecundum quoddam exemplar: & hoc tollitur per contemptum. In quibuſdam autem Religionibus* (Benedicti) *adhuc cautius profitentur obedientiam ſecundum Regulam, ita quod profeſſioni non contrariatur, niſi quod eſt contra præceptum Regulæ.*

Digitized by Google

10. Vota Caſtitatis & paupertatis in antiquorum Regulis non expreſſa.

Quo loci ſolerter obſeruandum eſt. Sanctos Monachorum Legiſlatores Regulas ſuas circa cæteras Monaſticas obſeruantias diſponendas profundere. De tribus autem virtutibus ſi quæ agunt, non vt Monaſticem rigoroſè conſtituunt, ſed quatenus in eis ſimiles obſeruantiæ reperiuntur, meminiſſe: id eſt, de caſtitate ſeruanda, & obedientiæ, ac paupertatis præcipuis iuribus, vt ad mortale obligant, dixiſſe nihil; egiſſe vero de obedientiæ præſtantia, vt ſcirent Monachi perfectiſſime eam exercere: quomodo perfecti diſcipuli audita præcipientis voce *mox exoccupatis manibus* (vt ait Benedictus Parens cap. 5.) *& quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede iubentis vocem factis ſequuntur, & veluti vno momento prædicta Magiſtri iuſſio, & perfecta diſcipuli opera in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citiùs explicantur.* Et Pachomius, nec ambulare intra domum, nec laborare, nec à labore deſiſtere, nec ſpinam à pede auellere abſque Maioris imperio inſtituit, & infinitas eius generis obſeruantias. De paupertate vero Benedictus ſtatuit, *ne quis præſumat aliquid dare aut accipere, ſine iuſſione Abbatis, neque acum vnam aut graphium* ſcriptoris, ideſt calamus: ita ille c. 33. & 55. Et Pachomius, *nequis in cella ſua abſque Præpoſiti iuſſione quidpiam condat, nec poma quidem viliſſima & cætera huiuſmodi.* De Caſtitate Benedictus nihil loquutus eſt, niſi eius monere diuinam obſeruationem inter cætera Decalogi: *Non occidere, non adulterari, non furtum facere, caſtitatem amare.* cap. 4. Et Pachomius: ne Monachi cum fœminis etiam Sanctimonialibus loquantur. Verùm hæc obſeruantiarum locum obtinent, non præceptorum, aut votorum: & ideo ab eis indiſcriminatim cum cæteris, ideſt ſilentio, humilitate, ieiunio &c. permixtæ ſunt.

11. Caſtitatis & paupertatis vota Religioni eſſentialia antiquos iudicaſſe.

Hoc verò non tollit quin de tranſgreſſione trium votorum longè aliter, Patres iudicauerint: nam Monachum in proprietate mortuum in Sterquilinio cum ſuis pecuniis ſepeliri, communi decreto Sanxerunt Arſenius, Macharius, Pambo, & cæteri Nitriæ Patres, vt Hieronymus prodit. epiſt. 22. cap. 4. quo poſtea exemplo vt idem cum alio faceret motus fuit S. Gregorius. Sed & Pachomius 2. parte Regulæ n. 9. fures pares ac fugitiuos pœnas iuſſit exoluere. *Si quis in furto fuerit deprehenſus. 39. verberabunt eum, & foris dabunt ei edere panem & aquam tantum: & opertum cilicio & cinere per ſingula orationum tempora, cogerint eum agere pœnitentiam. Eademque lex in fugitiuis obſeruabitur.* Et Orſieſius eius ſucceſſor. *Qui talis eſt* (loquitur de eo qui rem quampiam furtiuè abſcindit) *non eſt in numero fratrum, ſed mercenarius, & aduena; nec Paſcha Domini inter Sanctos debet comedere, quia factus eſt lapis ſcandali in Monaſterio.* Et alibi, *Scelus putetur & ſacrilegium, quicquam ex re ſibi credita contingere, & in propriam vertere requiem.* Et Benedictus c. 33. *Quod ſi quiſpiam hoc peſſimo vitio deprehenſus fuerit delectari, &c.* Porrò caſtitatis tranſgreſſores Pachomius corripiendos cenſet, *vt digni ſunt, correctione ſeueriſſima.* Vide quæſo quam aliud de trium votorum tranſgreſſionibus iudicium Patres tulerint, ac de cæterarum virtutum, aut cæremoniarum obſeruantiis: vt inde quiſque facile eliciat, illis quidem ſubſtantiam Monachatus ex Patrum Sententia euerti, non iſtis.

12. Cur Caſtitatis & paupertatis vota Patres non expreſſerint.

Ex quibus tandem manifeſtatum eſt (quod à nemine animaduerſum inuenit) Monaſticarum Religionum Legiſlatorem nequaquam de ſubſtantialibus ipſius Monachatus Regulas exaraſſe, videlicet ne aquilam volare docere viderentur: nemo ſiquidem tam hebes Monaſticem amplexabitur, qui neſciret ſe deinceps nec inire nuptias, nec poſſidere proprium, nec Prælati iuſſionibus reſilire poſſe; vtpote qui nouum vitæ genus relicto ſæculo arripuerit, vbi hæc pridem licebant. Neque enim qui Religionem vouet ad ſpecialia vota obedientiæ caſtitatis, & paupertatis exprimenda deſcendere indiget ad hoc vt obediens, caſtus, & pauper eſſe cenſeatur obligatus. Quæ ergo Regula ad hunc efformandum ſtatum dolanda erat? aut quî dolari poſſet? Regulæ ſanè Monachis, non ſæcularibus, conſcribendæ fuere. Quodſi Monachis, planè in verò Monachatu iam conſtitutis, non conſtituendis per Regulas. Eos vero quonam modo ſe gerere in actibus ſuis debeant, vt ſtatui ſuo correſpondeant, Regulis informare oportuit. Vnde de Monaſticis actibus, obſeruantiis, cæremoniis, inſtituta, & leges promulgare neceſſum eſt; vti reuera omnes Regulæ agunt. Quodſi quandoque paupertatis & obedientiæ, aut etiam caſtitatis, quæ votis firmatæ ſunt memoriam ingerunt, non quatenus ſub votis cadunt, & ad ſubſtantiam ſtatus coëunt, memorantur; ſed quatenus in ipſis, vel circa ipſas, obſeruantiæ aliquæ Monaſticæ præſcribendæ ſunt, vt iam diximus.

13. Alibi eorum meminere Patres.

Fallitur itidem qui exiſtimat nullibi à Patribus trium votorum factam eſſe mentionem; nam (vt demus in Regulis ſuis nihil de eis egiſſe, nec opportuiſſe) cum alibi de profeſſione ac ſtatu Monaſtico ſeſe alicubi offerret diſceptatio, conceptis verbis de eis agebant. Eius rei in teſtem adduxiſſe Magnum Baſilium in præſentiarum ſufficiat, qui in Regulis ſuis à trium votorum memoria iure optimo abſtinens, in Opuſculo tamen 1. Aſceticorum ſuorum, cuius initium, *Homo ad imaginem &c.* de profeſſione agens Monaſtica primum omnium votis paupertatis meminit, ſecundo Caſtitatis, tertio obedientiæ, his verbis: *Si per vitiorum euacuationem ad Dei ſimilitudinem animæ noſtræ characterem componere nobis in animo eſt, danda omnino nobis ſedulò opera eſt, ne quid quoquo pacto PROFESSIONE noſtra indignum faciamus: neuè ſimili atque Ananias iudicio efficiamur obnoxij. Licebat enim initio Ananiæ poſſeſſiunculam ſuam Deo non polliceri, ac VOVERE, ſed poſtquam humana gloriæ cupiditate ductus, quidquid in bonis habebat per PROFESSIONEM Deo conſecrauit; quo videlicet egregio iſtiuſmodi facto hominum de ſe admiſtrationem excitaſſet: de pretio tamen callidè poſtea neſcio quid interuenit; eiuſmodique aduerſum ſe indignationem Dei prouocauit, cuius Petrus miniſter fuit.* Ecce de voto Paupertatis, & & proprietatis vitio ſeueriſſimè vindicato factam mentionem. Sequitur de Caſtitatis profeſſione. *Quo circa ante Religioſæ huius vitæ profeſſionem, liberum eſt vnicuique, quatenus per Dei indulgentiam leges permittunt, communem cum cæteris viuendi morem ſequi, ſibique vxorem adiungere. Vbi verò iam quis ſponte ſua ipſe PROFESSVS eſt, hic Deo cuſtodire ſe ipſum debet veluti eorum aliquid quæ dicata ſunt Deo, ne SACRILEGIS iudicium incurrat; cum videlicet corpus, quod ſoli Deo conſecrauit, miniſterio rurſus communis vitæ contaminet.* Quod vlteriùs ſtatim explicat. Tandem de Obedientia, nullo intermedio alterius obſeruantiæ decreto, ſubiungit: *Vnus totius illorum diſciplinæ moderator ſit huius autem poteſtas ea ſit, vt parente ipſi ex libera animi inductione, ſummiſſione-*

neque

neque Fratrum Conuentu, eorum nemini eius voluntati liceat aduerſari, in his quæ ad ſuſcepta vitæ honeſtatem, & exactiorem quendam cultum facienda, ille ſuadeat. (Quod ſane Bernardus & Thomas vocarunt *Obedientiam ſecundum Regulam*) *Quidquid ab eo dicatur, fiatvè, id cunctis fratribus pro lege, ac Regula ſit.* Quid quæſo clarius de tribus votis Recentiores dixerunt? Quod ſi cæteri tantumdem loquuti non ſunt, in cauſa eſt, quod præter Regulas de Monaſticis Inſtitutis Opuſcula de Fratrum profeſſione non exararunt. Nec de re Sole manifeſtiori inter Monachos quidquam dicere opus erat. Opus vero fuiſſe Recentioribus clariùs id exponere, non arguit eos præ Veteribus res Monaſticas calluiſſe, ſed minus neque quiſquam erit qui Veteres Monachos non fateatur earum fuiſſe vt obſeruantiores, ita & eruditiores.

14\. *Tria vota ex Monachatu eſſentialiter requiri probatur ex D. Thom.*

Probauimus, ni fallor, tribus illis vulgatiſſimis votis ita Monaſticem conſtitui, vt quolibet deficiente, adhuc *Monas* ipſas perfecta non ſit, quod videlicet adhuc homo in plura velit nolit, diuiſus maneat, quod *Monachatui* repugnat. Probauit id quoque D. Thomas 22. quæſt. 186. art. 7. triplici medio, ſed quæ vt vim habeant in idem recidunt. Ait ſiquidem: *Reſpondeo dicendum quod Religionis ſtatus poteſt conſiderari tripliciter. Vno modo ſecundum quod eſt exercitium tendendi in perfectionem charitatis: alio modo ſecundum quod quietat animum humanum ab exterioribus ſolicitudinibus: tertio modo ſecundum quod eſt quoddam holocauſtum, per quod aliquis totaliter ſe & ſua offert Deo: & ſecundum hoc ex tribus votis integratur Religionis ſtatus.* Horum medius planè concidit cum noſtro, quod ex *Monade* perfecta ſpiritus, & negatione diuiſioni animi ad plura procedit, nam ait: *Solicitudinis ſæcularis inquietudo præcipuè ingeritur homini circa tria. Primò circa diſpenſationem exteriorum rerum; & hæc ſolicitudo per votum Paupertatis homini aufertur. Secundò circa gubernationem vxoris & filiorum, quæ amputatur per vtum continentiæ. Tertiò circa diſpenſationem propriorum actuum; quæ amputatur per votum obedientiæ.* Primus itidem non valde ab eo diſcrepat: *Nam ad exercitium perfectionis requiritur quod aliquis a ſe remoueat illa per quæ poſſet impediri, ne totaliter eius affectus tendat in Deum: in quo conſiſtit perfectio Charitatis.* Quaſi dixerit: Triffariam diſſecatur hominis animus, ne totaliter, id eſt *vnitè*, ac integrè tendat in Deum: Hæc autem ait eſſe, cupiditatem exteriorum bonorum, concupiſcentiam ſenſibilium delectationum, & inordinatinem voluntatis humanæ, quæ à ſuperioribus minimè diſcrepant. Ratio quoque quæ tertiò ex holocauſti ratione accipitur, eodem tendit, cum accipiatur ex integritate ſacrificij, quod holocauſtum dicitur; & contingit quoties totum ex integro concrematur, & conſecratur Deo, id eſt totus, & indiuiſus animus; quod negatione triplicis ſæpiùs repetitæ diuiſionis completur: Clarius id ipſum formauit argumentum Opuſc. 19. cap. 1. aſſerens: Monachus *per votum Religionis ſæculo moritur, vt ſoli Deo viuat. Et ideo per Religionis votum abrenuntiatur illis, quibus humanus animus maxime occupari conſueuit; & à Diuinis obſequiis impediri: quorum primum eſt coniugium 1. Corinth. 7. Volo vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt Domini &c. qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, & diuiſus eſt. Secundum eſt poſſeſſio diuitiarum Matth. 13. Solicitudo huius ſæculi, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum. Tertium eſt propria voluntas: de qua. 1. Petr. 5. Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.*

In idem recidit ratio quæ ex nomine *Therapeutæ*, à SS. Apoſtolis Monachis contributo, deduci poteſt; iuxta illud Dionyſij: loco cit. *Sancti Præceptores noſtri Diuinis eos appellationibus ſunt proſequuti, partim Therapeutas, id eſt cultores, à ſincero Dei famulatu, atque cultu eos appellantes &c.* 15. *Idem probatur ex nomine Therapeutæ.* Nam ſi veri ſincerique famulatus cultores, ac ſerui Dei ſunt; toti ergo, ac proinde indiuiſi, ſe conſeruant eius ſeruitio: ergo vxoris & filiorum nulla eis eſſe cura poteſt: aut ſincero, id eſt ſingulari famulatu non ſe dedicarunt Deo; quod diuitiarum terrenarum cura, & dominium ab eis ablatum eſt quo nimirum ex ipſa ſeruitutis ratione incapaces redduntur. Denique ergo ſuæ quoque voluntatis Domini eſſe nequeunt; cum nihil æquè ſeruituti repugnet. Siue igitur *Monachi Monadem*, ſiue *Therapeutæ* ſincerum perpenderis famulatum, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ vinculis Monachos obligatos eſſe non dubitas.

16\. *Anachoretarum obedientia quem ſuperiorem reſpiciat?*

Quod ſi quis mihi Anachoretas opponat, quibus alicui hominum obtemperandi neceſſitas nulla imminere videtur, vt probet, aut eos veros Monachos non eſſe, vtpote qui ſine obedientiæ bono vitam agant, aut inde infringi totam ratiocinationem à nobis factam, cum abſque obedientiæ voto valeat verus Monachatus conſiſtere: Ego hæc obiicienti facile occurram, Anachoretarum Ordinem inter Monaſticos quidem eſſe annumerandum, vti apud omnes Patres conceſſum eſt, præſertim Hieronymum Comment. cap. 3. Lament. Ieremiæ ad illa verba; *Bonum eſt viro cum portauerit iugum &c.* Et epiſt. 4. & 22. Auguſtinum de Moribus Eccleſ. lib. 1. cap. 31. Benedictum cap. 1. ſuæ Regulæ Bernardum epiſt. Ad Fratres de Monte Dei D. Thomam. 22. q. 188. art. 8. vt cæteros taceam. Cæterum ipſos quoque Anachoretas neceſſario, vt cæteros votum Obedientiæ emittere, ſemperque emiſiſſe, eo ipſo quod propriis renuntiant voluntatibus. Nec aliter eorum Monaſticem conſiſtere poſſe argumentum manifeſte conuincit. Quem verò obedientiæ ſuæ votum reſpiciat vt Superiorem, ſi quis inquirat; ſciat ab exordio Eccleſiæ, & ipſa Monaſtici ſtatus inſtitutione, Monachos omnes Epiſcopis ſuis ſubditos fuiſſe; idque ipſe Apoſtolorum diſcipulus Dionyſius dilucidè promiſit lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 6. cuius doctrinam plauſu celebri Theologi recipiunt, vtpote quam Theologiæ Magiſter D. Thom. expreſſit 22. quæſt 186. art. 5. Vbi cum tertio loco argumentaretur: *Si obedientia requireretur ad perfectionem Religionis, oporteret quod omnibus Religioſis conueniat: non autem omnibus conuenit: Sunt enim quidam Religioſi ſolitariam vitam agentes, qui non habent Superiores quibus obediant. Prælati etiam Religionum ad obedientiam non videntur teneri.* Reſpondet. *Ad tertium dicendum quod ſubiectio Religioſorum principaliter attenditur ad Epiſcopos, qui comparantur ad eos ſicut perfectores ad perfectos, vt patet per Dionyſium 6. cap. de Eccleſ. Hierarch. Vbi etiam dicit quod Monachorum ordo Pontificum conſumatiuis virtutibus, & Diuinis eorum illuminationibus edocetur. Vnde ab Epiſcoporum obedientia nec Eremita, neque etiam Prælati Religionum excuſantur.* Mancipari autem omnes Monachos, etiam Eremiticolas, ſeu Cœnob. Prælati conſumatiuis virtutibus Pontificum,

tificũ,nihil eſt aliud quã ſubiici Epiſcopis ex vi ſuæ profeſſionis,vt eos in Monachatus inſtitutis perficiant. Quare quiuis Anachoretarum in his quæ profeſſus eſt coërceri à ſuo Diæceſano poterat, cui & ille veluti vero ac legitimo Prælato tenebatur obedire; non ſolum in quibus cæteri hominum, ſub ſpecialiter in rebus ſuæ profeſſionis. Cæterùm huiuſmodi Monachorum ad ſuos Diæceſanos ſubiectio, tametſi ab Apoſtolis ortum duxerit,potuit à Romano Pontifice,cui vniuerſorum diſpenſatio credita eſt,iuſtis de cauſis abrogari, & vt ſoli ſibi parere teneantur,diſponere: quod nunc factitatum videmus. Enim vero obedientiæ votum à Monachis emitti ſolitum per ſe & immutabiliter ad Chriſti Vicarium dirigitur, quantumcumque non exprimatur (res enim per ſe notæ expoſitione non indigent)à cuius ſubiectione nulla humana potentia, etiam ipſius Romani Pontificis,Monachus extrahi valet: ab eo autem, his vel illis vt obediat, committi poteſt: nam quacumque variatione in perſona Prælati facta,dummodo Romanus Pontifex non ſit,immobilis Monachatus ratio perſeuerat. Quæ omnia vno verbo liquidiſſimè Doctor Angelicus explicuit cit. loco inquiens: *Etſi à Diæceſanis Epiſcopis totaliter vel ex parte ſunt exempti*(nunc temporis)*obligantur tamen ad obediendum ſummo Pontifici,non ſolum in his quæ ſunt communia aliis,ſed etiam in his quæ ſpecialiter pertinent ad diſciplinam Religionis.* Loquitur vero etiam de Anachoretis.

17. Nihil præter tria vota Monachatui eſſentiale.

Sed vero illud tandem addendum eſt dictis; Quidquid votorum his adiiciatur (vt multi Religioſorum adiiciunt) ſanctè quidem & piè admodum fieri, ſed omnino extra rationem Monachatus,vt diſcurrenti per ſingula facile patebit. Abſtinentia a carnibus qua Carthuſiani excellunt & lacticiniorum qua Minimi, nihil ad *Monadem* ſtatus Monaſtici conſtituendam præſtant, ſed perfectum tribus votis ſupponunt: adiuuant tamen ſcopum caſtitatis, vt votum clauſuræ, & cætera quæ emitti poſſent corporalium afflictionum,ſiue ieiunia,ſiue ſcoparum, & virgarum ictus,ſiue ciliciorum aſperitates; quæ omnia bene à ſæcularibus nihil ad *Monada* Religionis tendentibus exercentur: quod manifeſtum ſignum eſt accidentiæ. Porro prædicationis officium,& audiendarum confeſſionum ſtudium quid ſubſtantiæ Monachali conferat,nemo oſtendere valebit: accidit proinde Monachis in ſuo eſſe conſtitutis, quod in his occupentur, iuxta illud Hieronymi aduerſus Vigilantium, & refertur 16. quæſt.1. C. Monachus: *Monachus non docentis ſed plangentis habet officium*? Non quod illis iniungi non poſſit, ſed quod ſi non iniungatur, perſtat in eis Monachatus ratio perfecta, ſi iniungatur,accidit conſtitutæ. De votis captiuorum redimendorum, aut ægrotantium miniſtrandorum dicere ſuperſedeo, cum nihil cum Monachatu illis ſit commune, vt lippi & tonſores vident: & æque à ſæcularibus ea munera præſtentur,vt in Italia Confalonarij ſunt, qui ſibi à ſummis Pontificibus facultatem captiuos è poteſtate Sarracenorum eruendi ſibi arrogauerant,Trinitariis, & Mercenariis,quibus ex inſtituto competebat excluſis: & Xenodochiis præfici multos ſæculares paſſim conſpicimus. Denique orationis votum,ſi emitteretur, plane ſubſtantiam & conſtitutionem Monachatus non intraret, ſed ſupponeret potius perfectam: & idcirco extra rationem eius eſſet.Sed de his ſatis. Iam eorum Monaſticorum votorum ſolemnitatem olim quoque adhiberi eis ſolitam, æquum eſt vt perpendamus.

CAPVT IX.

Quæ ſolemnitas adhiberi ſolita ſub Apoſtolis fuit in profeſſione Monachorum? Vbi de ipſa profitendi formula.

1. Solemnitas antiquis Monachatus ex D.Dionyſio.

SOlemnia emiſiſſe vota veteres Monachos hactenus docuimus: ſolemnitatem ipſam & cæremonias primo Eccleſiæ ſæculo in more poſitas huc remiſimus inueſtigare: de quibus nunc rectò ordine opere pretium eſt vt diſſeramus. Eas vero à Magno Areopagita audire placet,qui data opera lib.de Eccleſ. Hierarch. c 6 poſteris ad perpetuam rei memoriam mandare ſcriptis curauit in hæc verba,ſub titulo.

Myſterium Monaſticæ conſummationis.

1. *Stat quidem ſacerdos ante ſacrum altare,Monaſticam imprecationem pſallens.*

2. *Ille autem poſt ſacerdotem adſtat, non vtrumque ponens genu: non alterum: non habens impoſita ſacra eloquia capiti; verùm ſolum ſacerdoti adſtans, myſticam ſuper illum inuocationem proſequenti.*

3. *Ea verò finita,ſacerdos ad eum accedens,interrogat primùm; An renuntiet diuiſibilibus omnibus, non ſolum vitiis, verùm imaginibus quoque ac Phanſiis?*

4. *Deinde exponit illi perfectiſſimam vitam;illud aperte conteſtans, oportere illum medio longe antecellere.*

5. *Vbi vero ille iſta omnia intente promiſerit*

6. *Conſignans eum crucis ſigno ſacerdos tondet, Trinas Beatitudinis perſonas inclamans.*

7. *Exutumque veſte omni,aliam induit.*

8. *Et cum ſanctis aliis, qui adſtant, viris ipſum ſalutans.*

9. *Diuinorum myſteriorum participem efficit.*

Hæc Dionyſius, iuxta Ambroſij Camaldul verſionem,quæ clarior elegantiorque eſt, quam vtriuſque Ioannis,Scoti videlicet,& Sarraceni: nec nouæ Ioachini Perionij, & Lanſelij quicquam habent noui.

2. Doctrinam de Monachis quam à Diuino Heroibeo accepit Dionyſius.

Placuit ita membratim Dionyſij ſententiam diſcidiſſe, vt ſeorſim, ordinateque de quauis ſolemnitatis parte diſceptare nobis integrum ſit, illud in capite admonentibus,cum Dionyſius tantæ antiquitatis ſit, quod ſub paſſione Dominica 25. ætatis ageret, vt promit ipſe apertiſſimè ad Apolophanem Philoſophum ſcribens,& ab Apoſtolo Paulo ad Lucem Euangelicam fuerit conuerſus prope annum Domini 52, vetuſtiſſimam omnium neceſſe eſt eſſe eius doctrinam, ab ipſiſque Apoſtolis ac Diſcipulis Domini profecto receptam: quos ſanè ipſe de Monachis loquentes inducit, inquiens: *Porrò initiandorum omnium excellentior, ac ſublimior ordo Monachorum eſt ſancta diſtinctio. Vnde Sancti Præceptores noſtri diuinis eos appellationibus ſunt proſequuti; partim Therapeutas, id eſt cultores, à ſincero Dei famulatu atque cultu; partim Monachos ab indiuidua ac ſingulari vita appellantes: vt quæ illos Sanctis diuiſibilium contemplationibus,in Diuinam & Deo gratam Monadem* (hoc eſt vnitatem) *perfectionemque promoueat.* Nomine vero

vero *ſui Præceptoris* Diuinum Hierotheum præcipuè ſemper intelligit : vtpote à quo in Diuinis diſciplinis inſtitutum, ſe vbique liberè profitetur: vt cap. 2. de Diuin. Nom. *Iſta & non alibi ſatis tractauimus, & ab inclyto Præceptore noſtro in ipſis Theologicis elementis celebrata ſunt ſublimiter penitus.* Agebat de argumentis Ieſu Diuinitatem comprobantibus. Et cap. 6. de Cel. Hier. de tribus Angelicis Hierarchiis, nouemque ordinibus diſputans : *Has* (inquit) *eximius Præceptor noſter internas tertio repetitas diſtinctiones ad ſanctæ Trinitatis diuiſit imaginem.* Et de ſuprema mox : *Hanc primam reuera Hierarchiam illuſtris Dux noſter ac Magiſter eſſe ait, qua non ſit præſtantior alia &c.* Quibus quidquid de cæleſtibus illis tribus ipſe ſcripſit, ab eo Præceptore, Duce, & Magiſtro accepiſſe ſe dicit. Demum lib. de Eccleſ. Hier. cap. 2. *Vt enim Dux ille, & Præceptor noſter eximius ait, primus animi ad Diuina motus Dei dilectio eſt :* vt doctrinam operationis mandatorum Dei per dilectionem; hanc vero per ineffabilem illam, qua Diuinus in nobis ſtatus efficitur, id eſt Baptiſmus, progreſſum facere intelligeremus. *Si enim Diuinus hic ſtatus Diuina natiuitas eſt ; nunquam ille aliquid ſciet, ex iis quæ à Deo tradita ſunt, neque operabitur, qui neque Diuinum hunc ſtatum conſequutus eſt*, cum operari naturæ ſtatum præſupponat. Et cap. 3. de Euchariſtia diſſerens : *Eſt enim* (ait) *iuxta inclytum Præceptorem noſtrum ſacramentorum conſummatio.* Quo videas nihil non Theologicarum hypotipoſeon ab Herotheo non didiciſſe: & quæ nunc tandem de Therapeutis, ſeu Monachis, tradit, ab ipſo accepiſſe.

Ita Vercellenſis ibidem.

3. Porrò Hierotheus, quem alij Pauli auditorem credunt, coadiutorem potius fuiſſe, & Ieſu Diſcipulum, non leuibus coniecturis ducti remur: namque vnde à ſolo Paulo, vt Dionyſius ipſe, conuerſus, Athenis vt ille ortus (licet Segouia oriundus) poterat ante Dionyſium ſic in Theologicis facultatibus excoli, vt eius præceptor fieret? Nam & Dionyſius in priori Pauli Athenas aduentu ad Fidem conuerſus eſt, cum iam Philoſophia eſſet apprimè excultus; quod eius ſcripta indicant, & fatetur in epiſt. ad Policarpum, & epiſt. ad Apolophanem. At primus Pauli aduentus Athenas (vt communis fert opinio) accidit ad A. cap. 48. Ex quo fit perperam à Luitprando in Aduerſ. Hierotheum, quem Macrum prænominatum vult, dici conuerſum in Cypro à Paulo A. cap. 41. cum prius Præfectum ille egiſſet Hiſpaniæ Tarraconenſis. Tum quia Paulus vſque 46. poſt famem ab Abago prædictam non fuit ſegregatus in Euangelium, nec nauigauit in Cyprum, niſi vt minimum A. cap. 47. (quod nos ſtabilitum reliquimus in Comment. ad Dextrum A. cap. 48.) quare nequiuit conuerti à Paulo in Cypro, vbi nondum erat, imo nec Apoſtolus deſignatus. Tum etiam quoniam nequaquam taceret D. Lucas rem tanta memoria dignam, qui omnium peregrinationum Pauli indiuiduus comes minutiſſima quæque recenſuit in Act. Apoſt. & inter cætera Athenis conuerſionem Dionyſij & vxoris eius : multo magis commendaturus memoriæ conuerſionem Magiſtri ſui, ſi contigiſſet. Nec aſſignari poterit congruenter locus & tempus eius conuerſionis ita præcedens conuerſionem Dionyſij, vt à Paulo iam Apoſtolo ad Fidem adductus tandiu in eius diſciplinis verſaretur, quod Dionyſij præceptor euaderet, ea doctrinæ amplitudine pollens, qua ab eo tunc iam excelluiſſe deſcribitur. Eo vel maxime quod cap. 2. de Diuin. Nom. longo exercitio, ac tempore in Diuinis ſcripturis verſatum eum fuiſſe, Dionyſius prodat : *Ab inclyto Præceptore noſtro* (Hierotheo) *celebrata ſunt ſublimiter penitus in ipſius Theologicis elementis ; quæ ille ſiue à Theologis ſanctis accepit ; ſiue etiam ex ſolerti ſcripturarum indagine comprehendit longo exercitio ac tempore.* Vocat vero *ſanctos Theologos* omnes Prophetas, & Apoſtolos, ſcriptores librorum Canonicorum, quos vel legit, vel viua voce conſuluit, & audiuit : vtpotè ſub eadem Domini ferula cum eis eruditus. Quamobrem ſolerter à Dionyſio *DIVINVS* cognominatur, quo Apoſtolos cognominare ipſe conſueuit : ſic enim Paulum, ſic Ioannem, ſic Bartholomæum, ſic denique ſimul omne vbique vocat: vt de Eccleſ. Hier. cap. 7. De Diuin. Nom cap. 2. & 11. & lib. de Myſt. Theol. & ſæpe alibi. Porro Macrum illum Hiſpaniæ Præſidem probitate morum conſpicuum longe poſtea præfuiſſe Tarraconenſi, habemus ex Martiale lib. 10. Epigr. 78. ad Macrum, vbi eius laudes proſequitur.

Ibis littoreas Macer Salonas
Ibit rara fides, amorque recti &c.

Et infra.

Nos Celtas Macer & truces Iberos
Cum deſiderio tui petemus.

Erant Celtiberi Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, vbi ad Salonis confluentem Bilbilis erat Martialis patria, ad quam ipſe properabat, ſed Macer præueniebat. De eius ſucceſſore Inſtantio lib. 2. Epigr. 99. ad Rutim, inquit

Non ignorat onus, quod ſit ſuccedere Macro,
Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

Atque hæc dixerim, non quidem vt ſoli Hierotheo de facto & ceremoniis illis loquenti habeatur fides, cum Dionyſius quod in praxi in vniuerſa Eccleſia ſeruabatur, ſcriptis prodiderit; ſed vt Theoriam & expoſitionem myſterij Monaſticæ conſummationis, quam Dionyſius ab eo acceperat, meritis cumulatam laudibus adducamus in medium : illius ſiquidem autoritas tanta eſt in Eccleſia, vt eius ſcripta, velut ſecundas Diuinas ſcripturas omnes æſtimaſſe teſtetur lib. de Diuin. Nom. cap. 3. *Eum igitur nos quoque vt perfectorum, ſeniliumque ſenſuum magiſtrum iis aſſignamus, qui celſiora capiunt, veluti ſecunda ſacra eloquia, & eorum qui à Deo vncti ſunt ſequentia.*

Hierothius Ieſu diſcipulus, non Pauli.

Theoria myſterij Monaſticæ profeſſionis

I. Stat quidem Sacerdos, &c. Vercellenſis paraphraſticè ita reddidit. *Sacerdos quidem ſtat ante altare, cum cantu Deum inuocans* (ſic *pſallere* explicat) *pro Monachorum benedictione.* Et Sarracenus vertit : *Monachicam inuocationem de cantans.* Monachorum conſecratio, aut benedictio nunquam ad Pontifices ſpectaſſe cognoſcitur, ſed ad Presbyteros, ſeu ſacerdotes : quo ſane non loquimur de acceptantis perſona, ſed benedicentis : acceptare ſiquidem vota eius ad Prælatum Regularem ſpectat, cui obedientia præſtanda eſt, & huius nulli certi Ordinis caracter deſideratur, ſi primitiua iura euoluamus : nec modò in Ordine Minorum, vbi quidem Conuerſi eligi poſſunt in ſuperiores Regulares, *Benedicere* vero ſolemni precatione ſolis ſacerdotibus datum eſt, iuxta decretum Apoſtolorum, de quo Clemen. in Conſtit. libr. 8. cap. vlt. Hinc Dionyſius cum præmiſiſſet, ob præcipuam eorum ſanctimoniam Diuinis eos dignatos appellationibus ab Apoſtolis, id eſt *Therapeutas*, & Monachos, 4.

Monachi benedictio ad Præsbyterū attinet.

Monachos,ſubiungit : *Idcirco & perficientem eis indulſit gratiam Diuina ſanctio* (id eſt Apoſtolica conſtitutio) *eoſque conſecrante quadam inuocatione dignata eſt : non Pontificiali quidem , illa enim ſolis in ſacerdotalibus Ordinibus fit , ſed ſacerdotali plane, & quæ ab honeſtiſſimis ſacerdotibus ſecundo in loco à Pontificali functione peragitur.*

5\. Formula priſcæ benedictionis.

Priſcæ autem illius præcationis formula peti (ni fallor) poteſt à vetuſtiſſimo ſcriptore Lentio Neapoleos in Cypro Epiſcopo ,quam ſuper Simeonem Salum, & Ioannem Monaſticem ineuntes Neion Abbas protulerit. Fuiſſe verò priſcos Monachos Apoſtolicatum precationum imprimis conſeruatores , ex ea conijcio , quam teſte Chryſoſtomo homil. 57. ad Popul. Ant. ad menſam ſoliti ipſi ſint pſallere : & nihilominus eadem reperitur in Conſtitutionibus Apoſtolorum apud Clementem lib.7. cap. vlt. precatio autem ſacerdotis ſuper nouellum Therapeutam ſic ſe habet.

Præcatio ſuper nouellũ Therapeutã.

Deus qui es iuſtus & laudabilis ; Deus qui es magnus, & fortis ; Deus qui es ante ſæcula , exaudi virum peccatorem in hac hora. Deus exaudi me, exaudi me in fortitudine, in igne precationis , quomodo tuum quandoque Prophetam : & per eaſdem interceſſiones exure meas iniquitates , & munda mea peccata. Increpa omnes immundos ſpiritus à facie famulorum tuorum. Apprehende arma,& ſcutum,& exurge ad auxilium eorum. Effunde rompheam, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur illos. O Domine,qui dixiſti anima eorum ; Salus tua ego ſum,recedat à mente eorum ſpiritus timiditatis, deſidia, ſuperbia, & omnis vitij. Extinguatur eorum omnis inflammatio , & motus qui conſtat ex diabolica operatione. Illuminetur eorum corpus,anima , & ſpiritus lumine tua cognitionis, vt cum occurrerint in vnitate Fidei & agnitione Sancta,& adoranda Trinitatis , in virum perfectum, in menſuram Fidei,te glorificent in ſæculum ſæculi,& placeant tibi Domino: quoniam tutiſſimum præſidium eſt nomen tuum , Patris , & Filij, & ſpiritus Sancti. Amen.

Da autem eis cum omnibus bonis , ô Domine,verba quoque mea ſupplicationis in corde habere perpetuò ad celebrandam etiam benignitatem.

Per ſeſe credibile eſt precari quoque Sacerdotem conſueuiſſe Deum , vt eiuſdem Domini gratiam ſuper eum famulum ſuum abrenuntiationem ſæculi profitentem effundere dignaretur , vt veterem hominem cum ſuis actibus exueret,& nouum qui ſecundum Deum creatus eſt, induere mereretur:vti nunc quoque fieri conſueuit.

6\. Quid genuflexio,& ſtatio ſignificent?

2\. *Ille autem poſt ſacerdotem &c.* Hic Vercellenſis : *Monachus autem qui benedicitur , retro ſacerdote ſtat erectus,id eſt, nullum genu flectens: neque ſuper caput habet Euangelia.* Quid adſtatione illa Monachi profitentis ſignificaretur , vt ſacerdoti adſtanti adſtaret ; quid ſuperpoſitione ſacrorum Bibliorum , quæ ſolis Pontificibus adhiberi conſueuit ; quid vtriuſque genu flexione , quæ Pontificibus & Presbyteris ; quid vnius dumtaxat genu, quæ Diaconibus , dilucidè ſatis Dionyſius explicat. Videbatur ſiquidem in verſo ordine fuiſſe procedendum , vt Pontifex & ſacerdotes adſtarent ad ſacrum altare , Diaconi alterum ponerent, Monachi flecterent vtrumque ; cum apud ſacros & profanos authores genuflexio ſignum humiliantis ſe,& ſeruitutem oſtentantis perpetuò fuerit, *Stantis* habitus teſſera ſuperioris. Hinc apud veteres Elaphas genua flectere non valens ſymbolum Regis erat. Vnde Ouidius 2. Metamorph.

Elephas Regis Symbolum.

Et genibus ſupplex ſimiliſque roganti.

Et Horatius lib.1. Epiſt.12.

——Ius imperiumque Phraotes
Cæſaris accepit,genibus minor.

Plinius lib.8.cap.1. *Regem adorant, genua ſubmittunt.* Inde ortum,quod (vt ipſe lib.11.cap.45. ſcribit.) *Hominis genibus religio quadam ineſt obſcuratione gentium : hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt , hæc vt aras adorant.* D. Irenæus lib. de Paſch. relatus à D. Iuſtino quæſt.115. author eſt à temporibus Apoſtolorum conſuetudinem inualuiſſe in Eccleſia , vt fideles Dominicis diebus, & quotidie tempore Reſurrectionis, genua non flectant,nimirum quia vtriuſque nos oportet iugem obtinere memoriam, & ipſius poſt peccatum lapſus noſtri,quem genu flexione humiliantes nos ſignificamus , & gratiæ Chriſti , per quam à lapſu reſurreximus,ſtatione ſignificatæ. Quo ſanè ſenſu dictum eſt olim à Domino : *Reliqui mihi ſeptem millia virorum , qui non curnauerunt genua ante Baal.* 3.Reg.19. Et de Salomone legimus lib.c.8. *Vtrumque genu in terram fixerat :* Et Paulus Eph.3. *Flecto genua mea ad Dominum &c.*

7\. Quid Epiſcopi ſacerdotis,& Diaconorum genuflexio?

Longe nihilominus alia ſignificatione in præſentiarum *genuflexio* , & *ſtatio* accipitur ; quas his exponit verbis Dionyſius ad calcem cap.5. de Eccleſ. Hierarch. *Itaque curuatio genuum ſubiectum accedentis ad altare ſignat acceſſum , per quem ſubiicitur Deo, quod ſacratius eſt adductum.* Quoniam verò tres ſacræ erigentium Ordines , per tres itidem ſanctiſſimas actiones , atque virtutes , tribus initiandorum præſunt,ſalubremq; illorum ſub iuga Diuina acceſſum moliuntur , *merito Miniſtrorum* (hoc eſt Diaconorum) *Ordo,vt ſolum purgans, vnum efficit eorum qui purgantur acceſſum , eos Diuino altari ſubiiciens ; quippe in quo purgandi ſpiritus altiſſimo litentur more. Sacerdotes autem vtrumque genu curuant, à quibus qui ſacrè offeruntur , non ſolum purgantur , verum etiam liquidiſſimis eorum miniſteriis(purgata per excellentem intelligantiam vita) in contemplationis habitum atque virtutem ſacerdotaliter conſummantur. At verò Pontifex vtroque poſito genu ſupra caput habet Euangelia ; qui eos, quos miniſtrorum purgauit virtus , ſacerdotaliſque functio illuminauit , ad eorum quæ conſpexere ,ſacrorum, pro modo cuiuſque ſcientiam , Pontificio munere prouehit,perficitque per illam accedentes,vt pro captu ſuo integrè dicentur Deo.* Quod eſt dicere : *Genuflexio ante altare.* Reddo tibi Paraphraſim Ioannis Vercellenſis Abbatis.) *Significat, quod tam adducentis adductio,quam ipſe qui adducitur , Deo ſupponitur. Quoniam autem tres ſunt Ordines perficientium alios,ſcilicet purgatores , illuminatores , & perfectores,& ipſi præſident tribus Ordinibus eorum qui perficiuntur,ſcilicet purgandis , illuminandis, & perficiendis ; per tres perficiendi virtutes , ſcilicet purgationem,illuminationem,& perfectionem & eorum adductionem Deo ſupponunt* (id eſt,cum aliquem purgandum , illuminandum , ſeu perficiendum ad Deum ante altare adducunt,Deo illum ſubiiciunt) *congruit vt miniſtri* (hoc eſt Diaconi,ſic enim græcè miniſtri vocantur) *adductionem vnam ſanctificent coram ſancto altari , vnum tantum genu flectendo. Sacerdotes verò qui duplicem accedentibus impendunt adductionem Deo ſuppoſitam , duo genua flectunt , ſcilicet pro purgatorum illuminatione , & illuminatorum perfectione. Epiſcopus verò & ambo genua flectit , & ſuper caput habet Euangelia , quia à Miniſtris purgatos , & à Sacerdotibus illuminatos & perfectos ad contemplationem , & communionem*

ſacrorum

Digitized by Google

ſacrorum ſecundum ſingularem proportionem hierarchicè adducens, per iſtam perficit adductos, ad integram ſecundum iſtos ſanctificationem. Dixerat vero: *Ideo ſacra ſcriptura ſuperponitur capiti Epiſcopi conſecrandi tanquam à Deo conformis, & omni ſacerdotali virtute integrè participaturi: neque tantum hoc diſpenſaturi illuminandis vera, & Diuina ſcientia, omnium hierarchiarum locutionum & operationum* (id eſt omnium doctrinarum, & functionum Eccleſiaſticarum) *ſed & aliis ſecundum ſingulorum gradum & capacitatem.* Vbi Dionyſius Richelius: *Epiſcopus ita doctus ſit omnia; imo & perfectiſſima, & ſpiritualiſſima & difficillima, vt queat ligata diſſoluere, obſcura exponere, & ea quæ Fidei ſunt perſuaderè corroborare; ad quem potiſſimè ſpectat illud Petri. 1. cap. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos &c.*

8. Quid Monachi non genu flexio?

Iam de Monachi conſecratione ait D. Dionyſius cap. 6. *Quod neutrum genu ponat, neque habeat Euangelia impoſita capiti; aſſiſtatque ſacerdoti imprecationem pſallenti, Monaſticum ſignificat ordinem non alios ex officio adducere, ſed in ſe ipſo ſubſiſtere, ſubſiſtere in vnico ſacroque ſtatu ſacerdotales ſequentem Ordines; ab ipſis vt aſſeclam, ad Diuinarum ſacrarum rerum pro Ordine ſuo ſcientiam obtemperanter adduci.* Ita Camaldulenſis tranſlatio habet; ſed Vercellenſis Paraphraſis clarior ſic: *Quod Monachus nullum genu flectit, nec habet Euangelia ſuper caput, ſignificat quod non eſt officii ſui alios adducere & curam animarum agere, ſed ſui eſſe ſolicitum, & ſingulariter ad ſuperna erigi. Quod autem adſtat ſacerdoti, ſignificat quod debet ſacerdotibus ſubeſſe, & obedire; & eis promptè credendo, ab ipſis ad Diuinam ſcientiam ſibi competentium ſurſum agi.* Hæc ille.

9. Monachatus in perfectior ſtatus ſacerdotio ſæculari?

Verum hinc videtur haberi ſacerdotes ſæculares altioris eſſe vocationis, & ad maiorem perfectionem obligatos, quam Monachi ſunt. Quæſtio hæc olim acriter agitata eſt, vtpote in cuius enodationem Doctor Angelicus non modicum laborem inſumpſerit; edito opuſculo 18. contra quoſdam contendentes Archidiaconos, vt minimum, & Parrochos in ſtatu perfectiori eſſe conſtitutos. Diſceptauit identidem hac de re; nimirum. 22. quæſt. 184. artic. 8. & Quod ib. 3. artic. 17. & in cap. 19. Matth. ex quo tandem reſolutoriè hæc accipe. *Si Religioſus etiam Ordine careat; ſic manifeſtum eſt excellere præeminentiam Ordinis in Presbytero ſæculari quantum ad dignitatem; quia per ſacrum Ordinem aliquis deputatur ad digniſſima miniſteria, quibus ipſi Chriſti ſeruitur in ſacramento altaris: ad quod requiritur maior ſanctitas interior quam requirat etiam Religionis ſtatus.* Hoc probat teſtimonio Dionyſij illis verbis cap. 6. *Monaſticus Ordo debet ſequi ſacerdotes Ordines; & ad eorum imitationem ad Diuina aſcendere.* Et ſubinfert: *Quare grauius peccat, cæteris paribus, Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus, ſi aliquid contrarium ſanctitati agat, quam aliquis Religioſus, qui non habet Ordinem ſacrum: quamuis hic tenetur ad obſeruantias Regulares, ad quas illi qui ſunt in ſacris Ordinibus non tenentur.* Sed de cæteris addit, *In Presbyteris autem Curatis, & Archidiaconis tria eſt conſiderare; ſcilicet ſtatum, Ordinem, & officium. Ad ſtatum pertinet quod ſæculares ſint, ad officium quod curam animarum habent ſibi commiſſam.* Vnde infert, quod ſi fiat comparatio inter Monachum Ordine Presbyterum, & curam animarum habentem; vt multi habent cum curato, vel Archidiacono, *in primo quidem excellit, in cæteris par erit.* Si Monachus Ordine ſacro careat, & cura animarum, in his ſuperatur, in ſtatu præcedit. Nam ſtatus Regularis ſæculari præſtantior eſt.

10. Monachatus præſtantior officio Parochi, inferior Epiſcopatu.

Eſt ergo conſiderandum, quæ præeminentia potior ſit, vtrum ſtatus, vel officij? Qua in re difficilius quidem eſt curam animarum bene gerere propter exteriora pericula, quam non gerere, quamuis conuerſatio Religionis ſit difficilior, quantum ad ipſum genus operis propter altitudinem obſeruantiæ regularis. Status autem Religionis abſolute bonitate præſtat officio Parrochi, ſeu Archidiaconi: quia Religioſus totam vitam ſuam obligat ad perfectum ſtudium; hi vero nequaquam curæ animarum, ſed pro arbitratu ſuo: non ſicut Epiſcopus, qui totam vitam ſuam curandarum animarum ſtudio ex voto conſecrat. Vnde ſtatus cæteros ſuperat Epiſcopalis etiam ratione ſtatus: Curatus vero & Archidiaconus dimittere curam poſſunt amplectentes Religionis ſtatum; vt expreſsè habetur 19. quæſt. 1. C. Clerici ex Concil. Tolet. IV. cap. 49. his: *Clerici qui Monachorum propoſitum appetunt, quia meliorem vitam ſequi cupiunt; liberos eis ab Epiſcopis in Monaſteriis largiri oportet ingreſſus.* Vnde D. Thom. citatò artic. 8. concludit in corpore. *Et ideo comparatio ſtatus Religioſi ad eorum officium eſt ſicut vniuerſalis ad particulare, & ſicut holocauſti ad ſacrificium, quod eſt minus holocauſto, vt patet per Gregor. ſuper Ezechiel.* ſcilicet hom. 20. At opuſc. 18. de perfectione vitæ ſpiritualis cap. 23. ex doctrina cap. 5. & 6. Eccleſ. Hier. probat ſolos Epiſcopos & Monachos eſſe in ſtatu perfectionis; inquiens. *Accipienda eſt autoritas Dionyſij qui ſcripſit ordinem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſecundum quod erat in Eccleſia primitiua. Dicit enim in 5. cap. tres eſſe Ordines Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, ſcilicet Epiſcoporum, Præſbyterorum, & Diaconorum,* (cum his ſemper ſubdiaconos annumeratos crede.) *Vbi notandum eſt, quod Ordinem Diaconorum dicit eſſe purgatiuum* (verſari ſcilicet circa Cathecumenos, publicè pœnitentes, & Energumenos) *ordinem ſacerdotum illuminatiuum* (plebis ſanctæ, ſeu fidelium populorum) *ordinem vero Epiſcoporum perfectiuum. Et ſicut ipſe dicit in cap. 6. his tribus Ordinibus tres Ordines alij reſpondent. Nam Ordini Diaconorum ſubijcitur ordo immundorum, qui purgatione indigent: Ordini vero Præſbyterorum ſubiicitur ordo illuminandorum, ſcilicet ſacer populus; qui à Præſbyteris illuminatur per ſacramentorum ſuſceptionem: Ordini verò Epiſcoporum ſubiicitur ordo perfectorum, ſcilicet Monachorum, qui per eorum traditiones edocentur ad perfectiſſimam ſurſum actus. Ex quo patet ſecundum Dionyſium, quod perfectio attribuitur ſolis Epiſcopis, & Monachis: Epiſcopis tanquam perfectioribus; Monachis autem tanquam perfectis.*

11. Vitæ diuiſibili renunciabant Monachi.

Ea verò finita &c. His verbis forma primitiuæ Monachorum profeſſionis continetur: *An renuntiet diuiſibilibus omnibus, non ſolum vitis, verum imaginibus quoque ac Phantaſiis?* Ita Cameldulenſis. Vbi vetus Scoti tranſlatio habet: *Interrogat primum hoc: Si primum abrenuntiat diuiſis, non ſolum conuerſationibus, ſed etiam Phantaſiis?*

Digitized by Google

ſiis ? Sarraceni ſic : *Interrogat ipſum prius ; Si omnibus abrenuntiabit diuiſibilibus , non tantum vitis* (perperam in editione Colonienſi. A. cap. 1536. apud Quentelium habetur *vitiis*) *ſed & Phantaſiis ?* Paraphraſis Vercellenſis : *Sacerdos autem Monachum benedicens interrogat eum , ſi vult abrenuntiare omnibus ſecularibus conuerſationibus & Phantaſiis ?* Inter hæc tranſlationes illæ mihi prorſus excellere videntur quæ ſincerius *vitas* transferunt diuiſibiles , quibus Monachi abrenuntiare debent , nimium Cameldulenſis & ſarraceni : nec ſatis nomine *Conuerſationum* energiam vocis βίων ſignificari ; qua proculdubio mores,vitæ genus , ratio & inſtitutum ſignificantur , eaque tria illa vota compræhenduntur, quæ Monachi profitentes emittunt. Cum enim Monachus ex vi ſuæ profeſſionis , ipſa *Monachi* nomenclatura ſignificatæ ad *vnitatem* illam ſpiritus viribus omnibus conſpiret , quæ perfectionis vniuerſæ , & optimæ morum inſtitutionis ratio & forma eſt , vt ſcilicet ſoli Deo vacet ; fit vt renuntiare iubeatur iis omnibus vitarum & morum generibus,quæ animum ab ea vnitate & vitæ inſtituto abalienare , & diuidere poſſunt : eæ ſunt diuitiæ,nuptiæ, & propriæ voluntates. Qua de re latius egimus cap.præced.à n.4.

12. Phantaſiis quoque & cogitationibus illius.

In hunc proculdubio ſenſum verba illa abrenuntiationis , ſeu profeſſionis Monaſticæ ipſe Dionyſius interpræatur in theoria eius inquiens: *Porro diuiſibilium non modo vitarum , verum imaginationum quoque abrenuntiatio ſupremam illam Monachorum Philoſophiam indicat , dum in ſcientia operatur Vnientium mandatorum* [hoc eſt, mandata exequitur diuiſionem cordis excludentium , & ſpiritus vnitatem ſectantium] *Et enim* [*vt dixi*] *non medij ordinis* [qualis eſt plebs pia] *ſed omnibus illuminandis celſioris. Idcirco plurima quæ impunè à medio geruntur ordine , Monachos omnino interdicuntur quippe qui vnum ipſum ambire debent , & ad ſacram Monadem* [ſeu *vnitatem*] *cogi.* Quæ vero illa ſint quæ Monachis interdicuntur, quæ tamen à plebe ſancta fiunt , ex Paraphraſi Vercellenſis liquidum fit, quæ ſic habet. *Quod vero abrenuntiat ſecularibus conuerſationibus & Phantaſiis , ſignat perfectam Monachorum conuerſationem ordinatam in ſcientia præceptorum vitalium. Eſt enim Monachus altiſſimi ordinis eorum qui perficiuntur , & non perficiunt. Vnde multa ei prohibentur quæ impune fieri poſſunt à populo fideli , vt ſunt nuptiæ, & militiæ , & ſimilia : eo quod Monachi debeant vniri , & ad ſanctam vnitatem congregari.* Quod vero non ſolum vitis diuiſibilibus , ſeu potius diuidentibus mentem & cor hominis in plura , ſed etiam phantaſiis ſeu imaginationibus earundem iubentur Monachi abrenuntiare , eo tendit , vt doceantur non ſolum reipſa , ſed etiam animo , vetitum ipſis eſſe in ſemel abrenuntiata tendere. Ad eum planè modum , quo in Decalogo duo vltima præcepta octo præcedentibus adiunguntur; non quod rem nouam prohibeat Deus , ſed vt explicet Phantaſias quoque & cogitata hominibus prohibita , eo ipſo quod res prohibeantur.

13. Exponebatur Monacho perfectio vitæ.

4. *Deinde exponit illi &c.* Perfectionem vitæ Monaſticæ ita à Sacerdote Monacum ſacrante exponi conſueuiſſe , Dionyſius in Theoria explicat , vt ex duplici capite aucupetur : nimirum quia Monachi , *vnum ipſum ambire debent , & ad ſacram Monadem cogi* , ac deinde quoniam *ad ſacerdotalem (quantum fas eſt) formari debent vitam , & vt in plurimis illi congruentem : nullus quippe ex ordinibus reliquis illi propinquat magis.* Quod ita Richelius exponit. *Debent vnificari , hi quorum profeſſio eſt eſſe vnum cum Deo per recollectionem , feruidumque amorem in eo , & reduci in illud ſuper ſimpliciſſimum , quod ſummè neceſſarium eſſe conſtat , & reparari ad conuerſationem internam , Chriſti formam , & innocentem , atque ſanctificam , vt puta ſacerdotalem , cuius eſt aliorum vitam facere ſanctam. Hinc alia litera habet :* [*Sacerdotalem veluti cognationem eius habentem in multis , & magis , & vltra reliqua*] *id eſt tanquam poſſidentem præcipuam conformitatem , & vicinitatem cum vita, & ordine ſacerdotum , per ſimilitudinem actuum virtuoſiorum , quam reliqua ordinationes , id eſt congregationes , ſeu ordines conſummandorum , id eſt perficiendorum.* Breuiùs , & lucidiùs Vercellenſis in Paraphraſi : *Eſt enim Monachus altiſſimi ordinis eorum qui perficiuntur , & non perficiunt* (id eſt benedicuntur ab aliis , & non benedicunt cæteros) *& ideo multa eis prohibentur , quæ impunè fieri poſſunt à populo fideli &c. Eo quod Monachi debeant vniri , & ad ſanctam vnitatem congregari , & conuerſationi ſacerdotali iuxta ſuam proportionem conformari , tanquam plura habentes ſacerdotibus vicina , & præ cæteris ordinibus qui perficiuntur & non perficiuntur magis ſacerdotibus propinquantes.*

Quod verò etiam profitens monebatur , *oportere illum medio longe antecellere* , idem erat ac dicere , oportere illum ſæcularibus hominibus longe probitate præire ; nam è tribus perficiendorum ordinibus , Monachorum , plebis ſanctæ, & Electorum ab Eccleſia , medius erat ſanctæ plebis. Quare initio eiuſdem ſexti cap. de eiuſmodi præſtantia , & eximia perfectione Monaſtica hæc præmiſerat Dionyſius : *Porrò initiandorum omnium excelſior ac ſublimior ordo Monachorum eſt ſancta diſtinctio , expiationi omni tota virtute , atque exactiſſima ſuarum operationum puritate mundata.* 14.

14. Monebantur plebi perfectione præire.

Ex quo fit vt Monachorum ordo fieret etiam, vt ibi inquit , Dionyſius , *omnis (quantum ſibi licet inſpicere) ſacræ operationis ſpiritualiter ſpeculatrix , & particeps facta , Pontificumque conſummantibus virtutibus tradita ; quorum Diuinis fulgoribus , & Pontificalibus traditionibus conſpecta, pro ordine ſuo , ſanctorum myſteriorum ſacrificia ediſcens à ſacra eorum ſcientia ad exactiſſimam perfectionem Diuina ratione ſubuehitur.* Id eſt , vt explicat Vercellenſis : *Admittitur ad contemplationem intellectualem , & communionem ſibi competentem cuiuſlibet ſancta operationis ; & adijcitur Epiſcoporum perfectiuis virtutibus , & Diuinis illuminationibus , & Epiſcopalibus doctrinis edoceatur inſpicere ſanctificationes , quibus perficitur : ab ipſa ſcientia ad ſummam perfectionem ſurſum actus.* Nimirum quamuis benedictionem proprij muneris à ſacerdotibus accipiant , ab Epiſcopo tamen immediatè edocentur Monachi præ cæteris myſteria & traditiones ac doctrinam Eccleſiæ ; vtpote homines contemplationi , ac ſpeculationi Diuinorum ex officio dediti. Ita prorſus videre eſt ipſe Dionyſius Epiſcopus cum Caio Therapeuta ſeu Monacho multa , ſublimiſſimaque Theologiæ arcana diſſerentem : ſcripſit ſiquidem

15 Speculatio Diuinorum Monachi officium.

Epiſtolas

Digitized by Google

Epiſtolas quatuor, in quarum prima cum ille, *Quæ ſit Diuina ignorantia?* à Dionyſio quæſiiſſet, Reſpondet: Quod *ſi quis conſpicatus Deum, idipſum quod vidit intellexit, non ipſum intuitus eſt, ſed eius aliquid ex iis quæ ſunt, & in notitiam cadunt. Cæterùm ipſa (quod ſupra mentem omnem atque ſubſtantiam locatus emineat) eo ipſo quod omnino neque ſciri, neque eſſe dicitur, & ſuperſubſtantialiter eſt, & ſuper omnem mentem atque intelligentiam noſcitur, præſtanſque illa & perfecta ignoratio eius vera cognitio eſt, qui omnibus noſcibilibus eminet.* Et cum deinde Caius requiſiiſſet rurſus, quod præcedenti dubio ſupererat, quonam ſcilicet modo Deus, qui ens perfectiſſimæ bonitatis eſt, ipſam quoque celſitudinem bonitatis & Deitatis excellere dicitur? reſpondet Epiſt. 2. Intelligendum excellere omnem Diuinæ bonitatis, & Deitatis participationem, qua aliqui dicuntur boni, & Dij, non ſui ipſius Diuinitatem & bonitatem. Tertio quæſiuit Caius;in Sacramento humanitatis Chriſti; *Quid ſit regente ex occulto in lucem prodiiſſe?* Et occurrit Dionyſius: *Quod occultus etiam poſt reuelationem illam, ſiue (vt Diuinius loquar) in ipſa quoque ſui reuelatione perdurat. Et hæc enim ex parte Ieſu ſecretus occulitur, nulloque vel ſermone, vel animo ipſius myſterium promitur: ſed & cum profertur arcanum, & dum intelligitur, manet incognitum,* Quarta tandem & vltima vberiùs ediſſerit de operationibus Theandricis, ſeu *Dei virilibus* quas Chriſtus Deus homo geſſit; cuius doctrina multam, vberemque Theologis Scholaſticis ſuppeditauit dicendi copiam, cum D. Thoma 3. p. q. 43. vbi de iis ex profeſſo agit.

16. *Theologiæ ſtudiũ Monachis peruetuſtum.* Vide nunc quæſo, lector, quàm vetuſtum Monachis fuerit Diuina arcana per Theologiam tanquam ex inſtituto contemplationis ſuæ diſſerere: vt mirum ſit in ipſo meridie cæcutiiſſe Sigerium & Vvillermum de Sancto-amore, qui Regularibus interdictum omnem aditum ad ſcientias, & docendi ac ſcribendi ſtudium proclamabant: in quos ex Decreto Clementis IV. Rom. Pontif. inſurrexit D. Thom. edens opuſc. 19. ſub titulo *Contra impugnantes Religionem:* & ita præualens Dei virtute, vt aduerſarios damnato libro Pariſiis expulſos exulare fecerit omni dignitate meritò priuatos. Neque illis quicquam fauiſſe demonſtratum eſt vulgatum Hieronymi dictum quod in lib. aduerſus Vigilant. refertur 16. quæſt. 1. C. Monachus: *Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe, vel mundum lugeat; & Domini pauidus præſtoletur aduentum:* Et illud Conſtantinopolitanæ Synodi CCCLXXXIII. Patrum. Act. 5. quod refertur 7. quæſt. 1. C. *Hoc nequaquam: Monachorum vita ſubiectionis habet verbum, & diſcipulatus, non docendi, vel præſidendi, vel docendi alios.* Id enim verum eſt, quantum eſt ex vi officij Monachatus: cum quo tamen ſtat quod iure optimo Theologicis addicantur ſtudiis, vtpote ſuo muneri congruentiſſimis, & quod eis committi queat ab Epiſcopis docendi ſuggeſtum: vt mille exemplis probat P. Thomas art. 2. eius Opuſcul. Alius ipſemet Hieronymus Ruſticum Monachum monuit epiſtola quarta, & habetur ibidem & q. *Sic viue in Monaſterio vt Clericus eſſe merearis; multo tempore diſce quæ poſtmodum doceas.* Et in eandem Conſtantinopolitanam Vrbem Gregorius Nazianzenus, tametſi Monachus, ductus eſt vt Doctoris gereret munus: vt narrat Rufinus libro ſecundo capite nono Hiſtoriarum Eccleſiaſtic.

Ex eo vero quod olim Monachi (teſte Dionyſio) *ad Sacerdotalem, quantum fas erat, formabantur vitam,* ortum habuit, vt primitiuæ Eccleſiæ Patres ad Sacerdotium & Pontificatum frequentius Monacho eligebant, vti eius rei teſtis omni exceptione maior eſt D. Epiphanius in Compendio lib. de Hæreſ. docens, id ex Apoſtolica traditione ſeruatum. Ait ſiquidem: *Et quæ quidem de fide habet hæc Catholica Eccleſia breuiter diximus at verò de ſtatutis ipſius ac traditionibus eiuſdem, rurſus neceſſarium eſt, me breuibus apponere earumdem traditionum formam ex parte. Et primùm quidem velut crepido, & (vt ita dicam) fundamentum in ipſa eſt Virginitas, quæ exercetur, & ſeruatur à multis, & glorificatur. Sequitur autem ad eandem Virginitatem ſolitudo apud pleroſque vtriuſque ſexus ſolitariam vitam degentes. Poſt hanc continentia poſtea viduitas. Poſt hos vero ordines conſequuntur nuptiæ venerandæ. Vertex autem horum omnium & (vt ita dicam) mater, aut genitrix, eſt ſanctum Sacerdotium: ex Virginibus quidem viris vt plurimum procedens, ſi verò non ex virginibus, at ex ſolitariam vitam degentibus. Si verò non ſuffecerint ad miniſterium ex ſolitariam vitam degentibus, de his qui continent à propriis vxoribus, aut ab primis nuptiis viduitatem ſeruantibus.* Portò nomine Sacerdotij intelligit omnes ſacros Ordines ab Epiſcopo ad Subdiaconum, ad quos ſi non adeſſent virgines viri, ſubuehebantur ſolitariam vitam agentes, id eſt Monachi (quod intelligo etiam ſi non eſſent virgines, ſed caſtimonia pollentes; aliàs æqui iuris cum reliquis virginibus cenſerentur) ait ſiquidem bigamos omnino excludendos à Sacerdotio: *Nam qui ſecundas nuptias contraxit, non licet in ipſa Eccleſia ad Sacerdotium accedere: etiam ſi is qui ab initio continens viduus fuerit, poſſit habere locum Epiſcopi, Preſbyteri, & Diaconi, & Subdiaconi:* Nimirum poſt virgines, & ſolitarios. *Poſt hoc Sacerdotium* (id eſt ſacros Ordines) *deinceps eſt Lectorum Ordo, ex omnibus Ordinibus conſtans, hoc eſt virginibus, & ſolitariam vitam degentibus, & continentibus & viduis, &c.* Concinit Epiphanius Athanaſius epiſt. ad Diacontium Monachum fugientem Epiſcopatum, vbi ſyllabum texit multorum Monachorum ad Epiſcopatum aſſumptorum: & inter cætera. *Neque enim tu ſolus* (ait) *ex Monachis es conſtitutus, neque tu ſolus Monaſterio præfuiſti, neque ſolus à Monachis dilectus es. Noſti enim Serapionem Monachum fuiſſe, & quot Monachorum fuerit præfectus. Neque à te ignoratur quot Monachorum Pater fuerit Apollonius. Noſti Agathonem, neque ignotum habes Ariſtonem. Memor es Ammonij cum Serapione peregrè profecti. Fortaſſis etiam audiſti de Muite in ſuperiore Thebaïde, poteris etiam reſciſcere de Pauio, qui eſt apud Latos, & de aliis multis. Et tamen iſti Epiſcopi conſtituti non contradixerunt; ſed habentes pro exemplari Eliſæum, & conſcij quid Elias egerit, & eruditi quid Diſcipuli Chriſti, Apoſtolique fecerint, ſuſceperunt hanc curam;neque miniſterium hoc aſpernati ſunt, neque propterea ſeipſis deteriores facti ſunt: ſed & laboris mercedem expectant, proficientes ipſi,* aliosque

17. *Item Pontificatus & Sacerdotium.*

Digitized by Google

alioſque proficere exhortantes, &c. Non diſſimilem Cathalogum exarauit Sozomenus lib. 6. Hiſt. cap. 28. & ſeq. Repetiuntur itidem in vnoquoque priſcorum Cœnobio aliqui Monachi Presbyteris decorati, quorum memoria celebris eſt in Vitis Patr. & Collationibus Caſſiani, & apud Hieronymum epiſt. 27. Auguſt. lib. 1. de Moribus Eccleſ. cap. 31. & 33. Benedictum cap. 46. Regulæ Palladium in Lauſiaca. Rufinum &c. Verum enimverò qui ſacris Ordinibus initiati non erant, in Eccleſia poſt Clericos vniuerſos ſedebant, vti decreuiſſe S. Syluеſtrum refert Gratianus diſt. 93. C. A Subdiacono. Succedentibus ſæculis mores innouati ſunt, & vniuerſis Monachis præceptum ad Sacerdotium conari, ita iubente Clemente V. Romano Pont. Clement. *Ne in agro*, illis verbis: *Ad ampliationem cultus Diuini ſtatuimus, quod Monachi quilibet ad monitionem Abbatis ſe faciant ad omnes Ordines ſacr. s, excuſatione ceſſante legitima promoueri.*

18. Iuxta ſuperiùs dicta intelligenda ſunt quæ Dionyſius ſcribit in epiſt. ad Demophilum Monachum, qui Sacerdotem peccantem calceo excuſſerat; videlicet: *Vt ſacra eloquia teſtantur, Sacerdotes Angeli ſunt Diuinorum iudiciorum continuò poſt Pontificem Magiſtri: ab ipſis tu Diuina congruè ac ſuo ordine per medios miniſtros, cum tempeſtiuum fuerit, diſce; per quos etiam cultor* (Græcè Therapeuta) *eſſe meruiſti* (id eſt, per quorum manus initiatus es.) *An vero non hoc ipſum ſacra ſigna proclamant? Neque enim Sancta Sanctorum ſimpliciter omnibus ſunt acceſſa: Verùm his appropinquat magis Pontificum ſacra diſtinctio, deinde Sacerdotum Ordo, quos deinceps & Miniſtrorum ſequitur gradus. Porrò hi qui Therapeutæ ſunt ordinati, aditorum porta ſegregati ſunt* (id eſt non contingunt Sancta, ſeu non conficiunt Diuina myſteria) *iuxta quas & initiantur, & adſtant: non ad cuſtodiam* (non enim ſunt cuſtodes ſacrorum) *Sed vt ordinem recognoſcant ſuum: ſuntque ipſi populo propinquiores, quam ij qui Sacra adminiſtrant: & ipſis quoque Sacerdotibus magis accedentes, quam populus. Vnde & ſacrorum ſanctus Ordo, ſacerque Principatus* (haud dubium Apoſtolorum, teſte Richelio) *eos Diuina percipere ſacrè inſtruit: aliis, qui intra aditorum valvas ſunt, Sacrorum adminiſtrationem concedens.* Nempe Sacerdotibus committens, vt Sacramenta tradant Monachis, quibus ea quidem percipere, ſed non miniſtrare datum eſt, nimirum quantum ex vi Monachatus ſpectat intueri. Vnde tandem ſubdit: *Vtam hi qui Diuinum altare circunſtant, Diuina intuentur* Sacramenta, *atque audiunt apertè ſibi reuelata: procedenteſque benigniſſimè ad exteriora ſacrorum Velaminum, ſubiectis Therapeutis, & ſacro populo, & iis qui purgantur ordinibus, ſacra myſteria pro meritis pendunt.*

Explicatur D. Dionyſius.

19. 5. *Vbi vero ille iſta omnia intentè promiſerit, &c.* En præclarum Monaſticorum votorum teſtimonium, quod ſignanter expendimus cap. 4. num. 3. Notare tamen non omittimus quod ait, *iſta omnia intentè permiſerit.* Non ego vnam vel alteram abrenuntiat rem, qui profitetur Monaſticem, ſed *iſta omnia*; nimirum vniuerſas diuiſibiles vitas; eo ipſo indicans nequaquam vnius vel alterius duntaxat promiſſionem Monachum conſtituere, ſed omnium; paupertatis ſcilicet ſimul & caſtitatis, & obedientiæ. Enimverò quamvis pro ſuo quiſque arbitratu hoc vel illud poſſit offerre Deo, & voto ad id ſe adſtringere: nam teſte Epiphanio in Compend. *Sunt præterea alia præeminentes vitæ conuerſationes, quæ in eadem ſancta Catholica Eccleſia ſeruantur, eorum inquam qui ab omnibus carnibus abſtinent, quadrupedibuſque, & volatilibus, ac piſcibuſque, ouo item & caſeo multi etiam humi dormiunt, alij neque calceamenta induunt; alij ſaccum geſtant occultum ac demum plerique vero vendunt bona ſua, & dant pauperibus.* Cui Auguſtinus concinit ad illud Pſalm. 75. *Vouete & reddite, &c.* ſuprà à nobis relatus) nihilominus huiuſmodi vitæ inſtituta longè à verò Monachatu abſunt: vnde ab Epiphanio vocantur *alia præeminentes vitæ*, videlicet aliæ à Monachatu, de quo immediatè ſuperiùs egerat. Cur ita? Sanè quoniam Monachus *Monadem* nudam profeſſione ſua conatur apprehendere, cui quæuis diuiſio vitæ opponitur, vt modo diximus. Quare Sciti̇ſſimè dixiſſe liquet Innocentius III. C. *Cum ad Monaſterium*, de Statu Monach. *Quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo annexa eſt Regulæ Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Quod ſanè ſtante adhuc Statu Monachali intelligendum, nemo eſt qui abnuat. Sufficere autem trium illarum profeſſionem ex eo conuincitur, quod iis omnes prorſus diuiſibiles vitæ comprehenduntur, quibus humanus animus ab illo eximio maximoque *vno* diſtrahi poteſt. Aut enim bona quæ à ſe abdicare oportet, ne in plura illa diſtrahatur, externa ſunt, aut interna: interna verò aut corporis, aut animæ: neque aliud eorum genus valet excogitari. Et externis quidem voto paupertatis perfectè nuntium datur; internis verò animæ voto obedientiæ, quo libertate ſua homo ſe abdicat; vbi & iudicium ſimul ac voluntatem propriam vnâ ſimul excludit. Corporis vero concupiſcentias caſtitate ſubigendas promittit. Sequitur.

Nihil præter tria vota Monachum conſtituit.

6. *Conſignat eum ſigno Crucis, &c.* Tria hoc verbo comprehenduntur. 1. Crucis ſigni ſuper profitentem à Sacerdote formatio. 2. Capillorum tonſura. 3. Sanctiſſimæ Triados expreſſio, de quibus ſigillatim. 20.

Cruce ſignatio ſuper Monachum quid ſignificet?

Quod ad Cruce ſignationem ſpectat, id ea ſignificari exponit Dionyſius in Theoria cap. 6. Monachum ab illa hora, & deinceps, mortificationem profiteri omnium carnalium cupiditatum: *At verò Crucis ſancta ſignaculum, vt iam dictum eſt mortificationem omnium ſimul carnalium cupiditatum ſignat.* Dixerat autem id vberiùs cap. 5. in Theoria conſecrationis Pontificis duas eius ſymboli ſignificationes afferens, his: *Cæterum ſigni vitalis impreſſio omnium ſimul carnalium deſideriorum vacationem, vitamque ad Dei imitationem effectam ſignat, nunquam obtutus auertendo, intuentem in hominis Ieſu ſacratiſſimam vitam, ad Crucem vſque ad mortem progreſſi, Diuina ſemper impeccantia comite, atque ita viuentes vt ſui ſimiles imagine ſua impeccantia in Crucem formata ſignantis.* Quod ita Paraphraſticè Vercellenſis reddit: *Cruciformis ſignatio abſtinentiam ab omnibus carnalibus appetitibus, & vitam Deo conformam ſignificat, ſemper intentam ad conuerſationem Saluatoris noſtri in carne. Vel potiùs ad ipſius Diuinam vitam, qui vſque ad Crucem & mortem cum peccati immunitate pleniſſima peruenit: & ad ſui imitationem viuentes inſignit propria cruciformi imagine immunitatis peccati.* Et verè: quoniam *hi qui Chriſti ſunt carnem ſuam* (teſte epiſt. ad Gal. 5.) *crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.* Vbi luculenter Chryſoſt dixit: *Hic carnem appellat maledicta. Non enim*

carnem

Digitized by Google

carnem ſuſtulerunt ; alioquin quo viuerent? Nam quod crucifixum eſt, mortuum eſt, & inefficax ; ſed perfectam indicat Philoſophiam. (Sic Monaſticem ſolet appellare) *ſiquidem concupiſcentiæ quamvis obturbent, incaſſum rabiunt.* Ea verò crucifixione, atque præſtanti Chriſti imitatione quid niſi impeccantiam conantur apprehendere Monachi? opere inquam, non potentiæ defectricis omnimoda liberatione. Iure ergo à Hieronymo ſcriptum in Comment. Pſalm. 91. *Monachum nihil deſtruat niſi peccatum:* qui nihilominus perpetua carnalium deſideriorum crucifixione ab eo liber effici poterit: Atque huiuſmodi Monachorum propriam eſſe, à Domino prædictum eſt dicente: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Luc. 9. vt appertiſſimè in Monachi inſtitutione poſt ſuimetipſius abnegationem, quæ vitarum diuiſibilium abnegatione perficitur, crucis ei adhibeatur ſignatio. Cætera ſequenti cap. commodius expediemus.

CAPVT X.

De Tonſura, & veſtibus eorumdem priſcorum Monachorum ſub Apoſtolis victitantium.

1. Tonſura in modum coronæ vnde orta?

IAm qualiter tonſura Monachorum ab Apoſtolis, Dionyſio teſte, initium acceperit perſpicuè vides. Porrò multa de capillorum tonſura tam ex prophanis, quam ex ſacris Scriptoribus eruditè admodum, vt cætera aſſolet, Cardinalis Baronius congeſſit tom. 1. Annal. Eccleſ. ad A. C. 58. occaſione Pauli Nazaræorum more ſe Cenchris deuouentis Act. 21. quæ tu cõnſulas. Illud liquidiſſimum eſt apud omnes de Clericorum tonſura in modum ſphæræ efformanda extare S. Aniceti Papæ decretum in Epiſt. ad Epiſcop. Galliæ, & refertur 23. Diſt. C. *Prohibete*, & Agathenſis Concil. cap. 20. ibidem relatam C. Clerici: eumque vſum à D. Petro ad omnes Eccleſiaſticos dimanaſſe, ſiue quod ad caluitium eiuſmodi ab Ethnicis irriſus, honorem fore futurorum inſtituit, vt ſcribit Germanus Conſtant. in Theoria rerum Eccleſiaſt. ſiue vt ea corona Sacerdotale Chriſti regnum denotarent, quod placuit Iſidoro lib. 2. de Officiis Eccleſ. cap. 4. quem refert, & ſequitur Synodus Aquiſgranenſis cap. 1. & Hieronymo à Gratiano relato 12. q. 1. C. *Duo ſunt.* Siue denique eâ in memoriam Dominicæ Paſſionis vſus fuerit, quod Beda ſcribit lib. 5. de Geſtis Anglor. cap. 22. Certè à Sacerdotibus Legalibus id mutuare minimè quiuerunt, cum illis id potius eſſet interdictum, c. 19. & 21. Leuit. A Gentilibus autem nemo vellet hunc morem accepiſſe, tametſi Iſidi Sacerdotes raderentur, & nobiles Romani, ſed non in modum coronæ.

2. Comam nutrire Monachis nunquã licuit.

Pro Monachorum autem ampliſſima tonſura vide quæ Baronius refert ex Baſilio in Regula Monach. ex Paulino epiſt. 7. ad Seuerum, ex Saluiano lib. 8. de Vero iudic. & prouid. in fine cuius adducto teſtimonio ſubinfert: *Itaque ex his videas in deriſores tonſuræ Monaſticæ Seueriſſimè Deum vltum eſſe, qui Vvandalis eam prouinciam* (agebat de Africana, vbi deriſioni erat) *per centum annorum ſpatium dederit deuaſtandam.* Accedit Socrates qui lib. 3. cap. 1. de Iuliano Apoſtata ſcribit ipſum *abraſa cute vitam Monaſticam ſimulaſſe.* Et Auguſtinus lib. de Oper. Monach. c. 33. quoſdam Monachorum corripit, qui contra præceptum Apoſtolicum comam nutrirent: quo vitio *offendunt*, ait, *& perturbant Eccleſiam.* Carpit item Epiphanius hæreſ. 80. Monachos qui in Meſopotamia comam prolixam gerebant: *Nam alienum eſt*, ait, *à Catholica Eccleſia Saccus conſpicuus, & coma extenſa.* Et in Compendiaria doctrina dum quorundam Monachorum mores recenſet, inquit: *Placuit quibuſdam* (exſolitariam vitam degentibus) *etiam capillos nutrire honeſtæ videlicet vitæ gratia, ex proprio mentis inuento, non ex Euangelij præcepto, neque ex Apoſtolorum traditione.* Quod ſanè propter quoſdam Ægyptiorum dixit, non infirmi nominis inter Monachos, vt Paulum, & Onuphrium, quos non totondiſſe caput, ex eorum hiſtoriis liquet. Paulus apud Hieronymum Antonio dixiſſe legitur: *En quem tanto labore quæſiti, putridis Senectute membris, operit inculta canities.* Er de Onuphrio Paphnutius Abbas ait. *Virum procul aſpectu terribilem vidi, in mundum beſtiæ pilis vndique circumſeptum, cui tanta ſcilicet capillorum prolixitas erat, vt corpus illius ipſorum diffuſione tegeretur.* Verum id eos feciſſe credendum eſt, quid in eremi ſolitudine forcipibus ad tonſuram aptis carerent: aut ſi qui alij comati Monachorum inceſſere, id non *ex Apoſtolorum traditione* accepiſſe, ſed ex proprio mentis inuento. Aliàs de eadem traditione extat Canon. Concilij Nicæni à Turriano viro doctiſſimo ex Arabicis exemplaribus erutus, & in lucem datus, videlicet: *Monachi alia habeant indumenta, & mores quam habent laici, & caput tondeant in modum coronæ.* Et ita vſu olim fuiſſe comparatum probat Leontius in vita Sali, dum inquit ad eum & ſocium Ioannem Niconem Abbatem dixiſſe cum Monachos fieri flagitabant: *Vultis ne capitis veſtri comam tonderi, an paruo adhuc tempore verſari in laïci habitu?* pro eodem vſurpans *tonderi, & Monachum fieri*; & non tonderi idem ac in habitu Laïcali perſeuerare. Vnde inferiùs: *Ablato forcide, & eo, quo par eſt ordine ſancto altari impoſito, eos totondit.* Quo nihil Dionyſ. congruentius dici potuit. Scribit etiam Metaphraſt. 31. Ianuar. de S. Cyro Abb. *Statim mutat habitum & cum caput cute tenùs totondiſſet, amictu induitur Monaſtico &c.* Sed & de Magno Arſenio ad Monaſticem properante ſcribit idem authori: *Statim tondet comam capitis & cum ea, ſi quæ adhuc remanebant, reliquiæ curarum humanarum, Monaſticum vero induit amictum, &c.*

Quod ad fœminas autem ſpectat, Palladius c. 41. de Virginibus Tabennaſiotis, ſic ait: *Earum Virginum erat eiuſmodi habitus, vt eſſent tonſæ, & haberent cucullos in capite.* Vna dumtaxat, quæ ſimulabat ſtultitiam, ambulabat *panno caput obuoluta.* Idem narrat Pelagius Diaconus de Verbis Seniorum libello 18. num. item 18. Et Hieronymus ep. 48. c. 3. *Moris eſt in Ægypti & Syriæ Monaſteriis, vt tam Virgo quam vidua, quæ ſe Deo vouerunt ſæculo renuntiantes, crinem Monaſticorum Matribus offerant deſecandum. Neque hoc quiſpiam præter tondentes nouit, & tonſas; niſi quod quia ab omnibus fit, penè ſcitur ab omnibus.* 3. Tonſura fœminarum per antiqua.

Amphilochius quoque Iconij Epiſc. in vita Magni Baſilij c. 8. de Helladio ſanctiſſimo viro Baſilij ſucceſſore ait: *Helladius retulit mihi, quia cum Senator quidam fidelis nomine Proterius pergeret ad ſancta & percolenda loca & ibidem filiã ſuã tondere & in vnũ venerabilium Monaſter. mittere voluiſſet, &c.*

Digitized by Google

Prohibita non conſecratis Deo. Quod quidem religionis & ſtatus Monaſtici inſigne fœminis tantum Deo conſecratis adeo proprium antiqua iudicauit Eccleſia, vt cap.9. Gangrenſis Synodi, Nicenæ vetuſtate æqualis, anathemate percutantur vxores, quæ Monachorum more tondebantur in Armenia, exiſtimantes aliter non ſibi relictam ſalutem.

4. **Tonſura Monachorũ Corona.** De forma autem tonſuræ Monaſticæ, cum nihil proferat Dionyſius, illud ex eadem traditione liquet, non fuiſſe purum caluitium, ſed modum habuiſſe Spheræ, aut coronæ, ſimilitudo rationis ex coronæ Clericorum forma conuincit; quam Anicetus in Spheræ figuram fieri debere docuit: & Patres Concil.4. Tolet.quibus D. Iſidorus præfuit, cap.41. his Verbis. *Omnes Clerici vel Lectores, ſicut Leuitæ, & Sacerdotes, detonſo ſuperiùs toto capite inferius ſolam circuli coronam relinquant: non ſicut hucuſque in Gallicia partibus facere Lectores videntur, qui prolixis, vt laici, comis in ſolo capitis apice medium circulum tondent.* Idcirco Clericorum tonſura *corona* dici capit; & qui Clericum deprecabatur, *Per coronam tuam dicebat;* vt liquet ex Auguſt epiſt.81.Euodio epiſt. ad Marcellinum, ad Aurelianum, ad Simachum, & aliis apud Sauarum.

5. **In veteri Pagina præfigurata.** Monachorum verò tonſuram in Veteri Pagina à Salomone plane præfiguratam, illa verba Cant. 4. indicant, quibus ſponſæ dentes gregibus ouium comparantur: non quarumuis, *Sed quæ aſcenderunt de Monte Galaad*, vt eo montis nomine Elias Galaadites memoraretur, & eius fœcunda Monachorum Soboles, quæ *Tonſarum* futura prædicitur. Ita plane hunc locum exponit Rupertus lib.3.Comment in Cant. Verum animaduertas operę pretium eſt, duos greges conſtitui, priorem caprarum, quibus capilli ſponſæ comparantur, & hi aſcendiſſe dicuntur de monte Galaad, imitatores Eliæ Galaaditis effecti; & de his inquit Apoſtolus, *Circuierunt in pellibus caprinis*: Poſteriorem ouium in ſymbolum dentium ſponſæ: & hi dicuntur *Greges tonſarum*, & aſcendiſſe, non de monte Galaad, ſed *de lauacro* nimirum ſacri Baptiſmatis, vtpote ſub Chriſti Domini, ac Diſcipulorum eius diſciplinis educati; de quibus Apoſtolus: *Circuierunt in melotis* Melotes ſiquidem ouina pellis eſt, Veteribus Monachis frequens. Dabo mox Rupert. loquentẽ, dabo Bern. eidem egregiè concinentem.

6. **Quid tonſurâ ſignificetur?** Cæterum quid Apoſtoli tonſura ſua Monachis ſignificatum voluerint, ita exponit Dionyſius ibi. *Porro tonſura crinium vitam mundiſſimam indicat, & nulla figura fucatam, & quæ nullis fictis coloribus inductis animi deformitatem exornet, ſed ipſa in ſe ipſa non humanis venuſtatibus, ſed ſingularibus, & vnicis ad Dei exactiſſimam ſimilitudinem properet.* Quæ Lucidius Vercellenſis reddidit inquiens: *Detonſio capillorum, quæ ſubſtantiam capitis denudat, ſignat mundam, & non fictam conuerſationem, neque mentis ſimplicitatem exteriori compoſitione fictè ornantem, ſed ipſam mentem in ſui puritate, ad Dei conformitatem ſurſum actam, non per apparentiam exteriorum, ſed per ſingularem virtutem exteriorem.* Vt enim omnem fucum, fictumque ornatum à vita reliqua amputari debere demonſtret, capillos tonderi decretum eſt: vtpote quibus homines fœminæque, vaniſſimos, ſicut alteri corporis parti, colores, & fucos adhibere ſoleant. Eliminataque omni artis fictione, ſimplicitas vitæ eniteat, ſuamet puritate ad ſimpliciſſimam Dei puritatem properans. Dionyſius Carthuſianus; ea ſignificatur nuda Domini vita, & non coloribus fucata contendit, perturbato ſenſu: ſed qui tandem in idem recidat. Aliis denotari tonſura Monaſtica placet conditio ſtatus Monachalis, qui ad luctum & pœnitentiam deſtinatur; iuxta quod in ſacris litteris abraſio capitis ſymbolum fuit lugentis & mœrentis: nam de Iobo cap.1.cum ſuarum cladium nuntios accepiſſet dicitur. *Tonſo capite corruens in terram adorauit.* Et Micheæ c. 1. *Declarare, & tondere ſuper filias deliciarum. Dilata caluitium tuum.* Et Iſaïa 22. *Vocauit Dominum ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium.* Eandemque apud Ethnicos inualuiſſe conſuetudinem, teſtes ſunt Suetonius in Caïo Calig.c.5. Herodotus lib.1. Hiſt. & Lucianus lib. de Dea Syria. **Abraſio capitis, quid ſignificat?** Multo mihi magis arridet eum morem à Nazaræis tranſlatum ad Monachos; ſignificari verò ſola tonſura omnium ſimul illarum vitarum diuiſibilium abrenuntiationem: vt ita ſymbolum adiunctum rei quæ per agitur æquè, & plenè reſpondeat. Sed quonam modo? Nimirum ſolemne imprimis eſt, & à D. Gregorio cum de Maria tergente ſuis capillis pedes Domini agit vulgatum, capillis, vtpote re ſuperflua humani corporis, diuitias deſignari, quare capillorum amputatio abrenũtiationem diuitiarum perſpicuè demonſtrat. Cum verò ipſi carni adhæreant, *& comam demittere* (Hieronimo Doctore lib.13. Comment. in Ezech. ad c.44. *luxurioſum ſit*, multoſque & varios fucos lenocinij ergo admittere ſoleant; liquet capillorum detonſionem abrenuntiationem venereorũ indicare. Demum abraſio capitis ſeruitutis argumentum fuiſſe, ex Cornel. Tacito lib. 2. Annal. habemus, cum agit de Clemente Agripæ Poſthumi ſermo: & apud Ariſtophanem in Auibus Piſtothetus admiratum Poëtam, qui ſe Muſarum ſeruum dixerat, comatum eſſe: & apud Comicum mirum de ſe futurum ſeruus Soſia dicit

Vt hodie abraſo capite ſeruus accipiam pileum.

En quo iure depoſitio comæ ſymbolum ſit libertatem amittantis, quod voto Obedientiæ fit. Quod ſi demum capillis cogitatus humanus intelligi dicas, quod de ſapientiæ receſſu capiti inhærentes erumpant; fit, vt priorum cogitationum mundanarum expulſionem imputet: vt ita eadem tonſura trium vitarum diuiſibilium, & ſimul imaginum, ſeu Phantaſiarum illi correſpondentium in Monachi profeſſione deſignatur.

Nec illud ſilendum, Monachos non ita barbam, vt caput, radere conſueuiſſe: Lego enim 7. apud Baſilium ad Monachum lapſum: *Sacro aſpero corpus tuum compungens, & cingulo duro lumbos adſtringens lachrymarum riuis barba pilos madefactos adaquabas, atque mulcebis.* Et apud Hieronymum Epiſt.4. ad Ruſticum cap. 2. *Vidi nonnullos* (Monachorum) *accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus non poſſe diſcedere:* Vbi quorundam Monachorum damnat perditam vitam, cum prius in eis Religioſum habitum, barbamque prolixam laudauerit. *Nec hæc* (inquit) *culpa eſt Chriſtiani nominis, ſi ſimulatio Religionis* (Pulla ſcilicet tunica, barbaque prolixa) *in vitio ſit*, id eſt ſi obſeruatores Religioſi habitus à turpibus non diſcedunt. Et lib.2. Contra Iouinianum qui Monachi habitum mutauerat c.13. *Antreuerteris igitur ad antiquum propoſitum, vt ouis poſſis eſſe ad dexteram: aut velis nolis, quamquam barbam raſeris, inter hircos numeraberis.* Plenè ibi de S. Epitecto Monacho Presbytero ac Martyre lego: *Statura procerus, barba prolixa, & ſplendore caniciei decoratus.*

Barbam radere Monachis cur non præceptum.

Digitized by Google

decoratus. Vnde Concil. IV. Carthagin. cap. 44. Clericis prohibet ducere promiſſam barbam, non Monachis: quidquid Baronius reclamet A. C. 398. Neque hoc mirum: Monachatus namque ſtatus eſt perfectioris humilitatis, & pœnitentiæ, qua Monachus merens & flens reum ſe Domino iugiter ſiſtit. Comperimus autem apud Aulum Gellium. Nobiles viros barbam & genas raſitare conſueuiſſe, quod P. Africano, & aliis tunc viris nobilibus motis fuiſſe fatetur lib. 3. Noct. Attic. cap. 4. vbi de quodam reo refert, barbam ſibi radi non deſiiſſe *Cæteros quoque* (ait) *in iiſdem temporibus nobiles viros barbam in eiuſmodi ætate* (ſcilicet *ante ſenectam raſitaſſe*; ſcilicet ob maiorem venuſtatem, & decorem. Sed temporum mutatione Eccleſia Spiritu ſancto edocta barbam radere Monachis permiſit; vtpote nobilibus, ac Sacerdotale Chriſti diadema gerentibus. Neque huic inſtitutioni deſunt in antiquis Ethnicis exemplaria, nec Monachatui (vitæ vtpote mœroris & luctus) congruentiæ vt videre eſt apud Alexandrum ab Alex, Dierum genial. lib. 3. c. 8. vbi *Ægyptij* (inquit) *atque Aſſyrij funera & Capillum ſubmittentes, & barba detonſa, Ruleſij vno eraſis capitibus plangere conſueuerunt. Quimos apud Barbaros* (Dep. Sueton in Caligula. c. 5.) *inoleuit. frequens, vt in funere iuuenes tonderent comam, barbam ipſi ponerent &c.* De inclamatione nominis S. Trinitatis mox dicemus. Proſequitur Dionyſius in myſterio.

8. *Quid veſtiũ mutatio deſignat?*

Extutúmque veſte omni, aliam induit. Ita quoque Nicenæ Synodi Patres decreuère, Canone illo ſuperius ex Turriano relato. *Monachi alia habeant indumenta, & mores quam habent Laici.* Cur hoc? Audi Dionyſium in Theoria. *Prioris Veſtis poſitio, alteriuſque aſſumptio migrationem illam à media vita, ſacra licet, ad perfectionem ſignificat. Sicut in Diuina regeneratione* (Baptiſmi) *promotionem indicabat à purgata vita ad contemplantem, illuminantémque habitum illa veſtis candentis immutatio.* Mihi duplicem ob finem, eam veſtium mutationem in profitente Monaſticem ab Apoſtolis Dionyſij verba ſonant inſtitutam: tum nimirum vt mutatio exterior interiorem patenter denotet eius qui à ſæculari pio ſtatu ad perfectionem Monachalem tranſeant: & perpetua ſæcularium veſtium depoſitio, minimè vlterius reſumendarum, mortem veteris vitæ exprimat; aſſumptio verò nouarum Monaſticæ vitæ natiuitatem ad finem vſque permanſuræ. Tum præcipuè vt eo facto innuatur, profeſſionem Monaſticam magnam cum Diuina regeneratione habere affinitatem; quam vt nos percipere valeremus ſimilem in vna atque altera veſtium mutationem fieri, Apoſtoli inſtituiſſe noſcuntur. Sic Dionyſius cum de Baptiſmo ageret cap. 2. *Et cum illum* (ait) *miniſtri perfectè exuerint*, & infra: *aſſumentes autem illum Sacerdotes illum veſte baptizati munditia congruam induunt*: candentes: nimirum vt illa *ſplendida veſtis induitio* (ita Vercellenſis) *ſignificet habitum ſplendidæ conuerſationis.* Atque huc reſpexiſſe videtur Diuinum Oraculum Cant. 4. cum dentes ſponſæ, ait, *Sicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro.* Vbi Rupertus *Mundabuntur lauacro: nec emundatione ſimplici contenta vellera ſua deponent, vellera rerum, vellera facultatum ſuarum, vt nihil habeant proprium, ſed ſint illis omnia communia.* (Ergo de Monachis ſermo illi eſt) *Huiuſmodi tonſa omnes ſunt gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas. In quo gemellis fœtibus? In eo videlicet, quod & præceptum impleuerunt, & conſilium ſuo addiderunt. Quod eſt præceptum, aut quod conſilium? Vtique præceptum eſt non rapere aliena, conſilium relinquere etiam ſua.* Luculentius fortè Bernardus ſermone 64. ex paruis, poſt multa egregiè dicta ſubdit. *Quam benè Monachi tonſis ouibus comparantur, quia reuera tonſi ſunt* (*nec ſolum in capite*) *quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum in proprietate relictum eſt. Quæ aſcenderunt de lauacro. Lauacrum Baptiſmus eſt, de quo aſcendit qui ad celſitudinem vitæ perfectionis intendit, deſcendit autem qui ſe vitæ mancipat inhoneſtæ. Omnes gemellis fœtibus, quia & verbo pariunt & exemplo. Et ſterilis non eſt in eis, quia nullus eſt infœcundus.* Eiuſmodi igitur ouium greges tonſura ſua velut ſingulari teſſera denotati prorſus de Lauacro aſcendere promuntur: quod nimirum ita ad purum abluti in profeſſione reſurgunt, ac ſi diuina Sacramenti regeneratione iterum initiarentur. Atque huc fortè ſpectat, quod ſuper profitentem itidem S. Trinitatis nomen inuocari Solitum dixerat Dionyſius; non quo iterum Baptiſmus ſuper eum perficeretur abſit, ſed quo non diſparem criminum remiſſionem ei tunc temporis impertiri ſignificaretur.

Profeſſio quidam Baptiſmus.

Quid S. Trinitati inuocatio.

9. *Profeſſionẽ eſſe quoddã Baptiſma inter Aegypti Patres vulgarum.*

Ita planè è ſanctorum Patrum doctrina comparatum eſt: nam Hieronymus ſcribens ad Paulam de obitu Bleſillæ nuperæ Sanctimonialis, ait: *Reuera ſi ſæculare deſiderium, delicias vitæ huius cogitantem mors immatura rapuiſſet plangenda erat, & omni Lacrymarum fonte ploranda. Nunc verò cum propitio Chriſto ante quatuor fermè menſes ſecundo quodammodo propoſiti Baptiſmo ſe lauerit, & ita deinceps vixerit, vt calcato mundo ſemper Monaſterium cogitarit, non vereris ne tibi Saluator dicat: iraſceris Paula, quia tua filia, mea facta eſt filia?* Et epiſt. 8. ad Demetriadem. capit. 5. *Quando eras in ſæculo, ea quæ erant ſæculi diligebas nunc autem quia ſæculum reliquiſti, & ſecundo poſt Baptiſmum gradu iniſti pactum cum aduerſario tuo, dicens ei; Renuntio tibi Diabole, & ſæculo tuo, & pompa tua, & operibus tuis: ſerua fœdus quod pepigiſti.* Vbi ſimiliter Monachum & Baptiſmate initiatum Diabolo, eiuſque pompis & operibus abrenunciare ſolitos palam edicit. Solerterque notandum ita loqui, vt nequaquam ſe primum eius doctrinæ, & loquutionis denotet autorem; ſed communem & tritam protuliſſe inſinuat. Et verè quidem nam apud Ægyptios celebre erat quod Angeli (narrante Athanaſio cap. 37.) demonibus Antonio peccata obiicientibus reſponderunt: *Non debere eos à natiuitate eius delicta narrare, quæ iam Chriſti eſſent bonitate ſopita. Si qua autem ſcirent ex eo tempore quo factus eſſet Monachus, Deo ſe conſecraſſet: licere proferri.* patenter innuentes profeſſione Monachali abolita eius crimina hactenus commiſſa vt nihil accuſationeDemonum, etiam pœnam ſubeundam, reliquum eſſet. Contigerat itidem in Ægypto quod narrat Anonymus Græcus, apud Ioannem Subdiaconũ lib. 1. Vit. Patr. cui titulus *de Prouidentia & Contemplatione.* n. 9. inquiens: *Fuit quidã magnus inter præuidentes: hic affirmabat dicens: Quia virtutẽ quã vidi ſtare ſuper Baptiſma, vidi etiã ſuper veſtimentum Monachi, quando accipit habitum ſpiritualem.* (Apud Roſuueid. lib. 6. vit. Patrum in princip.) Obiter Vim perpendito præſentis illius verbi

quando accipit, ne putes ob peculiarem alicuius feruidi profitentis deuotionem accidiſſe; ſed priuilegium ipſi profeſſioni Monachali conceſſum omnibúſque vere profitentibus contingere.

10. Vtque inter Palæſtinos. Et hæc quidem apud Ægiptum contigere. In Palæſtina verò eadem quoque doctrina imbutos Monachos narrat grauiſſimus Pater Leontius in vita Sali, quàm Synodus II. Nicena recepit. Cum enim Salus, & Ioannes eius comes profiteri parati eſſent, *poſtridie quam tonſi eſſent, volebat eis quoque* (Nicon Abbas Monaſterij S. Geraſimi ad Iordanis confluentem) *dare ſanctum habitum. Cum ergo ex fratribus quidam eis diceret: Beati eſtis quoniam cras regenerabimini, & mundi efficiemini ſicut nati eſtis, ab omni peccato* (de actualibus dictum pura, à quibus recens natus eſt innocens) *perinde ac ſi ipſo die eſſetis baptizati; admirati ſunt ambo, & cucurrerunt ad Diuinum Niconem, & ad eius pedes prociderunt, dicentes, Rogamus te Pater, ne nos baptizes; ſumus enim Chriſtiani, & nati ex parentibus Chriſtianis. Is autem cum neſciret quidnam audiiſſent à Patribus Cœnobij, dixit eis: Quis enim vult vos, ô filij, baptizare? Illi dixerunt Domini noſtri Patres Monaſterij dicunt nobis; Cras baptizabimini. Tunc intellexit Præfectus eos dixiſſe de ſancto habitu. Is vero dixit eis: Rectè dixerunt filij. Etenim, ſi Deo placuerit, volumus vos cras induere Sancto, & Angelico habitu. Permiſit autem vir magnus, vt quidam recens profeſſus duceretur in medium. Poſtquam verò venit, eum ambo contemplantur; & ad pedes Abbatis prociderunt protinus, & ei dixerunt. Rogamus te, ſi nos ita es induturus, & nos tali honore & gloria dignaturus, id facias Veſpere, ne forte per noctem moriamur, talem gloriam & lætitiam, taléque Veſpertinum officium, & talem coronam minimè conſequuti.* Vide Hieronymum Plati l. 1. de Bono ſtat. Relig. c. 13. cui titulis. *Primos Religionis fructus integra remiſſio omnium peccatorum* Videbant namque nouellum profeſſum à magna multitudine Monachorum cum cereis, & ſplendida Redimetum corona deduci ad Veſpertinum officium; ſymbolum plenè puritatis adeptæ. Quàm cum ipſi quoque ad habitus ſuſceptionem adipiſcerent, *Videbamus* (aiebat Salus) *noctu non ſecus atque interdiu alter alterius faciem, & ſimiliter, vt eius qui fuerat priùs à nobis viſus, coronam in capite alter alterius.*

11. Et Occidentales. Neque Occidentalis plaga ea Luce deſtituta eſt. Ait enim Anſelmus libro de Similitud. capite 191. de Oſberno Monacho Anglo in extremis agente, quod cum Diabolus ei peccata ante Religionis ingreſſum commiſiſſe obiiceret, Angelus pro eo reſpondit, de his non eſſe curandum, *quod ea fuerant profeſſione Monacha abolita.* Vulgatum ſanè & Bernard. Parentis temporibus inter Monachos illud conuincit, quod cum Carnotenſes Monachi eius Baptiſmi Monaſtici cauſam requirerent ab eo, ſic reſcripſit libro de Præcepto & Diſpenſ. capite 23. *Audire & hoc vultis à me, vnde inter cætera pœnitentia inſtituta Monaſterialis diſciplina meruerit hanc prærogatiuam, vt ſecundum Baptiſma nuncupetur?* Supponit quæſtio certam non minus quam vulgatam ea de re ſententiam: aliàs ſeueriſſimus Apocryphorum cenſor quæſtionem eluderet ſententiam contemnens. Reſpondet tamen Allegoriam vniuerſam prioris ad poſterius Baptiſmum, pulcherrimo ſchemate paucis complectens. *Arbitror ob perfectam mundi abrenuntiationem, ac ſingularem excellentiam vitæ ſpiritualis, qua præminens vniuerſis vitæ humanæ generibus huiuſcemodi conuerſatio profeſſores & amatores ſuos Angelis ſimiles, diſſimiles hominibus facit: imò Diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos Chriſto inſtar Baptiſmi: Et quaſi denuò ſecundò baptizamur, dum per id quod mortificamus membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, rurſum Chriſtum induimus complantati denuò ſimilitudini mortis eius. Sed & quomodo in Baptiſmo eruimur de poteſtate tenebrarum, & in Regnum transferimur Claritatis æternæ, ita & in Sancti huius ſecunda quadam regeneratione propoſiti; Sed tenebris aquè, non vnius originalis, ſed multorum actualium delictorum in lumen virtutum euadimus redaptantes nobis illud Apoſtoli: Nox præceſſit, dies appropinquauit.* Quo ſanè nihil doctiùs, nihil venuſtiùs dici potuit, & ad rem, de qua agimus accommodatius.

Quamobrem placuit deinceps eadem ſententia Scholaſticæ Theologiæ Doctoribus, quos præit D. Thomas 22. quæſt. 189. articul. 3. ad 3. & in 4. dub. 4. quæſt. 3. art. 3. regul. 5. ad 3. adducens teſtimonium ex vit. Patr. ſuperiùs relatum; quod referunt etiam eiuſdem doctrinæ Vgo VValdenſis tom. 3. de Sacrament. titul. 9. c. 80 Antonin. 3. p. Theol. tit. 16. c. 3. §. 3. Puludanus in 4. dub. 38. q. 3. Syluester in ſum. v. Religio dub. 23. & Caiet. ad locum 22. dubit. ſuper ſolutionem D. Thomæ ad 3. adducens teſtimonium relatum ex vit. S. Antonij, & Saburferens. *Vnde patet, quod incipit liber nouus de actibus Religioſorum ex parte profeſſionis, quando ſcilicet fit, & factus eſt Religioſus, & non expectatur tempus futuræ poſtmodum contritionis ad plenè caſſandum præteritorum librum, & inchoandum quaſi futuræ innocentiæ librum.* Mitto Recentiores, quorum neminem reſilientem legi. Sed lege Platum lib. 1. cap. 13. & apud ipſum Chriſtophoro Minoritæ de conceſſis in ſæculo piaculis valdè anxio, per internuntium reſponſum ab Angelo, nihil propterea ab eo formidari oportere. Quidni ergo obtinuerit apud Patres Dionyſij de Monacho profeſſionem emittente doctrina ab Apoſtolis per manus Diuini Hierothei accepta? Quod vt veſtimenti etiam genere teſtarentur, decretum eſt, vt cucullato capite incederent, quatenus eo facto (quod obſeruauit Caſſianus lib. 1. cap. 4.) *innocentiam & ſimplicitatem paruulorum iugiter cuſtodire, etiam imitatione ipſius velaminis, commoneantur.* Dixeratque idipſum paulò ante Dorotheus doctrina ſua I. quæ eſt de Renuntiatione, his verbis. *Ferimus & cucullum, quod innocentiæ ſignum eſt, & puritatis. Pueri enim paruuli cucullum ferunt, non viri perfecti. Nos igitur cucullum ferimus, vt paruuli ſimus malitia, quemadmodum monet Apoſtolus: Nolite ſenſibus paruuli eſſe, malitiâ autem paruuli eſtote.* 1. Corinth. 14. — 12. Theologi Scholaſtici.

Huic affinis eſt illa ſententia multorum ore Patrum decantata, qua Monaſticorum votorum emiſſio *Monaſterij* vim habere dicitur. Nec abſre enim vero idcirco *Martyrium* purgationem omnimodam inducit delictorum vniuerſorum, quod homo vitæ ipſius oblatione perfectiſſimè omnibus diuiſibilibus renuntiet vitis; qui enim vitæ cedit, cedere neceſſum eſt & diuitiis, & voluptatibus carnis, & liberis voluntatibus mentis: nihilque ſupereſt quod renuntiatione egeat. Quare & Martyrium holocauſti dicitur inducere rationem, multo quouis ſacrificio præſtantius: iuxta illud Gregorij homil. 20. in Ezech. *In ſacrificio* — 13. Profeſſio quoddam Martyrium. — Martyriū eſt holocauſtum.

pars

Digitized by Google

pars pecudis; in holocauſto vero totum pecus offerri conſueuerat. Vnde & holocauſtum Latina lingua totum incenſum dicitur. Cum quis ſuum aliquid deuouet, & aliquid non deuouet, ſacrificium eſt: cum verò omne quod habet, omne quod ſapit Omnipotenti Deo vouerit Holocauſtum eſt. Huiuſmodi teſtimonio probat D. Thomas quæſt. illa 189. ex 22. Monaſticæ profeſſioni deberi vniuerſorum criminum expreſſionem. Et certe Gregorius de Monachis egiſſe liquet, nam ſubdit. *Sunt qui adhuc mente in hoc mundo retinentur, & tamen ex poſſeſſis rebus ſubſidia egentibus miniſtrant: oppreſſos* (ære alieno) *deffendere feſtinant. Iſti in bonis quæ faciunt ſacrificium offerunt. Et ſunt quidam qui nihil ſemetipſis reſeruant, ſed ſenſum, linguam, vitam, atque ſubſtantiam quam perceperunt Omnipotenti Domino immolant. Quid iſti niſi Holocauſtum offerunt? Imò magis Holocauſtum fiunt. Qui præſens*

12. Theologi Scholaſtici.

ſæculum deſerit, & agit bona, quæ valet quaſi Ægypto derelicta Sacrificium præbet in eremo: quia repulſo ſtrepitu deſideriorum carnalium in mentis ſuæ quiete ac ſolitudine Deo immolat quidquid operatur.

14. Præſtenſum mentis Martyrium.

Nihilominus diſcrimine quodam Baptiſmus, & Martyrium Monaſticæ profeſſionis inter ſe comparantur: videlicet, quod Baptiſmi ratio in ſola votorum emiſſione, & ſtatus profeſſione compleatur; Martyrij autem in reliquam quoque extendatur vitam tametſi in profeſſione quoque vim ſuæ Purificationis expleat. Vnde profeſſio Martyrium & mortem repræſentat, vita ſubſequens Monaſticis regulis perpetuo adſtricta Martyrium quoddam protenſum videatur. Etenim duo Martyrij genera agnouit Auguſtinus ſermone 250. de Temp. & Gregorius homil. 35. in Euangelio, verba *Illius* ſunt: *Chriſtianis quotidiana Martyria deeſſe non poſſunt. Si enim Caſtitas & Veritas, & Iuſtitia Chriſtus eſt, & ille qui eis inſidiatur, perſequutor eſt: & ille qui in aliis deffendere, & in ſe cuſtodire volet, Martyr erit.* Et principio ſermonis. *Nemo dicat fratres chariſſimi, quod temporibus noſtris Martyrum certamina eſſe non poſſunt: habet enim pax noſtra Martires ſuos. Nam iracundiam mitigere, libidinem fugere, iuſtitiam cuſtodire, auaritiam contemnere, ſuperbiam humiliare, pars magna Martyrij eſt.* huius autem: *Duo quippe ſunt Martirij genera, vnum in mente, aliud in mente ſimul & actione. Mori quippe à perſequente, Martyrium in aperto opere eſt: ferre vero contumelias, odientem diligere, Martyrium eſt in oculta cogitatione.* Quæ duo Martyrij genera probat exemplo duorum fratrum Iacobi, & Ioannis, quibus cum Dominus Martyrij guſtum promiſiſſet (*Calicem quidem meum bibetis*) Ioannes nihilominus violenta morte non eſt ſublatus, ſicut Iacobus: ſed tamen Martyr extitit; quia paſſionem quam non ſuſcepit in

13. Profeſſio quoddam Martyrium.

corpore ſeruauit in mente. Quibus concinit Hieronymus in Epitaphio Paulæ ep. 27. vbi ad Euſtochium virginem de morte matris dolentem ſic alloquitur. *Secura eſto Euſtochium; magna hereditate ditata es. Pars tua Dominus, & quo magis gaudeas, mater tua* (Paula) *longo Martyrio coronata eſt. Non ſolùm enim effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed deuota quoque mentis ſeruitus immaculata quotidianum Martyrium eſt.*

Martyrium holocauſtum.

Illa corona de roſis, & violis plectitur, iſta de liliis. Vnde & in Cantico ſcribitur Canticorum: Fratruelis meus candidus, in pace, & in bello, eadem præmia vincentibus tribuens.

Et hæc quidem de Martyrio mentis in genere dicta non ambigo. Specialiter nihilominus de Monachorum Martyrio alij Patrum loquuti ſunt. Athanaſius in vita Antonij cap. 23. *Volenti pati pro Dei nomine Martyrium non dabatur. Poſtquam vero perſecutionis turbo defluxerat, ad priſtinum Monaſterium regreſſus quotidianum fidei, ac conſcientiæ Martyrium merebatur, acrioribus ſe ieiuniiſque conficiens.* Hinc factum, vt inſignis Abbas Paphnutius apud Arium Ægypti præſidem Martyrio conſummaturus conſtitutus, cum ex obiectis Martyriorum horribilibus inſtrumentis horrore à Iudice vellet perfundi; Leniter eadem irridens intulit: *Vane credis Iudex, quod terror à tormentis quantumvis acerbiſſimis ingeſtus negare me Dominum compellet meum; quandoquidem maioribus, prolixioribus, vt pote quotidianis, tormentis, in cœnobiis aſſueti ſumus.* Iuxta quod Climacus ille graduum cœleſtium inſtaurator, Grad. 4. Religioſam vitam genus eſſe docuit Martyrij. Bernardus vero dum benignitate Comitis Theobaldi Latronem ad ſuſpendium productum in Monachum commutaſſet, ingenium rogatur, reſpondit. *Non me exiſtimes huiuſmodi peccatorem impunitum velle relinquere, quin potius eum tortoribus cogito tradere, & dignam ex eo capere vitionem, quæ vtique tanto dignior erit, quanto diuturnior. Tu illum decreueras breui ſupplicio, & momentaneo interitu conſummari, ſed ego faciam diuturno cruciatu, & morte Longiſſima mori. Tu furcis appenſum per vnum vel plures dies mortuum in patibulo manere permittes: Ego cruci affixum per annos plurimos faciam in pœnis iugiter viuere, & pendere.* Ita docet autor Exordij Magni Ciſterc. lib. 2. c. 15. Cui ſimile eſt quod docet Cæſarius meus lib. 8. Illuſtr. mirac. c. 18. de Rodulpho Conuerſo Cœnobij Luchenſis in Germania: qui cum aliquando *dictis matutinis ante lucem ſub olino ſtaret, Chriſtum in aëre crucifixum pendere vidit, & circa eum quindecim homines, ſingulos in ſingulis Crucibus, ex quibus decem erant Monachi, & quinque Conuerſi, omnes ei bene noti, vtpote Congregationis ſuæ profeſſi. Ita aër erat illuminatus ex Chriſti præſentia, vt ſingulos plerè diſcerneret. Cùmque ſtupefactus ſtaret ob tam mirabilem viſionem, Dominus de Cruce clamauit. Noſti Rodulphe qui ſunt ij, quos circa me vides crucifixos? Reſpondente Conuerſo: Noui Domine qui ſunt: ſed quid ſit quod video prorſus non intelligo: ſubiunxit Dominus. Hi ſoli ex omni Congregatione mecum crucifixi ſunt, mea paſſioni vitam conformantes.* Nimis ſupinè nomen *Congregationis* hoc loco nonnulli ex vulgaribus myſtis accipientes, tota Religione Ciſtercienſi dixere quindecim tantũ Monachos Chriſto verè tunc crucifixos, fuiſſe repertos: cum *Congregationis* nomine vnius dumtaxat Cœnobioli de Lucha mentio fieret. Alias vnde vnus Conuerſus in angulo Germaniæ obliteſcens agnouerat quotquot toto Chriſtiano Orbe florebant perſpicua ſanctitudine Ciſtercienſes Monachi. Sed legant S. Benedictum nomen *Congregationis* ad cuiuſvis Monaſterij cœtum c. 63. Regulæ, cui titulus *de Ordine Congregationis*: ideſt, de Ordine, gradu, loco, & præeminentia Sacerdotum & aliorum Monachorum Monaſterij.

15. Morte ipſa acerbior.

Paphnutij hæc ſententia.

Bernardi.

Cæſarei.

Cõgregationis nomine quid in Regula S. Benedicti ſignificetur.

Sed ad rem. Pulchrè proinde D. Chryſoſtomus. hom. 56, ad Populum Antioch. tot crucifixos agnouit, dum inquit. *Cum maiore libertate dilectiſſimi hodie vos alloqui volo, ſuſtinete vt diſcatis, quid hæc Monachorum vita, & crucifixorum, quæ gra-* 16.

16. Monachatus cruci fixio eſt.

uis eſſe putatur, & oneroſa, hac, qua facilis & mollior eſſe videtur, multo dulcior eſt, atque concupiſcibilior. Sed omnium pulcherrime & vberrimè rem multities tractat Bernardus: Et in primis ſermone 1. in feſto Omnium Sanct. ait. *Veruntamen quid ſibi vult quod eadem promiſſio facta eſt Pauperibus & Martyribus, niſi quia veri Martyrij genus paupertas voluntaria eſt? Quid mirabilius, aut quod Martyrium grauius eſt, quam inter epulas eſurire, inter veſtes multas & pretioſas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas oſtentat malignus, quas deſiderat noſter iſte appetitus? An non merito coronabitur qui ſic certauerit, mundum abijciens promittentem, irridens inimicum tentantem, & quod glorioſius eſt, de ſemetipſo triumphans, & crucifigens concupiſcentium prurientem? Denique propterea pauperibus pariter & Martyribus regnum cœlorum promititur, quia paupertate quidem emitur, ſed in paſſione pro Chriſto abſque omni dilatione percipitur.* Serm. v. 30. in Cantic. *Qui amat animam ſuam, perdet eam, dixit: ſiue ponendo vt Martyr, ſiue affligendo, vt pœnitens: quamquam genus Martyrij eſt, ſpiritu facta carnis mortificare; illo nimirum quo membra ceduntur ferro, horrore quidem mitius, ſed diuturnitate moleſtus.* Denique ſerm. 1. in Octaua Paſch, Baptiſmum ſimul & Martyrium coexiſtere in Religione docet, inquiens: *Iam quia Baptiſmum aqua, Martyrium diximus ſanguine deſignari, momento & vnicum, & quotidianum eſſe Baptiſmum, ſimiliter & Martyrium. Eſt enim & Martyrij genus, & quadam effuſio ſanguinis in quotidiana corporis afflictione: eſt & Baptiſmus aliquis in compunctione cordis, & lachrymarum aſſiduitate. Sic quippe infirmis, & puſillis corde neceſſe eſt, vt quum ſemel pro Chriſto ponere non ſufficiunt, ſaltem mitiori quodam, ſed diuturniori Martyrio ſanguinem fundant. Sic & Baptiſmi ſacramentum quoniam iterari non licet, his qui ſæpius in multis offendunt, frequenti oportet ablutione ſuppleri.* Bernardo adiunge Cæſarium citato lib Miraculorum, cap. 19. data opera crucifixionem duplicem Religioſorum expendens: vbi inter cætera. *Tres claui, quibus corpus Monachi cruci debet eſſe affixum, tres ſunt virtutes, per quas teſte Hieronymo Martyres efficiuntur, ſcilicet obedientia, patientia, humilitas.* Cætera tu apud ipſum legito.

17. *Veſtiũ mutatio ab initio Monachis fuit in vſu.*

Et quidem Monachos ab ipſa ſui inſtitutione, dum vota emittunt, veſtes laicales deponere ſolitos, & Monaſticas accipere, præter Dionyſium & eius interpætes, vno ore Veteres Patres ſcriptis ſuis teſtati ſunt: in primis præceptores Monachorum vniuerſi. Pachomius in Regula: *ſi quis acceſſerit ad oſtium Monaſterij volens ſæculo renuntiare, tunc nudabunt eum veſtimentis ſæcularibus, & induent habitum Monachorum: tradeturque Oſtiario, vt Orationis tempore adducat eum in conſpectu omnium Fratrum. Veſtimenta, qua ſecum detulerat, accipient qui huic rei præpoſiti ſunt, & inferentur in repoſitorio, & erunt in poteſtate Principis Monaſterij.* Quamobrem; Finem aperuit Macharius in Reg. inquiens. *Si poſt tertium diem inde exire voluerit, nihil penitùs accipiat, niſi veſtem in qua venit:* Exuens nimirum veſtibus Monaſterij. Et in eundem ſenſum de fratre deſertore ſub infert: *Quod ſi caſu quis frater de Monaſterio exire voluerit, nihil penitus accipiat: niſi in nudatiſſimo veſtimento; & extra communionem infidelis diſcedat.* Vbi in M.S. Codice Caradignenſi eſt *in: nutatiſſimo*, perperam tamen, & vitio exſcriptoris, cum omnino legi oporteat *nudatiſſimo*, hoc eſt tam trito, vt penè qui eo veſtietur nudus diſcedat. Ni velis vt fuerit *nutantiſſimo*, quaſi præ vetuſtate, & puritate hinc inde nutet, tametſi vtraque vox inſolens ſit. Rem tamen ab vtroque Anchimandritæ intentam aperuit liquidiùs D. R. Benedictus cap. 58. ſuæ Reg. his: *Mox ergo in Oratorio exuatur rebus propriis, quibus veſtitus eſt, & induatur rebus Monaſterij. Illa autem veſtimenta quibus exuitur, reponantur in veſtiario conſeruanda: vt ſi aliquando, ſuadente diabolo conſenſerit vt egrediatur de Monaſterio (quod abſit) tum exutus rebus Monaſterij proiiciatur:* cum videlicet incorrigibilis eſt, vt ex cap. 28. liquet: & D. Macharius expreſſit. D. item Ambroſius mutationem veſtium ſæcularium in eo qui Religioſam vitam profitetur, plane fatetur, ad ſororem ſuam Marcellinam ſanctimonialem hæc inquiens lib. 1. de Virginitate in principis: *Cum in Saluatoris natali ad Apoſtolorum Petrum Virginitatis profeſſionem veſtis quoque mutatione ſignares &c.* Et multis interpoſitis. *Aliud pallium Virginum eſt, aliud adoleſcentiæ circumforana &c.* Et lib. ad Virginem lapſam. cap. 5. *Non es memorata diei S. Dominicæ Reſurrectionis, in quo Diuino altari te obtuliſti velandam? Inter candidatos regni cæleſtis quaſi Regina Regi nuptura proceſſeras* (nimirum inter recens eo die baptizatos, & candida indutos veſte) *modo Habitu Virgo, facto non Virgo; bis adultera, & in actu, & aſpectu.* Tum enim veſtitus criminis, quam crimen veſtibus repugnabat.

18. *Idem alias ex facto Paulini & aliorũ oſtenditur.*

Clarius adhuc Ambroſius de S. Paulino loquitur epiſt. 36. quam Monaſticam amplexum in agro Nolano ex multis probet Baronius tom. 4. Annal. Eccleſ. ad A. c. 394. *Hac vbi audierint* (ait Ambroſ.) *proceres viri, qua loquentur? Ex illa familia, illa proſapia, illa indole, tanta præditum eloquentia migraſſe à Senatu, interceptam familiæ nobilis ſucceſſionem? ferri hoc non poſſe. Et cum ipſi capita & ſupercilia ſua radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra, ſi forte Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ Religionis veſtem mutauerit, indignum facinus appellant,* Vbi Baronius: *Hac ipſe: Quibus planè vides Paulinum atque Theraſiam habitum mutaſſe, cum vitam Monaſticam vnà pariter auſpicati ſunt: quam quidem innouationem merito idem Paulinus nouum natale ſuum appellat, dum ſe hoc anno genitum ſecundum interioris hominis innouationem ſcriptis ad Auguſtinum literis profitetur.* Videlicet epiſt. 31. inter Auguſt. Sed & Hieronymus multus eſt hac in re. Nam epiſt. 4. ad Ruſtic. cap. 7. inquit. *Vidi ego quoſdam qui poſtquam renuntiauere ſæculo, teſtamentis dumtaxat, & vocis profeſſione, non rebus, nihil de priſtina conuerſione mutarunt.* Et epiſt. 13. ad Paulinum Nolanum. *Tunicam mutas cum animo, nec pleno marſupio glorioſas ſordes appetis, ſed puris manibus & candido pectore pauperem te, & ſpiritu, & operibus gloriaris.* Simile quid repetit epiſt. 15. de laudibus Aſellæ. *Cum primùm hoc propoſitum arripuit, aurum colli ſui abſque parentibus vendidit, & tunicam fuſciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta pio negotiationis auſpicio ſe repentè Domino conſecrauit: vt intelligeret vniuerſa cognatio, non poſſe aliud ei extorqueri, quæ iam ſæculum damnaſſet in veſtibus.* Dabo alia eiuſdem Hieronymi, Chryſoſtomi, & aliorum Patrum cap. ſeq. de numero forma, qualitate, & colore Monaſticarum veſtium diſceptaturus.

19. *Cur veſtium diuerſitas introducta?*

Porro quid cauſæ fuerit vt Monachis ab eorum inſtitutione diuerſæ veſtes à ſecularibus conſtitutæ ſunt,

Digitized by Google

ſunt,his aperuit D.Baſilius in Reg. Monach. c.11. quam è M.S.Caradignenſi inferius edituri ſumus Conſentiuntque quæ tradit in Reg.fuſius diſput. Interrog.22. *Vtile autem eſt etiam ex ipſa proprietate veſtis & habitus, intelligere vnumquenque & profeſſionem ſuam agnoſcere in ea vita qua ſecundum Deum viuet: vt ſciat ſibi etiam actus conſimiles eſſe debere, & ad eos qui nos vident ſecundum habitum noſtrum æquales etiam in actibus apparere debemus. Non enim ſimiliter turpe eſt in quolibet alio ſi inhoneſtè quid agat, ſicut in his, qui vitam ſobriam, etiam ipſo habitu profitentur. Si enim quis videat de triuis aliquem hominem cadentem alium, aut vapulantem publicè, vel turpiter proclamantem, aut in tabernis aliiſque locis vitam cum dedecore ducentem, ne obſeruabit quidem facile huiuſmodi hominem, vel notabit, ſciens eum conſequenter hæc ad reliquam vitam ſuã gerere. Quod ſi videat quis vel parum aliquid contra quam condecet facere, ſibilant omnes, & increpant, & ad Religionis opprobrium ducunt. Itaque velut pedagogus quis eſt, infirmioribus habitus iſte religioſior: vt etiam inuitus eos ab opere inhoneſto, indecentique cuſtodiat. Denique & Apoſtolus Epiſcopum ornatum debere eſſe deſignat: Ornatus autem eſſe habitus Chriſtiani dicitur, is qui ſecundum propoſitum, ac profeſſionem eius aptus intelligitur. Sicut enim proprium eſt aliud militi in habitu veſtimentum, & aliud eſt habitus Senatoris, ex quo præcipuè intelligibitur, vel iſte quod Senator eſt, vel ille quod miles eſt, ita etiã Monachus habere aliquod proprium ex ordinatione indumẽtum debet.* Quo circa Chryſoſt.lib.de Comparatione Regis& Monachi: *Monachus* (ait) *vno tãtum amictu ad vitæ ſuæ inſtitutum conformi vtitur.* Quæ de hac materia inquiſitione vlteriùs indigent ſequentibus enucleabimus.

CAPVT XI.

De numero, forma, qualitate, colore, myſterio veſtium Monachorum primitiuæ Eccleſiæ.

§. I.

Quot numero fuerint?

1. Tunica & zona aliquorũ Monachorum veſtis.

HÆc omnia ſigillatim diſquirere opere pretium eſt ad materiæ complementum. Quod ad numerum veſtium Monaſticarum ſpectat quæ primis Monachis in vſu fuerunt, illud mihi compertum eſt, nonnullos quidem vno contentos fuiſſe amictu, id eſt tunica, cingulo ad renes arctato: plures tunica ſimul & pallio vſos, quibus poſtmodum Ægyptij quædam addidere ſignificationis & Myſterij cauſa, & alij alia indumentorum genera pro regionis & indigentiæ neceſſitate. Qui tunica duntaxat & zona contenti fuerunt, Ioannem ſibi, vt pote propoſiti ſui principem, propoſuiſſe perſpicuum eſt: vt ex Anachoretis reperimus feciſſe Paulum, & quotquot palmarum foliis, aut ſparti plexuris veſtiebantur: quorum in vitis Patr. multa mentio fit. Sane Pauli veſtem tunicam vocauit Hieronymus inquiens.cap.13. *Poſtquam dies illuxit alia, ne quid pius hæres, ex inteſtati bonis non poſſideret* (Antonius ſcilicet) *tunicam eius ſibi vendicauit, quam in ſportarum modum de palmæ foliis ſibi ipſe contexuerat.* Et c.14. *Si Hieronymo Dominus optimam daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quam Regum purpuram cum Regnis ſuis.* Neque alterius tegumenti mentio fit cum de his agitur.

Et quod magis miror non plures ſuis conceſſit Baſilius amictus, vt liquet ex Epiſt.eius prima ad Gregorium Nazianz. vbi legimus. *Triſtis oculus, atque deorſum vergens, habitus neglectus, ſqualida coma, veſtis ſordida, adeò quæ lugentes conſultò meditatioque faciunt, ea ſuapte animi ſponte in nobis extitiſſe videri bebent.* Sed quis habitui? *Tunica cinctu appreſſa ſit corpori, & adſtricta.* Et rurſus: *Tunica ſit eo vſque craſſa, vt alio opus non ſit integumento ad calefaciendum corpus ea contextum.* Et qui tunicam eouſque craſſam confici Monacho voluit, ne alio amictu opus haberet, duas etiam vetuit tunicas in Regulis fuſ.diſp. interrogat.23.inquiens. *De multitudine autem veſtimentorum nihil ſanè nunc attinet dicere. Etenim ſi qui duas tunicas habet, is ei qui nullam habeat alteram iubetur impartiri: haud dubiè huic plurium retentio ipſius cauſa interdicta eſt. Quod ſi ita eſt, quibus habere duas tunicas vetitum eſt, his quid attinet de illarum vſu legem ſancire?* Quo videas Baſilianos Monachos nequaquam olim palliis indutos inceſiſſe, aut cucullis manicatis, vt modo, Benedictinorum morem imitantes. Cui conſentiens Nazianzenus Orat. 1. de Pace: cum Monachorum *veſtem faſtum* hominum coërcentem depingere decreuiſſet, ſolam tunicam & zonam recenſet, inquiens. *Atque hæc etiam vita ad Dei normam exacta luculenta iudicia, & argumenta, tacitoſque præcones, ſordidam nimirum, & obſoletam comam pedes nudos, Apoſtolicisque ſimiles, nihil mortuum circumferentes* (in calceis) *veſtem faſtum coërcentem.* Sed quam? *Zonam vilitate ipſa decoram, tunicamque nonnihil reſtringentem, ne vel inceſſus grauitatem reſtringat oculum minime &c.* Et in carmine ad Hellenium: *Excalceati, aridi, triſtes, vnam veſtem habentes.* Verum de Baſilio orat.in eius laudibus, ait: *Illi tunica vna, & pallium vnum, & humi cubatio, & balnei contemptus, illa eius decora ornamenta, & vigiliæ. At cœna ſuauiſſima, atque pulmentum illi erat, nouum inquam illud condimentum panis, & ſal, & potio ſobria, & vberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes proferunt.* Videtur ſanè in ſenectute & Pontificatu pallium tunicæ ſuper induiſſe.

2. Baſilianorum Monachorũ habitus ſola Tunica, & zona.

Non cucullis

3. Tunica, omnium Monachorum veſtis.

Certè tunica, vt minimum, vſos omnes Monaſticæ vitæ ſectatores, quacumque cæli plaga & tempore vixerint, neceſſum eſt, vt aſſeramus, quod ea nuditatem totius corporis proxime tegat: & cucullato etiam Baſilij ad Pontum diſcipulos inceſiſſe capite conſuetudine ab Apoſtolis deſcendente [quamquam eius expreſſam Baſilius non fecerit mentionem] mihi probabilius eſt. Sed plures, & vetuſtiores tunicæ pallium ſuper induxiſſe multa mihi argumenta demonſtrant. Primum quod diſcipulorum Domini is eſſet amictus, vt illa eius indicant verba apud Matth. 5. *Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei pallium.* Et picturæ vetuſtiſſimæ Apoſtolorum vetuſtiſſima perſuadent: imo & Domini Ieſu veſtimenta, quem præter tunicam exterius habuiſſe veſtimentum, ex hiſtoria vltimæ cœnæ fit perſpicuũ: vbi & depoſuiſſe veſtimenta dicitur, & linteo ſe præcinxiſſe, tunicam videlicet laxam ſtringens, nõ nudum corpus. Et in paſſione præter tunicam inconſutilem, ſuper quam milites miſerunt ſortem, veſtimenta in quatuor partes ab eis diuiſa fuiſſe, liquido Ioannes narrat cap. 19. quod ego de pallio oblongo & lato ab eis æque iuxta militum capita

Palluum & tunica Chriſti Domini & Apoſtolorum veſtis.

in

in partes diuiſo dictum mihi perſuadeo. Sed & de Domino patiente multo ante Iacob prædixerat
Protoplaſtorum. Gen.40. *Lauabit in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Diſcipulos verò more Magiſtri indui ſolitos, negabit nemo: nec ipſum à conſueto Hebræorum more receſſiſſe: quos tamen liquet tunica & pallio perpetuò vſos, tam fœminas, quam viros. Tunicarum formam ab Adam, & Eua protoplaſtis acceperant, vt ipſi à Deo: de quo legimus. Gen.3. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Vbi cum ſermo ſit de intima veſte, rectè à Hieronymo tunica appellata eſt, iuxta illud Poëtæ 2. Amor.

Sic etiam tunica tangitur illa ſua

Et lib.3.

Hic nec tunicam tibi ſit poſuiſſe pudori.

Vnde Prouerbium ortum. *Tunica pallio proprior eſt.* Plautus in Frinummo, Pallium vero duo illi Noë filij paternæ nuditatis reuerenter tectores habuere; nam c.9. Gen. dicitur. *At vero ſem & Iaphet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum operuerunt verenda patris ſui.* Notiſſimum etiam eſt Ioſephi pallium caſtitatis obſer. c.39. & pallium Rebeccæ, quo præ pudore ad priores viri ſui aſpectus vultum operuit c.24. ſponſam quoq; apud Salomonem in Cant. & tunicam, quam pigritabat reinducere, & pallium quod ab ea cuſtodes murorũ tulerũt habuiſſe, nemo eſt qui neſciat.

4 Hebræorum. Et vt innumera ſacræ ſcripturæ teſtimonia prætermittam, quibus nunc de tunica, nunc de pallio fit mentio; nihilominus vtroque ſimul Eſdram indutum legimus lib.9. c.1. illis verbis. *Scidi pallium meum & tunicam &c.* Et rurſus: *ſciſſo pallio & tunica curuaui genua mea.* Et Micheæ cap.2. de vniuerſo Hebræorum populo conqueritur Dominus: *Populus meus in aduerſarium conſurrexit, deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis*, ſignificans eo loquendi caractere, autore Ruperto, populum Iſrael ſe à regno Iuda retraxiſſe. *Enim vero* (inquit) *prius quaſi tunica induerat Dominus Dauid quando regnum dedit ei primùm ſuper Iudàm ſolum. Quando vero venerunt vniuerſæ Tribus ad Dauid in Hebron, & vnxerunt eum Regem ſuperſe, tunc Dominus eidem Dauid ſuper tunicam pallium quoque addidit. Et congruè ſicut per pallium Iſrael ſic & per tunicam domus Iuda intelligitur: quia ſicut tunica propriùs heret corpori quam pallium, ſic tribus Iuda propinquior quã cætera fuit ipſi Dauid.* Nunc vero ad populum ait: *Deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis:* id eſt vos metipſos ſemini Dauid ademiſtis, voſque ipſæ decem Tribus ab ipſo receſſiſtis, vt à me quoque recederetis.

5. Samuel Elias & Eliſæus pallio vſi. Quod vero ad Monachos ſpectat, quos ab Apoſtolis veſtiendi morem recepiſſe liquet, Samuel Prophetarum gregis egregius & primus Dux pallio vſus reperitur, & eo tanquam ex ſpeciali teſſera, cum ad Phytoniſſæ conſpectum ſuſcitaretur, à Saule eſt agnitus. Dixit ſiquidem Saul mulieri: *Qualis eſt forma eius? Quæ ait: Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul, quod Samuel eſſet.* Inſuper Eliæ pallium, quo Eliſæus conſecratus eſt pridem, & duplicem poſtmodum ſpiritum accepit, ſemelque & iterum aquæ Iordanis diuiſæ ſunt celeberrimum eſt in ſacris ſcripturis.

6. Tunica & pallio vſi Therapeutæ & alij. Vt vero propiùs accedamus, liquet pariter priſtinos illos Therapeutas S. Marci, imo & Apoſtolorum, diſcipulos palliis itidem vſos: nam dum de collectis eorum agit Philo ſic ait. *Conueniunt in cætum communem, & iuxta ætatis ordinem conſidunt decenti habitu.* Et quaſi? *Manus continentes ſub pallio, dextram inter pectus, barbamque, & ſiniſtram applicatam lateri.* Et de tunica inferiùs: *In veſte autem eadem apparet ſimplicitas ad arcendos calores & frigora, pro pelliceis craſſa tunica in hyeme, æſtate verò exomis, aut interula linea. In vniuerſum enim exercent modeſtiam, vt fontem veritatis, ſicut è faſtu mendacium propugnatum autumant.* Et de cingulo aut zona, cum ait de miniſtrantibus menſis. *Diſcincti autem & promiſſis tunicis accedunt ad miniſtrandum abſit omnis ſeruilis ſpecies in hoc conuiuio.* Si enim miniſterium illud inituri diſcingebantur, proculdubio antea præcincti erant. Quibus conſentiens in primis tunicam & pallium ſuis concedit Monachus, vt inferiùs expendemus. Eiſdem & Antonius vſus legitur, de quo Athanaſius cap.23. *Acrioribus ſe ieiuniis, vigiliiſque conficiens veſtimento cilicino intrinſecus* (en tunicam) *deſuper pellicio vtebatur*, id eſt melote ſeu pallio ex ouium pellibus confecto: eademque ita teſtamento legauit, c.58. *Veſtimentorum meorum ſit iſta diuiſio. Melotem, & pallium tritum, cui ſuperiaceo Athanaſio epiſcopo dare, quod mihi nouum ipſe detulerat* (aliud priùs ab eodem acceperat, quo nimirum S. Pauli corpus obuolutum ſepulturæ mandauit. Hieronym. c. 10. & 11. *Serapion epiſcopus aliam accipiat melotem; vos cilicinum habetote veſtimentum, & valete viſcera mea: Antonius enim migrat, & iam non erit in præſenti ſæculo vobiſcum.* Erat Serapion Tinueos ciuitatis Ægyptiæ Epiſcopus, confeſſione & ſcriptis celebris, & idcirco Antonio chariſſimus: de quo Hieronymus lib. de Scriptor. c.99. qui itidem de Hilarione magno in eius hyſtoria, cap.58. hæc ait: *Igitur 80. ætatis ſuæ anno cum abſens eſſet Æſychius:* (eius inter diſcipulos dilectiſſimus, poſtmodum Toletanus Pontifex, vt cum M. Maximo oſtendimus ad A. c.435.) *quaſi teſtamento vice breuem manu propria ſcripſit epiſtolam omnes diuitias ſuas ei relinquens; Euangelium ſcilicet, & tunicam ſaccineam, cucullam, & palliolum.* Quamobrem perpetuo Hieronymus ex tunica & vilipellio Monaſticum componit habitum, vt epiſt.3. Nepotiano tyroni Monacho epitaphium edens: *Baltheo* (inquit cap.6.) *poſito, habituque mutato quidquid caſtrenſis peculij fuit in pauperes erogauit. Excepta viri tunica, & operimento pari, quo tecto tantum corpore frigus excluderet, nihil ſibi amplius reſeruauit.* Inferiùs vero cap.9. priùs dixerat operimentum, vocat pallium: *Proijcere pallium, manus extendere &c.* Similiter epiſt.8. ad Demetriadem cap.3. *vili tunica inducitur viliori tegitur pallio*, pro *ſanctimonialium habitum inducit.* Et tandem vtriuſque legata fecit Nazianzenus in teſtamento ſuo, de quo cap. 5. num. 16. Et Chryſoſtomus hom.17. ad popul. Antioch. *Monachi vero homines pauperes pallio plus nihil habentes.* In quem ſenſum hom.59. dixit. *Monachus ſibi quiſque ſufficit, non multis eget indumentis.* Neque vero pallium concedens tunicam multo plus neceſſariam negaſſe viſus eſt.

Et quid plura? Conſtantini Magni temporibus 7.
Euſtathius Monachus Armenus eam diſſeminauit Euſtachij
hæreſim, quæ aſſerebat neminem niſi Monaſticem Monachi
profeſſus ſalutem conſequi valere, vnde qui ei fi- hæreſis.
dem præbuerunt vtriuſq; ſexus, & variæ ætatis homines, palliis indui cæperunt, & comam tondere, & ita ad Monaſticum habitum aduolare. In tantumque inualuit hæreſis, vt pro ea radicitus amputanda in Paphlagonia Armeniæ, contermina prouincia, Gangrenſis Synodus coacta ſit, vbi ma- In Gangrenſi
gno Cordubenſi, Oſio, Præſide inter cætera ita de- Synodo dã-
finitum eſt. c.12. *Si quis virorum propter continen-* nata.

tiam,

Digitized by Google

tiam, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quaſi per hoc habere ſe Iuſtitiam credens, & deſpicit eos qui cum reuerentia birris & obijs communibus,& ſolitis vtuntur, anathema ſit. Profitentur verò Patres ad calcem Actorum. *Hæc autem ſcripſimus non eos qui in Eccleſia Dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitum continentiæ eligunt vituperantes. Sed eos qui abutuntur propoſito in ſuperbiam,& extolluntur aduerſus ſimpliciores, abſcindimus,& damnamus eos qui aduerſum ſcriptas Eccleſiaſticas regulas noua introducunt præcepta. Nos autem & Virginitatem cum humilitate admiramur,& continentiam, quæ cum caſtitate & Religione ſuſcipitur, approbamus: & renuntiationem ſæcularium negotiorum cum humilitate recipimus, & habitum ſimplicem, ac veſtem viliorem pro corporis indigentia infucatum laudamus,ſed & nuptiarum caſtum vinculum honoramus &c.* Et in epiſt. Synodali ad Armenos inquiunt de huiuſmodi ſectariis. *Adhuc etiam veſtibus communibus ſpretis, nouos etiam & inſolitos habitus aſſumpſiſſe declaratum eſt. Et ſeruos à Dominis recedentes per hunc inuſitatum Religionis ſuæ habitum,ſub ſpecie religionis Dominos contempſiſſe. Mulieres quoque præter conſuetudinem & ſui ſexus ornatus,hinc ſe iuſtificari credentes, virilem habitum ſuſcepiſſe, pluresque earum occaſione Religionis tonſas.* Sed quæ? aut quibus inuſitatum dicunt fuiſſe habitum? Planè non quidem Monaſticæ vitæ,& continentiæ profeſſores, qui potius ex virtute & habitu ab eiſdem Patribus ſuſcipiuntur,& commendantur, ſed coniugij legibus adſtricti,aut aſtrictæ, de quibus præmiſerant. *Declaratum eſt hos eoſdem nuptias accuſare, & docere quod nullus in coniugali poſitus gradu ſpem habeat apud Deum. Vnde factum eſt,vt mulieres multæ ſeductæ relictis propriis viris,& viri vxoribus deſtitutis, vinculum coniugale diſſoluerent, continentiam profitentes &c.* Interdictus igitur coniugatis vſus pallij, vtpote Monaſticæ vitæ teſſera, à tempore Oſij, & Conſtantini, perſpicuè teſtatur eo ipſo tempore valde Monachis pallium in vſu fuiſſe. Perſeuerauitque ad tempore Iſidori, vtpotè qui in Regula Monachorum cap.12. *Monachi* (ait) *in Monaſterio palliis ſemper operiantur, vt pro honeſtate tecti incedant, & pro miniſterio operis expediti diſcurrant. Sane ſi quis forte pallium non habet, humeris magulam ſuperponat.* Quod aliis verbis pridem iuſſerat Pachomius in Reg.cap.7. *Abſque cucullo & pellicula nemo ambulet in Monaſterio*: Nam pellicula ipſa eſt *Melotes*,ſeu pallium ex ouina pelle. Quem ſanè morem adhæc vſque tempora Monachi omnes ſeruant,quibus pallium & cucullum,ſeu capitium, (Hiſpanè *capa, y capilla*) exterius indumentum tunicæ ſuper impoſitum. Nec ab eo more alieni ſumus Benedicti Parentis cucullam geſtantes; nam quæ modo *cuculla* vocatur, ex pallio cucullo,& manicis coaleſcit, ſed pallio à parte interiori clauſo,non more cæterorum aperto,de quo inferius.

Melotes quid?

8. Recenſentur Monachorũ indumenta.

His veſtibus omni Monacho communibus & neceſſariis alij Veterum Patrum, præſertim Ægyptiorum, alias addiderunt, quas recenſet Pachonius cap.7. *Nemo in domo & cellula habeat præter ea quæ in communi Monaſterij lege præcepta ſunt, non tunicam lineam, non pallium non pellem intonſis arietum lanis molliorem,non paucos nummos, non puluillum quidem ad caput, aut aliud variæ ſuppellectilis, exceptis his quæ à Patre Monaſterij per domorum Præpoſitos diuidentur. Adeſt armatura ſua lebitonariys duobus, & vno attrito ex vſu ſabano longiorem, quæ collo humeriſque circundatur; pellicula quæ pendet ex latere, caligis, & cucullis duobus, Zona, & bacillo. Præter hæc quidquid inueneris abſque contradictione auferes.* Quæ ſane D. Hieronymus ita interpretatur in epiſtola præliminari. *Nihil habent in cellulis præter pſiathum, & quæ infra ſcripta ſunt: duo lebitonaria, quod genus abſque manicis Ægyptij veſtimenti eſt, & vnum iam attritum ad dormiendum, vel operandum, & amictum lineum,cucullaſque duas,& caprinam pelliculam, quam melotem vocant: baltheolum lineum, & caligas, ac bacillum itineris ſocium.* Caſſianus lib.1. de Inſtit. renunt. ita recenſet Ægyptiorum Monachorum veſtimenta,vt prius recenſita veſte cap. 3. *quæ corpus contegat tantum, & repellat nuditatis verecundiam, & frigoris retundat iniuriam*, id eſt tunica, cingulo, ſeu zona ad lumbos conſtricta, à cap.4.ad finem libri de his agit *quæ in ipſo Ægyptiorum habitu, non tantum ad curam corporis, quantum ad morum formulam congruunt,quò ſcilicet ſimplicitatis, & innocentiæ obſeruantia,in ipſa veſtis qualitate teneatur.* Ea ſunt, cucullus, colobium lineum, rebrachiatoria, ma fortes [aliis mauortes] vel pellis caprina, & baculus, penè in omnibus inſtitutis Pachonianis conſentiens. Et lib.4.cap.13.ſit vniuerſa enumerat veſtimentorum eorum genera. *Quos ita nouimus omni parte nudos exiſtere, vt præter colobium, mafortem, caligas, melotem, ac pſiathium, nihil amplius habeant.* Vniuerſa Monachorũ indumenta ita olim ſancta Apollinaris compræhendit. *Eme mihi lebitonarium Monaſticum. Et ſimiliter humerale, & cucullam,& accipe etiam cingulum.* Ita in eius Act.Metaphr ad S.Ianuar.Sed verò S. Dorotheus doctr.1.de obedictia. *Habitus noſter is eſt,colobium, id eſt curta, & truncata veſtis abſque manicis, zona pellicea,analabus* [aliis *anabalus*] *id eſt ſuccinctorium, ſeu brachiatorium, & cucullus.* Porro D Antonium *ependyte* quoque vſum, ea Athanaſij verba manifeſtant cap.23. *Antonius autem impauidus neglecto perſecutioris imperio lauit ependytem ſuum &c.* Et de Hilatione ſuo Hieronymus cap.3. *& pelliceum habens ependytem.* In Euchologio ſeu ceremoniali Græcorum nouitij apponitur *raſa & chamaleuchium*: Et D.Benedictus *brachilis* meminit, & *femoralium.*

Et hæc quidem corporis, aut capitis integumenta ſunt,nam quod ad pedes ſpectat multi omnia illorum munimenta reiiciebant, vti Antonius, de quo Athanaſius. *Nunquam corpus lauans, nunquam pedibus ſordes abluens, niſi cum per aquas tranſire neceſſitas compuliſſet.* Et hi de quibus Clemens Alex.lib.2.Pædag.cap.11. *Optimum eſt exercitationis genus nudis vti pedibus: & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem, vbi non prohibeat neceſſitas.* Et Nazianz. orat. 1. de Pace inter cætera Monachorum exercitia ponit,*pedes nudos, Apoſtoliciſque ſimiles, nihil mortuum circumferentes.* Et carmine ad Helenium: *Excalceati,aridi,triſtes, vnam veſtem habentes,* cui concinens Hieronymus Iouinianum ſugillat à Monachi rigoribus lapſum. *Antea nudo eras pede,modò non ſolum calceato,ſed & ornato.* Et epiſt.22.Dominum ipſum abſque caligis inceſſiſſe contendit. *Milites veſtimentis Ieſu ſorte diuiſis caligas non habuere,quas tollerent.* Et de Apoſtolis: *Diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pallium ad prædicationem. Noui Euangelij deſtinantur.* Ex quo etiam infert his non fuiſſe vſum Dominum: *Neque enim poterat habere Dominus quod prohibuerat ſeruis.* Aueant qui omnis incommoditatis electorem ita volunt communi vitæ addicere, vt calceatus,& multis tunicis indutus inceſſerit: aliàs & domum 9.

Calceamen taMonacho rum ab al quib. ex Pa tibus taxã

Digitized by Google

domum haberet vbi caput reclinaret, & laborioſam non elegiſſet vitam.

10\. Alij ſtatuũt. Pachomius tamen, Baſilius, & Benedictus pedum ſuis indumenta conceſſere, nam Pachomius caligarum meminit verbis ſuperius citatis, quas aliquando ex paruitate *caligulas* vocat vt cap. 7. inquiens. *Nullus vadat ad Collectam, vel ad veſcendum, habens caligulas in pedibus, vel palliolo lineo circundatus.* Et rurſus: *Caligulas, & ſi quid aliud vngendum eſt, vel componendum, abſque eo qui ad hoc in Monaſterio deligatur, & Præpoſitus domus, facere nullus audebit.* Baſilius autem in Regul. fuſ. diſp. c. 22. *Eadem mihi quoque in calceamentis ratio eſt; vt videlicet quod quam minimum præferat curioſitatis, minimoque ſumptu comparari poſſit, & ad neceſſarium vitæ vſum ſit ſatis. Hic canon perpetuo tenore ſeruetur.* Et Epiſt. 1. ad Theologum: *Calcearium eſto precio quidem illud vili, ſed quod vicem ſuam implere poſſit.* Benedictus verò c. 55. Regulæ: *Indumenta pedum pedules & caliga.* Atqui Iſidorus hyeme munitos habere pedes docuit, æſtate nudos, c. 12. *Pedulis autem vtentur in Monaſterio quando hyemis coëgerit violentia: ſiue dum fratres ingrediuntur in itinere, vel proficiſcuntur ad vrbem:* qui & c. 18. Monachis pœnitentibus hæc indumenta dat. *Excommunicatis præter hyemis violentiam cubile humus erit, ſtratum ſtoria, amictus autem tegmen raſum, aut certè cilicium: calceamentum aut ſpartea, aut quodlibet genus ſolearum.* Et tandem Caſſianus lib. 1. cap. 10. de Ægyptiis; *Calceamenta velut interdicta Euangelico præcepto* (ſatius dixiſſet *verbo*) *recuſantes, cum infirmitas corporis, vel matutinus hyemis rigor, ſeu meridiani æſtus feruor exegerit, tantummodo caligis ſuos muniant pedes.* Iam horum omnium aperienda à nobis forma eſt; ex qua quid vnum quodque ſit, palam fiet.

§. II.

Prædictarum veſtium quæ fuerit forma?

11\. Tunicæ forma. TVnica nihil notius; ea enim omnes concipiunt intimam veſtem omni ex parte clauſam corporis nuditatem è callo tegentem. Apud Romanos tunicæ manicis carebant, & nuda brachia gelu, & æſtu durabantur fortitudinis ergo: nam eos qui manicatas geſtabant tunicas, delicatos molleſque dicebant. Vnde Numeanum Rutulum Virgilius lib. 9. Æneid introducit ad Aſcanium, & Troianos hæc aientem.

——Natos ad flumina primùm
Deferimus, ſæuoſque gelu duramus, & vndis
Canitiem galea premimus, ſemperque recentes
Conuertere iuuat prædas, & viuere raptu
Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis
Deſidiæ cordi: iuuat indulgere choreis,
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ

Quem morem cæteros Romanos poſtmodum obſeruaſſe, ſtatuæ ipſorum hodieque extantes manifeſtant; & illud Ciceronis in Catil. *Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videris, manicatis & talaribus, ac tritis tunicis, velis amictos, non togis.* Et illud Columellæ lib. 11. cap. 1. *Quæ vtraque prohibeatur, optime pellibus manicatis, & ſagatis cucullis &c.* Monachos quibus duriter affligere corpus pro ſcopo fuit, abſque manicis inceſſiſſe, prodit Caſſianus lib. 1. c. 5. & Sozomenus lib. 3. cap. 13. ſcribit: *Ægypti Monachos χιτῶνας ἀχειριδότους, hoc eſt tunica ſine manicis habuiſſe.* Et

Colobij hæc *colobia* vocabantur, ἀπὸ τοῦ κολοβοῦ, quod breue, mutilum, ſeu mancum ſignificat: niſi quod apud Caſſianum humeros, & ad cubitorum ima brachia tegerent, nam ait. *Colobiis quoque induti quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus:* Vti bene ibi obſcurauit Gazæus contra Cuikium. Eadem, & lebitonaria dicebantur, vt apud Pachonium: de quibus Iſidorus lib. 19. Orig. cap. 22. *lebitonarium*, ait, *eſt colobium ſine manicis* quali Monachi Ægyptij vtuntur. De Lebitonarij. Colobio verò: *Colobium dictum quia longum eſt, & ſine manicis. Antiqui enim magis hoc vtebantur.* Nicephorus inferiùs citandus. *Amiculum namque manicis carens indicium atque inſtitutionem eſſe arbitror, ne manus ad iniuriam inferendam faciles ſint, & promptæ.* De Pachomianis in vita Magiſtri cap. *In tanta veſtimentorum penuria ſe conſtrixerunt, vt nunquam lebitone alio vterentur, niſi cum indumenti ſordes neceſſitas coëgiſſet eluere. Lebitom autem linea veſtis erat, inſtar colobij, qua Monachi vtuntur hodie per Thebaidem, & Ægyptum.* Et Hieronymus in prolog. Regulæ illius: *Duo lebitonaria, quod genus abſque manicis Ægyptij veſtimenti eſt.* Ergo tunica, colobium, & lebitonarium origine vocis dumtaxat differunt, vt quam Latini *tunicam*, Græci *colobium*, Ægyptij quoque voce patria *lebitonarium* dixerint: vtraque tamen abſque manicis, aut pure, aut ferè. Delicetos nihilominus Monachos manicatis vſos, autor eſt Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtoch. vbi de Remobitis deterrimo atque neglecto Monachorum genere loquens, ait: *Apud vos affectata ſunt omnia, laxa manica, calliga follicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, viſitatio virginum, detractio clericorum.* Et paulo ante in Pſeudo monialibus manicas etiam ſuccinctas reprehēdit: *Purpura tantum in veſte tenuis, & laxiùs vt crines decidant ligatum caput, ſoccus vilior & per humeros biacyntine læna manortis volitans, ſuccinta manica* (alij codices habent *ſtricta* manicæ) *brachijs adherentes, & ſolutis genibus fractus inceſſus: hæc eſt apud illas tota Virginitas.* Quaſi dixerit: *Apud has affectata ſunt omnia.* Geſtabant purpuram tenuem in veſte, vt Pachonij diſcipulæ viderentur, qui cucullas præſcripſit ſuis, crucis purpureæ figura notatas: teſte Palladio in Lauſica. lib. 9. cap. 14. Strictæ manicæ eas à Remobitis ſeparabant. Manicarum vſus taxatur in Monachis.

Cæterum qui manicatas non gerebant tunicas, rebrachiatoria geſtabant, quæ ita Caſſianus depingit cap. 6. *Geſtant etiam* (Aegyptij Monachi) *reſticulas duplices, laneo plexas ſubtegmine, quas Græci* ἀναβολάς, *nos vero ſuccintoria, ſeu redimicula, vel propriè rebrachiatoria poſſumus appellare. Quæ deſcendentia per ſumma ceruicis, & è lateribus colli diuiſa, vtrarumque alarum ſinus ambiunt, atque hinc inde ſuccingunt; vt conſtringentia latitudinem veſtimenti ad corpus contrahant, atque coniungant, & ita conſtrictis brachiis impigri ad omne opus, expeditique reddantur.* Erant igitur faſciolæ binæ à ceruice hinc inde ſuper humeros ad pectus deductæ (vnde Ouidius. 12. Rebrachiatorij forma.

——Redimicula pectore pendent)

vt tunica, quæ ligaculis (hodie *botones, ò corhetes*) carebat hoc ſubſidio ſtringeretur; tum ad frigus depellendum, tum vt brachia exerta, & laboribus apta manerent, nec tunicæ plicis impedirentur. Sed quid ait, *deſcendentia per ſumma ceruicis*, innuit aut cucullis coniuncta fuiſſe ad inſtar eius Virgiliani

——Et habent redimicula mitræ

nam mitra Iſidoro, & veteribus pilei genus ruſticorum, & fœminarum erat; aut forſam tunicæ capitio (*Hiſpanè Cabezon*) de quo apud Iob cap. 30. Capitium quid?

legimus:

legimus: *In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum,& quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.* Vbi D. Greg. l. 20. c. 22. *Tunica quippe capitium collum circundat induentis.* D. Thom. eo loci pro *capitio* legit, *quaſi captio tunicæ*, & ait : *Quaſi dicit, præ multitudine* (vermes) *non continentur ſub velamine ligaturæ veſtimenti.* Sanè vetus inter Grammaticos lis eſt de ethymologia,& ſignificatione capitij, nam *capitis integumentum eſt.* Nonio è contra Varroni lib. 4. de lingua : *Capitium dicitur quod pectus capit, id eſt comprehendit.* Vnde inter muliebria tegumenta id recenſet Vlpianus l. veſtis. ff. de aur. & argent. *Muliebria ſunt velutiſtolæ, pallia, capitia, zonæ.* Et Gregorius quidem Nonio conſentit, Thomas Varroni.

13. Brachile quid ſit?

Vt vt ſit, de capitio illud liquet, *Rebrachiatorium* ad tempora D. Benedicti, & deinceps perſeueraſſe apud Monachos, voce tamen decurtata, & ad *Brachilem* redacta (aliis *bracile*, quibuſdam *brachiale*) cuius vſum ſuis conceſſit cap. 55. Regulæ : *Dentur ab Abbate omnia quæ ſunt neceſſaria, id eſt cuculla, & tunica, & pedules, & caligæ, BRACHILE, cultellus &c.* Quod vero *Brachile* Benedicti idem ſit ac *Rebrachiatorium* Caſſiani, manifeſtat Iſidorus lib. 19. cap. 33. qui Benedictum ipſe penè attigit æuo,& cuius defloraujt Regulam. Eius verba ſunt: *Redimiculum eſt quod ſuccintorium, ſiue brachile nuncupamus: quod deſcendens per ceruicem, & à lateribus colli diuiſum vtrarumque alarum ſinum ambit, hinc inde ſuccingit, vt conſtringens latitudinem veſtiat corpus, atque coniungendo componat. Hoc vulgo brachile, quaſi brachiale vocant ; quamuis nunc nō brachiorum, ſed renum ſit cingulum. Succintorium autem vocatum quod (vt dictum eſt) ſub brachiis ductum alarum ſinum ambat, atque hinc inde ſuccingit.* Hactenus Iſidorus, tam Caſſiano conſentiens, vt verba etiam eius vſurpet, tam Benedicto, vt de ſuo tempore loquens, vti illa indicant verba, *brachile nuncupamus* ; & *nunc non brachiorum &c.* morem Benedictini temporis aperit, vtpotè 60. dumtaxat anno poſt eius obitum ſcriptitans. Denique id confirmat Anonymus Monachorum Doctor, cuius verba refert Smaragdus ad cap. 22. Regulæ, vbi D. Benedictus Monachos iubet præcinctos fune vel cingulo dormire ; ſed ſubtractio cultellis, ne forte dormientes vulnerentur. Inquit Smaragdus. *Hinc quidam Magiſter Monachorum ait ; Cum dormiunt Monachi, veſtiti dormiant, & accincti, id eſt, aut cingulis, aut veſtibus, aut corrigia. Brachile fratrem in lecto vti prohibemus, ne dum ſe regirat per ſomnum oppreſſus, exiens per thecam mucro cultelli carni eius infigatur.* Erat ergo *brachile* ſuccintoriū, de quo theca cultelli pendebat : cum (vt vides) vt auferretur theca, brachile prohibetur. Vnde & Benedictus veſtes Monaſticas recenſens, *zonam* prætermiſit, quia *brachilis* meminit : alias minimè eam prætermiſſurus, vtpote quam cæteri Monachorum legiſlatores ſoletti ſtudio nominarint ; id eſt Pachomius, Baſilius, Hieronymus &c. Atque vel hinc diſcimus quam ob rem Benedictus de dormientibus agens non decreuerit quo cingendi

Brachiatorium quid?

ſint: *Veſtiti dormiant, & cingulis, aut funibus*, nimirum quia cum *brachilem* eis tunc interdiceret, & nihilominus veſtitos ad lectulum accedere ſtatueret; quodcunque ad manum occurreret, etiam funem, pro cingulo accipere eis indulſit: non tamen interdiu eo erant vſuri, ſed *brachile*: quem nimirum

Sobrecintas vnde Ciſtercienſibus in vſu.

Caſſianus *Rebrachiatorium*, Dorotheus *Brachiatorium* dixerat, vt inferius expendemus. Sane Grialius in Notis ad illud cap. 33. Iſidori, & ad illa verba, *quamuis nunc non brachiorum ſed renum &c.* ait: *Geſtant hodie has duplices reſticulas Caneas Monachi, qui ſancti Bernardi inſtituta ſectantur.* Nos *Sobrecintas* nuncupamus ſcapulere pectori, & ſcapulis adaptantes. Vide ergo quam longè à vero abeant, qui Brachilem, *Brachas*, ſeu *fæminalia* credunt, vt Robles ; & Huttado *Braguero* in verſione Hiſpana, & qui Gallicè *petits manchots*, ſeu *ſemimanicas* reddit, (nobis *Manquia*) quod Guido Iuuenalis ſancti Sulpitij Abbas, & quidam Clareuallenſes fecere. Feliciter Anonymus Hiſpanus cuius extat tranſlatio in Veteri M. S. Monaſterij noſtri Buxetenſis, & apud me, reddidit ; *Cinta* : Conſentitque Nicephorus lib. 9. cap. 14. dum ait. *Zona porro Monachorum, quæ & humeros & brachia comprimit cinctura, promptam alacritatem in miniſterio Dei ſubobſcurè indicat : vt quæ adimplere iuſſi ſunt, ſuccinti perficiant.* Qua de re vberius agemus lib. 7. ad cap. 55. Regulæ.

Illud nihilominus liquidum mihi eſt, tempore B. Benedicti tunicas manicatas fuiſſe iam apud Monachos in vſu, inualuerat enim Plauti ſententia. *Manuleatam tunicam habere hominem decet :* in Pſeudo. Quod de Colobio loquens ſuperiùs relatus Iſidorus dixerit ; *Antiqui enim magis hoc vtebantur.* Nimirum *colobij*, quod tunica erat abſque manicis. Cum ergo Antiquorum eum vſum dicat, reliquum eſt, vt ſuo iam abolitum tempore faſſus ſit. Quare *Brachile*, non quod vnquam brachia texerit dictum putes, ſed quod brachia exerat, ad opuſque expedita reddat, quæ abſque eius ligamine à follicante tunica impediebantur. Sic & *manicæ* non quod manus tegant dictæ, cum potius manus deſerant, & ſola brachia ornent, aut deffendant, ſed quia ad manus vſque pertingunt, ſeu manus operi intactas & paratas manicæ reddunt. 14. Tunica manicata Monachis per antiqua.

Iam quid Raſa fuerit, quæris? nam & genus tunicæ eſt. Plinius lib. 8. cap. 48. togam raſam dixit. *Togas raſas Phrigianaſque D. Auguſti nouiſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Feneſtella.* Ego raſam eandem fuiſſe ac puram non ambigo, id eſt, abſque pilis : in ſericis vulgo *Raſo*, in Laneis *Raſa* dicimus: & quod tritum & abſque pilis eſt, *Raydo*, vt vtroque ſenſu Latine *toga*, aut *tunica raſa* dicitur, imo & vtroque *pura*. Moueor, quia vtraque tyronum erat. De *Pura* quam tyrunculi forenſes aſſumebant ipſo tyrocinij die pulchrè Lucanus lib. 7. de Pompeio puram ſuſcipiente. 15. Raſa quid & qui ea vti. Pura quid?

Qualis erat populi facies, clamorque fauentis
Olim cum iuuenis, primique ætate triumphi,
Poſt domitas gentes, quas torrens ambit Iberus,
Et quæcunque fugax ſertorius impulit arma
Veſpere pacato, PVRA venerabilis æque
Quam currus ornante TOGA, plaudente ſenatu
Sedit adhuc Romanus eques.

Ad quem locum Budæus ; *Pura, ait, id eſt nec picta, nec triumphalis nec prætexta.* Imò *raſa*, quaſi *munda* dicta. Ea tyrones vtebantur, quia nihil adhuc facinorum in ea pinxerant. Inter Monachos quoque olim nouitiorum tunicam, *raſam* nuncupatam, Euchologium commonſtrat, vbi cum de induendis Nouitiis ſermo eſt, præmittitur titulus. Ἀκολουθία εἰς ἀρχάριον ῥασοφοροῦντα, hoc eſt. *Ordo inſtituendi Nouitium raſam ferentem:* Et iterum paulo plenius : *Ordo qui ſeruatur inferente tantum raſam, & Camelauchium.* Ordo vero talis eſt.

I. Sacerdos Nouitium in Crucis formam tondet.
II. Induit eum tunica, & Camelauchio

Sic Nicetas lib.7. Hiſtoriæ in Emanuele Comneno qui ſub Nouitiorum Monaſtico habitu expirauit, inquit: *Monachicum ſchema expetiit. Et qui ei adſtabant, neſcio vnde, inuenientes cuiuſdam Monachi raſam ea eum induerunt, & exuerunt eum veſtibus mollibus, & Imperialibus.* Refert hæc ex Meurſij Gloſſario Græco-barbaro Roſuueidus in Onomaſtico notans *raſam* rudem fuiſſe tunicam, & aſperam, non mollem, ac ſubtilem, vt Nicetæ indicant verba. Quare acceſiſſe ad *raſa* æthimologiam, non ſolum mundities, ſed etiam puritas innuit, quod nimirum trita eſſet, quæ *raſa* vocaretur. Idcirco à R. Benedicto *pura* nuncupata, quæ viloſa eſſe deſiit: *Cucullam*, ait, *in hyeme viloſam, in æſtate puram.* Quo tendit Martialis Luſſus lib. 2. epiſt. 85.

Dona quod æſtatis miſi tibi menſe Decembri,
Si quereris, raſam tu mihi mitte togam.

Iuuenalis Satyr. 2. *Galbanum raſam* dixit, id eſt Galbanum colorem referens, ſeu album. Eius rei teſtem profero Rodiginum lib. 16. Antiq. lect. cap. 9. in hæc verba aientem. *In Græcorum doctrina producitur adagium; Veſtimenta initiatorum, de iis quæ attrita prorſus ſunt, ac defluunt vetuſtate.*

16. Camelauchium quid?

Dabatur autem initiatis ſimul cum raſa tunica *Camelauchium* cuculli loco, profeſſorum inſignis: nam *Camelauchium* genus eſt pilei, vt idem Roſurreydus probat adductis teſtimoniis Iſidori in Gloſſario, Bedæ lib. 3. de Tabern. cap. 8. Suida, Heſichij, Scholiaſtis Ariſtophanis, & Gloſſarij Camberonenſis Monaſterij M. S. quamquam apud horum quoſdam librariorum vitio *Camelanchus* dicatur. Ad liquidumque commonſtrat, quod de Abrahamo Abbate neptem meretricantem quæſituro ſcribit Ephren. *Habitu militari induitur, Camelauchium quoque longum capiti ſuo, vt faciei eius velaretur, impoſuit.*

17. Tunicæ lõgitudo.

Nec illud dicere omittimus, tunicam Monaſticam congrua longitudine neceſſario præditam fuiſſe, vt bona ex parte tegeret tibias; tum quod turpitudini velandæ ſeruiebat, eorum præſertim virorum, quibus femoralia non erant in vſu, ita ea interdicente qui tunc inualeſcebat more, & regula non concedente, quæ cum veſtium cæterarum præſcribat modum, illorum prorſus non meminit. Qui verò ea conceſſit Benedictus pro iter agentibus, in veſtiario reponi fecit cap. 55. Regulæ. Nempe quibus pridem baculus dabatur itineris ſocius, vtpotè nulli iumento inſidentibus, ſed peditibus conficientibus iter; poſtea equitaturis baculus otioſus erat, & femoralia prorſus neceſſaria. Apud Tabeneſiotas non tanta longitudine præditam fuiſſe tunicam, vt ad talos vſque procederet, illud oſtendit quod de Monacho dicitur. *Sedebit autem cum omni decore, & manſuetudine & veſtimentum, id eſt tunicam lineam abſque manicis, quam lebitonarium vocant, diligenter adſtringens, ita vt genua operiat.* Verùm vt ſedens id obſeruaret rectè admonitum modeſtiæ gratia; alias multò vltra genua tunicam proceſſiſſe apud eos alibi innuitur, cum iubetur: *Nemo lauet retractis in altum veſtibus, pluſquam ſtatutum eſt.* Quod tamen locum non haberet, ſi non vltra genua tunica procederet, maxime femoralibus deſtitutis: nam & ſtatutum erat aliquantulum poſſe lauantes in altum retrahere veſtes. Verùm minime ad talos proceſſiſſe tradit Dorotheus, dum ait: *Veſtitus noſter is eſt: Colobium, id eſt curta & truncata veſtis abſque manicis.* Quo etiam ludit Martialis leſbiam tunicæ minus promiſſæ notans his.

De cathedra quoties ſurgis, iam ſæpe notaui,
Pædicant miſeram leſbia te tunica

Sanè Monachorum tunicas nimiæ longitudinis fuiſſe expertes, prodit Chryſoſtomus hom. 56. ad Popul. Antioch. *Veſtis autem eis* (ait) *fortitudine digna; non enim caudatis vtentes veſtibus, iuxta eneruatos & molles induuntur, ſed iuxta beatos illos Angelos Eliam, & Eliſæum, Ioannem, iuxta Apoſtolos, cum veſtimenta ſint ipſis parata.* Sed ad vniuſcuiuſque menſuram poſtea ſolerter fieri iuſſit Benedictus citatus cap. 55. Regulæ aſſerens. *Abbas autem de menſura prouideat, vt non ſint curta ipſa veſtimenta vtentibus eis, ſed menſurata.* A qua ſemper regula excluſos velim eos, qui in eremo ob ſummam penuriam multos annos in eadem agebant veſte, & vnde eam repararent non habebant.

18. Zonæ Baltheoli, cinctio, & ſinguli forma.

De zonis quibus Monachi ad renes ligabant tunicas, animaduerſione dignum eſt, à Pachomio vocatas *Zonas*, à Hieronymo *Baltheolos*, à Caſſiano *Cingulos*: nihil verò inter ſe differre, quod ſpectat ad eorum latitudinem, ex Iſidori ſententia elicimus, qui libr. 19. Orig. cap. 33. inquit: *Baltheus cingulum militare eſt, dictus propter quod ex eo ſigna pendent. Zona Græcum eſt, quam illi ζωναριον, nos cingulum nuncupamus.* Verùm cuius amplitudinis cingulum fuerit, ſic ipſe aperit. *Cinctus eſt lata Zona, & minus lata ſemicinctium, & vtriuſque minima cingulum: nam à cincto per diminutionem cingulum nominatur. Cincto autem iuuenes in exercitatione campeſtri verecunda velabant, vnde & campeſtris dicebatur.* Cingulus igitur Monachalis ſtricta ſatis zona erat, quali forſam Benedictini renes cingimus, & penè Monachi cæteri vtuntur, paucis exceptis. Longitudinis noſtrorum cingulorum vſum apud veteres non inuenio, quamquam aliquantulum extendi reſtringique paratos fuiſſe, illud Martialis demonſtrat in Apophoreta de zona.

Longa ſatis nunc ſum; dulci ſed pondere venter
Si tumet, fiam tum tibi zona breuis.

nimirum, & ventri ſaturo, non minus ac ieiuno, aptari poterat.

19. Cucullum & cuculla idẽ.

Cuculli formam ſatis Caſſianus declarat inquiens lib. 1. cap. 4. *Cucullis perparuis vſque ad ceruicis humerorumque confinia demiſſis, quibus tantum capita contegant, indeſinenter diebus vtuntur, ac noctibus.* Et Sozomenus lib. 3. cap. 13. *Caput integumento quod cucullum* (Græcè eſt κουκούλλιον) *appellare ſolent operiebant.* Dorithæus Doctrina 1. *Geſtamus autem & cucullum, quod ſymbolum quidem eſt innocentis animi, pueri, & verè humiliati. Eſt etiam cucullus Diuinæ gratiæ ſymbolum. Quoniam quemadmodum cucullus tegit, ac fouet pueruli caput, ita & Dei gratia mentem noſtram tuetur, ac fouet.* Ergo cucullus apud veteres capitis ſolius integumentum erat, Siue autem dicatur cuculla, in quo diſcutiendo ſuperfluè nonnulli tempus terunt, cum liqueat apud latiniſſimos ſcriptores vtrumque genus admittere. Hieronymus in vita Hilarionis fœmineum reddit: *Omnes diuitias ſuas ei derelinquens, Euangelium ſcilicet, tunicam ſacceam, cucullã, & palliolum.* Et iterum: *Sicut veſtitus erat in tunica cilicina, & cuculla, & ſago ruſtico*: quod mox tertiò repetit: *Illæſa tunica, cuculla, & palliolo.* Paulinus epiſt. ad

Citherium:

Digitized by Google

Citherium: *Geminat cuculla munere.* Et Erodius lectiſſimæ fœminæ Apodemiæ ſcribit: *Accepi cucullam qualem debuit dirigere profitenti Religionem:* Et Benedictus: *Cucullam hyeme Piloſam, &c.* At Lampridius in Heliogabalo, *cucullionem* dixit cum Catone. c. 136.

10. Cucullum capitis tegumentum.

Quòd autem cucullum tegmen capitis eſſet. (Quod præcipuè intendimus) præter ſuperiùs relatos aſſerit Metaphraſtes, in vita S. Pachomij: agés ſiquidem de demorrhoiſſa ad tactum cucullæ eius Sanata ait: *Cum ſenſim à tergo appropiquaſſet, & tetigiſſet cucullam, quæ erat in capite eius, fuit ſtatim curata.* Et de inſtitutis eius agens Palladius in Lauſiac. c. 38. *Comedentes velent capita ſua cucullis, ne fratrem videant mandentem.* Aſſerit & Iuuenalis, ſatyr. 8.

. . . . Quo ſe nocturnus adulter.
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Neque diuerſum puto *Bardo cucullum* Martialis lib. 14. cum ſantonicum eum vocet, quo tamen tempora dumtaxat velabantur.

Galliæ Santonico veſtit ſe bardo cucullo.

Bardus, autore Tullio Peo Cecin. & lib. de Fato, ſtultorum, & hebetem Sanat, & Lucano apud Galleos vates, *Bardi* vocantur.

Plurima ſecuri fudiſtis carmine Bardi.

Et Strabone lib. 4. *Apud omnes Gallos tres paſſim nationes eximio in honore ſunt, Bardi, Vates, Druidæ. Bardi quidem laudationibus rebuſque poëticis ſtudent.* Et de eodem verum iuuenalis Satyr. 6.

Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos.

Lampridius verò in Heliogabalo, *Cucullione tectus ne agnoſceretur.* Addo Palladium in Lauſiac. c. 116. *Protinus geſtãs veluti quandam paruam veſtem Monachorum à mundo latens receſſit*; quod neutiquam de cuculla totum operiente corpus ab humeris id talos verificari poteſt. Cucullum autem faſtigiatum, & acuminatum apud veteres fuiſſe vetus iuuenalis interpres indicat ad ſatyr. 7. dum ait: *Cucullum propter hyemes & niues comparatum fuiſſe:* Quod prius Iunius Moderatus ſcripſerat de re ruſt. l. 11. c. 1. monens: *Cultam veſtitamque familiam magis vtiliter quam delicatè habeat, munitam diligenter à vento, pluuiaque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel ſagis, aut cucullis.* Vnde per tranſlationem *cucullus* ſumitur pro tegumento papyraceo pigmentariorum, de quo Martialis. lib 3. Epigram. 2. ad librum ſuum loquitur.

Acuminatus cucullus.

Ne nigram cito raptus in culinam
Cordillas madido tegas papyro,
Vel thuris, piperiſque ſis cucullus.

De cucullo Monachorum expreſsè Nicephorus lib. 9. cap. 14. *Capitis vero tegmen acuminatum, vt ſimplices ſint, & iniurias non vindicent, puréque & innocentes viuant; Lactentium puerorum inſtar, quorum capita eiuſmodi lineis mitris operiri ſolent, quæ partem rationis, principatum imperiumque obtinentem, tegunt, atque fouent.*

21. Cucullæ forma.

Sed vero ſucceſſu temporis coniungi cœpit cucullus cum ſago, aut pallio; Vnde apud Hieronymum legitur aliquando *ſagus cucullatus*, & apud Iſidorum *caſula cucullata*, quæ ad modum pallij erat, ſed vndequaque clauſi manicis carentis, cui ex capitij parte aſſuta eſſet cuculla: quæ loquendi forma etiam oſtendit cucullum ſolius capitis fuiſſe tegmen. Inde tamen factum, vt totus ſagus, ſeu pallium cucullatum *cuculla* vocaretur. Quo ſenſu Benedictus cucullam accipit, & alliquanto prius Sidonius Apollinaris acceperat lib. 7. Epiſt. 16. ad Charianandum Abbatem Xenium mittens per libertos ſuos. *Per quos nocturnalem cucullum, quo membra confecta ieiuniis inter orandum cubandumque dignanter tegere, transmiſi.* Vbi dum non caput eo tegendum ſcribit, ſed membra confecta ieiuniis, totius corporis tegumentum fuiſſe manifeſtat id eſt *ſagum cucullatum.* Carthuſiani cucullatum ſcapulare cucullam vocant. Vidi ego Ciſtercienſium Monachorum veteres imagines in codice egregio M. S. Cænobij noſtri ſaltus nouallis, ſermones D. P. Bernardi ſuper Cantica Cantic continentem, quibus ſago externo acuminata cuculla aſſuta erat. Et ſimili veterrimoque ſchemate extat eiuſdem Mellifluí Doctoris pictura in Eccleſia antiqui Monaſterij *Roche del Papa* nuncupati Romanæ Diæcæſis, ante deuotionis, & antiquitatis notitiæ captandæ gratia viſitata A. C. 1623. Crediderimque ſub Benedicto ſimili pacto cucullum & pallium in vnum coaluiſſe, ſed clauſum anteriori parte ad frigus repellendum. An vero prorſus abſque manicis, dubium eſt à nobis lib. 7. in Comment. cap. 55. Regulæ diſcutiendum. Interim conſule element. *Ne in agro.* Vbi de cuculla Monaſtica fit ſermo.

Vnde dicta.

22. Pallij forma.

Sed quod exemplar fuiſſet pallij Monachorum veterum requiris? Pannum quadrum ad ſcapulas ſuper humeros locatum fuiſſe reor ex his quæ Moyſes Deuteron. 22. ſcribit ſub Dei perſona loquens: *Funiculos* (ait) *in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui.* Et de Phariſæis loquens Epiphanius lib. 1. cap. 15. *Fimbrias, ac prætextus quoſdam in quatuor alis amiculi vnuſquiſque habebat, ex ipſo ſtamine illigatos.* Luculentiſſimè id declarat Tertullianus lib. de Pallio, quem in gratiam eius exarauit, cum *de toga ad pallium* (quod erat in prouerbio) tranſiit: hoc eſt de ritu gentilitatis ad fidem Chriſti, cap. 1. *In viris autem pallij extrinſecus habitus, & ipſe quadrangulus ab vtroque laterum regeſtus, & ceruicibus circum ſtructus in fibulæ morſu humeris acquieſcebat.* Et cap. 6. *Omnis liberalitas ſtudiorum quatuor meis angulis tegitur.* Rurſus cap. 5. *At enim pallio nihil expeditius, etſi duplex, quod Crateris more nuſquam veſtiendo componitur; quippe tota molitio eius operire eſt ſolutim, id eſt vno interiectu, licet equidem nuſquam inhumano, ita omnia hominis ſimul contegit. Humerum velans exponit, vel includit; cætero qua in humerum adhæret, nihil circum ſtringit, nihil circumſtringit, nihil de tabularum fide laborat, facilè ſeſe regit, facilè reficit: etiam cum reponitur nulli cippo in craſtinum demandatur. Siquid interula ſupereſt vacat zonæ tormentum, ſiquid calceatus inducitur, mundiſſimum opus eſt, &c.* Iuuat & audire Iſidorum Plauti teſtimonio vſum lib 19. cap. 24. *Pallium eſt quo adminiſtrantium ſcapulæ conteguntur, vt dum miniſtrant expeditius diſcurrant. Plautus: ſi quid facturus es, appende in humeris pallium, & pergat quantum valet tuorum pedum pernities.* Differebat à Clamyde, quod hæc, eodem Iſidoro Doctore, *ex vna parte induitur.* (id eſt, non inter vtrumque latus æquè, ſed ab humero ſiniſtro vel dextro dumtaxat) *neque conſuitur, ſed fibula infranatur Hinc & Græcè nomen* accepit.

Quo differt a clamyde.

Quo à toga *accepit*. A toga verò, quod hæc ſit *pallium forma rotunda, & fuſiore, & quaſi inundante ſinu, & ſub dextro veniens, ſuper humerum ſiniſtrum ponitur, cuius ſimilitudinem in operimentis ſimulacrorum, vel picturarum aſpicimus: eaſque ſtatuas togatas vocamus. Menſura togæ iuſta ſi ſex vlnas habeat*, iuxta illud Horatij in Epod.

Vides ne ſacram metiente te viam
Cum bis ter vlnarum toga,
Vt ora vertat huc, & illuc euntium
Liberrima indignatio.

Palli ſimillimum erat ſagum, de quo Iſidorus: *Sagum autem Gallicum nomen eſt; dictum autem ſagum quadrum, eo quod apud eos primùm quadratus eſſet.* Diſſimiliùs *Mantum*, nam *Mantum* (ait Iſidorus) *Hiſpani vocant, quod manus tegat tantum eſt enim breue amictum.* Ad quem locum Griallius doctus ſcholiaſtes notat: *Pollux* μαντυν, ἱματιον τι τῷ μαλλωτῷ φαινόλῃ ὅμοιον. Ergo fuſiorem agnouit hanc veſtem Pollux quam Iſidorus, ſi notationem recipimus. Verum vernaculo ſermone modo paruum mantum *Mantellina*, vel *Mantila* dicimus. Longum vel ad talos tangens *Manto*, vtrumque à fœminis vſurpatum.

23\.
Pallium Monachorum, Hebræorum Philoſophorum Græciæ amictus.

Sed quod pallium amiculum fuerit, non ſolum Hebræorum ſed & Græcorum, præſertim Philoſophantium, illud Hieronymi epiſt. 10. ad Furiam probat. *Vbicunque viderint Chriſtianum* (nimirum palliatum) *ſtatim illud de triuio*, ὁ γραικὸς ἐπιθέτης. *Vocant impoſtorem, & detrahunt.* Et epiſt. 23. ad Marcellam. *Si tunica non canduerit ſtatim illud è triuio: impoſtor & Græcus eſt.* Vnde Chryſoſtomus hom. 17. ad Popul. Antioch. ſic eleganter deſcribit Philoſophorum ethnicum: *Vbi nunc ſunt pallia geſtantes, & profundam oſtentantes barbam, & bacula dextra ferentes, externorum Philoſophi cynica piacula, ſub menſalibus canibus miſerius diſpoſiti, ventriſque cauſa cuncta facientes? Omnes tunc ciuitatem deſeruerunt, reſilierunt omnes, in cauernas conditi ſunt* (euerſæ fuerant tunc quidem ſtatuæ Impp. & ſontes quærebantur) *ſoli vero qui per opera veram Philoſophiam exhibent*, (Monachi ſcilicet) *ac ſi nullum ciuitatem graue comprahendiſſet, ſic intrepidi in foro apparuerunt. Et Vrbem quidem inhabitantes* [Philoſophi] *ad montes & deſerta aduolauerunt* [metu agitati] *eremi vero incolæ vrbem ingreſſi ſunt.*

Qui à quibus vſum pallii mutuarint?

Vidiſti planè eodem penè more amiciri conſueuiſſe Philoſophos Chriſti, & mundi: operibus tamen toto cœlo inter ſe inuicem diſſidere. Id tamen non inde ortum eſt, quia ab illis exemplar viuendi Monachis dati ſunt, ſed quoniam quod Chriſtiani ex virtute elegerunt, illi inani ducti gloria affectabant, nimirum extremam vtrique veſtimentorum tenuitatem. Formam verò ſuarum veſtium Philoſophos Chriſtianos, id eſt Monachos, ab Hebræis ſuſcepiſſe dubium non ſit, cum Apoſtoli illorum magiſtri Hebræi fuerint: niſi quod ipſi inſignes paupertatis amatores præ

Pallium Monachorum Sagus.

cæteris vt minimum [quod ad pallium & tunicam ſpectat] exilitate, & extremitate omni contenti fuere; quare pallium eorum ſagum aſperum fuiſſe ſatis declarat Hieronymus in vita Hilarionis, pro eodem *pallium*, & *ſagum* eius accipiens: nam cum ſepultum dixiſſet, *ſicut erat veſtitus, in tunica cilicina, & cuculla, & ſago ruſtico*, mox defoſſa humo poſt decem menſes, inquit repertum, *illæſa tunica, cucullà, & palliolo, &*

Tabenneſiotæ pallio vſi.

toto corpore quaſi adhuc viueret integro, pro eodem accipiens *palliolum*, & *ſagum ruſticum*. Tabenneſiotas etiam Pachonij diſcipulos pallio vſos, ex ipſius Regula liquet, vbi ſæpiſſime *pallij* nomen iteratur: v. g. *Nemo lineum palliolum tollet, ſecum vadens ad operandum.* Et: *Ipſo quoque pallio in Monaſterio ambulans poſt collectam nullus vtetur.* Et: *nemo vadet ad collectam vel ad veſcendum habens caligulas in pedibus, vel pallio linteo circundatus &c.*

24
Mafortis forma.

Neque ab eo humilis pallioli genere diuerſum erat quod apud Ægyptios Monachos dicebatur *Maforte*, ſeu *Mauorte*: nam ita à Caſſiano deſcribitur lib. 1. c. 7. *Poſt hæc anguſto palliolo, tam amictus humilitatem quam vtilitatem pretij, compendiumque ſectantes, colla pariter atque humeros tegunt: quæ Mafortes tam ipſorum quam noſtro nuncupantur eloquio.* Mafortis vel *Mauortis* vox à Latinis vſitata eſt, id eſt à ſeruio in 1. Æneid. aiente: *Recinum dicitur ab eo quod poſt tergum reijcitur, quod vulgo Mauorte dicitur.* Nonius: *Ricinium quod nunc Mauorte dicitur.* De eodem Suidas, Heſychius, Palladius, Heraclites, Phauorinus, Meurſius, Georgius Turonenſis, & Beda à Roſuuerdo citati in Onomaſtico, quem tu conſulas. Linus etiam in paſſione S. Pauli: *Et ligans ſibi de Plautillæ maforte oculos, in terra vtrumque genu flexit, & collum tetendit.* Et mox: *Interrogauerunt eam cum irriſione. Cur caput ſuum non operiret de maforte, quam præſtiterat Paulo?* Videtur linea fuiſſe Plautillæ mafortis, & eius vtpote feminæ, non ſolum colla & humeros, ſed & caput contexiſſe; nam Paulus ita eam petiiſſe ſcribitur. *Commoda mihi pannum, quo caput tegis.* Ad inſtar illius proculdubio quam Hieronymus epiſt. 22. his verbis deſcribit: *Per humeros hyacintina lana mauorte volitans.* Vbi Marianus in Notis: *Reprehendit hic Virgines, quod hoc genus amicti quod anguſtum erat, ita laxum haberent, vt per humeros, quos tegebat, vna cum eo hyacintina lana illi adiuncta volare videretur.* Sed an rectè, hinc perſpicies. Iſidorus lib. 2. de offic. c. 19. de coniugatis fœminis loquens, ait: *Quod verò eadem fœminæ dum maritantur, velantur, ſcilicet vt nouerint ſe per hoc viris ſuis eſſe ſubiectas, & humiles; vnde & ipſum velamen vulgo mauortem vocant, id eſt martem quia ſignum maritalis dignitatis, ac poteſtatis eſt in eo. Caput enim mulieris vir eſt.* Et ſtatim ſubiungit, huiuſmodi *mauortem* ſignificatam fuiſſe in pallio Rebeccæ, quo nuptura ob verecundiam caput operuit Et lib. 19. Ethym. cap. 25. docet *Mauortem* in fœminis alias ſtolam dici, eſſeque *matronale operimentum, quod cooperto capite & ſcapula à dextro latere in leuum humerum mittitur.*

25\.
Læna quid?

Lapſus iam Victorij Mariani in eundem lapidem impingere fecit Baronium tom. 8. A. cap. 593. qui Mauortem ignorans in læuum humerum ex more à fœminis demitti, *Lanam* legi maluit, textum & ſenſum Hieronymi confundens, & perperam ſubdens: *Lana autem fœmineum, & delicatum indumenti genus ipſum etiam eſt*: Plane ex proprio Marte; vt & Pierius lib. 40. Hierogl. dum ait: *Et Lana veſtimentum militare, quod ſupra omnia indumenta induebatur.* Non minus abſque autore, cum tamen *Lana* Iſidoro cap. 23. *Saga quadra & mollia ſunt*, de quibus Plautus: *Lana cooperta eſt textrino Gallia.* Hinc clamydes militum *Lanas* Virgilius appellauit.

—— *Tyrioque ardebat murice Lana;*

Mauortæ Gallicum nomen.

quod nimirum ſaga quadra eſſent, vt lenæ. Imo vero origine ſua *Mauorta* non molle, ſed aſperum veſtimentum eſt; tametſi ſucceſſu temporis pro quolibet humanorum amiculo vſurpari cæpta etiam mollibus accommodetur. Neque nomen

Græcum

Græcum eſt, vt putauit Pierius, ſed Gallicum: nam Læna ab eis inuenta eſt; vt præter Plautum Strabo Græcus autor affirmet lib. 4. Geogr. Vbi de Moribus Eluetiorum, & Atuenorum: *Sagis veſtiuntur, comaſque nutriunt, prolixis vtuntur fœminalibus: pro tunicis verò ſciſſos gerunt cum manicis amictus vix pudenda, nateſque velantes.*
24 Maſortis forma. *Lana quidem aſpera, cæterum oblongis vilis: vnde & hirſuta texunt ſagula, quæ LÆNÆ vocantur.* Vnde D. Benedictus *Lanam* Monachorum lectulis ſterni præcepit cap. 55. Reg. *Stramenta autem lectorum ſufficiant mitta, ſagum, Lana, & Capitale.* Iuuenalis Satyr. 5. pro pallio accepit vulgari.

-----Quis
Perditus vt dicat Regi, Bibe? Plurima ſunt, quæ
Non audent homines pertuſa dicere LÆNA.

Quaſi dixerit, attrito, & perforato pallio: quod Hiſpani vocamus *de caparota.* Cicero *Lanam* Auguribus aptam dixit lib. de Claris Orat. *Cum Conſul eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum Lana faceret*: forſam à Gallis flaminibus ducto more: fauentque Varro & Feſtus à Calepino citati verbo *Lana*, qui ex Lana confectum ſcribunt. Ergo Hieronymi textum ſic corrigo:
Textus Hieronymi corrigitur. *Per humeros hyacintina lana mauortes volitans*: vt ſit ſenſus: Vt *purpura* tantum in veſte tenui ſplendebat, ſic per humeros ad læuam *Mauorte*, ſeu *Maſore*, hyacintina volabat. Nam in recto *Mauorte* dicitur, vt docuit ſupra Seruius (eſtque fæminei generis) non *Mauors* vt Gazæus cogitauit perperam *Mauorte* veſtem cum *Marte* confundens, qui *Mauors* à Poëtis quaſi *magna vertens*, vt Ciceroni placet libro de Natura Deorum.

26. Melotes forma. Vna relinquitur *Melotes*, cuius inter pallij genera formam aperiamus. De ea hæc habet Caſſianus cap. 8. *Vltimus eſt habitus eorum, pellis caprina, quæ melotes vel pera appellatur, & baculus; quæ geſtant ad imitationem eorum qui profeſſionis huius præfigurauere lineas.* Sanè pallium Eliæ ſeptuaginta *Melotem* nuncupant 3. Reg. 9. & 4. Reg. 2. & eius cauſa vir ipſe piloſus dictus eſt. Et Hieronymus quoque epiſt. 28. *Elias curru igneo raptus ad cœlum melotem reliquit in terris.* Et Athanaſius in vita S. Antonij c. *Melotem, & pallium tritum, cui ſuperiacebat*, ſibi teſtamento legaſſe ſcribit. Dicitur vero *Melotes*, ſiue *Melota* à verbo Græco *μηλον*, quod *ouem* ſignificat: ac de his Apoſtolus ad Hebr. 11. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis.* Pellis ergo ouina (ſiue etiam caprina) cum lana ei adhærente, *Melotes* eſt. Sed quid eſt
25. Lana quid. quod Iſidorus ait lib. 19. cap. 24. *Melotes, quæ etiam pera vocatur, pellis eſt caprina à collo pendens, præcincta vſque ad lumbos; eſt enim habitus propriè*
Penula quid? *neceſſarius ad operis exercitium?* Aſſentior Alexandro exiſtimanti in textu Caſſiani & Iſidori errore librariorum *peram* pro *penula* prauè inductum, cum omnino legi oporteat, *Melotes vel penula appellatur*: namque penula calepino, *veſtis eſt denſa ac vilis, quæ nebuloſo ac pluuioſo tempore ſupra tunicam aſſumitur loco pallij ad arcendas à corpore pluuias, quaſi ex pellibus erat, ſcortea dicebatur, de qua Martialis lib. 14.*

Ingrediare viam cœlo licet vſque ſereno
Ad ſubitas nunquam ſcortea deſit aquas, id eſt *coriacea.*

Mauortis Gallicum nomen. Oportet tamen cucullatam penulam fuiſſe, vt arcendis imbribus deſeruiret, & quoniam Pomponius in Penicea *Penulam*, ait, *in capite induces, ne te noſcat.* Sunt qui pelliculas, quas peregrini limina S. Iacobi viſitantes ad humeros perferunt, *penulas* dici velint: ſed eæ lana ſunt deſtitutæ, *penula* vero minime, cum apud Martialem lib. eodem de Gauſapea legamus penula.

Is mihi candor ineſt; villorum gratia tanta eſt;
Vt me vel media ſumere meſſe velis.

Ita Calepinus: Verũ Gauſape nihil ſcorteũ habet; eſt enim quod Hiſpanè *peltro* dicimus, vt liquet ex Plinio li. 8. c. 48. De quo alibi ſermo nobis erit. 27. Ependytes quid?

Abs re itidem Gazæus *Melotem* idem quod *Ependytem* interpretatur ad cap. 8. lib. 1. Caſſiani: cum *Ependytes* apud Aſceticos Latinè *Scapulare* dicatur, & is fuerit Antonij *ependytes*, de quo Athanaſius c. 13. & Hilarionis de quo Hieronymus c. 3. Fallit Gazæum quod Hieronymus ſcribat: *Pelliceũ habens ependytem*, cum tamen ſcapulare quoque ex pellibus confici poterit. Minus rectè Marianus Victorius in Notis ad Hieronymum dixit, *eſſe intimã veſtem, quæ Latinè dicitur interula, vel ſubucula*: in quo & Suidas, & Rodiginius lapſi ſunt: imo extimam propriè eſſe Athanaſius ſatis indicauit, cum de Athanaſio ſe palam Præſidi Alexandriæ oſtenſuro, & toti Ethnicorum populo, vt ex veſtium albedine innoteſceret, & ad martyrium, quod optabat raperetur, ait: *Antonius impauidus, neglectus perſecutoris imperio lauit ependytem ſuum, & alia die ſtans in quodam eminente loco condente præcinctus veſte, &c.* nimirum lota, & ex lotione albeſcenti. Hanc verò exteriùs extitiſſe neceſſum eſt. Quare doctè Roſuuerdus in Onomaſtico, *Græcis ependytes omne genus extimarum veſtium dicitur: apud Aſceticos ſcriptores ependytes propria veſtis Monachorum eſt. Plerique exiſtimant eſſe ſcapulare.*

Vtrum vero *ependytes* idem ſit ac *Anabalus*, non vſque quaque exploratum eſt. Enim vero D. 28. Anabalus quid?
Dorotheus dum Monaſticas veſtes recenſet, & earum myſteria percurrit doctr. 1. principio *analabum* cum *ſuccintorio* confundit num. 17. inquiens: *Anabolus; id eſt ſuccintorium, ſeu brachiatorium*, quod certe Caſſianus *anabalon* (tranſpoſitis B. & L.) nuncupauit, & longe aliud à ſcapulari eſſe dixit, id eſt faſciolas duas à ſummitate cerebri deſcendentes, & ſub axilis tunicas ad pectus ligantes, brachiaque exerentes. Paucis tamen interiectis nu. 18. ait. *Ecce zonam habemus circa lumbos pelliceam nec non anabalum, id eſt ſcapulare*: Vt neſcias quid tandem ſibi voluerit. Et quidem cum ait, *anabalum, id eſt ſcapulare, quod ab humeris deſendet, & (Crucẽ ipſam ſignificat*, conſentire videtur Iſidoro lib. 19. c. 25. aſſerenti: *Anaboladium, amictorium lineum fæminarum, quò humeri operiuntur.* Atqui Ambroſ. lib. de Benedict. Patriarch. c. 4. Vbi vulgatus habet Geneſ. 49. *Et ſanguine vuæ pallium ſuum*; & ſeptuaginta ἀναβολὴν legit: *Et ſanguinem vuæ anaboladium ſuum*, vt notat Grialſius. Vnde *anaboladium*, ſeu *anabolum*, non ſolum fæminarum, ſed & virorum amictus erit; & propriè quamuis amiculum ab humeris pendentem deſignabit. Cum vero ait, *analabus id eſt ſuccintorium, ſeu brachiatorium*, Caſſiani videtur ſequi ſententiam. Nihilominus verius exiſtimamus Dorotheo minimè *anaboli* voce ſcapulare ſignatum, quia non ſolum dixit *anabolum ab humeris pendere*, quod etiam conuenit ſcapulari noſtro, ſed addit: *Analabus in modum Crucis ponitur ſuper humeros noſtros*: quod rebrachiatorio aut *ſuccintorio* proprie conuenit, cum à ſummitate cerebri ſupra humeros deductum in duas diſiungitur faſciolas, quæ pectus in modum Crucis cingunt, vt ſub axilis aduerſis iterum ad ſcapulas cingendas reuertantur; id eſt quæ ab humero dextro deſcẽdit,

Digitized by Google

ſub axile brachij ſiniſtri recipitur; & quæ à ſiniſtro, ſub dextera: & tertio tandem accinctis renibus circa ventrem extrema coniunguntur: & ita verum habet illud Iſidori, *nunc renum eſt cingulum.*

29. Reliquum eſt, vt formam calceorum Monaſticorum aperiamus. *Caligas* multi de vulgo tibiarum aut crurium exiſtimant eſſe munimenta, vt ita veteribus etiam Monachis ea in vſu fuiſſe comminiſcantur. Errant tamen toto cœlo. Enim vero *Caligas* pedum indumenta fuiſſe, non tibiarum, multa ſunt quæ conuincant. *Caligas* ſiquidem D. Petrum poſt aduentum Spiritus Sancti induiſſe, negabit nemo, qui ei ab Angelo dictum nouerit Actor.12.*Calcea te caligas tuas.* Et ſubdit Euangeliſta; *& fecit ſic.* Cuius autem formæ eſſent, ſi idem Euangeliſta aperiat, in dubium rurſus verti non poterit. Lucas vero eo loci Græca vone *Sandalia* σανδάλια dixit; vt olim obſcurauit Beda ad eum Act.locum,& poſtea Bonauentura in Reg. Sancti Franciſci.cap.2. At *Sandalia* pedum eſſe ornamenta, quæ diſcipulis ſuis conceſſit Chriſtus Dominus Marci 6. & eædem ac *ſolea* docuit Auguſtinus lib. 2. de Conſenſ.Euang.cap.30. *Proinde Marcus dicendo, calciari eos ſandalitiis, vel ſoleis, aliquid hoc calceamentum myſtica ſignificationis habere admonet, vt pes neq; tectus ſit, neque nudus ad terram,&c.* Hinc ille locus Ferentij in Eunuch.

Caligæ non tibiarum ſed pedum indumenta.

Vtinam tibi commitigari videam, ſandalio caput.
Hiſpanè *darle vn ʒapetaʒo*,& Perſij Satyr.5.

Nugaris: ſolea puer obiurgabere rubra:
quod nimirum facilè de pedibus moueantur; quare aliquando Martialis lib.12. Epigr. 88. alias 77. finxerit Cottam ſoleas bis perdidiſſe

Bis Cotta ſoleas perdidiſſe queſtus,
Ex calceatus ire capit ad cœnam.

30. Accedit,quod *caliga* genus erat calceamenti militum Romanorum collum ſimul cruris cum pede muniens, quibus manipularij præſertim vſi ſunt: & quod cum eis Caius Germanici filius educaretur vulgari eorum calceamento, *Caligula* nomen accepit, vti Suetonius in eius vita cap.9. ſcriptum reliquit.Tacitus autem lib.1. Annal. *Iam infans in caſtris genitus in contubernio legionum eductus,quam militari vocabulo caligulam appellabant, quia plerumque ad conciliandæ vulgi ſtudia eo TEGMINE PEDVM induebatur.* Idcirco ad faſtigium rerum perductus, Plinio,*ſocculos induebat è margaritis* lib.37.cap.2. & Suetonio cap.52. *In publicum proceſſit,modo in crepidis, vel cothurnis, modo in ſpeculatiua caliga, nunnunquam ſocco muliebri*; quæ omnia calceorum genera ſunt, vt ſpeciatim exponit Iſiderus lib.19.orig.c.vltimo. Atqui crura,aut tibias nudas geſtare,ita à Romanis receptum more fuit, vt tametſi communiter caligis vterentur, nemo niſi inſaniés crura tegere auderet,iuxta illud Horatij lib.1. Satyr.6.

Caligula Imp. vnde ſic appellatus.

Crura tegere Romanis inſania.

Nam vt quiſquis inſanus nigris mediũ impedijt crus
Pellibus,& latum demiſit pectore clauum;
Audit continuo: Quis homo hic eſt? quo patre natus?
Æquè. inſanire credebatur qui tegebat crura Ocreis (ſic enim tibiarum dicebantur tegumenta) & qui pectus nudum toga, & tunica aperta referret. Cui concinit,quod dum Maximinus Imperator caligas paulo ſuperiùs produxit, riſum mouit, & in prouerbium abiit *Caliga Maximini*,& in homines inſulſæ, & immodicæ proceritatis dicterium accommodatum eſt,quod Iulius Capitol. ſcribit in vita Maximini. Sidonius lib.4. Epiſt.20. de Gothis Sigiſmerem Athalarici comitem comitantibus Romæ; *Regulorum autem ſociorumque comitantium forma, & in pace terribilis; quorum pedes primi Perone ſetoſo talos ad vſque vinciebantur, Genua, crura, ſuraque ſine tegmine.* Hiſpanè *Rodillas piernas, y pantorrillas deſnudas*, & carm.7. ſiue Panegyr ad Auitum de eiſdem.

Sura Peroque calceamenta?

Luce noua veterum cætus de more Getarum
Contrahitur;ſtat priſca annis,viridiſque ſenectus
Conſiliis ſqualent veſtes,ac ſordida macro
Lintea pingueſcunt tergo:nec tangere poſſunt
Altata ſuram pelles; ac poplite nudo
Peronem pauper nodus ſuſpendit equinum.
In quæ loca Sauarus doctus Scholiaſtes *Sura*, ait, Gothis erant ſine tegmine, & poplites nudi. *Pero ruſticum eſt calceamentum.* Seruius 7.& Iſidorus 19. c. vlt. quo Campani vtuntur ex Pomponio Sabino. Perſius Satyr.5.

Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator
& Ioann. Saribarienſis in Euthetico

Trita tegat frontem pilea,pero pedem
Et M.Cato lib.7. Orig. *Qui Magiſtratum curulem cepiſſet calceos mulleos* (id eſt conſutos) *cæteri perones* induebant. Altatæ vero pelles *Suram* tangere non poterant Sidonio, quia Acreone *Senatorum altiores erant calcei.* Et apud Faſtum lib.16.legimus *Tibiatim calceari*: & apud Aldhelmum lib. de laude Virginit, cap.19.*Suratim*, id eſt, *ad mediam vſque tibiam,vel ſuram*,vt idem Sauaro exponit.Ita depinxit Maro 1. Æneyd.veneris calceamenta.

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram,
Purpureoque altè ſuras vincire cothurno
Sic tamen vt cothurnus pedes tegeret,& ligamina mediis ſuris hærerent; alias *Nuda genu* extitiſſe aſſeritur,& ſinus collecta fluentes.

Sed quod ad caligas ſpectat, rem ſatis aperuiſſe Caſſianus videtur,cum cap. 10. lib.1. de Calceamentis Monachorum agens,ait: *Tantummodo caligis, ſuos muniunt pedes.* Vbi non quidem tibias ſuas aut crura caligis Monachos munire dixit, ſed *pedes*: Et paulo inferius. *Quibus tamen caligis quamquam licito vtantur, vtpote Domini mandato conceſſis &c.* Conceſiſſe autem ſandalia, non ocrea, Marcus expreſſit.Et quis credat crura amicire conſueuiſſe eos, quibus manicæ & femoralia fuere interdicta? Ergo brachia geſtantes nuda, & femora tunica dumtaxat operta, multo magis tibiarum nuditatem non grauiter ferre neceſſum fuit. 31

Caligæ Monachorum, operimenta pedum, non tibiarum.

Eo nihilominus differre *caligas* à *ſoleis* credam, quod ſoleæ ſolam plantam pedum muniant,idcirco *crepida* à Græcis dictæ,iuxta illud A.Gellij lib. 13.cap.20. *Omnia enim fermè id genus,quibus plantarum calces tantum infimè teguntur, cætera propè nulla & teretibus habenis iuncta ſunt,ſoleas dixerunt nunnunquam voce Græca crepidulas.* At caligæ totum pedem ambiant, & oram cruris: quamquam Tabernenſes Pachonij diſcipuli minores caligas habuiſſe,id eſt pedum dumtaxat amictrices, illud ſuadet, quod perpetuò in eius Regula *caligula*, ſiue *calicula* per diminutionem nuncupentur, à quorum rigore eas diſceſiſſe liquet, quas Hieronymus taxat epiſt.22. *Apud hos affectata ſunt omnia,laxa manica,caliga follicantes.* Et rurſus: *Omnis his cura de veſtibus: ſi bene oleant,ſi pes laxa pelle non folleat.* Siquidem Marianus interpræatur: *Follicare* (aut *follere*) *eſt inſtar follium vento incluſo moueri, & turgeſcere; quod euenit laxis calceamentis.* Differebant autem caligæ,quod *ſocci*,autore Iſidoro,*non ligantur,ſed tantum intromittuntur*:Hos modò Hiſpani *chinelas* dicimus, Itali *Socolos.* Appellati 32.

Quod differat caligæ à Soleis?

Quo à ſoccis?

Digitized by Google

pellati autem quod ſocoum (alias ſaccum) *habeant, in quo pars plantæ inijcitur.* Caligæ verò ſuperius contigiis vinciuntur. Iſidorus. *Calicula, aut caliga, vel à talo pedum dictæ, vel quia ligantur.* A *Mulleis* eo diſtabant, quod *Mullei* alluebantur, vt ex Titinio probat Feſtus, ſic dicti à *mullo, as*, antiquo verbo quod *ſuere* ſignificat, Tametſi Iſidoro *Mullei* genus cothurnorum eſſent, quos nos *Chapines* vocitamus, & *in ſuperiori parte cum Oſſeis, vel æreis malleolis* (nunc *botones*) *formarentur, ad quos lora deligabantur.* Ergo Monaſticæ caligæ nihil à *perone* diſtare credideris, quod ruſticum erat calceamentum ſeruio, & Iſidoro, & pelle conſtans paupere nodo ſuſpenditur, vti Sidonius dixit: *nodo* inquam ligaculorum. Sed hæc iam materiam caligarum tangunt commodius §. ſequenti diſquirendam.

Quo à Mulleis?

A Perone nō diſtant.

33\. Pedules caligis appoſuit D. P. Benedictus; quibus nihilominus ſuperiores Monachos caruiſſe altum de eis ſilentium conuincit. Quid verò propriè *pedules* dicantur, hactenus incompertum. Sed vero indumentum quoque pedum fuiſſe, non crurum, ipſa vis nominis manifeſtat. Multi Hiſpane *calceos* vertunt non minus perperam, quam dum caligas *calzas* reddunt; cuius erroris iam animaduerſi à nobis ſunt. Aliis *peales* reddendum videtur: quadratque (fateor) nominis homonimia. Verùm formà à pedulibus differunt; quandoquidem *peales* clauſi, & conſuti ſunt in modum calceorum, & ſunt quaſi lanei calcei, vulgo *eſcarpines*: at pedules adiectiuum potius nomen eſt quarundam faſciarum, quibus pes identidem rotando amicitur, atque munitur. Vel id perſpicuis verbis promente I.C. Vlpiano leg. 25. ff. *de aur. & arg.* qui inter cætera humani corporis indumenta recenſet *crurales*, & *pedules faſcias*, quibus nimirum crura, & pedes veſtiuntur. Quo loci Beroaldus maior quod vulgati codices habeant *faſcia crinales*, eruditè correxit *crurales* vt notauit Calepinus. At in voce *pedules* omnes codices, & interpretes eius legis conueniunt eſſe faſcias, quibus amiciebantur pedes: nam id olim vſu receptum fuiſſe teſtatur Cicero in Clodium relatus à Nonio: *Tunc cum vincirentur pedes faſciis &c.* Nomen vero ſubſtantiuum eſſe vult Cornelius Fronto de Verb. differ. doceris quo deferant *pedales*, & *pedule*, vbi ait: *Pedale menſura eſt pedis, pedule verò quod ſub pedibus præſtat vtilitatem.* Ex quo Calepinus infert ſcabellum quoque *pedule* vocari. Gloſſæ D. Benedicti habent: *Pedulia, pedum integumenta: quidam artaria interpretantur.* Vetus Iuuenalis Interpres ad illud verbum Satyre 1. *Pedibus qui venerat albis*, pedes albos interpretatur *pedules nouos quos perones dicunt*: exiſtimátque eſſe peregrinum calceamentum in Nouis ad citatam epiſt. 20. Sidonij: nec alio ſane, niſi quia Poëta de aduena quodam agebat, cum dixit.

Vincant diuitiæ, ſacro nec cedat honori
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis,
Quandoquidem internos ſanctiſſima diuitiarum
Maieſtas &c.

Creta quid. Fallitur tamen vterque: nam autori minùs de perones nouos portante ſermo eſt, ſed de ſeruis emptitiis creatà de albatis, de quibus Plinius lib. 35. cap. 17. *Eſt & viliſſima* (cretæ ſpecies) *qua circum producere ad victoria notum, pedeſque venalium trans mare aduectorum denotare inſtituerunt maiores.* Taxat vero Iuuenalis eos, quorum interuentus multicorum qui albis, ſeu cretatis pedibus in vrbem aduenere, valde ditati ſunt: quod itidem Plinius deplorat ſubdens: *Talemque Plocinum Mimicæ ſcenæ conditorem, & Aſtrologiæ conſobrinum eius Manlium Antiochum, item Grammaticæ Taberium Erotem, eadem naue aduectos videre proaui*: & cap. 18. ſeq. alias multos recenſet, nullo literarum honore & merito commendatos, ſed vt ait, *è ſanguine quiritium, & proſcriptionum licentia ditatos. Hoc eſt inſigne venalitiis gregibus, opprobriumque inſolentis fortunæ: quod & nos adeò potiri rerum vidimus, vt Prætoria quoque ornamenta decerni à Senatu iubente Agrippina CL. Cæſaris viderimus libertis: tantumque non cum laureatis faſcibus remitti illò, vnde CRETATIS PEDIBVS aduenissent.* Non ergo eſt vnde Pedules perones eſſe probantur.

Neque aſſentiendum iudico Smaragdo Abbati in Comment. ad cap. 55. Regulæ, aienti. *Pedules dicit ille* (D. Benedictus) *quod nos modo dicimus calceos, caligas ille, quod nos ſubtalares, vel ſoccos vocamus*, quaſi D. Pater Monachis *Zapatos y Chinelas* conceſſiſſet, indignum creditur, & Monaſticæ modeſtiæ. Multo melius notatum reliquit Reynardus Cardin. Caſſinas in Comment. ſuis ex Pauli, & Petri Diaconorum ſententia in ſuis etiam Regulæ expoſitionibus: *Quidquid in pedibus immittitur, ſiue de corio, ſiue de lana fiant, pedules appellantur; Pedules enim à pede dicuntur.* In eo tamen vterque audiendus, quod tam caligæ, quam pedules pedum dumtaxat ſint tegumenta, non tibiarum. Et verè quidem quidquid in pedibus intra perones ſeu caliga immittitur, pedules dicebantur: inde enim fiebat vt D. Iſidorus ſuis omni quidem tempore caligas, ſed hyeme tantum pedulibus pariter vti concedebat: ait ſiquidem: *Pedules, & caligæ. His tantum contenti erunt nihil præterea aliud præſumentes: Pedulibus autem vtuntur in Monaſterio, quando hyemis coëgerit violentia.* Namque pedulibus præſertim laneis pedes vincti à ſuperiniectis caligis melius ab iniuria frigoris muniuntur. Cui conſentiens D. Fructuoſus ſuis ita præſcripſit: quæ Smaragdus refert. *In hyeme pedules calcent qui voluerint, id eſt à die Kalendarum Nouembrium, vſque ad Kalendas Maias: reliquis menſibus æſtiui caligarum tantum ſolariis muniendi ſunt.* Reria itidem in vita S. Chriſtiani Cenomanenſis Monachi 1. p. vit. Patrum æditionis Nurembergenſis A. cap. 1578. hæc verba. *Quadam die cæpi euertere paleam lectuli mei, & euerſa palea leuaui vnum de aſſeribus ſolarij, ſub quo inueni vnum pedulem, & in eodem magnam maſſam denariorum.* Hic ſane velut laneus calceus, ſeu *eſcarpin* fuiſſe videtur, quò denarios contineret, aliàs *pedana* dictus, vt in Gloſſis Iſidori, vbi legimus: *Pedane pedulis nouis; qui caligæ aſſuitur.* 34.

Pedules perperam dicti calcei.

De *fæmoralibus* ſolus D. Benedictus meminit: & quoniam priſcis Monachis non erant in vſu, ab eorum diſquiſitione ſuperſedere operæ prætium duximus plene de eis diſceptaturi in Comment. ad cap. 55. Reg. Interim de *Braccis* Gallicis conſule Strabonem lib. 4. Geograph. fol. 131. & Iuuenalem Satyr. 3. & 8. Ibique Ioannis Britanici Comment. vbi plure de *Gallia Braccata*. De Braceis Scytharum Ouidium lib. 3. Fuſt. Elog. 10. & de Perſicis lib. 5. eleg. item 10. alioſque apud Ambroſ. Cælep. v. *Bracca*. Perperamque Smaragdus & vniuerſi Regulæ Commentatores *Braccas* à Græco βραχὺ educunt, vt dicantur breues, cum non aſpiratè *Bracha*, ſed *Braca* ſcribantur. Conſule S. Fructuoſum & Petrum Cluniac. lib. 7. Epiſt. 9. de 20 articulis, quos ſuper Regulæ tranſgreſſione Ciſterienſes Cluni acenſibus obiiciebant. 35.

Femoralibus antiqui non vſi.

§. III.

De Veſtium Monaſticorum qualitate, ac materia.

36. **Monaſticæ veſtes viliſſimæ.**

MOnachos extremæ paupertatis, & ſingularis modeſtiæ profeſſores ſerica, & pretioſa indumenta imprimis renuntiaſſe palam eſt: prodirque Hieronymus epiſt.23. ad Marcellam dum ait. *Nos qui ſerica veſte non vtimur, Monachi iudicamur.* Parum hoc eis viſum eſt, niſi viliſſime quæque ſibi ad amicienda corpore ſeligerent, iuxta illud Hieronymi epiſt.3. *Excepta vili tunica, & operimento pars*, & epiſt.8. *Vili tunica induitur, viliori tegitur pallio.* Et Chryſoſtomi hom.56. ad Pop. Antioch. *Apud Monachos nihil eſt huiuſmodi* (dixerat de mollibus, & delicioſis veſtibus) *ſed omnia contraria. Cum enim diuitum filios, & generoſis progenitoribus ortos Monaſticem profeſſos talia quis viderit indutos veſtimenta, qualia neque pauperum extremos; & ad hæc gaudentes conſiderate quantam paupertatis conſolationem capiens abit; ſiuè ſit diues, correctus recedit, melior affectus.* Narrat itidem Pelagius in Vit.Patr.lib.6. num.9. quod *S. Abbas Iſaac dicere ſolebat: Patres noſtri & Abbas Parabo vetuſtis, & de multis partibus reſarcitis veſtibus vtebantur: nunc autem pretioſis veſtibus vtimini. Diſcedite hinc, deſertaſtis locum hunc.* Sic Barlaam ille Monachorum vetus Archimandrita apud Damaſ. in hiſt.cap.18. *Veſtes nobis vetuſta omnes, atque ex variis pannis conſuta ſunt, imbecillem noſtram carnem atterentes.* Et iterum Pelagius refert num.8. *quia venit aliquando frater aliquis in conuentum cellarum coram eodem Abbate Iſaac veſtitus modicum cucullum: & expectabat eum ſenex dicens: Hic Monachorum eſt habitatio, tu ſæcularis es, & non poteris hic eſſe.*

Strictæ veſtes pretio habitæ.

Vnde autem ſæcularem illum dixerit, non apparet, niſi quia cucullum fecerat *modicum*; ſtrictiorem in quàm ac reliqui eſſent, curioſitati ſtudens. Nam veſtes ſtrictas ad ornatum multi veterum conficiebant: de qua re extat Sidonij ſententia ad Domnitium epiſt.20 lib.4. manum pulcherrimorum iuuenum depingentis: *Præter hoc veſtis alta, ſtricta, verſicolor, vix appropinquans poplitibus exertis.* Et Hieronymi epiſt.22. *Stricta manica brachijs adhærentes*: & epiſt.8. ad Demetriad. *Fuge laſciuiam puellarum, quæ ornant capita, cutem poliunt, adſtrictas habent manicas, veſtimenta ſine ruga.* Et iterum Sidonius epiſt.13. eiuſdem lib. *Enim vero veſtis adſtricta, tenſus cothurnus, crinis in rota ſpecimen acciſus &c.* ad quem locum Sauaro alia congerit ex l.penultima C.Theod *de Scenicis*, & Suetonius in Auguſt. cap. 73. ex Niceto lib.4. Manuelis Comneni de Andronico amatorio. Apud Hiſpanos ſtriges veſtes pretio habitæ teſte Iſidoro lib.19.orig.cap.23. de quibus vide veterem Iuuenalis interpretem, Satyr.3.ad illud: *Et ſonat vnctis.* Francis quoque in vſu fuiſſe ipſe Apollinaris in paneg. *Authemio* dicto teſtatur

Strictius aſſuta veſtes procera coërcent
Membra virum

37. **Taxantur pretioſæ veſtes in Monachis.**

Et hæc de modicis ſeu ſtrictis veſtibus, quas S. Iſaac auerſabatur, dicta ſunto, ſola ſui modicitate ei odibiles; nam de pretioſis terribilem ſe præbuit nonnunquam iudicem S. Pachonius de quo in eius vita cap. 34. hæc poſteritati mendata ſunt. *Cum omnia Monaſteria quæ ab eo curabantur inuiſeret, & vni ex ipſis appropinquaſſet, cuiuſdam fratris occurrit exequiis, qui vitam ſuam negligenter conſumpſerat. Fratres autem ipſius Monaſterij funus proſequebantur honorificè Pſalmos ſolitos concinentes, præſentibus quoque defuncti parentibus, ac propinquis. Qui cum vidiſſent Pachomium, feretrum continuo depoſuerunt, vt tam pro mortuo, quam pro ſe Domino ſupplicaret. Qui mox vt orationem debitam Deo perſoluit, conuerſus ad Fratres ait: Deſiſtite pſallere. Præcepitque defuncti veſtimenta ſplendida, quibus indutus erat, auferri, quæ coram omnibus fecit exuri; & ita cadauer efferri iuſſit, ac præter aliquam Pſalmodiam ſepeliri.* Quod incaſſum propinquis renuentibus, executioni mandatum eſt. Quo circa prouidè à Magno Baſilio cautū eſt, vt Monacho ſit *habitus neglectus, ſqualida coma, veſtis ſordida, qualem lugentes conſulto meditatóque arripiunt.* ita ille epiſt.1. Sed & regul. 22. ex fuſ.diſp. *Si enim* (ait) *in eo ſtudendum eſt nobis, vt omnium infimi ſimus, ſine dubio, & quod in hoc genere indumentorum infimum eſt, id ſummopere nobis eſt amplectendum.* Et rurſus: *quod quam minimum præferat curioſitatis, minimoque ſumptu parari poſſit, & ad neceſſarium modo vitæ vſum ſit ſatis. Hic canon perpetuo teneri ſeruetur.* Et magnus legiſlator Benedictus cap.55. *De quarum rerum colore aut groſſitudine non cauſentur Monachi, ſed quales inueniri poſſunt in Prouintia quam habitant, aut quod vilius cōparari poteſt.* Quem locum Bernardus itidem magnus inter Theodidactos Doctor edifferens in Apolog.ad Guiller. in hæc verba prorupit. *Nec veſtitum appetimus, ſed ornatum. Quæritur ad induendum, non quod vtilius, ſed quod ſubtilius inuenitur; non quod repellat frigus, ſed quod ſuperbire compellat: non denique iuxta Regulam quod vilius comparari poteſt, ſed quod venuſtius oſtentari. Heu me miſerum qualemcumque Monachum, cur adhuc viuo videre ad id deueniſſe Ordinem noſtrum Ordinem ſcilicet, qui primus fuit in Eccleſia?* Dixerat prius: *Sic Macharius vixit? ſic Baſilius docuit? ſic Antonius inſtituit? ſic Patres in Ægypto conuerſati ſunt?* Et rurſus addit: *Fuſe ſumus exterius, & de Regno Dei, quod intra nos eſt, relictis veris, ac perennibus bonis, foris quærimus vanam conſolationem, de vanitatibus & inſanijs falſis: ac iam Religionis antiqua non ſolum virtutem amiſimus, ſed nec imaginem retinemus.* Quod ob inſignem in habitu mutationem deplorat. *Ecce enim habitus noſter (quod & dolens dico) qui humilitatis eſſe ſolebat inſigne, a Monachis temporis noſtri inſignum portatur ſuperbia. Vix iam in noſtris Prouinciis inuenimus, quo veſtiri dignemur. Miles & Monachus ex eodem panno partiuntur ſibi cucullum & clamydem. Quiuis de ſæculo quantumlibet honoratur, etiamſi Rex, etiamſi Imperator ille fuerit, non tamen noſtra horrebit veſtimenta ſi ſuo ſibi modo præparata fuerint, & aptata.*

In ea proinde Bernardus ſententia eſt, vt Veterum Monachorum habitus toto cœlo à mollitie 38.
Quorundam vana excuſatio retunditur.

faſtuque & valore ſæcularium diſtauerit, & non ſolùm figura, ſed ſui ipſius extremitate, & vilitate Monachum oſtentaret. Retunditque vanas quorundam excuſationes aſſerentium habitum non facere Monachum, ſed virtutem. *Bene,* inquit, *At tu quando cucullum empturus, luſtras vrbes, fora circuis, percurris nondinas, domos ſcrutaris negotiatorum, cunctam euertis ſingulorum ſupellectilem, ingentes explicas cumulos pannorum, attrecta, digitis, admoues oculis, ſolis oppōnis radio, quidquid groſſum, quidquid pallidum occurrerit reſpuis, ſi quid autem ſui puritate, aut nitore placuerit, illud mox quantulibet pretio ſatagis tibi*

Digitized by Google

retinere : rogo te, ex corde facis hæc, an ſimpliciter? Cum denique contra Regulam, non quod viliùs occurrerit, ſed ſtudioſiſſime quæris quod quia rariùs inuenitur pretioſius emitur, ignorans facis hoc; an ex induſtria? Ex cordis theſauro ſine dubio procedit, quidquid foris apparet vitioſum. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori, & exterior ſuperfluitas interioris vanitatis indicium eſt. Mollia indumenta animi mollitiem indicant. Bernardus etiam Syluester maioris diſcipulus in epiſt. de Cura, & Regimine rei familiaris in eandem ſententiam dixit: *Veſtis ſumptuoſa probatio eſt parui ſenſus. Veſtis nimis apparens citò vicinis tædium parit.* Et Bernardus Canlin. Caſſinenſis lib. de modo bene viuendi ad ſororem, qui hactenus magni putabatur c. 66. illam lamentationem Ieremiæ: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus?* ad habitum Religioſorum notabiliter mutatum accommodat, quem tu pro otio conſulas.

39. **Clericorum prophanæ veſtes taxantur.** Sed qua animi vi, quæſo, Bernardus, ſi daretur, Monachos omnes priſtinam veſtium vilitatem amplecti cogeret, qui de Clericis tam ſollicitum reddidit ſupremum Patrem Eccleſiæ Eugenium, quò modeſtum inducrent habitum, vt quos ipſo interueniente ea de re ille ediderat ſanctiſſimos Canones in Remenſi Concilio Generali, ſollicitat vt ſolerti executioni mandentur lib. 3. de Conſider. cap. 5. inquiens: *Nonne os tuum in Remenſi Concilio ſubiecta capitula promulgauit? Quis ea tenet? Quis tenuit? Falleris, ſi teneri putas. Si non putas, ipſe peccaſti, aut ſtatuens quæ non tenerentur, aut quæ non tenentur diſſimulans. Præcipimus (aiſti) vt tam Epiſcopi quam Clerici, neque in ſuperfluitate ſeu inhoneſta varietate colorum, aut fiſſura veſtium, neque in tonſura intuentium, quorum forma, & exemplum eſſe debent, offendant aſpectum: ſed potius ita in ſuis actibus errata condemnant, vt amorem Innocentiæ conuerſatione demonſtrent, ſicut dignitas exigit Clericorum. Quod ſi moniti ab Epiſcopis ſuis intra 40. dies non obtemperauerint, Eccleſiaſticis beneficiis eorundem Pontificum autoritate priuentur. Epiſcopi vero ſi præfixam pœnam irrogare neglexerint, quia inferiorum culpa ad nullos magis referenda ſunt, quam ad deſides, negligenteſque rectores, tamdiu ab Officio Pontificali abſtineant, donec pœnam à nobis conſtitutam Clericis ſibi ſubiectis imponant.* Subiungit de Ordinando Clero alium Canonem. Et inferiùs: *Quod ad primum capitulum pertinet, luxus veſtium interdictus, ſed non reſtrictus; pœna dictata, ſed minimè ſecuta eſt. Iam quartus annus eſt, ex quo datum mandatum audiuimus, & neminem adhuc Clericorum priuatum beneficio, neminem Epiſcoporum priuatum ab officio luximus. At luctu amariſſimo dignum quod ſequutum eſt. Quid hoc? impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater; radix impudentiæ, tranſgreſſionum nutrix. Et beatus ſi omni ſatagas cura malorum omnium primam parentem cauere incuriam, ſed ad hoc tu operam dabis. Et nunc leua oculos, & vide ſi non æquè vt priùs pellicula diſcolor ſacrum Ordinem decolorat, ſi non vt priùs fiſſura enormis penè inguina nudat. Solent dicere: Num de veſtibus cura eſt Deo, & non magis de moribus? At forma hæc veſtium deformitatis mentium, & morum indicium eſt. Quid ſibi vult quod Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt? Id quidem minuſque ſincerum. Nempe habitu milites, quæſtu Clericos, actu neutrum exhibent; nam neque pugnant vt milites, neque vt Clerici euangelizant. Cuius ordinis ſunt? Cum vtriuſque eſſe cupiunt, vtrumque deſerunt, vtrumque confundunt. Vnuſquiſque, inquit, in ordine ſuo reſurget. Iſti in quo? An qui ſine ordine peccauerunt, ſine ordine peribunt? Aut ſi ſummè ſapiens Deus veraciter creditur à ſummo vſque deorſum nihil inordinatum relinquere, vereor iſtos non alibi ordinandos, quam vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Sed rem aliorum falcibus metendam relinquimus, cum ſciamus plures in ea laboraſſe, è quibus Gratianus refert Canones VII. & VIII. Synod General. & ſtatuta Zachariæ, & Innocentij II. Rom. Pontif. 21. q. 4. per totam. Extatque Decretum Concilij II. Braccarenſ. Epiſcopi, & Clement. V. l. 3. Clem. *Quoniam* de vita honeſt. Cler. & nouiſſimè Tridentini ſeſſ. 14. de Reform. cap. 6. Et multi SS. Patrum ſtylum vibrauerint in excedentes ſacrorum Canonum ſtatuta; præſertim Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtoch. Nos rem Monachorum dumtaxat tractamus, de qua extat Clem. V. Conſtitutio quæ incipit, *Ne in agro.* Sed regulam inquirimus primam, à qua exorbitari cœpit.

Igitur quadrifariam Veteres Monaſticæ vitæ cultores veſtimenta ſua reficere, aut facere, quod ſpectat ad materiam, conſueuere: nimirum ex ciliciis, ex pellibus, ex lana, & lino (vt omittam eos qui ferreas toraces, aut galeas, ſeu etiam ex arborum frondibus, ſeu herbis, vt ſparto, & ſimilibus amica ſibi confeciſſe liquet pœnitentiæ, vel extremæ indigentiæ prætextu) de quibus per ordinem diſſerere oportet. 40. **Quadruplex veſtium materia.** *Cilicia* ſunt quæ ex ſetis camelorum, aut aliorum hirſutorum animantium conficiuntur: ſic dicta quod à Cilicibus confici cœperint, vt prodit Varro de re ruſt. l. 2. cap. 11. de quibus Martialis lib. 14. num. 140. **Cilicij vetuſtas.**

Non hos lana ledit, ſed olentis barba mariti
Ciniphyo poterit planta latere ſinu

Mihi vetuſtiorem originem habere id conuincit, quod multo ante ad præceptum Domini Moyſes tabernaculum operuit ſagis; & pilis caprarum compactis, quæ cilicia procul dubio ſunt, Exod. 36. *Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarum, ad operiendum tectum tabernaculi.* Probant id alij ex illo Geneſ. 37. quod de Iacob audita filij Ioſeph mentita nece dicitur. *Indutus cilicio, lugens filium ſuum multo tempore.* Verùm cum in originali ſolius vocis *Sagi* fiat mentio, de pilis vero hircorum, aut camelorum, nec vnum verbum, non ita perſpicuè ciliciorum vetuſtas ex eo conuincitur. Sanè Vegetio autore de Re militari cap. 5. Cilicia ad excipiendum olim exponebantur in caſtris, & Aſconio in vſum nautarum ad pluuiam repellendam, vt & nunc quæ vocantur *Albornozes* ex pilis camelorum compacta Africæ peculiares merces. Iſidoro lib. 19. cap. 26. *Cilicia Arabes nuncupent veſtimenta pilis caprarum contexta quibus ſibi tentoria faciunt.* In ſacris literis à pœnitentibus cilicia adſumi conſueuerunt, vt de Niniuitis, Dauide, Achab, Ioram & aliis palam eſt: vnde ad Aſcetas vſus ciliciorum tranſiit, quibus profecto multi amicti ſunt.

Non me latet Caſſianum lib. 1. cap. 3. ſcriptum reliquiſſe. 41. **Propria veterum Monachorum veſtis contra Caſſianum.** *Quamobrem cilicinam veſtem velut circumſpectam à cunctis atque notabilem, & quæ ex hoc ipſo non ſolum nulla ſpiritui poſſit emolumenta conferre, ſed etiam elationis concipere vanitatem, quæque ad neceſſarium operis exercitium, in quo Monachum ſemper impigrum atque expeditum oportet ſemper incedere, inhabilis, atque inepta ſit omnimodis refutarunt.* (Horum præcipuus Epiphanius fuit vt ſuo loco dicemus) *Quod ſi quoſdam hoc amictu circumdatos audiuimus probabiles extitiſſe,*

non

Digitized by Google

non ex eo nobis Monaſteriorum eſt Regula ſancienda, vel antiqua doctorum Patrum ſunt perturbanda decreta, quod pauci præſumentes aliarum virtutum priuilegio ne in his quidem, quæ non ſecundum Catholicam (ideſt vniuerſalem) *regulam ab eis vſurpata ſunt, reprehendi debere creduntur. Generali namque omnium conſtitutioni, paucorum non debet præponi, nec præiudicare ſententia. Illis enim debemus inſtitutis ac regulis indubitatam fidem, & indiſcuſſam obedientiam per omnia commodare, non quas paucorum voluntas intulit, ſed quas vetuſtas tantorum temporum, & innumeroſitas SS. Patrum concordi definitione in poſterum propagauit.* Tam multis verborum circulis rem dictu facillimam non tam dicere, quam perſuadere conatus eſt. Et quidem ſi dixiſſet ſolum laneam veſtem, vel pellicatam multitudini Monachorum aptiſſimam eſſe; & cum inter multos neceſſum ſit aliquos debiliores eſſe, aut etiam valetudinarios, conuenienter cilicina reiecta ob ſui aſperitatem laneam iudicatam, facilem ei præberem aſſenſum. Verùm quæ ad id inferendum aſſumit veritate mihi deſtituta videntur, nimirum paucos dumtaxat olim Monachorum cilicio indutos inceſſiſſe. Rurſus communi Patrum definitione à cœtibus Monaſticis exploſum eſſe cilicium, Patrum doctrinæ non conſonat: conſtat ſiquidem propriam potius Monachorum Veterum cilicinam fuiſſe veſtem, vtpotè qua primores illorum, & vitæ ipſius præcipui inſtitutores publicè vſi repeciuntur: quos etiam Ioannes Baptiſta præiuit, non quidem pelle, ſed pilis ipſis camelorum indutus, ideſt aſperrimo cilicio. Et de communi quidem Monachorum vſu ad manum ſtant Magnorum Doctorum Eccleſiæ teſtimonia. Enimverò D. Ioannes Chryſoſtomus Caſſiani ipſius præceptor hom. 56. ad Popul. Antioch. quid ipſe experimento didicerat, vtpotè Monachus, inter cæteros Manaſticem profeſſos palam profert, inquiens. *Veſtis autem eis fortitudine digna.* Et rurſus: *Veſtimenta ſunt ipſis parata; his quidem ex caprarum pilis, his autem ex pilis camelorum. Sunt autem, & quibus ſola ſufficiunt pelles, & hæ iamdudum confectæ.* Chryſoſtomum verò in Monachatu cilicium induiſſe, planè teſtatur Metaphraſt. in eius vita, his: *Cum totam veſtem exuiſſet induit amictum ex pilis contextum corpus affligens, &c.* Quantumcumque delicatus & valetudinarius exhiberet. Cui per omnia ſuffragatur D. Ioannes Damaſcenus in hiſtoria cap. 18. apud quem vetus ille Barlaam Monachus ſic ad Ioſaphat Indiæ Principem de Monachorum veſtibus effatur, rogatus ab illo, *Cuiuſmodi vobis veſtes ſuppetant, vere mihi expone:* Reſpondit ſiquidem: *Veſtes autem nobis ex aſperis ciliciis, & ouium pellibus ſunt: vetuſta omnes, atque ex variis pannis conſuta, imbecillem noſtram carnem atterentes. Etenim eadem nobis eſt tum æſtatis, tum hyemis veſtis: quam etiam vt ſemel induimus, exuere poſtea nobis non licet: quouſque vetuſtate confecta prorſus deleatur. Ad hunc enim modum & frigoris, & æſtus moleſtiis corpus affligentes futuræ immortalitatis veſtem nobis comparamus, &c.*

42. Scio à quibuſdam de huius veritate hiſtoriæ ſubdubitatum, verum de rei ſubſtantia dubium ferere, quam communi Eccleſiæ calculo omnes pij recipiunt, & ex ea SS. Barlaamum & Ioſaphat enixè laudatos veneratur in Rom. Martyroli 27. Nouemb. in Græcorum Menæis 26. Auguſti, impium procul dubio eſſet. Porro vtriuſque fuſas doctaſque confabulationes, quæ ibi referuntur de occultis myſteriis Fidei, ſicut probabile eſt eiuſdem Damaſceni ingenio pietatis gratia elaboratas, (vt de Lucanis palam eſt) ita ipſius vtminimum teſtimonio fulcitas nemo abnuet: aut ſaltem Ioannis Synaitæ, ſub cuius nomine Græcè extant exarata in codicibus M.SS. Biblioth. Sphortianæ Romæ n. 63. vt prodit Baron. in Notis ad 27. Nou. & Biblioth. Fumæi cuius meminit Iacobus Billius in ſua tranſlatione: Ioanne vero Synaïta floluit ſub Theodoſio iuniore teſte Paulo Diacono lib. 13. Miſcell. qua de re tum Billius, tum Roſuveydus diſputant, & pro veritate hiſtoriæ duo illi noſtræ Eccleſiæ oculi Card. Bellarm lib. de Script. Eccleſ. in Damaſc. & Baronius loco citato, quos tu conſulas.

Damaſceni hiſtoria vindicatur.

Vtvt verò ſit de eius hiſtoriæ veritate, nihilominus ſi non Barlaam ipſe, qui ſub A. C. 383. 43.
floruiſſe ſcribitur in Florario Belgico, apud Roſuveydum, ſaltem Ioannes Sinaita eius fere temporis Monachus, vel tandem Ioannes Damaſcenus ſequioris quidem ſæculi ſcriptor, ſed maioris fidei Doctor, planè teſtatur Veterum Monachorum habitum ex pilis camelorum, aſperiſve ciliciis fuiſſe, vel ſaltem ex ouium pellibus, quod ego ita intellexerim, vt hi quidem ex caprarum pilis, hi autem ex pilis camelorum veſtem haberent: nec deeſſent quibus ſolæ ſufficerent pelles, & hæ iam vetuſtate confectæ, vt vetuſtior Chryſoſtomus dixit. Atque vtrorumque iunctis teſtimoniis fit liquidum multos annos eum morem ex ciliciis veſtiendi ſe, apud Monachos perſeueraſſe: eiuſque rei Dameſceni æuo recentiſſimam illibatamque, memoriam: vt ita Caſſiano dum maiorem Veterum Monachorum afflictationem, quæ ex ciliciorum amiculis, ſeu cilicinis tunicis eis accedebat, occultare contendit, fidem præbere nequeamus.

Diuerſa ciliciorum genera.

Ad hæc præcipuos Monachorum Inſtitutores 44.
veſte cilicina vſos eſſe, nemo inficiabitur, qui id de S. Antonio legerit apud Athanaſium, & de S. Hilarione apud Hieronymum, & de S. Pachomio apud Dionyſium, exiguum, de S. Abrahamo apud Ephrem, de S. Iacobo apud Theodoretum, de S. Paula apud Hieronymum, & ſic de aliis innumeris apud actorum ſuorum ſcriptores. Vſos vero ciliciis non occultè ſed publicè, vt cæteris eius exercitationes præberent exemplum, verba ipſa Athanaſij, Hieronymi, Ephrem & cæterorum aperte declarant. Nam Antonius moriturus ſuis Monachis dixit. *Vos cilicinum habetote veſtimentum, & valete viſcera mea.* Hilarion *ſicut erat veſtitus in tunica cilicina ſepultus eſt.* Pachomius *ad humiliandum corpus proprium induebat ſe plerumque cilicio.* Abraham *nihil aliud poſſidebat, excepto vno ſago, vnaque nihilominus tunica cilicina, qua induebatur. Et in omnibus quinquaginta annis abſtinentia ſua, veſtem cilicinam qua indutus fuerat, non mutauit.* Iacobus vſque adeo paupertatis & aſperitatis etiam in cilicio amator fuit, *vt cilicium ab aliquo ad ſe delatum ad ipſum remiſerit, cum id ipſum videret denſius, & elegantius* Paula quoque & ipſa Sanctimonialium mater, *mollia linteamina, & ſerica pretioſiſſima aſperitate cilicij commutauit.* Mitto S. Simeonis Stilito ſilicium quo totus tegebatur, de quo Theodoretus in eius vita: & S. Theodoſij Cœnobiarchæ, quod cum Comes Orientis Cericus ſibi mutuaſſet, & pro thorace veſtiret, inſignem de Perſis victoriam reportauit, vt refert Metaphraſtes 11. Ianuarij.

Monachorũ inſtitutores præcipui cilicio vſi.

Sed infinitam materiam ſilentio hic pertranſeat 45.
oratio. Rogatum nihilominus de vſu cilicij Magnum Baſilium quid reſponderit, nobis non celet. Rogatum autem his verbis liquet ex Regulis breuius

Baſilius cilicio vſus.

breuius diſp. interrogat. 90. *Numquid liceat nocturnum veſtimentum habere, ſiue cilicium, ſiue alterius generis aliquod?* Reſpondit autem non quidem eius vſum prohibens publicum, ſed commodato eo prius vires vtentis metiendas conſulit oportere. *Sanè ciliciis vſus* (ait) *habet opportunitates ſuas; neque enim ad neceſſitates corporis comparatus eſt, ſed ad macerationem animi & afflictationem vnuſquiſque ipſe ſeipſum conſulito.* Neque vero elationem inde naſcituram timuit, quæ æquè ex tota Monachi victus, veſtitus, & operis œconomia oriri poſſet: nec relinquenda eſt ne ſubrepat elatio, quam ex animi virtute ſupprimere tenentur, ſed vires metiendas eſſe docuit, vt quis cilicio vteretur. Poſt annos plus minus 160 ſub Beatiſſimi Benedicti diſciplinis eruditionem capiens S. Maurus publico ſacci cilicio vſus conſpicitur; vtpotè de quo Fauſtus ſcribat. *Frequenter eum vidimus, in diebus Sanctæ Quadrageſimæ nec tunica, nec cuculla, niſi ſolummodo ſacco vti cilicino.* Nimirum vires ſuas metiri viſus eſt. Sub S. deinde Fructuoſo Hiſpanorum Monachorum anteſignano & Doctore, qui pœnitentiæ lamentis adhibebantur depoſitis cuculla & tunica, aſpero induebantur cilicio, quod ex eius regula liquet. Et tametſi publicus cilicinarum tunicarum vſus paulatim feruore ſpiritus tepente deſierit, ad occultam tamen corporis afflictionem ſemper in Eccleſia habitæ ſunt; præſertim à Monachis, qui muneris loco nonnunquam ea ſibi amiciſſimis dare ſolebant: vti Hieronymus miſit quatuor cilicia Lucinio ſuo Bætico noſtro inſignis pietatis viro: quæ de re teſtimonium præbent Epiſtolæ 28. & 29. Hieronymi. D. Iſidorus in cilicio & cinere prouolutus ſpiritum exhalauit. Nec ſilenda Carthuſienſium ſancta conſuetudo, qua ex lege omnes tenentur tota vitæ periodo cilicium ad carnem adhibere.

S. Maurus.

D. Iſidorus. Carthuſiani.

46. Pelles aptũ Monachis indumentũ.

Iam de pellibus aliquid dicamus. Conuenientiſſimum iudicatum eſt Aſcetico inſtituto pallium indumentum; vtpotè valens frigus repellere, & nuditatem tegere, & pœnitentiæ ſtatum deſignare; in Protoplaſtis à Domino conſecratum, ab Elia & Eliſeo vſu receptum, & ab Apoſtolo in eis & alijs Veteribus commendatum, aientes *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis:* Viliſſimum denique ac deſpicatiſſimum omnium, veris pauperibus conueniens, & laborantes decens. Pellibus proinde Veteres Monachos vſos comperimus, vel ipſis Chryſoſtomo, & Barlaamo teſtibus quorum modò dedimus verba: *Sunt quibus ſolæ ſufficiunt pelles, & hæ iamdudum confectæ.* Et item: *Veſtes autem nobis ex pellibus ſunt.* Sanè Magnus Antonius *Veſtimento* quidem cilicino *intrinſecùs, ſed deſuper pelliceo* vtebatur Doctore Athanaſio, & Scapulari ſimiliter pelliceo, ſeu ependyte, quem lauaſſe quandoque perhibetur: nimirum lanatus erat. Hilarion terra opertus eſt, *ſicut veſtitus erat in tunica cilicina, & ſago ruſtico* (verba ſunt Hieronymi) Ruſticorum ſiquidem Barbarorumque pelles veſtimenta fuiſſe ex multis notum eſt. Obiter teſtem Ouidium profero, & teſtem oculatum lib. 5. Triſtium Eleg. 10.

Quos vt non timeas, poſſis odiſſe videndo
Pellibus, & longa corpora tecta coma.

Et alibi *Pellibus & ſutis arcent mala frigora braccis,*
Oraque de toto corpore ſola patent.

Quid plura? Cum virtus apud Romanos in prætio erat, pellibus tegebantur, ſi Propertio fides habenda eſt lib. 4. Eleg. 1.

Curia, prætexto quæ nunc nitet alta Senatu,
Pellitos habuit ruſtica corda, Patres

De Pachomio, eiuſque Tabennenſibus diſcipulis manifeſta res eſt pellibus vſos fuiſſe, cum in Regula ſcriptum ſit: *Abſque cucullo de pellicula nemo ambulet in Monaſterio, nec pergat ad Collectam, nec ad veſcendi locum veſpere.* Cuius vero qualitatis foret, aperit inquiens: *Nemo habeat præter ea, quæ in communi præcepta ſunt: non tunicam lineam, non pallium, non pellem intonſis arietum lanis molliorem.* Videlicet oportebat pellem lanatam eſſe, qualem paſtores pecorum ferre ſolent, hoc eſt, intonſum; nec molliorem, quam intonſæ ſoleant eſſe, & abſque vlla curioſitate compactam: nam de eis alibi monet: *Omnes pelles ligatæ erunt*; id eſt non aſſutæ fili delicati opere; vel groſſi ligaminis nexibus: *& pendebunt ex humeris:* Hoc prius dixerat *pellicula quæ pendet ex latere.* Et clariſſimè cum de Nouitiis agit. *Sedebit autem cum omni decore & manſuetudine, pelliculam quæ ſuper humerum hæret ex inferiori parte ſubdens natibus.* Ex quo manifeſtè deducimus, eam nihil aliud eſſe quam melotem, quod pallium eſt ex pellibus conſtans.

Apud omnes autem Ægyptios Melotis vſum fuiſſe receptum, Caſſianus teſtatum reliquit lib. 1. 47.
cap. 8. *Vltimus eſt habitus eorum pellis caprina, quæ Melotes appellatur*; ſiue Græcam trahat originem, nam Græce *melos* μηλον Latinè *ouis* dicitur. Siue (quod Iſidorus lib. 19. cap. 24. ex aliis refert) à *Melibus* ſetoſis animantibus, vulgo *Texos*, ſic nuncupatur: *Fiebat enim prius, vt quidam æſtimant, de pelliculis m lonum* (rectius *melium*) *vnde & Melotes vocatæ ſunt.* Porro idem Iſidorus autor eſt *Melotem* ita corpori humano adaptari ſolitam, vt *à collo pendens præcincta vſque ad lumbos eſſet.* Tale eſſe debere Monachi indumentum, ipſa quoque irrationabilia animalia nonnunquam agnouere, nam hyæna ferarum licet rapaciſſima quo beneficij accepti gratiam rependeret, S. Machario Alexandrino pellem ouis ad pedes attulit veſtimentum videlicet eius vſibus profuturum. Non grauabor Palladij verba proferre ex Lauſ. c. 21. *Narrauit autem nobis Dei quoque ſeruus Paphnutius præclari huius ſancti diſcipulus quod cum quadam die ſederet in aula S. Macarius; & Deum alloqueretur, hyæna acceptum ſuum catulum; qui erat cæcus, attulit ad S. Macarium: & cum capite pulſaſſet oſtium aulæ, ingreſſa eſt eo adhuc ſedente, & proiecit catulum ad eius pedes. Cum autem accepiſſet catulum B. Macharius, & ſpuiſſet in eius oculos, orauit, & ſtatim vidit. Et cum mater eum lactaſſet, & accepiſſet, ita exiit. Die autem ſequenti PELLEM magnæ ouis attulit ad S. Macharium. Et cum Sanctus vidiſſet pellem, hæc dixit hyænæ: Vndenam habuiſſes, niſi ouem alicuius deuoraſſes? Quod ergo proficiſcitur ab iniuria ego non accipio. Hyæna autem humi inclinato capite genuflectebat ad pedes Sancti, & ponebat pellem. Ipſe autem ei dicebat: Dixi me non accepturum, niſi iuraueris te non amplius offenſuram pauperes comedendo eorum oues. Illa vero ad hoc quoque capite ſuo annuit, vt quæ Sancto aſſentiretur Machario: Tunc accepit pellem ab hyæna. Beata autem Chriſti ancilla Melania dixit mihi ſe illam pellem accepiſſe à Machario illo, quod appellabatur munu hyænæ.* Mira res: cui quidem ita fidem præbeo, vt Dei prouidentiam laudem eo facto Monachi Sancti admirandam virtutem, & Monaſticarum veſtium materiam commendantem. Palladio autem reluctor aſſerenti: *Qui in Daniele Propheta manſuefecit leones, huic quoque hyænæ largitus eſt intelligentiam.* Abſit vt beſtias intelligen

Melotes Pellicea veſtis.

Hyæna pellem ouis Machario attulit.

intelligentiæ capaces credens quæ rationalis animæ propria eſt. Sat fuit ab intelligentia eam ductam, quæ iuſſu Dei illam ſupra vires agere cogebat. Perperam vero manſuefactio leonum in exemplum adducitur, quæ irrationalis animi vires non ſuperat, neque ipſi repugnat.

48. *Quouſque pellium vſus durauerit.* Quouſque pellium vſus apud Monachos perſeuerauerit, non omnino liquet. Illud nihilominus ſub exordiis S. P. Benedicti non deſiiſſe probat quod de ipſo adhuc puero in ſublacenſi ſpelunca agente ſcribit D. Gregorius lib. 2. Rel. cap. 1. *Eodem quoque tempore hunc in ſpelunca latitantem etiam paſtores inuenerunt, quem dum veſtitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam beſtiam eſſe crediderunt.* Cum vero nemo adhuc mortalium eum inuiſerit præter vnum Romanum, à quo ſanctæ conuerſationis habitum, & alimenta perceperat, & alterum Presbyterum, qui Paſchalia cum eo gaudia diuino monitu celebraturus acceſſit (à quo tamen cibaria ſolum recepiſſe conſtat) reliquum eſt, vt à Romano Monacho pellibus fuerit indutus, & eas D. Gregorius, *Sanctæ conuerſationis habitum* vocitarit. Quinimo, & *melotem* perpetuis vſibus ſibi impoſterum reſeruaſſe, idem Doctor ſanctus deprompſit, dum placidum puerum in ipſo hærentem gurgite lacus ſcribit à Beato Benedicto ſibi apparente detentum, dum Maurus per aquas ſicco veſtigio ad eum peruenturus accurrit. Et cum rogatus de ſeruatore eſſet, reſpondiſſe. *Ego cum ex aqua traherer, ſuper caput meum melotem Abbatis videbam.* Poſtmodum D. Iſidorus c. 12. ſuæ regulæ, Monachos ſuos melotem habere voluit. *Ternis tunicis & binis palliis, & ſingulis cucullis contenti erunt ſerui Chriſti, quibus ſuper adiicitur melotes pellicea.* Et rurſus, pelles duas intonſas in lectulo conſternere permiſit. Nam c. 13. inquit: *Speciosam vel variam ſupellectilem Monachum habere non licet: cuius ſtratus erit ſtoria, & ſtragulum pelles lanatæ duæ, galnapis quoque &c.* De quo lib. agemus. Nec omittendum Ciſtercienſium conuerſos perpetuò pellibus vſos fuiſſe, vt liquet ex dict. 14. Veterum Diffinitionum, vbi habetur. *Conuerſorum veſtitus ſit cappa, tunica, calliga, pedules, caputium tantumne ſcapulas & pectus cooperiens. Pelleſque groſſæ ſint, & ſimplices. Quod ſi cui tamen Abbati viſum fuerit de ipſis groſſis pellibus, cum iam veteres fuerint, aliquas cooperiri* (*forrar* dicimus) *non niſi de veteri panno fiat.*

S. Benedictus melote vſus.

Et Iſidorus.

Et conuerſi Ciſtercienſes.

49. *Zonæ materia.* Zona inſuper, & calligæ Monachis quoque veteribus ex pellibus fuiſſe, vnde liqueat? ſanè quod ad Zonam ſpectat, pro vniuſcuiuſque regionis vſu diuerſæ fuiſſe materiæ, palam eſt. In Syria, Paleſtinaque laneam fuiſſe, Hieronymus indicat epiſt. 23. ad Marcellam de ægrotatione Blaſillæ: *Cingulum* (ait) *non auro gemmiſque diſtinctum eſt, ſed laneum, & tota ſimplicitate puriſſimum, & quod poſſit magis adſtringere veſtimenta, quam ſcindere.* Imperfecti operis autor ſuper Mathæi Euangelium apud Chryſoſtomum ad illa verba cap. 3. *Et Zona pellicea circa lumbos eius:* inquit: *Oſtendit quia conſuetudo erat apud Iudæos, vt Zonis laneis vterentur: Ideo ille quaſi aliquid durius facere volens Zona pellicea cingebat ſe.* Inualuit ergo mos iſte etiam apud eius Prouinciæ Monachos. Porro lineam Zonam Tabenneſiotarum fuiſſe, idem Hieronymus ponit in præliminari epiſtola ad Regulam eorum, numerans inter cætera indumentorum ſuorum genera *baltheolum lineum.* Sed pellicea vſitatior fuit exemplo Eliæ, & Ioannis, de qua D. Dorotheus doctr. 1. *Habitus noſter is eſt: Colobium id eſt curta, & truncata veſtis abſque manicis, Zona pellicea &c.* cuius etiam myſterium paulo inferius aperit, & nos etiam ex eo & aliis infra aperiemus. Funiculo denique renes cingere ſuis permiſit Benedictus cap. 22. quod de aliis refert Paulinus epiſt. 7.

Vt vero pedules laneos fuiſſe, vtpotè faſcias aut pannos, à pedibus frigoris violentiam repellentes fateamur, conſentaneum rationi eſt: vt in Veteribus Ciſtercienſium meorum conſtitutionibus diſt. 13. c. 12. ſic lego. *Pedules de corio omnino interdicimus, ſotulares autem non ſint curioſi.* Laneos etiam pedules de caſula S. Nicerij Lugdunenſis Epiſcopi Diaconum quendam irriſionis gratia ſibi adaptaſſe narrat Turonenſis lib. de Glor. confeſſ. in eius vita, vbi inter cætera: *Quidam ei dixit. O Diacone ſi ſcires cuius veſtimento vteris, cautius cum eo viueres. Cui ille: Verè dico tibi, quia & hac caſula tergo vtor, & de capſa eius parte prolixiori deciſa, tegumen pedum aptabo. Fecit ille miſer quæ pollicitus eſt ſuſcepturus protinus Diuini iudicij vltionem. Namque vbi deciſo cucullo* (*Caſula* Iſidoro erat veſtis cucullata, quòd totum hominem tegit, quaſi minor caſa: tales erant planetæ ſacerdotum veterum, vt in antiquis picturis perſpicitur) *aptatis pedulis pedes operuit, ex templo arreptus à demone ruit in pauimentum, & extenſis ad focum pedibus, pedes cum pedulibus ignis pariter deuorauit.* 50. *Pedulum materia lanea.*

Sic & calligas ex pellibus confici conſueuiſſe, quod ab eis deſideratur emolumentum, planè conuincit. Verum eas pelles lanatas fuiſſe, & intonſas, è ruſticitate hominum omnem prorſus mollitiem ſupplantantium coniicio: quod apertè imprimis in ſe docet Baſilius epiſt. 79. inquiens. *Putaui ſufficere mihi craſſum ac rude pallium, & Zonam; & è rudi corio calceamenta.* Quod enim rude dici valet, niſi quod nulla arte curatum eſt? Illud quoque dubio procul eſto, nequaquam apud eos ſutoriam artem inualuiſſe, vt calce, & quercino cortice pelles prius condirentur & mollirentur: cuius rei manifeſto eſt argumento, quod quãdoque eas Monachi vngere conſueuerant; non quidem coloris ſuper inducendi gratia, quod ab eorum modeſtia longe aberat, ſed quatenus quæ prius luto, aut humore madefactæ extenſiores redditæ eſſent, & poſtmodum calore rugauerant, vncto molleſcerent, & pedibus nocere deſiſterent. Audi ergo Pachomium de his ſic in regula prouidentem: *Calligulas, & ſi quid aliud* (pellium profecto) *vngendum eſt, vel componendum abſque eo qui in hoc Monaſterio deligatur, & Præpoſito domus ferre nullus audebit.* 51. *Calligarum materia earumque vnctio.*

Perſeuerauit huiuſmodi pellium ruſticarum mos in calligis Monachorum (ſi non potius à Ciſtercienſibus priſtini rigoris & obſeruantiæ emulatoribus ſuſcitatus eſt) ad S. P. Bernardum, de quo hæc ſcribit Cæſarius lib. 4. Illuſt. mirac. c. 7. *Die quadam humilitatis cauſa S. Abbas Bernardus a ferrauis ſibi iuſſit vnguentum dari, & in calefactorio ignem fieri: qui ſuperſe oſtium claudens, ne ex opere tam deſpecto laudem quærere videretur* (ſpectabat id munus ad Conuerſum, qui pelliculaтum & calligarum in Monaſterio curam gerebat, de quibus diſt. 14. differit. c. 15.) *calceos ſuos innungere cæpit. Inuidens tantæ humilitati ſuperbia ſpiritus officinam humilitatis in forma honeſti hoſpitis intrauit, & vbi eſſet Abbas, clara voce requiſiuit. Ad quem cum vir ſanctus oculos leuaſſet, demũ exclamauit: Vah qualis Abbas! Certè magis diceret illius honeſtatem* 52. *Quouſque perſeuerauerit.*

S. Bernardi inſignis humilitas.

Digitized by Google

honeſtatem hoſpitibus occurrere, quam ad confeſſionem fratrum ſuorum in calceis inungendis occupari. Statim vir Sanctus per Sanctum Spiritum illum intelligens eſſe ſpiritum immundum; rurſus ad opus humilitatis oculos reflexit, & ſpiritus ille ventoſus in aërem reſolutus nuſquam comparuit.

53. Delicatæ monachis prohibitæ. Verùm qui pellibus ruſticis vtebantur, delicatiores peregrinaſq; quas hominum luxus, & mollitudo adinuenit, ſibi perpetuo interdicta crediderunt; qualis illa, de qua Poëta 1. Æneid.

-----Heus, inquit, iuuenes monſtrate meorum,
Vidiſtis ſi quam hic errantem forte, ſororum,
Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis.

Et apud Martialem lib. 1. epigr. 46.

Lunata nuſquam pellis, & nuſquam toga
Olidaque veſtes murice

Iurè proinde à Ciſtercienſibus cautum de eis ſit. diſt. 14. c. 15. *Pelles ſylueſtres non operentur conuerſi, non catinas, non coninas, non varias, non griſeas, ſeu alias huiuſmodi, etiamſi qualibet occaſione habere contigerit, nam emere non licet.* Atque hæc de pellibus Monaſticis dicta ſint. Obiter tamen animaduertimus ſatis ex ſeſe eſſe probabile caligas multorum, quibus pelles ad manum non erant, ſoleas ligneas habuiſſe, aut potius ſoccis (hodie Italis zocolos) ligneis vſos pelliceis corrigiis alligatis. Enim vero *calliga* Græcam habet originem κᾶλον, quod lignum ſonat: quamquam Æreon velit ita dici, quod formeis ligneis formentur, & conſuantur, iuxta illud Horatij. *Si ſcalpra, & formas non ſutor &c.* Potuit tamen vtriuſque cauſa nomen imponi. Vide Iſidorum, lib. 19. c. 34.

Soleis ligneis aliqui vſi.

54. Lanæ Monaſticarum veſtium communior materia. Vetuſtiſſimum itidem laneorum veſtimentorum vſum apud Monachos fuiſſe tam notum eſt omnibus, vt probatione non egeat. Tales fuere in Paleſtina quos D. Hieronymus, tales quos in Ponto & Aſia D. Baſilius, in Africa Auguſtinus, in Italia Benedictus, in Gallia Caſſianus, in Hiſpania Victorianus Iſidorus, & Fructuoſus docuerunt, de quibus ſuis locis agendum à nobis erit.

55. Lineis veſtibus qui Monachi vſi. Lineas veſtes non defuere qui geſtaſſent, videlicet Pachomij alumni quorum præter melotem, & caligas pelliceas cætera ex lino erant, id eſt *tunica* (ab eis *lebitonarium* dicta) *palliolum*, *cucullus*, *baltheolus*. Quod ad tunicam ſpectat, quam etiam *colobium* vocabant, hæc Caſſianus, eoſdem Monachos viuis coloribus depingens. lib. 1. cap. 5. *Colobiiſquoque lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingerent.* Et Pachomius in regula. *Adeſt armatura Monachis: lebitonaria duo, & vnum attritum ex vſu:* quæ verbis precedentibus vocarat *tunicam lineam.* Et in ipſo Regulæ capite: *Et veſtimentum, id eſt tunicam lineam abſque manicis, quam lebitonarium vocant.* Vnde etiam modum in eis lauandis ſeruandum diſponit, inquiens. *Lebitonarium, & quidquid in veſte eſt Monachorum, nemo lauet niſi die Dominica, præter nautas, & priſtinarios: nec vadant ad lauandum, niſi omnibus vnum ſignum inſonuerit &c.* Et, *Sicca lebitonaria tollent, & dabunt ſeruado &c. Quod ſi ſicca non fuerint, altera die ſpandemur ad ſolem &c.* At palliolum quoque lineum fuiſſe, palam fit ex illis verbis: *Nemo lineum palliolum tollet ſecum ad operandum.* Et rurſus, *Nullus vadat ad Collectam, vel ad veſcendum habens caligulas in pedibus, vel palliolo lineo circumdatus.* Item: *Duo ſimul tempore luctus non pſallent; nec palliolo circumdabuntur lineo:* Quod quidem alibi *Sabanum* vocauit inquiens: *Cum ſabano longiori, quod collo humeriſq; circumdatur.* Eam vocem D. Iſidorus Græcam eſſe affirmat, & inter lineas quaſdam res, vi-

Sabanum, quid?

delicet *mantelia, mappam, facitergium &c.* recenſet; vt plenum ſit nihil aliud ea ſignificari, quam vulgus Hiſpanorum ea audita concipiat. Vtitur ſæpe eadem Theodorus Priſcianus Medicus, & victor lib. 3. à Grialio relatis in Notis ad Iſidorum. Ergo quod prius Pachomius *lineum pallium* dixerat, ſignificentius deinde *ſabanum* vocat, qua voce lineum amiculum longum latumque denotatur. Demum *cucullus* quoque Tabennenſium lineus fuit, id ſiquidem Palladius innuit dicens: *Fecit autem eis cucullas molles tamquam pueris; in quibus etiam iuſſit imponi figuram Crucis purpureæ.* Additur in Regul. *Cuculli ſingulorum habebunt & Monaſterij ſigna, & domus.* Signa erant Græci Alphabeti caractere diuerſi, quibus domos & Monaſteria S. Pachomius diſtinxerat penes diuerſa Monachorum merita: vt præter Palladiũ in Lauſiaca c. 38. refert Nicephorus lib. 9. c. 14. de quo inferiùs. Deniq; lineum pariter geſtaſſe eos *baltheum*, ſeu *Zonam*, teſtimonio Hieronymi ſupra docuimus. Lineis itidẽ vſos Monachos Arabiæ prodit Rufinus lib. 3. cap. 148 & Pelagius libello. 6. n. 7. ait ſiquidem de Abbate Ioanne Perſa. *Emit linum vt operaretur. Et venit frater rogans eum, & dicens: Da mihi Abba aliquantum lini, & faciam mihi veſtimentum quo vtar. Et dedit ei cum gaudio. Similiter & alius veniens rogauit eum, vt daret ei aliquantum lini, vt faceret ſibi tegumentum. Et dedit ei. Et multis aliis petentibus dabat ſimpliciter cum gaudio. Hic autem manebat in Arabia vicina Ægypto.*

Cruce ſtrata in cucullo vſi Pachomiani.

Quamobrem vero Monachi lineis vterentur, dũ perquirimus, illud occurrit, quod is fuerit Ægyptiorũ peruetus mos, vt refert Herodotus in Euterpe. n. 51. *Veſtibus* (ait) *amiciuntur lineis circa crura fimbriatis, quas calaſiris appellant ſuper quas candida ferunt amicula ſuperiecta. Lanea tamen veſtes, neque in ædes ſacras geſtantur, neque vna cum cadauere ſepeliuntur, prophanum enim eſt.* Adde ſacerdotibus præſertim, ſacriſque ac Religioſis hominibus proprium vſum linearum fuiſſe, non ſolum in ſacris & Eccleſiaſticis literis, quibus Aaron, & eius filij *Ephod* lineo vti iubentur, & apud Egeſyppum S. Iacobus Alphei, nunquam niſi lineis vſus legitur, ſed & apud Egyptios. Nã & de Oſiridis flaminib. id docet Plutar. lib. de Iſide, & Oſiride: & Martialis. 56. Cur lineis vſi

Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataq; turba,
Inter adorantes cum ſtetit Hermogenes.

Sed & Herodotus idem autor eſt multam apud Ægyptum lini copiam ſeri, & in alias Prouincias mercimonij cauſa tranſportari, quod ex loco vocatur *Ægyptium.* Ergo & prouinciæ ſuæ morem Monachos ſeruare in lineis veſtibus voluiſſe, reliquum eſt vt credamus: quod præſertim non reputaretur eis vti prophanum, & delicioſum, ſed potius ex lini copia linea viliora forent regionis amicula: quod ipſis abſque dubio præcipuè in animo erat obſeruare, laneaque vt pretioſa & prophana ſupra quam Monachis decebat, repellere. Adde regioni admodum calidæ, qualis Ægyptus eſt, linea veſtimenta peraccommoda, ac vitæ neceſſaria fuiſſe: quod ſi hyemalis brumæ minus reſiſterent pellibus melotum aliquantulum fouebantur, & quidquam proprietate pati non tenuebant Monachi primitiui feruoris.

§. IV.

De Veſtium Monachalium colore apud Veteres.

Peruenimus ad colores veſtium Veterum Monachorum perquirendos: de quibus varia hominum placita reperias. Sunt qui nigras fuiſſe 57. Pro nigris veſtibus fundamenta.

Digitized by Google

contendant, ſunt qui albas: placet aliis nec notabiliter nigrum earum colorem, nec nimis candidum. Nigritantium agmen Petrus Diaconus præcedit lib. 4 cap. 115. & collatis ſignis cum candidatorum anteſignanis Petrus venerabilis lib. 5. epiſt. 16. victoriam canere videtur, dum inquit: *Viſum eſt magnis Patribus illis nigrum hunc, de quo agitur, colorem, magis humilitati, magis pœnitentia, magis luctui conuenire. Quibus ſtudiis, quia totam Monachi vitam inuigilare oportet, decreuerunt vt colos moribus, veſtes virtutibus qua poſſent cognatione iungerentur.* Ne vero quis ſanctorum attratis vſus fuiſſet, cedere rogaretur, proponit S. Martinum Turonenſem, de quo Seuerus Sulpitius in eius vita Dialogo 2. cap. 4. ait. *Sed vbi Martinum in veſte hiſpida, nigro, & pendulo pallio circumtectum vident &c.* Suffragatur huic placito Pachimeres, vetus Dioniſij Areopag. Scholiaſtes, Veterum Monachorum de quibus ille agebat cap. 6. Eccleſ. Hierarch. veſtes nigras fuiſſe contendens: quod ſanè multo magis facit ad rem, & negotij faceſſere plus videtur, quam ſuperiùs adducta. ait vero: *Monarchica ordinatio, vt ſolitariè, & vnicè, non dupliciter, vel tripliciter, vel multipliciter conſeruetur. Hoc enim ſignificat nigra, qua induitur, veſtis. Alij enim colores facile in alios tranſeunt, & mutantur, & omnes quidem in nigrum mutari poſſunt, niger verò color nullo vnquam modo in alium tranſmutari poteſt.* Quod ſi ita ab Apoſtolis inſtitutum eſt, vt ea quæ ibi Dionyſius Apoſtolis ipſis coæuus pertractat, inſtituta ſunt, quid amplius pro hac ſententia deſiderari queat, non facile videbitur.

58. Ægyptij aliique nigro colore vſi.

Accedit nihilominus ad eandem rem, quod in omnibus fere orbis totius prouintiis id obſeruatū reperimus. Ægyptiam Virginem inſtituebat Athanaſius, nigrumque habitum ei commendabat: *Niger tibi Ependytes.* De Aſella Romæ velum ſacrum recipiente dixit Hieronymus epiſt. 15. *Tunicam fuſciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta: pro negotiationis auſpicio ſe repente Domino conſecrauit:* & de Bleſilla epiſt. 23. *Pulla tunica minus cum humi iacuerit ſordidatur.* Et paulo prius: *At ſcandalizat quempiam veſtis fuſcior? At ſcandalizet Ioannes qui camelorum veſtitus tegmine zona pellicea cingebatur.* In Syria Onuphrius Monachus, vt autor eſt Metaphraſtes in vita SS. Martyrum Epiſtemes, & Galationis cap. 2. quò plures ad Martyrium hortaretur, dum ignotus inter ethnicos verſabatur, Monaſticā veſtem occulere decreuit. At quonam modo? *Cum liberè eloqui pietatem, & in periculum ſeipſum conücere iudicaſſet non eſſe alienum à reprehenſione, tenebat medium: & alba veſte contegens Monaſticā, erat animo verè Monachus.* Et inferius: *Oſtendit autem habitum quoque Monaſticum, quo erat quidem indutus, ſed eum tegebat.* Et cap. 9 viſionem Epiſtemes interpretans, qua choros tres virorum, ac mulierum, nigra indutorum veſte præuiderat, inquit: *Hos tres choros eſſe eorum qui ſe à mundo ſeparant, & ſeruant virginitatem. Eorum autem qui erant nigra veſte induti, ipſos dixit eſſe ſimiles Angelis,* Sed & in eadem ferè prouintia, Nicomediæ, dum *impij quidem candidis, & magnificis veſtibus celebrarent feſtum ſui interitus, ſolus Indes atris indutus veſtibus erat.* Verba ſunt autoris vitæ SS. Martyrum Indes, & Domnæ, qui præmiſerat prius fuiſſe in Monaſterio collocatos.

59. Item & Africani.

Pro nigredine veſtium Africanorum, Aſcetarum ſtat Auguſtinus Epiſt. 199. qua Ediciam corripit, quod matrimonio copulata, abſque coniugis voluntate caſtitatis emiſſo voto habitum ſanctimonialium induiſſet, inquiens. *Quid enim abſurdius, quam mulierem de humili veſte viro ſuperbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quam in nigellis veſtibus repugnare. Quia & ſi te indumentum Monachæ delectabat, etiam hoc poſſet gratius marito obſeruato, exortoque ſumi.* Aſſertur, & Syneſius qui epiſt. 146. ad Ioannem Monaſticem arripientem, dicit: *Pullam te lacernam induere narrat.* Iepius vir doctus tom. 1. Chron Benedict. ad A.C. 523. c. 5. pro hac putat ſententia ſtare Caſſianum lib. 1. de Inſtit. c. 3. Verùm abſit, cum ibi non albedinem taxet in Monachi veſtibus, ſed ſplendorem, & quantumlibet à cæteris diſcrepantiam. Quin potius nihil de coloribus curandum ab eis (vti poſtmodum cenſuit D. Benedictus) manifeſtiſſimis edicit verbis: *Ita vilia, vt nulla coloris vel habitus nouitate inter cæteros huius propoſiti viros habeantur inſignia.* Lapſus eſt itidem Gazæus in Notis ad c. 1. dum aſſerit: *Porro D. Baſilius epiſt. 1. ad Gregor. Nazianz. & in Regul. fuſ. diſp. q. 22. multa dicit de habitu Monachorum, at de colore nihil.* Imo vero in ea epiſt. 1. de coloribus agit, vt mox videbimus.

60. Pro albo colore fundamenta.

Qui rurſus candidas fuiſſe Monachorum veſtes contendunt habent pro ſe Philonem primitiuos Therapeutas *candidatos* vocitantem, habent & Pachomianos, qui lineis, vti dictum eſt n. 55. vtebantur, & albis quoque pellibus; nam in regula dicitur Palladio teſte. *Habeat vnuſquiſque pellem ouinam albam, laboratam, abſque ea neque comedant, neque dormiant.* Promptiſſimus & Antonium ouina meliore amictum & qui poſtquam ependytem ſuū lauiſſet, proceſſit in publicum *candente præcinctus veſte,* Doctore Athanaſio Accedebat quod candor veſtium vehementius à Chriſtianis amabatur, præſertim Ægyptiis, quos videlicet ita indui Clemens Stromateus docuerat. Qua de re agit lib. 2. Pædag. cap. 10. & lib. 3. cap. 11. Chriſtianos ad albam veſtem relictis diuerſis coloribus hortatur. Et Sozomenus lib. 8. cap. 1. de Syſinio Epiſcopo inquit: *Quod aſſiduè vtebatur veſte candida.* Et cum inde ex catholicis quiſpiam ipſum dicterio perſtrinxiſſet, occurrit. *Tu (inquiens) dicito vbi præceptum ſit atram veſtem indui oportere? Et eo heſitante ſubiecit: Tu quidem iſtud oſtendere non poteris: mihi vero Salomon ille ſapientiſſimus præcepit, inquiens: Omni tempore veſtimenta tua ſint candida.* Demum Hieronymus epiſt. 2. Nepotianum Monaſticis imbuens documentis inter cætera inquit: *Pullas veſtes æquè deuita, vt candidas.* Ne videlicèt quicquam in veſte Monachi ſit notabile, quod oculos omnium ad ſe conuertat: iuxta illud à Ioanne Violanenſi in ſua Regula obſeruatum cap. 11. *Nitor & pulchritudo veſtium, cultuſque atque ambitio rerum temporalium ab omni penitus Monacho debet exulere.* Sed his teſtimoniis non tam candidas veſtes, quam vtrumq; extremum ſi ad nitorem, pulchritudinem, cultum atque ambitionem vſque pertingat, à Patribus ſancitur eſſe vitandum.

61. Ethnicis colorū diuerſitas in vſu.

Cæterùm hac in re pedē planè figere nemo poterit, ni prius pro certo habeat nihil, quod ad veſtiū ſuarum colorem ſpectat, tam alta mentibus veterū Monachorum fuiſſe repoſtum, quam ab ipſis modeſtiæ erga omnem fucum, nitorem, cultum, pulchritudinem, ambitionem, & addititium colorem ſubmouēdum, & longius eliminandum: Sanè apud Romanos penè omnis veſtium luxus in diuerſitate colorum poſitus erat. Inde *toga picta*, alias *palmata*, quam qui reportabant de hoſtibus palmas merebantur, & victorias cum palmis pictas habebant. Inde per Martialem lib. 4. epigr. 23. laudabant.

Hiſpanas

Digitized by Google

Hiſpanas, Tyriaſque, coccinaſque.
Et lotam tepido togam Galeſo.

Et apud Plinium lib. 8. cap.48. *Trabeam*, in qua ſoli Romanorum olim Reges procedebant, ex purpura & cocco coaleſcentem. Et *Paludamentum* Imperatorum indignè, cocco, purpura auroque diſtinctum apud Iſidorum li.19. Orig.c.24. *Prætextam* pueris accommodam, cui nimirum prætexebatur latior purpura, *candidam*, ſeu *cretatam*, qua vtebantur Magiſtratuum petitores, vnde & *candidati* vulgo dicti de quibus Cicero Orat. pro Muræna. *Nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quæ liberalitatem magis ſignificat, quam largitionem.* Liquet vero & ipſum in *toga candida* dixiſſe, cum petiuit conſulatum. Taxauit in Epidico bellè Plauti Periphanes einſmodi luxũ, inquiens.

Quid iſtæ quæ veſti quotãnis nomine inueniũt noua?
Tunicam rallam, tunicã ſpiſſam, linteolum, caſiciũ,
Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam,
Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum,
Cunatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum gerræ maxime
Cani quoque adeptum eſt nomen. E. Qui? P. vocant laconicum.

Nec vſquequaque nigram abhorrebant, dum eſſet lucide fuccata nam apud Martialem morum veterum apothecam, in Apophoretis legimus.

Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis,
Et placet hic pueris, militibuſque color.

Et de Canuſinis itidem:

Hæc tibi turbato Canuſina ſimillima mulſo
Munus erit; gaude, non cito fiet anus.

Et rurſus de aliis quibuſdam:

Si veneto Praſinoque faues, qui coccina ſumis
Ne fias iſta transfuga ſorte, vide.

Tanta igitur apud Ethnicos luxuria colorum fuit.

62. Ab iis autem veſtibus maioribuſque prophanis longiùs Chriſtianam ſimplicitatem receſſiſſe, clariùs fit, quam multa probatione egeat. Sanè riſu cachinniſq; exponebantur, dum ſimpliciſſimis lanarum natiuis coloribus vtebantur in veſte. Riſit eos proculdubio idem ipſe Chriſtianorum mimographus, qui S. Linum de oſculo ſancto ſæpe taxauerat, & ſæpe Martyrum fortitudini detraxerat, Dedali, Laureoli, Scæuolæque ſuperinductis larvis, de qua re ſatis agimus Dextrum elucidantes, & vindicantes. Ad A.C.60.num.5. Coment.2. Et in Apologia pro Dextro præliminari ad M. Maximi Comment. toto §.8 Nunc vero Scazontis colloquutoris inducta perſona ſimplicitatem indumentorum noſtrorum irriſit libr.1. Epigr. alias 82. in hæc verba.

Martialis taxat ſimplicitatem veſtium Monachalium.

Si non moleſtum eſt, teque non piget Scazon
Noſtro rogamus, pauca verba Materno
Dicas in aurem, ſic vt audiat ſolus.
Amator ille triſtium lacernarum,
Et Bæticatus, atque leucophæatus,
Qui coccinatos non putat viros eſſe,
Amethiſtinaſque mulierum vocat veſtes?
Natiua laudat, habeat, & licet ſemper
Fuſcos colores, Galbanos habet mores.

Fallor ſi non Maternum carpit S.Petri diſcipulum qui Treuirorum, Colonienſiumq; primus fuit paſtor miraculis, & glorioſo nomine clarus inter ſanctos relatus in tabulis Eccleſ. ad 14. Septembr. cuius Helinandus meus recenſuit laudes in ſermone de SS. Thebæis, Gereone, & ſociis: nam & nomen Materni, & locus & tempus congruunt. Romæ namque egiſſe diſcipulum Petri oportuit, & ſub Domitiano quoque Vrbem frequentare ſatis valuit, cuius exordiis epigramma exaratum eſt. Rurſus Chriſtiani viri ſummè commendabilem modeſtiam, volens nolens celare Poëta nequiuit, cum eum vocat *triſtium lacernarum amatorem*, & ſiniſtrè carpit quod in *delicatas* ac *fucatas* gerentes veſtes Maternus inueheretur, cenſens *coccineas*, & *amethiſtinas*, non virorum, ſed mulierum eſſe, laudanſque *natiuos* colores Cuius etiam oculorum modeſtiam, perperam licet, more Ethnicorum, interprætatam reticere non valuit.

Rogabis, vnde ſuſpicor virum mollem?
Vna lauamur, aſpicit nihil ſurſum.

Hunc igitur *fuſcos* ſemper, inquit, in veſtibus habuiſſe colores, mores habens *galbanos*, id eſt *albos*: quaſi dixerit, nihil ſalis habentes.

Quod vero facit ad rem (cætera & nouitas vetuſtatis, & Materni gloria parturire fecit) habes Martialis teſtimonio apud priſcos Chriſtianos vſum natiuorum colorum inoleuiſſe; ac per conſequens Monachis, vtpotè modeſtiam habitus ſtrictius profitentibus, fuiſſe frequentes: colorum vero natiuorum genera eſſe *Bæticum Leucophæum*, *fuſcum* & *galbanum*. Bæticus cum fuſco coincidit: eſt enim lanæ pullæ à natura color inherens, qui quod in Bætica pretioſior oriatur, *Bæticus* dicitur: quamquam Plinius lib.8.cap.48. Hiſpaniæ vniuerſæ eam gloriam tribuat inquiens: *Lanæ colorum plura genera, quippe cum deſint etiam nomina eis quas natiuas appellant, aliquot modis Hiſpania nigri velleris præcipuas habet: Polentia iuxta Alpas cani: Aſia rutili, quas Erythreas vocant: item Bætica.* Cui aliquando idem Martialis ad Bætim loquens concinit libr.3. epigr. 99. 63.

Natiuorum colorum genera.

Bætis oliuifera crinem redimite coronâ,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis

Verùm lib.14. Apophor.133. Bæticam lacernam ſic deſcribit.

Non eſt lana mihi mendax, nec mutor aheno:
Sic placeant Tyriæ, me mea tinxit ouis.

Et proculdubio cum Maternum vocat *Bæticatum*, id eſt *lacerna Bætica indutum*, non *rutilem*, ſed *fuſcum* colorem intelligi voluit, ſubdens expoſitionis gratia, *licet ſemper habeat fuſcos colores.* Et ita *Bæticum* exponit calepinus: *Obſcurus, qui & pullus dicitur, & Hiſpanus, & natiuus. Nam in Bætica Hiſpaniæ regione vellera natura pulla ſunt, ex quibus tenuiores ſibi veſtes conficiunt, quæ fideliſſimè colorem ſuum ſeruant, nec facile maculis inficiuntur.* Martialis; *Nec mutor alieno*, ſeu *caldario*, in quo tinctura eſt. Et Plinius *lanarum nigræ nullum colorem bibunt.* Quibus concinit Iuuenalis Satyr.9. luxum ſui temporis carpens. & ſe ipſum condemnans.

...... Pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri, craſſique coloris.
Et male percuſas textoris tegmine Galli
Accipimus.

Deinde *Galbaneum* colorem album eſſe, palam apud omnes eſt. Conſule Iſidorum lib.17. Orig. cap.9. vbi; *Galbanum eſt genus pigmenti albi.* Creſcit in monte Amano Siriæ, vt teſtatur Plinius lib. 12.cap.25. Vnde Iuuenalis Satyr.2. 64.

Galbaneus color quis?

Cærulea indutus ſcutulata, & Galbana raſa.

Hiſpanè *de Raſo blanco*. Et alibi Martialis:

Iacet occupato Galbanus in lecto

Calepinus ſic dici *a colore albo, ac ſubliuido* putat.

Demum *Leucophæus* color, ex albo, ſeu lacteo & fuſco, ſi partes vocis Græcas conſulas, ex albo ſeu lacteo, & fuſco mixtum ſignificat, nam λευκὸν 65.

Leucophæus color quis?

Leucon album ſonat, & *φαιὸν phaon, fuſcum.* Quinimo Galeno autore, *phæu* color ex albo & nigro concinatur : quod non ſemel notatum reliquit Rodiginius, videlicet lib. 16. cap. 10. & lib. 23. cap. 7. ſubdens ; *ineſſe illi lugubre quidpiam, vt indicat Demetrij, & M. Antonij hiſtoria.* Suſpicor partem vocis pro tota acceptam, vt notiorem, vſitatioremque. De eo Plinius lib. 32. cap. 10. *Iecur rubetæ vel cor alligatur in panno Leucophao, & quartanis prodeſt.* Meminit ſæpe vellerum, & pecorum *Leucophæorum* Vitrubius, cuius habes verba apud Calepinum eo verbo, qui ſubdit : *Nos colorem cinericium vocamus, hunc vero vulgus in Gallia Gri-*

Griſeus color quis.

ſeum appellat. Et rurſus : *Leucophæatus qui eſt colore Leocophao indutus, vt Franciſcani Monachi.* Eo ante Franciſcanos vtebantur & mei Ciſtercienſes in his veſtibus quæ pullari facilius poſſent, id eſt ſcapulari & Pallio, ſeu cuculla itinerantium : vnde & vulgo *Griſæi Monachi* appellabantur.

Ciſtercienſes Griſei dicti.

Sub D. P. Bernardi tempora ſcripſit D. Hildegundis epiſtolam ad Monachos Griſeos, videlicet Ciſtercienſes. Plura de his inferius lib. 8. dicturi ſumus ex Cæſareo lib. 8. cap. 3. & lib. 7. cap. 39. Lamberto Scaphn. in Chron. ad A. cap. 1275. Langio in Zitiz. ad ipſum annum. Extat etiam S. Franciſci Aſſiſiatis epiſtola, quem morti proximus ad Iacobam de ſeptem ſoliis ſibi deuotiſſimam exarauit, flagitans vt cito veniat interuentura funeri cum cereis & candelis, & panno tunicæ ſibi præparandæ ſufficienti, *panno* [inquiens] *Griſeo, coloris cinerei, qualem Ciſtercienſes Monachi in tranſmarinis partibus ſibi conficiunt.* Extat verò M. S. Romæ apud S. Petrum in monte aureo, vnde A. C. 1623. eam extraxi. Ergo *Leucophæus* color, *Griſeus*, & *Franciſcanus* idem ſunt, Hiſpanè *Sayal Franciſcano.* Fit vero ex lanis extremè diſtantibus, alba & fuſca natura tinctis, aut genitis.

Valumbroſani Griſeo vſi.

Valumbroſanis Patribus hunc ipſum colorem S. Ioannes Gualbertus præſcripſit : cuius rei originem eo refert Eudoſius locatelli in eius vita, quòd *hauendo egli habuto infra le molti limoſine da paſtori chiui vicini, de qualli la montagna ſempre ne hebbe ; certe pecorelle de lane diuerſi natiui, fece vna miſtura di tuti.* Aſſeritque, hodie apud S. Saluum eius cucullam *Griſei* coloris [Italis *Beretino*] ſeruari : tametſi Valumbroſani tandem ad fuſcum colorem, vulgò *tune* ſeu *lionato obſcuro* tranſierint. Ita Eudoſius lib. 1. cap. 26. quibus conſona ſcribit S. Antoninus 2. p. hiſt. tit. 15. cap 17. in principio, dicens. *De ſuarum ouium varia lana iuſſit pannum promiſcuum fieri ad veſtes ex ea formandas.* Fit denique ex dictis duos dumtaxat colores natiuarum lanarum reperiri, ſed ex miſtione tertium fieri, nullo fucco ſuperinducto : quamquam inter fuſcas varij gradus ſint, ſicut inter albas.

66. Porrò quod Martialis in homine Chriſtiano notauerat, fuit itidem ab Eccleſiæ Patribus enixè Monachis commendatum ; nimirum modeſtiam & ſimplicitatem veſtitus eorum ſolos natiuos lanarum colores abſque nitore vllo, fucco, ſeu ſplendore decere.

Natiui colores in veſtibus Monaſticis commendantur.

Habeo magni Athanaſij ea de re egregium teſtimonium, cum Virginem ſanctimonialem, inſtituit, regulam ad earum inſtitutionem exarans : ſic enim ait, cum ad veſtimenta formanda pertingit. *Materia tuarum veſtium ne ſit pretioſa. Indumentum tuum fuſcum ſit, non tinctum, ſed natiui coloris : aut ſaltem album, amiculum, fimbriis careat. Eiuſdemque coloris ſint manicæ caneæ brachia obtegentes vſque ad digitos manuum. Crinalis vitta ex lana ſit caput aſtringens, capilli circumtenſi. Cuculla, & ſuper humerale laſcinias non habeat. Ipſa ratio cultus, veſtituſque ſanctitatem deceat.* Vbi, rogo, eſt qui Athanaſium in Doctorem nigrarum veſtium proferebat decurtata perperam ſententia ? cum tamen ipſe æquè albas commendat, & in omnibus id ineuitabiliter obſeruari præcipiat, vt ſiue veſtes fuſcæ ſint, ſiue albæ, non tamen tinctæ, ſed natiui coloris ſint, ſubinducta eius rei ratione : *Ipſa ratio cultus veſtituſque ſanctitatem deceat.* Pulchrè id ipſum monuit Baſilius Magnus Monachorum parens in epiſt. 1. ad Gregorium Nazianz. quia vniuerſam Monachorum œconomiam, & modum pauperis ſupellectibilis perſtringit : *Colorum*, ait, *amœnitates ne exquirantur, nec opificiorum deliciæ prætenues, aut molliculæ. Etenim in veſte pigmentorum lautitias conſectari, perinde eſt, ſi muliebrem comptum nobis accommodemus, quem magno illæ ſtudio ſibi aptare ſolent accerſitis lenociniis.* Et præmiſerat : *Monachis habitus neglectus, veſtis ſordida.* Hieronymus pullam præſcribens Bleſillæ tunicam, quæ natiui coloris eſt, de cingulo ait : *Cingulum laneum, & tota ſimplicitate puriſſimum.* Et cum eadem ſit ratio de ſimplicitate reliqui habitus, ſub cingulo idem de cæteris dictum fert. Huc etiam reſpexiſſe mihi videtur Benedictus nouus Moyſes Monachorum, cum cap. 55. dixit : *De quarum rerum colore, & groſſitudine non cauſentur Monachi ; ſed quales inueniri poſſunt in prouintia, qua legunt, aut quod vilius comparari poſſit.* Vt non tantum ſenſus ſit ; ipſi quidem de colore veſtium non curent, ſed itidem Baſilio *colorum amœnitates* in veſtibus *ne exquirantur* ; ſed natiuis contenti ſint ; quemadmodum nec mollia quærant indumenta, groſſiora peſpicientes, cum *ij qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſint* : ſed quales inueniri poſſunt in prouintia qua habitant, nimirum natiui coloris, & iuſtæ groſſitudinis : quales vero requirendæ ſint, pretium indicabit ; nam eæ eligendæ erunt, quæ vilius poterunt comparari, vtpote quæ ſolæ modeſtiam, & Monaſticam deceant paupertatem : præceptum nempe illud Domini refricat. *Ne ſolliciti ſitis corpori veſtro quid induamini.* Et, *de veſtimentis quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt.* Et, *nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnus ex iſtis.* Matth. 6. Vbi Rabannus à D. Thoma in Catena adductus : *Mihi videntur argui, qui ſpreto veſtimento communi lautiora ſibi his, cum quibus vitam ducunt, indumenta requirunt.* Quare Baſilius etiam colorum ſimplicitati groſſitudinem iungit ſubdens immediate : *Tunica ſit vſque adeo craſſa, vt alio opus non ſit integumento. Et calceamentum eſto quidem illud vile.* Et reg. 22. Ex fuſ. diſputat. rationem reddit inquiens. *Si enim in eo ſtudendum eſt nobis, vt omnium infimi ſimus, ſine dubio & quod in hoc genere indumentorum infimum eſt, id ſummopere nobis eſt amplectendum.*

Suxerat tantorum doctrinam Patrum Bernardus, dum hanc Sanctimoniali Sophiæ dat, epiſt. 67.

Taxantur pretioſæ.

113. *Serica & purpura, & tincturarum fucus decorem habent, ſed non præbent. Quidquid tale applices corpori, exponit ſpeciem ſuam, non deponit : ſecum denique tollit, cum tollitur ipſum. Porrò decor, qui cum veſte induitur, & cum veſte deponitur, veſtis proculdubio eſt, non veſtiti. Ille eſt verus, propriuſque cuiuſque decor, qui nulla interiacente materia per ſe ineſt.* Quo circa Chryſoſtomus hom. 28. in Epiſt.

ad

ad Hebr. ad illa verba Apoſtoli *Circuierunt in melotis &c.* ait. *Dic ergo* Apoſtole, *qualibus veſtibus vis mulieres ornari? Habentes, inquit, victum, & tegumentum his contenti ſimus. Tale ſit ergo hominis veſtimentum, vt tantummodo contegatur. Propterea enim nobis iſta tribuit Deus, vt operiamus nuditatem; hoc autem qualecunque veſtimentum valet efficere, quod parui ſit pretij. Non mihi ad ſolas mulieres ſermo dirigitur, ſed etiam ad viros. Omnia enim reliqua quæ habemus, ſuperflua ſunt.* Quid ergo? *Soli pauperes ſuperuacanea, & vana non poſſident.* Vtique quia in veſtibus ſolam quærunt nuditatem operire; non fucatos lanis obducentes colores etiam ſuperbire. Quare ſubdit: *Nam viri diuitis mulierem non ita ſolemus admirari, cum aureis ornamentis, vel ſericis veſtibus adornatur: hoc quippe cunctarum commune eſt fœminarum ſed admiramur cum PVRIS, & SIMPLICIBVS vtitur veſtimentis.*

68. Mariæ Virg. veſtimenta natiui coloris.

PVRAS autem ſimpliceſque fuiſſe Puriſſimæ ac Beatiſſimæ Deiparæ tunicas, & amicula quibus incedebat induta, prodit Nicephorus lib. 2. cap. 23. his: *Erat denique faſtus omnis expers, ſimplex miniméque vultum fingens, nihil molliciei ſecum trahens, ſed humilitatem præcellentem colens. Veſtimentis, quæ ipſa geſtauit, coloris natiui contenta fuit: id quod etiam nunc capitis eius velamen oſtendit.* Pro *capitis velamine* quod Ianus vertit, Græcè eſt μαφόριον *maforin*, aliàs *Maforte*, vel *Mauorte*, ſignificatque anguſtum pallium, collum caput, atque humeros tegens, Iſidoro, Caſſiano, ſeruio, & Nenio autoribus de quo pro dignitate egimus in hoc cap. à num. 24. Seruabatur etiam Conſtantinopoli altera ex illis omni auro pretioſioribus tunicis, quas dum tranſiret ad Filium virgo glorioſa duabus Virginibus ſibi familiaribus legauit; eamque Leone & Verina Cæſaribus è Paleſtina Galbius, & Candidus tranſtulerant: vti latiùs narrat Metaphraſt. tract. de vita & Dormitione S. Mariæ apud Surium tom. 4. die 15. Auguſti.

69. Chriſtus D. natiuo colore veſtium vſus.

Ne autem iurè quis à Matris ſuæ tegumentis colore aut pretio Chriſti Domini veſtimenta diſtaſſe opinetur, habemus de inconſutitia tunica Iſidori Peluſiotæ graue teſtimonium lib. 1. epiſt. 74. ad Cratonem aientis. *Quis autem veſtis illius vtilitatem ignorat? vt quæ Galilæorum pauperes vtantur, apud eos etiam maxime huiuſmodi veſtis genus fieri ſolet aliis quadam, vt pectoralia retractim conſutum.* Natiui autem coloris eam, & cætera quibus vſus amicula, fuiſſe, inenarrabilis Domini modeſtia conuincit: & quæ hactenus in natiuorum commendationem adduximus. Crediderim fuſcis laneis vſum, vt quæ virum magis deceant, quam alba: & quoniam ſi vſitata ab eo alba eſſent, non egeret Herodes albam ei ad ironiam inducere. Quinimò tantundem de colore veſtium, Chriſti Domini & B. Virginis conuinci credimus eo argumento, ne dicamus colore vſos, qui à Iudæis ad ironiam adhibebatur inſanis. Autorem habeo pueritiæ tempore Chriſtum pannis candidis, & *Leucopheis*, ſeu *Griſæis* faſciis veſtitum: ſic enim B. Chriſtinæ de Vvolmunſteine reuelatum aliquando refert Cæſareus lib. 8. illuſtr. mir. cap. 3. Et [quod magis mireris] ipſum Dominum in deſerto pellibus fuiſſe indutum, prorſus aſſeueranter teſtatur magnus Bernardus Parens in Apologia ad Guillermum Abbatem opere ſanè, ſi quod aliud, abſolutiſſimo in hæc verba. *Tunicati, & elati abhorremus pelliceas, tanquam non melior ſit pellibus inuoluta humilitas; quam tunicata ſuperbia: præſertim cum & Deus tunicas pelliceas primis hominibus fecerit, & Ioannes in eremo zona pellicea lumbos accinxerit, & IPSE TVNICARVM INSTITVTOR in ſolitudine non tunicis, ſed PELLIBVS ſeſe indueris.* Vocat ſuos Ciſtercienſes *Tunicatos* deſpicabili ſcilicet habitu, ſed laneo indutos; plebeio proculdubio amiciculo, iuxta illud Horatij.

In deſerto pellibus indutus.

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.

qui tamen Cluniacenſes de pelliceis notarent, ſed pretioſis, quas ipſi publico edicto in ipſo Ciſtercij exordio abdicauerant. Quod vero Dominus [ipſe eſt *tunicarum inſtitutor* cum Protoplaſtos pelliceis tunicis induit] in ſolitudine non laneis ſed pelliceis vſus fuerit, licet ſolus meus Bernardus id docuerit, ſatis perſuaſum habeo minimè grauiſſimum Doctorem in opere grauiſſimo id aſſeueraturum, ni ſibi aut vnctione Spiritus Sancti, aut alias certo conſtaret. Mihi id feciſſe Dominum, probatur, tum vt non ſolum ieiunio & oratione, ſed habitu ipſo Monaſticem honore proſequeretur a ſe ſtabiliendam: tum vt morem ſolitariorum eius gentis ſequi videretur, quos ſcimus dum in ſolitudinibus errabant melotes induiſſe, & caprinis pellibus vſos: quod tacitè ſaltem innuiſſe apparet D. Marcus cap. 1. cum ait *Eratque cum beſtiis*: nimirum habitu ipſo beſtiarum ſocietatem referente: tum denique vt ſol iuſtitiæ matutino ſyderi, Dominus præcurſori, & Chriſtus Ioanni reſponderet, qui dum in deſerto pœnitens Chriſti aduentum prædicabat, veſtitus erat pilis cameli, zonaque pellicea præcinctus, vt Euangelica refert hiſtoria.

Sed vt ad rem redeamus, ipſi quoq; Ciſtercienſes, quibus ſemper candor in habitu placuit, ſi eorum inſtituta ſcrutamur, non tam albedinem elegiſſe, quam natiuis coloribus adamatis nitidos fucatoſque omnes repuliſſe videbuntur. Extat eorum de hac re conſtitutio diſt. 15. Suarum cap. 11. in hæc verba. *Veſtes quibus vtuntur Monachi, & conuerſi, non ſint tinctæ: nec etiam curioſæ.* Demum ita Eccleſiæ Decreto ſtabilitum eſt in Clement. *Ne in agro de ſtatu Monach.* vbi Clemens Papa in hæc verba decernit: *Statuimus vt ſuperior veſtis ipſorum habitui proxima nigri, bruni, aut albi coloris exiſtat, iuxta morem ab eis ſeruari ſolitum in regione qua degunt.* Vbi Gloſſa communiter recepta ait. *Hos tres colores permittendo, alios omnes vel miſcolos prohibet, quod multi non ponderant. Quod ergo dicit Regula c. 55. De colore non cenſentur Monachi; non intendit quod omnibus coloribus liceat vti, nam etiam ſecularibus clericis ſunt aliqui interdicti, de vita, & honeſt. Cleric. C. Clerici. 2. ſed hoc intendit, quod non cauſentur inter colores permiſſos, quod iſte ſit fixior, pulchrior, vel melior illo.* Subditque verbo *Coloris. Ibi colores* (albus, brunus, & niger) *ſine tinctura ex lana poſſent haberi, & ideo potius approbati.* Quod vero ſub *bruno* Leucophæum, ſeu Griſæum amplectatur, paulo ſuperius eadem Gloſſa expreſſit Clement. *Vt profeſſore*, c. 2. verbo *Colore* inquiens: *Vt quia Nouitij album, alij Griſeum, vel nigrum &c.* Inde eſt vt quoties Catholicorum Patrum Romana ſedes alicui ſodalitio colores veſtium condixit, alterum prorſus ex his ſelegit, vt eius rei exemplo ſunt quæ de Auguſtinianis, Carmelitanis, Minoribus, Prædicatoribus extant diplomata, quæ minimè rei noſtræ operepretium facerent, ſi produxiſſem. Conſulat lector eorundem Chronica, & Exordia. 70. Ciſtercienſes non vno colore vſi.

Sed quorſum hæc? Nimirum vt tria inde Scholaſticorum more eliciamus aſſerta mira certitudine ac 71.

Albus color, quia vilior, Monachis frequentior.

ne ac firmitate pollentia. I. ſit, album colorem vſitatiſſimum eſſe à Monachis Veterrimis, quod ipſe ſimpliciſſimus ſit, ac natiuus linearum veſtium. Hoc planè tam liquidum eſt, vt probatione non egeat. Enim vero vilioribus indui conſueuiſſe, negabit nemo: viliorem autem, vtpotè vbique fore multum lanæ candidæ copiam comperimus omnes. Vnde illud ſponſi Cantic. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcendunt de lauacris*, vt albedinem commendat dentium dilectæ. Ideo Monachis Ægypti charus. Ibi ſedem habebant Therapeutæ, quos Philo conſuluit Alexandriæ, & ad paludem Mariam; & à candore veſtium *candidatos* vocitauit, lib. de vita contempl. vbi agens de Monachorum illorum comitiis, ſeu *Collectis*, ait. *Poſt ſeptem hebdomadas elapſas conuentus ſuos inſtaurant. Vbi vero conuenere candidati, & læti, cum ſumma grauitate ad ſignum datum, priuſquam diſcumbant, ſtantes vna ſerie decentes ſublatis ad cælum manibus atque oculis precantur, vt Deo placeat id conuiuium &c.* Quæ attuli, vt vel ipſe lector iudices nullius alterius rei vocari à Philone *candidatos*; vt aliquoties, nec parum frequenter, per tranſlationem dictum liquet: id eſt *Candidatus eloquentiæ* a Quintiliano; *Gloriæ, & immortalitatis* à Plinio in Panegir. *Fidei* à D. Hieronymo: ſed ſolius coloris veſtium gratia: iuxta illud Plauti in Rudente vbi Sacerdos ſacrificulis mulieribus

Therapeutis.

------*Ergo æquius vos erat*
Candidatas venire, hoſtiataſque ad hoc
Fanum, ad iſtum modum non veniri ſolet.

Tabenneſiotis.

Sacrificabant ſiquidem *Candidati* omnes, ſeu candida præcincti veſte apud Varronem, quem prodit Pierius lib. 4. Hierogl. Ad hæc: Tabenneſiotæ, ſeu Pachouiani, nihil non album induebant, id eſt tunicam, & Mafortem lineas, & cucullum pariter lineum. Quis vero lini candorem non agnoſcit? Pelles quoque ſeu Melotes albas eis fuiſſe, teſtimonio Palladij protulimus num. 60. Sanè vel ipſa natura pecudis vellera candida gerente, vel myſterium, ſecundi Baptiſmi ſui (profeſſi Monachatus ſuperius à nobis expoſiti) ipſis candore veſtium atteſtantibus. Enim vero hos qui tingebantur albis indui conſueuiſſe, Eccleſiaſtica traditione quotannis vocibus ſuis replicat Eccleſia Dominica in albis, & teſtatur Ambroſius lib. de iis qui initiantur myſterium explicans cap. 7. *Accepiſti poſt hæc veſtimenta candida, vt eſſet indicium quod exueris inuolucrum peccatorum.* Vnde Fortunatus

Candidus egreditur nitidis exercitus vndis
Atque vetus vitium purgat in omne nouo.
Fulgentes animas veſtis quoque candida ſignat,
Et grege de niueo gaudia Paſtor habet

Perſeuerat etiam nunc Romæ vetus mos, vbi toto tinctionis anno nouus Athleta Chriſti candidatus incedit. Eius quodammodo iterati in profeſſione Monachatus myſterij referendi gratia veſtes Monachis tunc permutari, à magno Dionyſio edocti ſumus: quare qui albas tunc accepiſſet, non abſre feciſſe videretur.

72. Pachimerius aſſerens veteres nigro colore vſos taxatur.

Non ſum tam hebes, vt credam toto Orbe id facturatum, vt Chriſtiani candidis vterentur, vel ſaltem Monachi: ſed Georgio Pachimerio reluctor, vtpotè abſque autore atteſtante rem no conſonam his quæ ante multa ſæcula ſcripta erant à Dionyſio de Eccleſ. Hier. cap. 6. & aliis, vt conſtat ex dictis cap. 10. à nu. 8. Lego ſiquidem apud ipſos Monachos in profeſſione noui ſtatus veſtes commutaſſe; nigras accepiſſe non aſſerunt, nec leuiter innuunt. Quis ergo id Pachimerio reuelauit? Scio Monachum fuiſſe ipſum, egiſſeque Conſtantinopoli ad A. cap. 1300. iuxta Gaulterij Chronologiam, & quod nigro ipſe vteretur habitu, vt penè omnes ſui temporis Græci fratres; parteſque egiſſe nigrorum, & ea propter abſque idoneo teſte audiendus non eſt. Rurſus S. Antonium, qui ſola ependitis ſui lotione *candente præcinctus veſte* in publico prodiit, albis induere conſueuiſſe, non video quonam pacto inficiari queat. Perperam mihi id interpretatur videtur doctiſſimus alioqui vir Roſuueydus, ratus cum pullam Antonius ex more deferret, albam ſuper induiſſe; non vt cognoſceretur Chriſtianus à Iudice, & ita ad Martyrium raperetur concupitum, qui iam ex habitu Monachi multò magis Chriſtianus apparebat; ſed potius vt alba veſte ignotus, ſecurius inter candidatos accederet ad ipſum, quod Monachis ciuitate eſſet interdictum. Verum reluctatur perſpicuis verbis Athanaſius inquiens: *Antonius impauidus neglecto perſequutoris imperio lauit ependytem ſuum: & alia die ſtans in quodam eminenti loco, candente præcinctus veſte, procedentem Iudicem ſuo prouocabat aſpectu flagrans cupiditate Martyrij.* Vt quid quæſo lauit ependytem ſuum, ſi ipſo amiciendus non erat? Quod ſi erat; erat ergo albus, vtpotè quo præcinctus poſt lotionem candenti veſte proceſſit. Ex lotione lineum fuiſſe pro more patriæ deduco. Lauit vero non colorem, ſi pullus, aut fuſcus erat, ſed ſordes; quibus dilutis ependyte, amplius candeſceret, & candoris eximij nouitate, oculos Iudicis ad ſe conuerti cogeret. Sed & melotem Antonij ſatis ex ſeſe probabile eſt albam fuiſſe, nec à candore nimium abhorruiſſe cilicinam de pilis caprarum contextam: ne vnum & eundem virũ diuerſis coloribus veſtiri debuiſſe credamus: quamquam hæc non ita certa mihi ſunt, quam ependytis (is eſt *ſcapulare* conſentiente Roſuueydo) albedo.

de 1200. à 1300.

S. Antonij veſtes albi coloris.

II. Pari certitudine teneri oportere cenſeo colorem fuſcum, vt à Chriſtianis præ cæteris amplexus fuit, modeſtiæ gratia (quæ eodem eos à toga ad pallium tranſire coëgerat) ita vſu fuiſſe receptum à Monachis Paleſtinis, & Syris, atque candidum ab Ægyptiis. Moueor tum quod alter natiuorum ſit modeſtiæ & paupertatis alumnis charus; tum quia Hieronymus in Paleſtina degens, laneis fuſcis vſus eſt, eiuſque diſcipuli (proculdubio pro more patriæ) laudat quippe perpetuò fuſcas veſtes, cum de Monachis agit epiſt. 15. *Tunicam fuſciorem quam à Matre impetrare non poterat &c.* epiſt. 23. *At ſcandalizat quempiam veſtis fuſcior &c.* Quis autem fuſcus color ſit, ſi roges, reſpondent è triuio lexica: *Color ſubniger, id eſt non planè niger, qualis eſt Indorum meridionalium, Græcè* φαιὸς *phaos* (ex quo Leucophæus) *Italicè foſco, bruno, oſcuro, Hiſpanè bazo, ò perdo en color.* Martialis *corneum* vocat *fuſcum*, dum in Apophoretis laternam ex veſica confectam non fuſciorem eſſe, cornea contendit. n. 62.

73. Color fuſcus veterib. Monachis vſitatus.

Cornea ſi non ſum, numquid ſum fuſcior? aut me
Veſicam contra, qui venit, eſſe putat?

Pullus color quis?

Fuſca ſanè opportuit eſſe *cornea*, cui ex *veſica* comparata fuſcior nõ erat, vt qui contra occurrit, non ex *veſica* factam, ſed corneam eſſe putaret. Eandem Monachorum tunicam vocauit *Pullam* Hieronymus: *Bulla tunica minus cum humi iacueris ſordidatur.* Pullus autem color, iiſdem lexicorum autoribus, *eſt fuſcus in nigrum vergens* (non plenè

Digitized by Google

plenè niger) *cuiuſmodi eſt color terræ, qui & Bæticus dicitur, & Hiſpanus.* De terra *pulla* Plinius lib. 17. cap. 4. *Terra non eadem arboribus conuenit, & frugibus plerumque, nec pulla, qualem habet Campania vbique optima vitibus.* Suetonius in Aug. c. 44. *Sanxit ne quis pullatorum media cauea ſederet.* Hiſpanè, *echo fuerale gente de capa parda.* Hinc de S. Euphemia Virgine refertur Act. 4. Concilij II. Niceni: *Aſtabat virgo pulla veſte, & pallio Philoſophiam profitente.* De Bætico dixit Calepinus, *Bæticus color obſcurus, qui & pullus dicitur, & Hiſpanus & natiuus.* Denique non idem ac niger eſt *nigellus*, quo Auguſtinus allatus; ſed *ſubniger.* Ital. *Alequanto nero.* Hiſp. *negro vn poco.* Ita præfati autores. Vnde habemus in Africa *nigellis veſtibus* Monachos amiciri conſueuiſſe, vel ipſo Auguſtino autore: inquam proculdubio ſenſum ep. 109. Regulam Monialium condens, dixit: *Non ſit notabilis habitus veſter*; nimirum, nec colore, nec nitore, nec cultu. Porro extremos colores candidum & nigrum notabiles eſſe, vt qui cunctorum oculos ad ſe conuertant, Hieronymus dixit. *Pullas veſtes æquè deuita, vt candidas* ep. 2. quo loci ne ſibi contrarius exiſtat, *pullam* tunicam Bleſillæ ſanctimonialis commendans vocem *pullas* pro *nigris* accepit; aut vero pullas, *ſordidas*, intelligi voluit, nam ſubdit quaſi exponendo: *Ornatus, vt ſordes, pari modo fugienda ſunt*: Quod refricans ad Euſtochium ep. 22. *Veſtis* (ait) *nec ſatis munda, nec ſordida, & nulla diuerſitate notabilis; ne ad te obuiam prætereuntium turba conſiſtat, & digito monſtreris.* Nec aliud profecto ſibi voluit, cum de ſe ſuiſque Monachis loquens ep. 23. ait. *Nos qui ſerica veſte non vtimur, Monachi iudicamur ſi tunica non canduerit, ſtatim illud de triuio: Impoſtor, & Græcus eſt.* Tunica quippè non candet, quæ fuſca eſt, pulla, Bætica, aut nigella. His enim vocibus idem prorſus color deſignatur, vt monſtratum à nobis eſt. Monſtratum etiam conſequenter nec Auguſtinum, nec Hieronymum nigris vſos, non minus quam albis.

64\.
B. Macrinæ pallium pullum.

At Beata Macrina Baſilij Magni præſtantiſſima ſoror (inquies) vel eius germano Greg. Niſſæno in eius vita aſſeuerante, pallio nigro induta humata eſt Verè; Verùm id fortuito accidit: cum enim quà ad funus veheretur, melior ſolita veſtis quæreretur, quod eius indumenta admodum trita eſſent: *Sed* (inquit Abbatiſſa) *mihi ex veſtra matris veſtimentis nigrum pallium, quod rectè (vt ego quidem ſentio) poterit ſuper iniici: ne externo & aduentitio veſtitus ornatu ſacra hac pulchritudo illuſtretur.* Obierat paulò ante communis illorum trium mater ſub Monaſtico ibidem propoſito: ſed ex ſecularibus eius veſtibus necdum pallium illud nigrum diſtractum erat: eoque Macrina non Monaſtico ſepulta eſt. Quod vero non ſolum veſtis ſed color etiam Macrinæ tunc fuiſſet mirabiliter inuſitatus, inde fit manifeſtum, quod *ea ſententia cum valuiſſet, & pallium* (nigrum matris ſuæ) *adiectum eſſet: ipſe tamen in amictu pullo* (quo Deo conſecrata vtebatur) *Diuina potentia* (ait Gregorius) *ita ſplendebat; hanc corpori addente gratiam, vt radij quidam ex eius pulchritudine planè egredi viderentur.* Mutatum proinde colorem ſolitum veſtium neceſſe fuit. Quinimo ſi ſolitum Macrinæ pallium nigrum eſſet, nequaquam quod nigrum matris adhiberetur ad funus matris pallium notari oporteret. Pullo igitur Macrina viuens induebatur.

65\.
Nigro colore veteres nunquam vſi.

Hinc III. ex ſuperinductis fundamentis elicimus (quod quia non aduerterunt, quam plurimos errare fecit) nigrum colorem Monachos vniuerſos non aliter abhorruiſſe, ac *praſinum, venetum, roſeum,* & ſimiles. Vnde hoc? videlicet quia nullibi gentium lanam verè nigram oues de ſe edere liquet; ſed aut albam vel fuſcam. Et quamquam non eadem ſpecies ſeu gradus fuſci coloris ſit omnibus, ſed aliis aliæ fuſciores ſint, aliæ minus, ſicut albæ non æquè albæ omnes; nihilominus nulla verè ac propriè nigra eſt. Quinimo ſi pictores, qui de coloribus diſcernunt, conſuluntur, nigrum non natiuum, ſed actitium eſſe monent. Audi hac de re Plinium lib. 35. cap. 6. in hæc verba diſſerentem de ipſis. *Sunt autem colores auſteri, & floridi: Vtrumque natura aut mixtura euenit. Floridi ſunt quos Dominus pingenti præſtat, minium, armenicum, cinnabaris chryſocolla, indicum, purpuriſſum. Cæteri auſteri. Ex omnibus alij naſcuntur, alij fiunt. Naſcuntur ſinopis, rubrica, paretonium, melinum, eratria auri pigmentum, cæteri finguntur; primumque quos in metallis diximus. Præterea è vilioribus ocra, ceruſſa, vſta, ſandarache, ſandia, ſiricum, atramentum* Et inferiùs: *Atramentum quoque inter factitios erit*: quod quonammodo fiat ſubiungit. Quare cum lib. 8. cap. 48. ſcripſit *Hiſpania nigri velleris præcipua habet*, non de perfectè nigris, quæ nullæ ſunt, ſed de nigellis, pullis, aut fuſcis loquitur: maximè cum color lanæ *Hiſpanus* antomaſticè dictus *Bæticus*, & *Fuſcus* ſit, vti modò monſtratum eſt. Vnde ſubdit. *Succidis omnibus vſus medicatus*: id eſt, prædicti cuiuſvis coloris lanæ, nigri, rutili, cani, fului, *cum pingues ſordidæ, ac nondum lotæ ſunt.* (Tunc *ſuccida* dicuntur Varrone de re ruſt. lib. 2. cap. 11. & Iuuenal. Satyr. 5. *Vinum quod ſuccida nobis Lana pati*: proximè Hiſpanis *Lana ſucia*) vſus medicatur, & perficitur tincturis. Aut det mihi lector, quis modo ex Monachis nigram veſtem geſtans lana nulla tinctura medicata vtatur. Aut ſi nigram vocant *fuluam*, aut *brunam*, quam Hiſpani *pardam* dicimus, eamque contendunt Heroës illos Monachorum anteſignanos in vſu habuiſſe, ſedatur omnis inter nos diſceptatio. Niſi quod adhuc fateantur neceſſe èſt, nigras præſtanti fuligine quibus ipſi modo vtuntur longè à colore veterum Patrum abeſſe, qui tincturam, nitorem, fucumque omnem veſtium abhorrentes, nequiuerunt vt ipſi nigras veſtire. Hoc igitur ſemel monuiſſe ſufficiat, *nigrum* (vt ſæpè diximus) latiori aliquando ſignificatione deſumi ſolere; cum de perfecta fuligine ſermo non eſt. Quo quid ex ſubiecta materia (v.g. cum de ſe ſponſa dicit Cant. 1. *Nigra ſum ſed formoſa*: Quod mox exponit. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quoniam decolorauit me Sol.* Similiter Geneſ. 30. de natiuis vellerum coloribus dicitur: *Cunctum gregem vnicolorem, id eſt albi & nigri coloris*: Vbi tamen Pagninus vertit *rufum* loco *nigri*: & Græca lectio (Peterio) habet *fuſcum*, idest *ſubnigrum*) ſatis apparet ex dictis.

Niger color factitius eſt, non natiuus.

Vnde ergo nobis, noſtriſvè Ciſtercienſibus, perſuadere contendebat Petrus Cluniacenſis viſum eſſe magnis Patribus illis, nigrum hunc, de quo agitur, colorem maximè Monachis conuenire, vtpotè humilitatis, pœnitentiæ, ac luctus inſigne? Quinam ſunt Patres illi, qui nigrum colorem commendant? Adduxi tibi quid vniuerſis viſum ſit ſuper hac re, etiam Verba vniuerſorum producens, nemo tamen de nigro vel vnum loquitur verbum. Natiuos Lanarum colores in Monaſtico habitu commendarunt omnes, de albo vel fuſco minimè cauſati. *Albo*, penè innumeri, 66.

Carpitur Petrus Cluniacenſis.

in Ægypto præſertim, vſi ſunt lineis & pelliceis induti. *Fuſco* in Syria & Paleſtina vbi Hieronymus degebat: & in Africa vbi Auguſtinus. Addo & in Gallia vbi Martinus: quod enim adducitur de *nigro* & *pendulo* pallio Martini, oppoſitum prorſus conuincit. Enim vero ſemel dumtaxat ex accidenti nigris vſus Martinus liquet: quod vnde licet, autore Sulpitio, cum hyeme procelloſa ſecretò tunicam pauperi erogaſſet, & ſolo amphibalo (eſt birrus vt loſus Gloſſ. Iſidori) procederet exterius tectus, iuſſiſſetq; Archidiacono tunicã emere; & ille *felle commotus è proximis tabernis nigerrimã veſtem, breuem, atque hiſpidam quinque comparatam argenteis*, rapuiſſet, atque ad pedes eius iratus poſuiſſet; eam ſibi Martinus impoſuit: non quidem vt Monaſticam emptam, ſed ab Archidiacono pauperi cuidam erogandam, & caſu è proxima taberna nigerrimam inuentam. Quod ſi vero beato huiuſmodi fuliginata veſtis fuiſſet in vſu, nequaquã vt re inſolita notaretur. Vis ſcire, quã inſolitam dixerit? *At vbi Martinum in veſte hiſpida, nigro & pendulo palliolo circumtectum contigua de latere iumenta viderunt in partem alteram pauefacta ceſſerunt, deinde funibus implicatis*, aliquantulum ab itinere retardari, neceſſum fuit; quod quidem ductores illorum vt vendicarẽt, *fuſtibus & flagris Martinum vrgere cœperunt*. Ergo quæ Sulpitium, cæteroſque Monachos Martini comites, vt inſolita non expauerunt iumenta ipſa, eum duntaxat quòd inſolita nigredine circumductum viderent, extimeſcentia adſpernata ſunt. Alias quod in Martini ſchola Monachi albas non induerint veſtes, inde manifeſtum ſit, quod quidam eorum Anatolius nomine, dum à dæmone illuditur, candidam ab eo accepit, qua ſingularis inter cæteros incederet, quaſi cœleſti gratia ſolus plenus. Ita narrat ipſe Seuerus Sulp. in vita S. Martini cap. 25. Tuſcam eorundem tunicam ex cap. 7. elicio, vbi veſtes diſcipulorum eius deſcribens autor, *Plerique*, ait, *camelorum ſetis veſtiebantur: mollior vbi habitus pro crimine erat*. At camelos fuſca pelle circumtectos, non alba, aut nigra, nemo ignorat.

D. Martinus nigro colore vſus non eſt.

77\. Neque in contrarium adducta quicquam nobis faceſſunt negotij. Nam & Athanaſius ſatis ſe explicuit ſubiiciens. *Indumentum tuum non tinctum, ſed natiui coloris ſit*. Quare quod Roſuueidus legit *Niger tibi Ependytes*, fœliciùs Petrus Nanius operum Athanaſij inſignis interpres. *Indumentum tuum fuſcum ſit*. Græcè enim eſt, *ὁ ἐπενδύτης σου μέλας*: & iure ſic vertit: nam ſi tinctum eſſe non poterat, ſed natiui coloris, & *niger* color natiuus non eſt, ſecus verò *fuſcus*, vt probauimus, nigrum perfectè exiſtere non valebat, ſed *nigellum* ad ſũmum. Eodemque ſenſu accipiẽdum eſt, quod de S. Inde Eunucho ac Martyre præſtantiſſimo dixit Metaphraſtes. *Solus Indes atris indutus veſtibus erat*: atris inquam, comparatione albarum, quibus cæteri circumtecti aſtabant. Choros etiam illos nigrorum ab Epiſtem, ſomno myſtico viſos Monachorum ſymbola, nigellorum, aut fuſcorum intellige. Sed & Onuphrium, qui veſte candida contigebat habitum Aſceticum, Syrum fuiſſe, ex ipſa narratione liquet. Syros autem fuſcis vſos, ex Hieronymo in Syria de gente docuimus. At non continuò niger erit qui albis oculitur color, potuit & eſſe fuſcus, vt verè erat.

Exponitur D. Athanaſius.

Syri fuſco vſi.

78\. Placet ad calcem admonere nonnullos Pſeudomonachos apud veteres nigram veſtem induere conſueuiſſe: tum vt cæteris pœnitentiores ſe oſtentarent, tum vt à cæteris diſſiderent. Atque inde eſt quod de iis loquens Hieronymus ep. 22. *Fuge* (inquit) *quos videris catenatos, quibus fœminei contra Apoſtolum crines, hircorum barba, nigrum pallium & nudi in patientia frigoris pedes*. Quibus annectit Pſeudomoniales, *quæ ciliciis veſtiuntur, & cucullis fabrefactis*: prodente curioſitate cuculli hypocriſim cilicio contectam. Eodem ſpectat quod de Iouiniano ex Monacho hypocrita in publicã hæreſim & mollitiem deuolutum inquit lib. 2. cap. 13. *Ante nudo eras pede modò non ſolùm calceato, ſed & ornato: tunc pexa tunica, & nigra ſubucula veſtiebaris, ſordidatus, & pallidus, & calloſam opere geſtans manum: nunc lineis, & ſericis veſtibus, & Atrebatum, & Laodiceæ indumentis ornatus incedis*. Nam quantumcunque olim inceſſiſſet nudo pede, ſordidatus & pallidus, pexam nihilominus tunicam geſtabat. *Pexæ dicuntur* (ait Calepinus) *quæ in ſuperficiè quaſdam veluti Lanoſas extuberantias præſeferunt, quales veſtes ſunt, quas contonatas, & friſatas vulgus vocat*. Geſtabat & ſubuculam nigram, cum apud Monachos ſubucula, ſeu camiſia, nuſquam eſſet: nec nigrum quicquam in veſtibus. Sed quid ſibi vult quod lib. 1. cap 25. eundem apoſtatam idem ipſe Hieronymus afferat, *poſt ſordidam tunicam, & nudos pedes ad candidam veſtem, & nitidam cutem* ſe contuliſſe? Nimirum hypocriſis ſ[illegible]uus, vt ſingularis, & notabilis incederet, id afficiebat. Agebat ſiquidem Romæ vbi veſtes albæ Monachis in vſu non erant: Vnde feſtiuè ſubinfert: *Et tamen ille formoſus Monachus, craſſus, nitidus, dealbatus, & quaſi ſponſus ſemper incedens, aut vxorem ducat &c.*

Nigro Pſeudomonachi vſi.

79\. Quæ hactenus à nobis dicta ſunt, facem præferunt his quæ Dexter meus prompſit in Chronico ſuo ad A.C.419.n.3. *Canali in Luſitania Monachi nigri ab anno* 393. Qui quidem nullatenus omnino *atrati* credendi ſunt vt ex dictis conuincitur, ſed *pullati*, & *fuſci*. Sed quamobrem nouus in Hiſpaniis color is potuit exiſtimari, qui proprius erat Hiſpanorum, & ab ipſis *Hiſpanus*, ſeu *Bæticus* dicebatur? Præſertim cum ab exordio naſcentis Eccleſiæ Hiſpaniæ Monachis plenæ extiterint, vti eo loci abũdè an nobis probatum eſt. Sed temur hactenus Monachos in Hiſpania albis indutos more Ægyptiorum, vt à ſæculi hominibus diuerſi dignoſcerentur, aut nihil fixum de colore habuiſſe, ſed alternatim altero ex natiuis vtebantur, vt ſeſe offerebat occaſio. Ab autem Chriſti 393. pullis tunicis, ac melotis incedere cœpiſſe; Martinum imitati, aut Hieronymum, qui quidem à multis annis Monachis Orbis lumine erant, ac parentes. Neceſſitudo Hiſpanorum cum ipſis id potuit extorquere, vt diſcipulos aliquot ſuos huc remitterent, à quibus cum colore fuſco lamentum & pœnitentiã indicente Monaſticus ſtatus reformatus ſit. Neceſſitudinis vero cũ Hieronymo argumenta ſunt Lucinius Bæticus, Abigaus, præsb. & Theodora Lucinij vxor, ad quos extant epiſtolæ numero 81.29.52. Riparius ad quem epiſt. 53. & Tractatus aduerſus Vigilantium, & Paulus Oroſius qui eum inuiſit apud Bethleem. Cum Martino teſtes ſunt Itatius, & Idacius, & quotquot Epiſcoporum ad eum in cauſa Priſciliani conuenere. De quibus ſuis locis in Commentariis ad Dextrum & Maximum à nobis pro dignitate actum eſt. Si qua tamen his illic diſſentientia repereris, ſecundis curis nos ſtare ſcias.

Monachi nigri ſeu fuſci quomodo primum in Hiſpania.

Videtur

Digitized by Google

80. *S. Benedictus nigro colore nunquam vſus.*

Videor ſenſim de colore quoque habitus S.P.N. Benedicti ſententiam tuliſſe. Et planè. Enim verò nemo ſibi perſuadebit inſignem perfectiſſimorum Aſcetarum æmulum in eo defeciſſe, quod ab omnibus veri Monachatus cultoribus ſtudioſius obſeruatum eſt: fucatos ſcilicet colores à veſtibus Monachorum longè abfuturos, vt iuxta Apoſtolum habentes quibus tegerentur his contenti eſſent, nec vltra curam nouam de fucato atque lanis aduentitio colore ſuſciperent: quod ſanè curantes conuincuntur contentos eſſe; nuditatis dumtaxat integumentis. Si quæ tamen ſunt, quæ D. Patrem probent non albis vſum; nec delectatum, probant pariter ſubnigras Lanas adamaſſe: tertumque faciunt quod habemus de natiuis expendimus ac nigras ſuper inducto colore multò magis abhorruiſſe, quæ abſque fucco ſuperinducto fieri nequeunt: nec credibile eſt eum, qui in vili abiectaq; veſte forma factus eſt gregis ſui, nigri coloris fuccum & nitorem induiſſe, aut poſteris ſuis in ſe ipſo nitidi fuccati exempla monſtraſſe. *Albo veſtitus initio ſui Monachatus.* Imo tyrocinium ſuum albis induiſſe (ſaltem cum eremum ſolus incolebat) mihi probabilius eſſe ſuadent intonſæ pelles quibus in ſpecu & ſolitudine vſus eſt: vt notauimus n. 48. Liquet ſi quidem eo tractu oues candida gerere vellera, non Bætica, aut fuſca, ſed de hac re fuſius agemus lib. 7. in Comment cap. 55. Regulæ.

81. *Niger color à ſede Apoſt. approbatus.*

Nec lateat quemquam ſubnigrum, fuſcum natiuum, ſimplicemque veſtium colorem in nigrum tandem mutatum, idque tantum inualuiſſe, vt ſedes ipſe Apoſtolica eum approbauerit, vt conſtat ex Clement. *Ne in agro*, cuius ſuperiùs verba retulimus, n. 70. ad quem locum dum Gloſſa *album nigrum*, & *brunum* vocat natiuos colores, proculdubio in vno *nigro* ſubnigrum intelligit, quem abſque medicamento perfici nequire monſtrauimus, n. 75. Nec eo loci *nigri* latiuſculè valet accipi pro *fuſco*; cum proponatur à *bruno* diſtinctus; qui idem ac *fuſcus* eſt: & iam à multis annis contentio inter albos & nigros Monachos de extremè nigris lanis orta fuerit. *Ciſtercienſes à quo tempore nigro vſi.* Certè quæ Ciſtercienſes mei amicula geſtant nigra, id eſt ſcapulare, & itineraria cuculla, non ab exordio ſuo nigra fuere (vtinam nec foret) ſed ab anno Domini 1475. quo ſub ſixto IV. Romano Pont. concedente *brunum* in *nigrum* commutarunt: cum antea ſub Benedicto XII. coalumno ſub A.C. 1334. *brunum* ſeu *fuſcum* accepiſſent *griſei*, ſeu *leucophæi* ac *cineritij* loco ſibi ab incunabulis ingeniti. Vide tomum. 1. Priuileg. Ciſterc. Priuileg. 58. & 100. De qua re citato libro & loco latius Deo dante agemus.

82. *Griſeo colore qui vſi?*

Sed quinam priſcorum Monachorum griſeis vſi fuerint (nam hoc vnum ſupereſt diſquirendum) planè non liquet. Liquet ſiquidem Ægyptios albis; liquet Syros, Gallos, Italos, Hiſpanos & Africos fuſcis vſos. Mihi rurſus probatur vehementer multos etiam laucopheatos inceſſiſſe: quandoquidem inficiabitur nemo apud quam plurimos non ſolum fuſci, non ſolum albi, ideſt non omnes vnicolores oues extitiſſe, ſed partim albas partim fuſcas: Et cum earumdem lanis Monachos amiciri oportere; & vniuerſas conficiendis veſtibus inſumere, tunc è duobus vnum eligere cogebantur, aut quidam albas induere, quidam verò fuſcas; aut ex vtriſque permixtis: vnum operari pannum, putum quidem, & ab omni fuco, abhorrentem, verùm neceſſario *leucophæum*, aut *griſeum*, *cineritive* coloris quo omnes pariter veſtirentur. Quod ſanè multò vnanimitati congruentius à Patribus iudicatum eſt; quam is vno, ille alio modo incedere. *Quæ enim ad vnum, & eundem finem ſpectant* (ait Baſilius Reg. 22. ex fuſ. diſp.) *illa vt plurimum inter ſe conueniunt.* Adde multis in locis oues ipſas à natura cano colore veſtiri, ideſt quoſdam pilos candidos, quoſdam fuſcos habere, ex quorum coitione canus color reſultat; cuius ſanè coloris lanas Polentiam palmam ferre ad Padum Italiæ fluuiū, & Alpes ſitam, Plinius autor eſt lib. 8. c. 48. Negandum autem non eſt Monachos eius & ſimilium regionum acolas indigenarum ouium lanis indumenta ſibi comparaſſe. Et omni dubio procul, minimè eos exquiſitiùs de indumentis curaſſe, quam eius terræ pauperes, qui vt communis mundi totius mos habet, de terræ ſuæ fructibus, frugibuſque & aluntur, & veſtiuntur. Scimus itidem eum colorē multis in veſtibus placuiſſe ſub ſanctæ Eccleſiæ cunabulis; quod ſcilicet eſſet & ſimplex ſeu natiuus, parumque notabilis, & inſuper difficiliùs ſordidarentur: vti à Martiali ſumus edocti initio huius §. atque huiuſmodi rationes ad fauorem leucophæi coloris à Monachis vſitati vehementer accedunt, ne dicam rem palmariam efficiunt.

Quid ſi & *Leucophæi* ſimul vt *albi*, & *pulli* Monachi Noui Teſtamenti deſignati olim fuerint (vt nihil non præfiguratum ſacri Monachatus in ſacra pagina fuerit, vt toto lib. 1. monſtrauimus) in electis gregibus, quæ Iacobo contingebant Geneſ. 30. cum eos ad canales coram decorticatis virgis coire faciebat? Nam vt aliquando albas dumtaxat, & pullas ſui fore iuris ſtabilitum fuit; ſic & aliquoties varia, & maculoſa. Vbi vero in vulgata aditione legimus: *Factumque eſt, vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent maculoſa, & varia, & diuerſo colore reſperſa.* Græca lectio habet; *Vt venientibus ipſis ad bibendum conciperent oues in virgas, & pariebant oues Subalbas, & Varias, & CINERITIAS Sparſas.* Quinimo huiuſmodi variæ ſi ſubalbas, aut cineritias ſibi primùm omnium Iacob ſelegit, tametſi poſtea inbidia labam decem vicibus merces illius mutata ſit, vt proditur cap. 31. ſed de his ſatis. 83. *Leucophæi ſeu Griſei Monachi in veteri pag. præfigurati.*

§. V.

Myſteria Monaſticorum veſtium priſcorum Monachorum aperiuntur.

84. *Veſtes homini datæ ad ignominiam.*

NOn vtrumque nuditatem ſuam tegere Veteres P.N. curarunt; parum hoc eis viſum, ſi in deligēdis amictuum generibus myſteria non attenderent. Idcirco & in materia, & in forma illorum anagogiam trigogiamvè ſectati reperiuntur. Nec mirum cum amictus ipſe tectis perpetuus ſit humanæ nuditatis, & præuaricationis teſtimonium; vtpote peccati ipſius ſtipendium. Qui enim in ſui origine, nudi licet amicti erant nihilominus lumine gratiæ ſicut veſtimento; peccato & transgreſſione interueniente nudi prorſus redditi, originalis iuſtitiæ tegumento deſtituti corporeæ nuditatis veſte indiguerunt: quare veſtis ipſa verecundiam homini ingerat oportet, quæ ex peccato traxit originem. Quantæ ergo dementiæ eſt, inde ſuperbire velle, & honorem aucupari, vnde verecundandi cauſam habeat? Subtiliter planè Ambroſius,

Ambroſius,lib.de Elia, & Ieiunio cap. 4. *Veſtiuit eum Deus tunica pellicea prius , & ſic ait : Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt. Ecce amictus tuus,ecce dignum indumentum tuum : hic te veſtitus decet. Qui diuina affectant,tali digni habentur ornatu.* Datus igitur veſtitus homini eſt ad ignominiam. Eapropter viliſſimum decet hominem integumentum,quem peccati pudet ; niſi velit peccati ſobolem honore proſequi, gloria dignam haberi, facto ipſo non valde protoparentis factum ſibi diſplicere conteſtatur ; quod abſit.

85. Cur ab initio homines non ſunt à Deo veſtiti?

Diſquirit loco perpulchre Baſilius , in homil. cui titulus quod Deus non ſit autor malorum, *cur non ſtatim ab initio amictus non ſunt hominibus præparati ?* Et reſpondet : *Quoniam hæc naturalia eſſe, nec ex arte decebat. Nam naturalia propria ſunt brutorum , vt pennæ , ſetæ, pellium craſſitudines, quæ & frigoribus reſiſtunt, & æſtus ferunt : in quibus nihil alterum ab altero diſtat , æquali omnibus natura exiſtente. Homini autem ſecundum proportionem in Deum charitatis præſtantior bonorum diſtributio conueniebat. Quæ vero ex arte ſunt opera, negotium generant , quod vt maximè homini noxium vitandum erat. Quamobrem Deus nos ad paradyſi vitam reuocans , ex animabus noſtris curas euellere conatur dicens : Nolite animæ veſtræ cogitare quid induamini. Neque itaque veſtis ei ex natura , neque ex arte conueniebat ; ſed alia parata erant, ſi virtutem oſtendiſſet homo , inſignia quæ ex gratia erant illum illuſtratura , vtpote fulgores quidam , quales ſunt Angelorum , qui omnem florum varietatem , omnem aſtrorum claritatem ſuperarent.* Proinde amictus , qui ex arte eſt, dum nobis nudo corpori ſuperponitur , ſeipſo miſerum caſum noſtrum oſtentat, & calamitatum omnium , in quas incidimus,dum protegit,radicem indicat : vt qui pluuiam , grandinem, niuem,gelu,frigoraque repellit,æſtuſvè violentias,index ipſemet pariter ſit ſibi homines ea in ſe peccato concitaſſe , quæ ſuæ nuditatis tempore, tempore ſcilicet originalis iuſtitiæ , minime pateretur. Enimverò vt pulchrè Dracontius lib. de Oper ſex dierum paradyſi fœlicitatem viuis depingens, ait.

Ibi floret humus ſemper ſub flore perenni.
.....Non fructus anhelis
Flammatur radiis , quatitur nec flatibus vllis :
Nec coniuratus fuit illic turbo procellis :
Non glacies diſtincta domat,non grandinis ictus
Verberat, aut gelidis caneſcunt prata pruinis.
Ver ibi perpetuum communes temperat auras.

86. Veteres Monachi ad operimentum tantum veſtibus vſi.

Hæc Veteres Monachi apud ſe tacito pectore circumuoluentes peccati tranſgreſſioniſque in Deum reos ſe eſſe , ipſa veſtis abiectione proteſtabantur. Plurimi namque minimum quod fieri poſſet veſtimentum geſtare decernentes linea duntaxat tunica,ac palliolo, cuculloque contenti ſunt ; quibus nuditatem potius tegerent , quam ingruentes elementorum procellas repellere viderentur. Non in hos reuerendiſſimos Domini athletas Aſcetarum Principes contorſit ſedes Apoſtolica Stylum,cum Innocentius III. cap.*Cum ad Monaſterium* de ſtatu Monach. *Firmiter* , inquit , *inhibemus, ne quis de cætero Monachorum lineis camiſiis vteretur.* Nec D.Iſidorus cum cap.12. Regulæ dixit.*Porro linteo non oportet Monachum indui.* Longè ſiquidem aliud eſt interulis,ſeu camiſiis lineis ad delicias vti, aliud tunicam externam, quæ præcipuum corporis integumentum eſt , de lino conficere. Sed vulgus præſens omnia miſcens,& facies rerum iniurioſè permutans , camiſiam vocat *tunicam* , vt ita non videantur huius ſæculi Monachi à regulis Veterum vehementius diuertiſſe;cum tamẽ toto cœlo diſſideant,& *camiſia*,quantumcumque ex ſtamineis conſtet , non tegendi corpuſculi gratia , ſed mollitudinis ergo inuenta ſe deferentes coarguat, nequiniſſe tunicæ duritiem,& craſſitudinem pati. Aliàs nõnunquam mirata eſt Roma ipſa Serapionem cognomento *Sindonitam*, quod vna tantum ſindone corpus tegebat : vt Palladius narrat in Lauſiac. c.83.

Cæterum Ægyptij Patres non ſolum paupertatis gratia lineis vſi ſunt , ſed *vt ab omni conuerſatione terrena mortificatos eos velaminis linei doceat indumentum* (quod prodit Caſſianus lib. 1. c.5.) *audiantque per hoc Apoſtolum quotidie dicentem ſibi. Mortificate membra veſtra , quæ ſunt ſuper terram : illud quoque, ipſo habitu proteſtante ; Mortui enim eſtis,& vita veſtra abſcondita eſt cum Deo. Et iterum : Viuo autem iam non ego , viuit vero in me Chriſtus. Mihi quidem mundus crucifixus eſt , & ego mundo.* Hactenus ille. Quibus ſanè eò reſpexiſſe videtur , quod innumera linum patitur cruciamenta vt ſit vſui aptum inſigni conſtantia. 87. Lineæ veſtis myſteria.

Etenim ſatum,& maturum è terra euellitur, & in faſciculis colligatum, ſiccatur in ſole Deinde virgæ ipſæ merguntur in aquam ſolibus tepefactam, ſic pondere aliquo depreſſæ. Inde extractæ,cum maceratæ ſunt indicio membranæ laxatioris, iterum inuerſæ vt prius ſole ſiccantur, mox areſactæ in ſaxo tunduntur ſtupario malleo. Rurſus pectitur linum ferreis hamis, donec membrana decorticetur : iterum inde filo politur, illiſum crebrò in ſilice ex aqua textumque , rurſus tunditur clauis, & ſæpè feruenti mordacique lixiuio perpurgatur. Ita penè ad verbum Plinius lib. 19. cap. 1. ſubditque ingenioſe admodum : *Semper iniuria melius.* Expendit idem argumentum Pierius lib. 40. Hierogl. Apotiſſimè proinde mortificati hominis eſt inſigne;cuius rei gratia ſacerdotalibus indumentis , & altarium paramentes adaptatur. Ad hæc puritatis ſymbolum eſſe docuit Plutarchus lib. de Iſide & oſiride, & properantis mortis,quod mortuorum cadauera linteis obuolui ſoleant, vnde & à Theotrico *linum* vſurpatur pro *fato*. Atque hæc inter alia præcipue Veteres Monachos coëgere, vt linteis induerentur. Linum cruciamentis viui aptum.

Eiuſdem mortificationis præconceptæ , & ſtudioſiùs à Monachis , requiſitæ , inſigne ac ſymbolum pelles eſſe,ipſa earum origo manifeſtat:vt enim eis tegeretur homo mortem animalium interueniſſe oportuit, quorum detrimento commodum reportaret,vidiſſeque ob eius merita mortem graſſari in mundo , quæ ſui etiam corporis poteſtatem acceperat. Argumentum itidem humanæ inopiæ brutorum etiam indigentiam excedentis : quippe cum homo tam nudus ex ſeſe abſque gratiæ protectricis integumento exiſteret , vt ab illis amiculum propriæ nuditatis mutuare cogeretur, ſeu potius illata morte extorquere , quæ à natura ipſa pelliceis veſtibus abundarent. Vt tandem per hoc cognoſceret homo *quod cum in honore eſſet non intellexit* , & ea propter *comparatus ſit iumentis inſipientibus, & ſimilis factus illis.* Adhuc pelles ipſas peccatorum eſſe ſymbola , verus illa Iacob demonſtrauit,cum hædorũ pelliculis manus ſuas retexuit. Hypolito namque Martyre , ac verè Eccleſiæ Doctore (cuius Hieronymus verba recenſet q.2.ad Damaſum) *Pelles quæ eius brachiis circumdatæ ſunt , peccata vtriuſque ſunt plebis , quæ Chriſtus in extenſione manuum cruci pariter affixit:* 88. Pellium myſteria.

Et

Digitized by Google

Et ita nobis à Patre ſurripuit benedictionem: Verum in morte pelliculas exuit, quod nimirum mors in eis, ac peccatum mortis parens repræſentaretur. Quo ſpectat illud Athanaſij Serm. de Paſſ. Domini, ad quæſtiunculam, Cur Dominus ita morti proximus propria veſtimenta reſumpſit, cum poſſet alba aut coccinea veſte ad mortem ire? Ita reſpondentis: *Reſumpſit autem ſimul cum trophæo crucis veſtimenta ſua ab illis abiturus ad mortem, vt ea ſimul cum morte exueret.* Planè quia veſtimenta propria mortalitatis propriæ, & peccati Symbolum ſunt, vt Origines hom. 6. in Leuit. & Auguſtinus Pſ. 130. contendunt.

89. *Alia pellium myſteria.* Hinc docemur non amare pelles noſtras, ſed omnem curam in eo tantum impendere, vt *expoliemus nos veterem hominem, & pelliceas tunicas peccatorum:* & tunc fiet, Hieronymo interprete, quod ab Amos Propheta cap. 2. ſcriptum eſt. *Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in die illa.* Aliàs cum pro iniquitate videris tentoria Æthyopiæ, id eſt Æthyops non mutauerit pellem, *turbabuntur pelles Madiam:* nimirum *conſcientia peccatorum ſuorum; ſuper mortem, ſemper iudicium formidabunt; & ad leuem febriculam, quaſi latrones in carcere, ita de æternis ſuppliciis ſuſpirabunt: Madiam enim in lingua noſtra ſonat, ex iudicio: id eſt, in condemnationem.* Ita Hieronymus verba illa Abachuc interpretatur in eius commentariis; Quibus adde quod lib. 2. contra Iouian. c. 5. notat. *Aiunt Phyſici quod pellis colubri, quæ exuitur, decocta in oleo mirè dolorem aurium mitiget.* Pulchrâ metaphora denotatur, eum qui aurium dolore laborat, id eſt conſcientia criminum, agitatus à verbo aſpero ſibi timet *Diſcedite à me, non noui vos; Ite maledicti in ignem æternum,* non pelles brutorum ſibi amicè appropiet, eiſve amiciri gaudeat; ſed pellem colubri, quam exuat ad petram Chriſti alliſus, ex oleo diuinæ miſericordiæ concoquat; quatenus computreſcente iugo pellibus circumdato à facie olei robuſtus corde inter fortes nudus effugiat exutus veterem hominem, & pelliceas tunicas peccatorum. Ad hæc cum præ nuditate verecundorum erubeſcentes primi hominum pellibus induti ſunt, conuenienter pelles ſymbolum ſunt impudicorum laſciuientis carnis motuum; quin & impudicæ fœminæ *pelles* vocari conſueuere etiam ab ipſo Domino leuit. 15. (ſi Heſichio interpreti credimus) aiente. *Vir de quo egreditur ſemen coitus veſtem & pellem quam habuerit lauabit aqua, & immunda erit vſque ad veſperum:* Vt expoſitionis, non diuerſitatis gratia ſubiungatur: *Mulier cum qua coierit lauabitur aqua, &c.* Quod hæc ſub *pelle immunda* intelligeretur. Ita à Latinis *pellicis* vox accepta eſt, & à *pelle ſcortea*, ſeu coriacea, *ſcortum.* Felix cuius pelles conſumptis mortificatione carnibus os adhæſerit; vt pelle Monaſtica circundatur, mollia ſupergreſſus, nihil in eo non oſſeum ſit, & ob hoc humilitatis pelle contectum, quæ ex quotidiana mortalitatis ſuæ conſideratione conſurget. Vide D. Gregorium. lib. 14. in Iob cap. 23. Nec contemnenda eſt Rodulphi exiſtimatio Comment. ad cap. 15. leuit vbi, *quid* (inquit) *per pellem niſi vitiorum mortificatio deſignatur?* Sed ad lanam.

90. *Lanæ veſtis myſteria.* Neque verò laneis indumentis minus eruditionis, qui eis vtuntur Monachi, capere valent. Enimverò ſuo oportuit ouem ſpoliare, vt peccatoris nuditas tegeretur: quo cauſam ſuæ ſpoliationis & nuditatis ob oculos ſemper circumferat, & humilis ex contuitione lanei amictus euadat. Maximè cum *lana* (quod obſeruauit Gregorius lib. 22. Moral cap. 13.) *de corruptibili carne naſcatur.* Vnde Chriſtus ab Ezechiele cap. 9. non laneis, ſed lineis indutus oſtenſus ſit; quia nimirum *indumentum ſui corporis ex Matre Virgine, non autem ex corruptione commixtionis ſumpſit.* Quapropter lanea veſtis noſtræ corruptionis natiuitatis nos admonet, quo infra ſuæ humilitatis metas ſe homo contineat: vt qui ex corrupta traduce natus eſt non inſoleſcat. Adhuc admoneri nos reor lana noſtri amictus paternæ in obedientiæ nam vt eius vlcera curarentur, adhibitum nobis fuit ex oue fomentum, pecore proculdubio obedientiæ præſtantiſſimæ ſymbolo, cui videlicet ſuam dignatus eſt Dominus comparare, iuxta illud Iſaiæ 53. *Quaſi ouis ad occiſionem ducetur* Imo & ſilentij, Monachorum caulis virtutis apprimè neceſſariæ: *Sicut ouis coram tondente ſe ſine voce obmutuit.* Symbolo itidem deſtinationis ad mortem: *Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Pſ. 43. Nec omittendus quod animaduertiſſe reperio Gregorium lib. 8. Mor. cap. 31. & Bedam in cap. 31. Prouerb. nimirum: *In lana qui vilimus eſt habitus, omnia pietatis, & ſimplicitatis opera, quæ proximis impendimus, accipi:* quatenus laneis amiculis humiliter circumtecti ad ea penitius exequenda ipſa ſui habitus ſignificatione teneri ſe videant. Denique ipſis quoque per Prophetam dictum velint Ezech. 27. quod olim iuſſu Domini Tyro, *Damaſcenus negotiator tuus in vino pingui, & lanis coloris optimi:* hoc eſt, vt Hieronymus exponit lib. 7. Comment. Ezech. *Ex quo perſpicuum, quod Tyrus lacte veſcatur infamiæ, & velamenta non habet propria, ſed aliunde, & ex variis conuecta Prouintiis.* Vt ita ſe in ſua nuditate contineant, nec ſibi quicquam Monachi approprient, quod aliunde ipſis accidere perſpicuum eſt: ex Damaſco præſertim: cuius interpretatio *ſanguis cilicij* eſt (eodem Doctore) ne Monachalis, ac pœnitentialis indumenti mentio in ipſo Prophetæ teſtimonio deeſſet.

Sed qui Monaſticorum indumentorum, quod ad materiam ſpectat, lini, pellium, & lanæ myſteria aperire tentauimus, quæ in vna quavis illorum veteres comperierint, enodemus. Caſſianus lib. 1. cap. 5. colobiis, ſeu tunicis, quæ vix ad cubitorum ima pertingebant, ita vt nudas de reliquo circumferrent manus, & brachia, id ſignificatur inquit, *vt amputatos habere eos actus, & opera mundi huius ſuggerat abſciſſio manicarum.* Dorotheus Doctr. 1. quæſtionem proponit: *Cur ipſi Colobium geſtamus abſque manicis, cum cæteri omnes manicas geſtent?* Et ita eam dirimit. *Quod verò nos manicas non habemus, ſigna ſunt manuum, manus enim ad practicem pertinent. Quando igitur cogitatio aliqua operandi, ſeu manibus contrectandi: quicquam eorum, quæ veteris erant hominis, nobis inceſſerit, puta furandi, aut conuitiandi, vel aliquem contemnendi, aut (vt breuiter dicam) peccatum aliquod ſeu ſcelus manibus perpetrandi; cogitatio ſubrepit; tunc luſtremus animo, atque oculis, quæ veſtium noſtrarum ſit forma, & diſcamus abeſſe nobis manicas, id eſt non habere nos manus ad operandum quicquam eorum, quæ veteris erant hominis.* Subiungitque de ſigno purpureo tunicæ affingi ſolito, quod Tabennenſes cucullo potius aſſuebant, ſi Palladio fides aliqua eſt adhibenda. *Habet & colobium noſtrum ſignum purpureum. Quid tandem ſibi vult ſignum purpureum? Quicumque enim Regi militant, purpuram geſtant in clamyde illa ſua militari*

91. *Colobij & Tunicæ myſteria.*

Signi purpurei Tabenſenſium.

Digitized by Google

militari : quandoquidem enim Rex veſtem geſtat purpuream, quicunque ſub illo militant, purpuram apponunt ſagis ſuis, hoc eſt ſigna quadam ex Regio indumento, vt per hoc innuant, atque omnibus palam faciant, ſe ſe Regios eſſe milites, & Regi commilitare. Ita & nos ſignum purpura aſſumimus in Colobium, innuentes nos in Chriſti militiam accitos eſſe, atque adeo debere eaſdem pro eo afflictiones, & incommodata aequo animo perferre, qua pertulit ille pro nobis. Cum enim Dominus noſter Ieſus paſſus eſt, purpuream veſtem portauit : primum quidem vt Rex, ipſe enim eſt Rex omnium regnantium, & dominantium Dominus : ſecundo autem vt deluſus ab impiis & prophanis. Nos igitur habentes hoc ſignum, nempe colobium, omnes afflictiones eius & incommoda perferre (vt dixi) iubemur. Et quemadmodum miles haud quaquam dimiſſa militia ſua agricola fit, aut mercator; ſic enim militia ſua excideret : nam vt ait Paulus : Nemo militans implicet ſe negotiis huius vita, vt Imperatori ſuo placeat; ita & nos ſi veri certatores, & Chriſti milites eſſe velimus, ad hoc totis viribus incumbamus, vt mundum hunc, & qua ſunt mundi contemnamus, nullaque ſaculi huius cura & ſolitudine tangamur: ſed ſoli Deo placere, adharere & ſeruire ſtudeamus, vt ſit quod dicitur : Virgo aſſidens, & immobilis, ac ſine vlla diſtractione. Nicephorus lib.9. Hiſt. Eccleſ. cap. 14. ita inquit : *Caterum reliquorum quoque Ægyptiorum amictus vt opinio fuit, ad exemplum aliquod, & ſpecimen arcanioris Philoſophia ſpectat : non enim illi temerè à communi habitu veſtitum ſuum mutauere. Amiculum namque manicis carens* (loquitur de Colobio, aut tunica) *indicium atque inſtitutionem eſſe arbitror, ne manus ad iniuriam inferẽdam faciles ſint, & prompta.* Nobis quibus malignitas temporis ab eo rigore longius abire fecit, manicæ datæ ſunt : Verum adhuc manus manent intactæ, vt eo contegumenti genere admoneamur opera adhuc Monaſtica à nobis exigi puta, & publica, quæ & profeſſioni reſpondeant, & cæteris exemplo boni odoris ſint : tametſi brachia tecta gerere iubeamur, quòd à fortiſſima priſcorum militia de fecerimus.

92. Cuculli Myſteria. Cuculli myſticam ſignificationem ita Caſſianus expoſuit lib.1. cap. 4. *Cucullis perparvis vſque ad ceruicis, humerorumque demiſſis confinia, quibus tantum capita contegant, indeſinenter vtuntur diebus ac noctibus : ſcilicet vt innocentiam & ſimplicitatem paruulorum iugiter cuſtodire etiam imitatione illius velaminis commoneantur. Qui reuerſi ad infantiam Chriſti, cunctis horis cum affectu ac virtute decantant. Domine non eſt exaltatum cor meum, &c. ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua.* Aliquanto vberius S. Dorotheus. *Geſtamus* inquiens, *& cucullum, quod ſymbolum quidem eſt innocentis animi, puri, & de verè humiliati : pueri enim infantuli, & innocentes cucullum geſtare ſolent, non viri perfecti. Nos autem praterea illum geſtamus, vt malitia ſimus paruuli (vt ait Apoſtolus) Nolite pueri eſſe mente, & ſenſu, malitia paruuli eſtote. Quid verò eſt paruulum eſſe malitia? Paruulus abſque malitia eſt : etiamſi contemnatur, non iraſcitur : ſi honore afficitur, non in vanam gloriam effertur : ſi rebus ſuis ſpolietur non dolet, neque affligitur, paruulus enim eſt malitia. Non vlciſcitur iniuriam non gloriam affectat inanem.* Rurſus. *Et etiam cucullus Diuina gratia Symbolum; quoniam quemadmodum cucullus tegit, ac fouet pueruli caput, ita & Dei gratia mentem noſtram tuetur, & fouet, vt maiorum noſtrorum monumenta teſtantur. Eſt igitur cucullus ſignum gratia Seruatoris noſtri Dei mentem noſtram tuentis, ac protegentis, nec non ſimplicitatem noſtram, & innocentiam, qua in Chriſto eſt, circumfouentis, propter eos qui nos quotidie vulnerare, ac deuorare conantur.* Concinit vtrique Nicephorus dicens : *Capitis vero tegmen acuminatum, vt ſimplices ſint, & iniurias non euindicent, puréque, de innocenter viuant : lactentium puerorum inſtar, quorum capita eiuſmodi lineis mitris operiri ſolent, qua partem rationis principatum imperiumque obtinentem tegunt, atque fouent.*

De Zona hæc habet Caſſianus cap. 2. *Itaque Monachũ militem Chriſti, in procinctu ſemper belli* 93. Zonæ myſteria. *poſitum accinctis lumbis iugiter oportet incedere.* Dorotheus autem hæc. *Habemus autem & Zonam circa lumbos noſtros. Quid obſecro ſibi vult Zona? Primum quidem Zona ſymbolum ſignificat, vt ad quodvis opus bonum accincti ſimus, ac parati. Quicumque enim operaturus eſt aliquid primùm quidem Zona ſuccingitur, & ſic demum opus aggreditur : vt illud teſtatur : ſint lumbi veſtri pracincti. Secundò vero, vt quemadmodum ex pelle mortua Zona conficitur, ita & nos voluptates noſtras omnes, omneſque delicias, & illecebras, ac deſideria carnis mortificamus. Geſtatur enim Zona circa lumbos, & renes : ibi nimirum nerui ſunt quidam, in quibus vis illa anima noſtra ſita eſſe dicitur, qua concupiſcibilis nuncupatur : & hoc eſt quod dicit Apoſtolus: Mortificate membra veſtra, qua ſunt ſuper terram, fornicationem, & immunditiam, &c.*

Nicephorus denique Zonam cum rebrachiatorio, ſeu brachili confundens, ait. 94. Rebrachiatorij & brachilis. *Zona porrò, qua & humeros, & brachia comprimit cinctura promptam alacritatem in miniſterio Dei ſub obſcurè indicat; vt qua adimplere iuſſi ſunt, ſuccincti perficiant.* Verum Rebrachiatorij ſub Anabali nomine ita myſticam ſignificationem proſequitur Dorotheus. Anaboli. *Anabolus in modum crucis ponitur ſuper humeros noſtros: ſignificat enim Symbolum Crucis, quam noſtris humeris iugiter geſtare debemus, iuxta id quod dicitur : Tolle crucem tuam & ſequere me. Quid vero aliud eſt crux quam perfecta & abſoluta mortificatio? qua quidem non niſi per fidem in Chriſtum rectè à nobis geritur. Fides enim (vt à maioribus, ac ſenioribus noſtris accepimus) ea comprimit ſemper & amouet, qua poterunt eſſe impedimento, & liberam nobis reddit, ac facilem operandi viam, qua nos ad perfectam hanc, de qua agitur, mortificationem deducit. Hoc eſt, vt ſeipſum quiſque à ſaculi huius rebus omnibus exuat, atque omnino mortificet; & illarum amorem, ac deſiderium deponat. Si enim parente reliquerit, hac eadem mortificatio in fide fundata efficit, vt vel illorũ affectum, & deſiderium radicitus è corde diuellere contendat. Simili modo ſi pecunias, ſi latifundia, ſi denique rem quamvis aliam deſeruerit, & abrenuntiauerit; vult, vt deſiderio pariter, & affectui illius rei abrenunciet prorſus, & vale dicat. Hac enim eſt vera & perfecta abrenuntiatio.* Caſſianus verò cap. 6. de Rebrachiatoriis ait; his Monachos ideo ſuccingi, *vt ita conſtrictis brachiis, impigri ad omne opus, expeditique reddantur: illud Apoſtoli praceptum ſtudentes omni virtute complere. Quia non ſolum mihi, ſed etiam iis qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſta: neque gratis panem ab aliquo manducauimus, ſed in labore, & fatigatione nocte, ac die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Et : ſi quis non vult operari, non manducet.* Mirè cum ſuperioribus concinit Veteris Abbatis teſtimonium apud Pelagium, de Verbis ſenior. libello 10. n. vltimo. *Dixit Senex : Quia cucullum, quo vtimur, ſignum eſt innocentia; ſuper humerale, quo humeros & ceruicem*

alligamus

Digitized by Google

alligamus,ſignum eſt Crucis: Zona vero, qua cingimur, ſignum eſt fortitudinis. Conſeruemur ergo iuxta id quod habitus noſter ſignificat, quia omnia cum deſiderio facientes nunquam deficiemus.

95. **Maſortis, & Melotis myſteria.** Porro quod ad Maſortes, aut Melotes ſpectat, Caſſianus, cap. 8. ſic inquit. *Qui tamen habitus pellis caprinæ ſignificat mortificata omni petulantia carnalium paſſionum debere eos in ſumma virtutum grauitate conſiſtere: nec quicquam petulcum, vel calidum iuuentutis, ac mobilitatis antiqua in eorum corpore reſidere.* Confundens proculdubio Melotis & Zonæ ſignificata, ob materiæ identitatem: cum tamen pallium multa celet myſteria, quæ Monachi præ oculis habere oportet: idcirco enim breue erat pallium veterum, vt indicaretur duos ſimul operiri eo non poſſe, iuxta doctrinam Iſaiæ c. 28. vt Hieronymus ibi exponit, Chriſtum, & diabolum, ſeu vtrique Domino deſeruire. Quatenus autem pallio pectus, & humeri proteguntur, eodem Hieronymo teſte ad illud Iſaiæ: *In die illo auferet Dominus ornamentum calceamentorum & mutatoria, & pallia*: proculdubio ornamenta bonorum operum ſignificantur: quibus filiæ Sion, animę ſcilicet deuotæ amiciri, & ornari debēt Ambroſio autē lib. de Iſaac c. 6. pallium etiā pudorem vitæ veteris ſignificat; quo Monachum ad humilitatem trahi continuo oportet. Apud Hieronymum ad Mich. 2. auxilium Dei palliū præfiguratur, quo Aſcetæ ſibi miſericordiam Dei gaudeant affuiſſe, quodque perpetuò lachrymabiliter implorent. Sed de aliis Pallij ſignificatis conſule Tertullianum aduerſus Marcion. Gregorium lib. 2. Mor. c. 31. Bedam in Geneſ. 9. & 39. Ambroſium l. de Tobia c. 20. Auguſtinum de eſſentia Diu. & l. 16. de Ciuit. c. 2. Rupertum l. 5. in Reg. c. 17. & ſuper Mich. 2. & ad Cant. 5. Origenem hom. 17. in Geneſ. & hom. 5. in Iudith. & hom. 35. in Matth. Hilarium can. 31. in Matth.

96. **Caligarum myſteria.** Caligarum vſu (aliorum calceorum interdictu præmiſſo) quibus à frigore ſuos muniebant Monachi pedes, hoc ſignificari voluiſſe ait Caſſianus, c. 10 *Vt ſi in hoc mundo conſtituti cura & ſolitudine carnis huius omni exuti eſſe non poſſumus, nec ab ea penitus praualemus abſolui: ſaltem occupatione leui, & implicatione tenui neceſſitatem corporis explicemus, neue anima noſtra pedes, qui expediti ad ſpiritualem curſum, & prædicandam Euangelij pacem ſemper eſſe debent parati (quibus poſt odorem vnguentorum Chriſti currimus & de quibus Dauid. Cucurri inquit, in ſiti: Et Ieremias. Ego autem laboraui te ſequens) morticinis huius ſæculi curis patiamur inuolui. De his ſcilicet cogitantes, quæ non ad ſupplendam neceſſitatem naturæ, ſed ad ſuperfluam noxiamque pertinent voluptatem. Quod ita implebimus, ſi ſecundum Apoſtolum carnis curam non perfecerimus in deſideriis.* Sed notandum quod ſubiungit: *Quibus tamen caligis quanquam licito vtantur, vtpote Domini mandato conceſſis, nequaquam tamen pedibus eas inhærere permittunt, cum accedunt ad celebranda, vel perficienda ſacroſancta myſteria: illud æſtimantes ſecundum litteram cuſtodiri debere, quod dicitur ad Moyſem, vel ad Ieſum filium Naue: ſolue corrigiam calceamēti tui, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Adde ex D. Gregorio hom. 22. & Cant. 7. calceamentis Patrum innui exempla, quibus nimirum Monachus inſiſtere debet, vt per trita illorum gradiatur veſtigia, qui in pace obierunt: ne callem inuiam obambulans, præcipitij neſciat euitare pericula. Quare qui præcedentium Patrū ſequitur veſtigia, tutus erit, & vanitatis itidem effugiet inuia. Gregorio etiam Niſſeno lib. de vita Moſis calceamenta deſignant vitam duram, & aſperam, quam habere debent exeuntes de Ægypto, ne à ſpinis vitiorum lædantur. Vnde & illi Paſcha celebrare iubentur, calceamenta habentes in pedibus. Aufert Deus ornatum calceamentorum, cum propter peccata ornatum virtutum aufert. (Hieronymo in Iſai. 3.) vt caligatus quiſquis eo ſe ſymbolo admonitus exiſtat de ornamento virtutum exquirendo. Auctor denique Ordinariæ, quod Iudith ſandaliis induta inceſſerit, ſignificari contendit Euangelica conſilia, & ſacras meditationes, quibus pedes, hoc eſt affectus religioſi viri, muniri neceſſum eſt, Holophernem trucidare valeat, ac de diabolo triumphum agere.

Denique baculo, quam Veteres Monachi geſtare ſolebant, ſpiritualiter monebantur (Caſſiano cap. 9.) *nunquam debere eos inter tot oblatrantes vitiorum canes, & inuiſibiles nequitiarum ſpiritualium beſtias inermes incedere: ſed irruentes eas retundere Crucis ſignaculo, ac longiùs propulſare: atque aduerſum ſe ſeruientes iugi memoria Dominicæ paſſionis, & imitatione illius mortificationis extinguere.* Quo ſanè Doctore baculus in memoriam ligni vitalis geſtabatur manibus; tum ob reuerentiam ei iugiter exhibendam: tum ob imitationem mediis operibus per manus ſignificatis procurandā. Multa de baculi myſteriis apud alios reperies, præſertim apud Lauretum in Allegor. verbo *Baculus*, vbi innumera congerit Patrum teſtimonia, quæ tu conſulas. 97. **Baculi myſteria.**

Conſultò myſteria colorum Monaſticæ veſtis omiſi: nemo enim eſt quem lateat, candore innocentiam, caſtitatem, & ſpiritalem lætitiam ſignificari; fuſco pœnitentiam, lachrymas, & humilitatis ſtatum: leucophæo vtrumque quodammodo vniri: quæ curſim de vnoquoque agentes colore tetigimus. 98. **Colorum myſteria.**

Diximus multa proculdubio de priſcorum Monachorum veſtibus; quo ſemel ab eis nos expediremus, & Lector ſimul cuncta faciliùs reperire valeret. Illud duntaxat ad calcem admonere operepretium duximus, Dionyſianum ſchema Monachi nouiter profitentis apud Græcos gnauiter à vetuſtiſſimis temporibus inualuiſſe: quandoquidem in Euchologio duplex ſchema reperitur, quem tibi modo ſubiiciam. 99. **Parui Schematis inſtitutio.**

Ordo inſtituendi Monachum parui ſchematis, ſiue Mandij.

1. *Sacerdos ponit ſuper eum ſchematolobium.*
2. *Tondet eum ſacerdos in formam Crucis.* Hæc crinium reſectio ita in oratione, ibi ſubiungi ſolita exponitur. *Vt ademptione ſenſu carentium capillorum etiam abiiciat irrationales cogitationes, & opera.*
3. Induit eum tunica dicens: *Frater noſter. N. induitur tunica exultationis.*
4. Donatur Zona his verbis: *Frater noſter lumbos cingitur virtute veritatis in mortificationem corporis & renouationem ſpiritus.*
5. Imponitur cucullus ſic. *Frater noſter operitur galea, ſeu ſpe ſalutis.*
6. Datur ei pallium: *Frater noſter ſumit pallium, arrhabonam magni, & Angelici habitus, in ſtolam incorruptionis, & ſanctimoniæ.*
7. Calceatur: *Frater ſubinduitur calceamentis, in præparationem Euangelij pacis,* Deinde concluditur his. *Frater noſter ſumit arrhabonam magni, & Angelici habitus.*

Digitized by Google

8. Denique: *datur detonſo cereus, & ſanctum Euangelium & Crux, & fit amplexatio.* Nimirũ : *cereus* quaſi illi dicatur. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus veſtris:* Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominũ ſuum. *Euãgelium* loco Regulæ, cui mores ſuos conformet. *Crux* in ſymbolum vitæ Monaſticæ ab eo acceptæ. Et tunc tandem, vt apud Dionyſium legimus, admittitur ad oſcula pacis circunſtantium, & ei de fœlicitate ſua congratulantium. Solemnius autem etiam celebrabatur aliquando Monachi profeſſio in hunc modum.

Ordo magni, & Angelici habitus ſeu magnũ Schema.

100. Magni ſchematis inſtitutores.

1. *Sacerdos tondet eum in formam Crucis: in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti.*

2. *Frater noſter N induitur tunica iuſtitiæ, & exultationis Magni, & Angelici habitus.*

3. *Sumit pallium magni & Angelici habitus, in ſtolam incorruptionis, & ſanctimoniæ.*

4. *Induitur cucullum ſimplicitatis, in galeam ſpei ſalutaris.*

5. *Accipit anabalum In nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, aſſumens crucem ſuam in humeros ſequens Dominum Chriſtum.*

6. *Fratris noſtri lumbi cinguntur virtute veritatis,*

7. *Subinduitur calceamentis in præparationem Euangelij pacis.* Et concludit. *Sumpſit magnum & Angelicum habitum.* Hæc omnia ſic explicantur in oratione: *erat enim Sacerdos, vt in ſãctificatione vitã inſtituens, immaculatum conſeruet, quem in virtute tua induit habitum. Pro tunica quidem iuſtitiam amictus; & pro Zona mortificationem corporis, & temperantiam in ſeipſo circumferens: Et pro anabalo, Cruce, & Fide adornatus. Et pro pallio ſtola incorruptionis munitus: Calceamentis vero, vt procedam in viam pacis & ſalutis.* Hæc in Onomaſtico refert Roſuueydus, verum ego quo differat paruum à magno ſchemate ſeu habitu, niſi tantum in anabalo, quod Roſuueydus ipſe *ſcapulare* vertit, nõ video. Opponitur autẽ in verſione *anabali* Caſſiani ſententiæ, vt ſupra §.2.n.28. expẽdimus: aut ſi quod magnum ſchema vocatur, eorum erat inſtitutio, qui ad Chorum deputati ſunt: paruum vero conuerſorum, & patrum Laicorum, quibus breuiores forſan dabantur veſtes, vt noſtris etiam temporibus vidimus inter Ciſtercienſes noſtros breue ſcapulare genua tantum pertingens conuerſis in poſſeſſione conferentes. Nec incongrua vnquam fuit Monachorum, & Conuerſorum diuerſa inſtitutio. Sed de veſtibus ſatis.

CAP. XII.

Vetuſtiſſimorum Therapeutarum, ſeu Monachorum inſtituta & mores ex Philone.

1. Therapeutæ ab Eſſæis lõgè diuerſi.

EGimus hactenus de profeſſione, votorum emiſſione, & cęremoniis in ea olim ſeruari ſolitis, quarum è præſtantioribus eſt habitus externi permutatio, primitiuorum Monachorum: reliquum eſt, vt mores & inſtituta eorum proponamus, quæ exquiſitiſſimè proſequutus eſt Hebræorum diſertiſſimus Philo libro ſpeciali ſub titulo: *De vita contemplatiua, ſiue de ſupplicum virtutibus.* Et quidam in ſuperioribus lib. 1. c. 13. n. 19. oſtendimus (ni fallor perſpicuè) perperam à quibuſdam hos cum Eſſæis, vel Eſſenis Iudæis cõfundi; cum hos ab illis libro etiam, & tractatione, moribus, profeſſione, multiplicatione, & ipſis nominationibus aſſeruerit diſſidere: quod haud ſcio cur ab aliis adnotatum nõ fuerit. *Libro*, inquam & *tractatione*; nam de Eſſæis Moſaicæ legis cultoribus agit ex profeſſo antecedẽti libro, cui titulus. *Quod omnis probus ſit liber:* de Therapeutis verò in conſequenti *de vita contemplatiua*; Sic exorſus: *Poſtquam de Eſſæis diſſeruimus, qui vitam actiuam exercent, omnibus aut (quod minus inuidioſum dictum eſt) plerisque fœlicius: ordo poſtulat vt deinceps dicamus quæ dicenda ſunt de contemplationi deditis.* Hinc reor lapſus occaſio multis orta eſt, exiſtimandi hos quoque à Philone Eſſæos vocitatos, quaſi duo eorum genera deſcripſerit; actiuorum prius, contemplatiuorum poſterius. Verùm proculdubio longè aliam fuiſſe Philoni mentem ſubiuncta declarant verba: *Inſtitutum autem huius Philoſophiæ mox apparet ex ipſis appellationibus* Nunquid quoniam Eſſæi vocantur à ſanctitate, vt de prioribus dixerat? Abſit; ſed ait: *Vocantur enim Therapeutæ, Therapeuteſque, hoc eſt Curatores, & Curatrices, ſiue Cultores & Cultrices. VERO NOMINE. Quare? vel quia profitentur medicinam præſtantiorem ita vulgata per oppida omnia: hæc enim medetur ſolis corporibus; illa & animas liberat morbis grauibus, & aduerſus medelas contumacibus, quos infixerunt voluptates concupiſcentiæ, dolores, timores, auaritiæ, inſipientiæ, iniuſtitiæ, & cætera perturbationes; vitiorumque agmen innumerabile.* Et hæc dixerit ea nominis *Therapeutæ* ethymologia, quæ *Curator* interpretatur. At iuxta vulgatiorem, qua *Cultor* dici creditur, ſubdit: *Vel quia didicerunt à natura, è ſacris legibus colere illud Ens, & bono melius, & vno ſincerius, & vnitate in generando antiquius, atque (vt ita dicam) principalius.* Vocat etiam eos *Icetas*, hoc eſt *ſupplices*, à præcipuo munere, quod eſt *iugiter ſupplicia vota offerre Deo*, & laudibus Diuinis totum ferè tempus vitæ inſumere. Non ergo vero nomine *Eſſæi* ſed *Therapeutæ*, & *Icetæ* vocitabantur ipſo teſte Philone, qui priores vero nomine, ac proprio nomine Eſſæos dixerat. Vnde (quod non piget repetere) *poſteriorum tractationem* ſic clauſit. *Hactenus de Therapeutis naturæ contemplationibus, & huic tantum ſtudio curandæque animæ per totam vitam deditis: cæli & mũdi ciuibus, patri, conditoriq; rerum propter ſuam virtutẽ cõmendatiſſimis, quæ conciliante adepti cæleſtis numinis amicitiã, præmium cõuenientiſſimum fortunæ virtuti poſthabita, euaſerunt ad ſupremum fœlicitatis faſtigium.* Tot encomiis commendatos vult, non quidem *Eſſæos*, ſed *Therapeutas*, vt vides. Atqui *Therapeutarum* nomenclatura, ſicut & *Monachorum*, non Iudaica, ſed Apoſtolica eſt, D. Dionyſio teſte, lib. de Eccleſ. Hier. c. 6. vbi de eis agens ait: *Præceptores noſtri Diuinis eos appellationibus ſunt proſequuti, partim Therapeutas, id eſt Cultores, à ſincero Dei famulatu, atque cultu, partim Monachos ab indiuidua & ſingulari vita appellantes:* vt vel ex ſolo nomine liqueat Philonem Apoſtolorum diſcipulos, non Moyſis, fuiſſe res & inſtituta perſequutum.

Cultores & Curatores vnde dicti?

Eorum encomia.

Ad hæc priores illos, quos Eſſæos vocitari teſtatur, in Palæſtina duntaxat, & Syria habitaſſe contendit, atque vltra 4000. non excedere: quod ſanè Hebræis apprimè conuenit, quorum Syria & Palæſtina ſedes propria erat; ait enim: *Nec Palæſtina Syriaque deeſt hoc genus hominum.* (quales erant apud Indos Gymnoſophiſtæ, & apud Perſas Magi) *qui cum naturali ait, moralem iungunt Philoſophiam, honeſtatis, probitatiſque amorem tota vita præſeferendo, virtutem ſectantium cuius regionis non paruam partem populoſa Iudæorum gens incolit: In his* 2.

Eſſæi ſola Palæſtina Therapeutæ toto Orbe diffuſi.

Digitized by Google

his quidam nominantur Eſſei circiter quatuor millia ; à ſanctitate dicti, qui ſumma Religione Deo ſeruiunt. De Therapeutis autem inquit : *Hoc genus reperitur in multis Orbis regionibus: meritò, vt abſolutæ probitatis, receptum, à Græcis atque Barbaris : maximè tamen in Ægypto frequentantur per Præfecturas ſingulas ; præſertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis optimus quiſque Therapeutarum tanquã in huius generis patriam colonus mittitur in locum quendam aptiſſimum ſitum ad ſtagnum Mariam in terreno colle, acclini leniter, tutum ſimul, & laudatum ab aëris temperie.* Nihil horum Iudæis conuenire poteſt; omnia Monachis Chriſtianis, quorum Religio vt abſolutæ probitatis, recepta nunc à Græcis, & Barbaris erat ad prædicationem Apoſtolorum, non Moſayca lex ſcripta. Ruſſus Eſſenorum Iudæorum domus Iudaico more ſynagogas vocari conſueuiſſe docet: *Quoties ſacras ædes, quas Synagogas vocant, adeunt, pro ætatis ordine conſidunt.* Therapeutarum vero Monaſteria: *Habent ſacras ædiculas, quæ Semnea vocant, ſiue Monaſteria: vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſteriis dant operam.* Porro *Semeon* Græcis σεμνεῖον locus eſt vbi congregantur viri honeſti.

3. *Therapeutarum mores nihil Iudaicũ ſimilere.* Sed vt tandem toto cœlo Therapeutas ab Hebræis differre videas, nihilque ferè vtriſque eſſe commune, en proferam mores, & inſtituta Therapeutarum verbis Philoninis, quæ te eius rei abundantiſſimè certum faciant : vbi nihil quod Iudaicum oleat reperire valebis : vt mirum ſit ab Hieronymo lib. de ſcript. Eccleſ. dici potuiſſe : *Philo diſſertiſſimus Iudæorum videns Alexandriæ primam Eccleſiam Iudaizantem, quaſi in laudem gentis ſuæ librum ſuper eorum conuerſatione ſcripſit.* Id errare fecit Alardum, dum ad hæc Hieronymi verba in Notis ad c. 5. l. 2. Caſſiani de Inſtitut. renunt. inquit: *Quod autem Philo in illis Aſcetis, quos ſub Aſſenorum nomine deſcribit, etiam diei Sabbati obſeruationem commendat, nõ mirabitur Lector, &c.* At Philo in Therapeutis Sabbati nequaquam meminit, ſed ſeptimæ diei, quod longè diuerſum eſt, cum hæc Dominicis etiam conueniat, quæ ab initio naſcentis Eccleſiæ decreto Apoſtolorum Sabbatorum relicto cultu ſolemnis haberi cœperat. *Per ſex dies,* ait, *ſeorſum quiſque in ſuis illis modo dictis Monaſteriis philoſophantur; ſeptima vero conueniunt in cœterum communem.* Et turſus: *Vix ſexto die degustant cibum, ſeptimum vero diem vt feſtum, ſacratumque honore dignantur eximio.* *† Exponitur D. Hieronymus.* Ego ita Hieronymi verba accipio, vt viderit Philo Alexandriæ primam Eccleſiam Iudaizantem, non inquam Therapeutas, ſed cœterorum cœtum fidelium, quibus ad præſcriptum Apoſtolorum mos erat quædam conſeruare legalia, ideſt abſtinere à ſanguine & ſuffocato: alij & alia tunc quidem non neceſſaria, ſed necdũ nociua Verum id in Therapeutis videre nequiuit, quibus menſa pura eſt à cruentis dapibus: *pro cibo* verba Philonis ſũt, *panis apponitur, ſal pro obſonio, & pro condimento hyſſopus in delicatorum gratiam.* Contraxit igitur cum fidelibus amicitias: nec deſunt qui ſentiant Petrum Romæ conueniſſe, Marcum verò Alexandriæ. Et in eorum gratiam, eos qui præcellebant cæteris pietate & religione, ideſt Therapeutas, laudibus meritis cumulaſſe. Vt vt fuerit, liquet Chriſtianos Monachos laudaſſe, non Iudæos, in idque conſpirant Patrum ac ſcriptorum noſtrorum calculi, quos prædicto c. 13. l. 1. in principio retulimus.

Ipſa Inſtituta & Mores Therapeutarum.

Ex Philone lib de vita Contemplatiua, aliàs de ſupplicibus.

§. I

De perfecta eorum renunciatione.

1. *HVic vitæ inſtituto qui ſe addicunt, non ex more, aut rogati id faciunt, ſed amore correpti rerum cæleſtium, & quaſi furore Diuino perciti; donec ad contemplationem illam deſideratiſſimam perueniant.*

2. *Deinde piâ immortalis beatæque vitæ cupidine, quaſi iam hac mortali defuncti, facultates ſuas relinquunt liberis aut cognatis, vltro eis poſſeſſione cedendo, atque etiam ſociis & amicis, ſi cognati deſint. Oportet enim vt qui perſpicaces diuitias adeptus eſt, cæcas illas relinquat mentibus cæcutientibus.*

3. *Relictis igitur facultatibus, & auocamentis omnibus, fugiunt ſine reſpectu fratrum, liberorum, parentum, vxorũmque; & deſerunt numeroſas cognationes, ſocietates, amicitias, ipſas denique patrias, in quibus geniti, educatique ſunt: quandoquidem conſuetudo magnum monumentum habet ad allectandos animos.*

§. II.

De Cellis, Monaſteriiſque illorum.

4. *DEmigrant autem, non in aliam ciuitatem ſed extra mœnia degunt in hortis, aut villis ſolitariis, amantes ſolitudinem, non hominum odio, ſed ad cauendos congreſſus cum diſſimilibus, quos ſciunt moribus bonis officere.*

5. *Domicilia verò conuenarum ſunt admodum frugalia, parata contra æſtum tantummodo & frigora.*

6. *Non contigua, vt in vrbibus; non enim placet id amantibus ſolitudinem; nec tamen longè remota; quia ſocietatem diligunt, vt ſibi poſſint in vicem ſuccurrere contra latronum in curſus fortuitos.*

7. *Singuli autem habent ſacras ædiculas, quæ Semnea vocant, ſiue Monaſteria; vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſteriis dant operam.*

§. III.

De Diuinis Officiis, & quotidianis exercitiis; & Studiis.

8. *Nec cibi, potuſve quicquam eo inferunt* (in cellas) *aliudve in vſum corporis, ſed legem tantum, & Prophetarum oracula, diuinitus prodita, hymnoſque; & quædam alia pietati ſcientiæque promouẽdæ vtilia.*

9. *Itaque perpetuam habens Dei memoriam, vt nec inſomnis quidem aliud eis obuerſetur, quam imagines diuinarum pulchritudinum : & ſunt in his qui ſomniando produnt præclaras ſacræ Philoſophiæ ſententias.*

10. *Quotidie bis precari ſolent; mane; ac ſub veſperam : oriente ſole petentes diem verè fœlicem, vtque mentes eorum cœleſti repleatur lumine : occidente verò, vt anima in totum exonerata ſenſibus, moleque rerum ſenſibilium, veritatem veſtiget in conſiſtorio domeſtico.*

11. *Medium vero matutini veſpertinique temporis interſtitium totum meditationi attribuitur.*

12. *Verſantes enim ſacra volumina dant operam Philoſophiæ per manus acceptæ à maioribus ſcrutando eas allegorias : quoniam ſub apertis verbis latere credunt ſecreta naturæ coniecturis explicanda probabilibus.*

13. *Habent etiam priſcorum Commentarios, qui huius ſecta autores multa monumenta reliquerunt de allegoriis eiuſmodi, ad quorum imitationem poſteri ſe accommodant.*

14. *Itaque non ſolum contemplantur, ſed etiam Cãtica Hymnoſque in Dei laudem componunt vario metrorum, carminumque genere, rythmis concinnatos in anguſtiorem, ac religioſam ſpeciem.*

§. IV.

De frequentiori collecta, ſeptimo quoque die, ideſt, Dominicis celebrari ſolita.

15. P*Er ſex dies ſeorſum quiſque in ſuis illis modo dictis Monaſteriis Philoſophantur: non progredientes foras, imo ne proſpicientes quidem.*

16. *Septima verò conueniunt in cœtum communem, & iuxta atatis ordinem conſidunt decenti habitu, manus continentes ſub pallio, dextram inter pectus barbamque, ſiniſtram applicatam lateri.*

17. *Tum progreſſus in medium natu maximus, & dogmatum eius ſecta peritiſſimus diſſerit vultu ad grauitatem compoſito: voce moderata, non ſine magna prudentia: ſecus quam Oratores aut atatis noſtra Sophiſta oſtentatores eloquẽtia; vt quibus magis cordi ſunt exquiſita ſententia, diligenſque, & accurata harum enarratio, qua non ſummis inſidat auribus, ſed per auditum penetrent in animum, ibique firmiter inhareat.*

18. *Reliqui omnes auſcultant per ſummum ſilentium annutantes oculis tantum, aut capite.*

19. *Id commune ſemneum in quod ſeptima quoque die conueniunt, ſepto clauditur duplici ſeparatis virorum & mulierum cœtibus. Nam mulieres quoque ſimul auſcultant ex more, dumtaxat qua inſtitutum idem ſectantur; medius autem paries à ſolo ſurgit tribus, quatuorve cubitis in modum loricula ſuperiora vſque ad tectum patent; vnde gemina prouenit commoditas; & quod pudori fœminei ſexus conſulitur, & quod verba Doctoris exaudiuntur facile, abſque vllis obſtaculis, qua vocem eius intercipiant.*

§. V.

De frugalitate victus, & Veſtitus.

20. T*Emperantia tanquam fundamento in anima iacto virtutes cateras ſuperſtruunt.*

21. *Nec cibum, nec potum quiſquam ſumit ante ſolis occaſum; quod ſapientia ſtudium luci conuenire indicent, tenebris vero curam corporis. Ideo totos dies alteri, alteri vero exiguam noctis partem tribuunt.*

22. *Nonnulli ex iis tertio quoque die famem ſentiunt, attenti magis ad diſciplinarum ſcientiam.*

23. *Nec deſunt qui pralautè accepto epulo ſapientia copioſè prabentis ſua placita perdurant duplum eius temporis; ex vix ſexto die deguſtant cibum neceſſarium, aſſueti ſicut Cicada rore viuere; canticis, opinor, ſolantes inediam.*

24. *Septimum vero diem vt feſtum ſacratumque honore dignantur eximio, quo poſt curam animi corpus quoque reficiunt: ſicut iumenta relaxantes laborem continuum.*

25. *In cibatu vtuntur panè ſimplici; ſal vicem ſupplet obſonij; qui delicatiores ſunt, hyſſopum pro condimento adiiciunt.*

26. *Potum è fluentis hauriunt, contenti placare dominas à natura mortalibus additas: famem ſitimque abſque omnibus lenociniis, fruendo rebus ſine quibus non licet viuere.*

27. *Edunt igitur, ne eſuriant; bibunt ne ſitiant: ſaturitatem cauendo vt inimicam animo pariter, & corpori.*

28. *Et quoniam tegminis dua quoque ſunt ſpecies, veſtis, tectumque, de adibus iam dixi eſſe incultas, & extemporaneas, factas ad praſentem vſum tantummodo.*

29. *In veſte autem eadem apparet ſimplicitas ad arcendos calores & frigora: pro pelliceis craſſa tunica in hyeme: aſtate vero exomis, aut interula linea.*

30. *In vniuerſum exercent modeſtiam, vt fontem veritatis, ſicut è faſtu mendacium prognatum autumant: profluunt enim è mendatio varia malorum ſpecies, contra ex veritate omnium virtutum humanarum diuinarumque copia.*

§. VI.

De ſolemnioribus Collectis, & Feſtorum celebritatibus.

31. D*Icam aliquid & de Sodalitiis eorum, quoties Hilariùs cõuiuia celebrant. Hi numeros in primis obſeruando poſt ſeptem hebdomadas elapſas conuentus ſuos inſtaurant, venerati non ſolum ſimplicem ſeptenarium. Is dies profectus eſt maximè feſtiuitatis incedentis in numerum quinquagennarium ſanctiſſimum.*

32. *Vbi conuenere candidati, & lati cum ſumma grauitate ad ſignum datum à quopiam Ephemereuta (ſic huiuſmodi miniſtros nominant) priuſquam diſcumbant, ſtantes vna ſerie, decentes, ſublatiſque ad cœlum manibus atque oculis his quoniam didicerunt ſpectare caleſtia illis vtpote incorruptis à muneribus, & à quaſtu illicito) precantur vt Deo placeat conuiuium.*

33. *Abſolutis precibus ſeniores diſcumbunt, ac mox alij pro cuiuſque dignitate. Neque enim ſeniores ex annis aſtimant, ſed quantumlibet grandauos habent pro pueris, ſi ſerò inſtitutum hoc complexi ſunt: honorem verò ſenectutis tribuunt his qui exercuerunt ſe à iuuentute in hac pulcherrima, Diuinaque parte contemplatiua Philoſophia.*

34. *Adhibentur menſa fœmina quoque, anus plereque; ſed virgines: non coacta caſtitatis, ſicut apud Gracos quadam ſacrificula; ſed ſponte continentes pra amore ſapientia, cuius ſtudio per totam vitam cõtempſerunt voluptatem corporis: nimirum Diuina, non mortalis prolis cupida, quam ſola Deo chara anima ex ſe ipſis pariunt excipientes pro ſemine intelligibiles. Patris radios vt decreta ſapientia contemplando percipere valeant.*

35 *Diſcubitus ita diſtribuitur, vt ſeorſum viri dextrum latus, ſeorſum fœmina ſiniſtrum teneant.*

36. *Quod ſi quis ſuſpicatur lectiſternia, & ſi non ſumptuoſa certè mollinſcula parari hominibus ingenuis, & Philoſophia deditis, ſciat eſſe tegetes rudes è vili contextas materia, videlicet è papyro indigena: ſic humi aggeſtas, vt eminendo fulciant cubitos.*

37. *Remittunt enim paululum illam Laconicam diſciplina duritiam; ſemper & vbique probantes liberalem frugalitatem; totis viribus auerſando voluptatis illecebras.*

In

Digitized by Google

In miniſterio non vtuntur mancipiis. In hoc conuiuio nemo ſeruus adeſt, miniſtrant ingenui, & ſponte quidquid opus eſt faciunt: iuſſa non expectando, ſed præueniendo alacritate voluntaria.

39. *Nō enim quibuſlibet ingenuis delegatur id officiū, ſed habitu & delectu ex omni ſodalitatis huius iuuētute, vt quiſque aliquod præclarū indolis, ac virtutis ſpecimen edidit. Hi tanquam germani filij libenter, & certatim miniſtrant, haud ſecus ac parentibus publicis: hanc coniunctionem arctiorem ducentes quam ſanguinis, quandoquidem rectè ſapientibus virtute nihil eſt antiquius.*

40. *Diſcincti autem, & promiſſis tunicis accedunt adminiſtrandum, vt abſit omnis ſeruilis ſpecies in hoc conuiuio.*

41. *Vinum per illos dies non præbetur, ſed aqua limpidiſſima cæteris frigida, calda vero his qui inter ſeniores tractantur delicatius.*

42. *Menſa pura eſt à cruentis dapibus. Pro cibo panis apponitur ſal pro obſoniis, & pro condimento hyſſopus in delicatorum gratiam.*

43. *Operantur enim vt Sacerdotes ſacris abſtemiis, toto victus ratione caſtigata ad eandem frugalitatem. Nam vinum habent pro veneno afferente dementiam: opiparis autem obſoniis aiunt irritari concupiſcentiam belluam inſaturabilem. Hæc ſunt exordia conuiuij.*

44. *Quid tum poſtea quam conuiuis ordine ſuo diſcumbentibus adſtiterunt miniſtri decenter parati ad obſequium? nulla ne ſequitur compotatio? Imo ſilentium maius quam antea, ita vt ne mutire quidem cuiquam liceat, aut reſpirare vehementius.*

45. *Proponit quiſquam quæſtionem è ſacris Litteris aut ſoluit ab alio propoſitam nihil de ſolutione ſollicitus. Neque enim captat laudem argutiarum, aut eloquentiæ. Hoc tantum agit, vt rem diligētius perſpiciat; tum perſpectam non inuideat minus perſpicacibus, ſed non minus diſcendi cupidis: atque ita immoratur doctrina ſubinde inculcans, imprimenſque animis præclaras ſententias.*

46. *Totum vero auditorium, attentum auſcultat in vno eodemque habitu: intelligere ſe nutu, vultuque indicans: probare vero hilaritate, ac exporrectis frōtibus interdum & dubitare, hærereque moto leniter capite, ſummoque dextræ digito Nec minore attentione iuniores, qui aſtant, audiunt.*

47. *Vbi vero Præſes viſus eſt rem bene tractando ſatisfeciſſe auditorum deſiderio, plauſus propalam editur ab omnibus.*

48. *Tum ille aſſurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens à ſe compoſitum, aut deſumptum ab aliquo vatum veterum. Extant enim huius generis carmina priſca verſu trimetro, & hymni cum ſuis accentibus inter ſacra canendi ante altaria; vel à ſtantibus, vel à choreas ducentibus moderatas variis flexibus, atque reflexibus.*

49. *Præſulem mox imitantur cæteri decenti ordine omnibus intentè quietèque auſcultantibus, præterquam in fine hymni extremaque clauſula; tunc enim vniuerſi vocem extollunt ſine ſexus diſcrimine.*

50. *Abſolutis Hymnis ſingulorū iuniores paulo antè dictā menſam efferunt, in quā rite cibus ille, ſacratiſſimus panis fermentatus, cum ſale apponitur, & hyſſopo ob reuerentiam menſæ dedicatæ templi veſtibulo.*

51. *Cœnam verò ſequitur ſacrum peruigilium his ritibus.*

52. *Vbi omnes conſurrexere, duo chori fiunt in medio cœnaculo; alter virorū, alter fœminarū. Cuiq; ſuus incentor præficitur honore præſtās, & canendi peritia.*

53. *Deinde cantant hymnos in laudem Dei compoſitos variis metrorum, carminumque generibus: nūc ore vno, alternis; non ſine decoris, & religioſis geſtibus, atque accentibus: modo ſtantes, modo prorſum retrorſumve gradū mouentes: vtrumque res poſtulat.*

54. *Deinde poſtquam vterque chorus ſeorſum expleuit ſe his deliciis, velut amore diuino ebrij vnum chorum faciunt promiſcuum ad imitationē illius olim inſtituti in Rubri maris littore poſt mirandum prodigium. Accepto enim hoc tam inſigni & inſperato beneficio, correpti numine viri pariter & mulieres, & in vnam choream conglomerati hymnis gratias Seruatori Deo canebant præcinente viris Moſe Propheta, Mariamma vero Prophetide fœminis.*

55. *Ad horum maximè imitationem hic Therapeutarum, Therapeutriumque chorus compoſitus, & mixtis ad graues virorum acutis fœmineis vocibus concinnè temperatus, concentum reddit ſuauiſſimum; veréque muſicum: pulcherrimis enim verbis includuntur ſententiæ pulcherrimæ religioſis choreis accedentibus.*

56. *Horum porrò vniuerſorum finis vnus & idem eſt pietas.*

57. *Itaque producta vſque ad matutinum hac comeſſatione honeſtiſſima, neque grauati crapula, neque nictantes, ſed exercitatiores quam venerint ad conuiuium; verſo ad auroram vultu totoque corpore, quamprimum ſolem orientem aſpiciunt, fœlicem diem & veritatem, perſpicacemque ſibi mentem comprecātur.*

58. *Atque ita precationibus abſolutis; ad ſuum quiſque ſemneum ſuccedit, & ad negotiationem cultumque conſuetæ Philoſophiæ.*

59. *Illud hominum genus Therapeuticum ſemper in contemplatione veritatis proficiet, etiam ſole hoc ſenſibili præterito, nec vnquam ſuum ordinem deſeret tendentem ad fœlicitatem perfectiſſimam.*

60. *Habemus de Therapeutis natura contemplatoribus; & huic tantum ſtudio curandæque animæ per totam vitam deditis; cœli & mundi ciuibus Patri Conditorique rerum propter ſuam virtutem commendatiſſimis; qua conciliante adepti cœleſtis Numinis amicitiam præmium conuenientiſſimum fortuna virtuti poſt habita euaſerunt ad ſupremum fœlicitatis faſtigium. Hactenus Philo.*

NOTÆ.

In Inſtituta Therapeutarum.

I. HVic *vitæ inſtituto, &c.* Quod caput ex cæterorum hac in re Philo diſerte præponit In capite, nihil melius dicturus ſi multos annos in Monaſticis exercitiis eſſet verſatus. Vocationem Dei ante omnia inquit expectari oportere in arripiente huiuſmodi vitæ inſtitutum ſine qua aut proficere, aut perſeuerare nullus poterit, vt ſtatum decet. Idcirco Bernardus meus (in ſententiis) vocationem Pauli Eremitæ nuncupat *neceſſariam*: quatenus in capite cæteri Aſcetæ admoneamur, neceſſariam nobis eſſe Dei vocationem ad ſtatum Monaſticum aggrediendum: quam nimirum *non ex more, aut rogatus* (quod diſertiſſimè adnotat Philo) quiſpiā ſuſcipiat. Quibus verbis duas excludit illegitimas monachandi vias, quæ totam Monaſticē proculdubio peſſumdant; eorū ſcilicet qui abſq; vlla interna Dei vocatione, ex eo ſolum quod ab aliis rogantur cōſanguineis, vt ſibi aut fratribus prædia ſua cædāt; aut forſam tepidæ vitæ Monachis, ne Monaſteria ſua ſucceſſoribus deſtituantur: aut quia ſic in more poſitum videāt

10. *Vocatio ad Monachatū expectanda.*

vt videlicet, ita ſuæ conſulant quieti, nevè alias emendicare, aut ſudore ſibi victum, & veſtitum comparare, cogantur, monaſtica emittunt vota, nihil minus quam de eorum feruida adimpletione curantes: extremæ clementiæ homines, & omni commiſeratione digniſſimi. Longè ab his veteres illos Therapeutas fuiſſe, hoc loco docet Philo, qui quaſi quodam diuino furore perciti arduum vitæ huius inſtitutum accipiebāt Grauiſſima ſunt verba Theologi orat. in Laudem Cæſarij: *Vita illa ad normam Euangelicæ Philoſophiæ exacta, vt excellentiſſima, ita longè difficillima, nec à multis ſuſcipienda eſt, ſed ab iis duntaxat, quos diuina mentis magnitudo, quæ egregiè hominum voluntati manus porrigere ſolet, aduocauerit.*

11\. *Qualiter in relinquendis omnibus Monachi Philoſophi excellant.*

2\. *DEINDE PRÆ IMMORTALIS, &c.* Hic non omninò res noſtras calluiſſe Hebræum hominem, mihi liquidum facit, quod contendat cognatis dumtaxat, aut amicis res ſuas Monachos relinquere conſueuiſſe: cum potius ex Euangelij præſcripto res ſuas ſemel venditas pauperibus erogare iuberentur. Et quamvis nonnullos cognatis eas conceſſiſſe liqueat, quoſdam tamen primo occupanti reliquiſſe, nihil de tranſitoriis curantes, multo tamen plus pauperibus eas diſtribuiſſe, ipſorum Fatrum hiſtoriæ manifeſtant. Donanda venia homini Hebræo Euangelij ignaro; qui Diuinæ Philoſophiæ oblitus, ad moralem totus conuerſus, eò dumtaxat Therapeutas Democrito, & Anaxagora excellentores fuiſſe contendit, quod illi præ amore Philoſophiæ prædia ſua pecori compaſcua reliquerint; iſti vero cognatorum ſuorum, & amicorum ægeſtati prouiderint. Sanè Laertius lib. 2. de Anaxogora inquit: *Vniuerſum patrimonium ſuis ſponte conceſſit. Quo cum ab eis inſimularetur negligentia: Quid ergo, inquit, nonne vos iſta curatis? Demum ab eis profectus, ad ſpeculandam rerum naturam ſe contulit, rei & publicæ, & priuatæ omnino negligens: adeo vt cuidam ſe ita compellanti; Nulla ne tibi patriæ cura eſt dixerit. Mihi vero patriæ cura, & quidem ſumma eſt: digitum in cœlum intendens.* Plutarchus in Pericle Anaxagoræ diſcipulo hoc ab illis diſciplinis diſceſſiſſe contendit, quod rei domeſticæ curæ maximè eſſet addictus, Euangelo frugi ſeruo ei adminiſtrandæ prælato: *Quæ omnia, ait, ab Anaxagoræ ſapientia abhorrebant; ſiquidem & ipſe rem domeſticam non curauit, & agrum incultum pecori paſcendum dimiſit magnificentia animi, & diuino quodam furore correptus:* Id vero ita Philo vitio illi vertit, inquiens: *Quid aliud hoſtis faceret exciſſis arbuſtis, agroque vaſtato redigens aduerſarios ad inopiam, quam quod ſuis cognatis fecit Democritus vltrò eis conſciſcens pauperiem; non tam malo animo, quam per inconſiderantiam, & alienæ vtilitatis negligentiam.* Quibus multifariam defecit Philo, nimirum quod Anaxagoræ fuit. Democrito imponens: cum tamen is, autore Diogene lib. 9. in eius vita, non reliquerit cognatis ſua: *ſed cum tertius eſſet frater, diuiſiſſe ſubſtantiam (aiunt) minoremque portionem, quæ erat in pecunia, ſibi elegiſſe, quæ illi in peregrinatione opus erat: hoc illis dolo factum arbitrantibus. Demetrius ipſius panem centum talenta exceſſiſſe, autor eſt; eumque illa breui conſumpſiſſe.* Et infrà: *Regreſſum ex peregrinatione humillimè vixiſſe, ait Antiſthenes; quippè qui omnem ſubſtantiam conſumpſerat atque Damaſo frana propter ſummam inopiam nutritum fuiſſe.* Anaxagoras fuit qui agrum multum pecori paſcendum dimiſit, non Democritus, qui potius portionem ſuam peregrinando conſumpſit. Et qua lege cautum agnouit Philo, non ſolum diuitias propinquis & amicis relinquendas, verum prius egregiæ culturæ adhibendas? At mihi & Therapeutis longè aliud Euanlium vtilius indicit: vendendas ſcilicet vtcumque ſint prius, vt plurimorum ita poſſit inopia ſubleuari: quibus non venditis pauciores ſubleuarentur. Non tam abhorruit à noſtra Philoſophia Crates Thebanus, quem refert ex Antiſtene Laertius lib. 6. *Patrimonio, erat quippe vir nobilis, cum congregaſſet pluſquam ducenta talenta, ciuibus ea diuiſiſſe.* Et ex Diocle, *perſuaſiſſe illi Diogenem, vt peculium dimitteret: ac ſi quid pecuniæ haberet, (ſibi reliquum) iactaret in mare.* Melius tamen in pauperes diuiſiſſet. Sed Euangelij virtutem nequibant Ethnici homines penetrare. Satius Craxte Philoxenus primo occupanti reliquit opulentiſſimam hæreditatem in colonia ſicula, ſubinferens conſideratā eius elegantia: *Per Deos bona hæc haud me perdent, ſed ego illa.* Quod refert Plutarch. lib. de vitanda vſura.

3\. *RELICTIS IGITVR, &c.* Id qui ad Euangelij præſcriptum non viuerent, minimè aggrederentur; in quo tamen ſolo ſcriptum eſt, & voce Domini promulgatum: *Omnis qui reliquerit domum, vel patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut fratres, aut ſorores, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Math. 19. Vbi notanter Hieronymus: Congruit illi ſententiæ qua dixerat: *Veni ſeparare hominem à patre ſuo, & filium aduerſus matrem ſuam, & nuum aduerſus ſocrum ſuam:* cap. 10. *nam inimici hominis domeſtici eius*; Non ſolum quoniam vt ait Rabanus: *Nulla apud eos iura cuſtodiri poſſunt, inter quos fides bellum eſt:* Verum etiam quoniam affectus horum, carnales cum ſint, impediunt ne quis totum animum ſuum in Deum ponat: in quem ſenſum ſubdidit Dominus: *Qui inuenit animam ſuam, perdet illam, & qui perdiderit animam ſuam propter me inueniet eam:* nimirum quia Hilario Doctore: *Sic proficit lucrum animæ in mortem, & damnum in ſalutem: detrimento enim vitæ breuis fœnus immortalitatis acquiritur.* 12. *Patrem, matrem, &c. relinquebant ſecundum Euangelium.*

4\. *DEMIGRANT AVTEM, &c.* Cur non eis à ſuis in alias ciuitates fugere ſufficeret ſic explicat Philo. *Demigrant autem non in aliam ciuitatem ſicut ſerui, qui ſe vendi heris aliis impetrant miſeri, vt qui ſeruitutem mutant, non effugiunt: quævis enim ciuitas, vel optimis ornata legibus, plena eſt tumultu plurimo, quem nemo ſapiētiæ ſectator ſuſtineat.* Philoſophos ethnicos parum in ſolitudine moratos legas, ſed hinc inde, de vna in aliam, & alias ciuitates peregrinatos, vt de Democrito tradunt Demetrius & Antiſthenes, illum in Ægyptum cōtendiſſe ad Sacerdotes Geometriam percepturū, & in Perſidem ad Chaldæos, atque ad Rubrum mare. Neque defuere qui dicerent & Gymnoſophiſtis in India congreſſum eſſe, atque in Æthyopiam veniſſe. Sic Plato ab Athenis vbi Socrati, Cratilo, & Hermogeni Philoſophis operā dedit, Megara ſe ad Euclidem contulit. Inde Cyrenem profectus Theodorum etiam Mathematicum audiuit. Rurſus in Italiam ad Pythagoricos Philolaū, & Eurytum conceſſit, vt ſcribit Laertius, vel ad Architā Tarentinum, vt Hieronymo placet. Ab his ſe in Ægyptū ad Sacerdotes recepit: decreueratque vlterius alios etiam congredi, niſi propter Aſiæ 13. *Ethnici Philoſophi loco inconſtantes.*

bella

Digitized by Google

bella propoſito deſtitiſſet. Multa apud Diogenem de Philoſophorum inconſtantia reperies: nemo vt Therapeutæ conſtans ſibi in pagis ſolus ſibi, & Deo perpetuo morabatur.

14. Therapeutæ ab initio deſerta incolunt.

Sed quid eſt quod Chryſoſtomus hom. 57. in Matth. de Monachis primitiuis dixit: *Qui ab Apoſtolis in principio initiati fuerunt, vrbes quidem habitabant, & eorum qui in eremo conuerſantur, vitam viuebant.* Plane loquitur de ipſis Apoſtolorum diſcipulis, de quibus Lucas Act. 5. agit, qui propter diuini prædicationis Euangelicæ pabuli in populos erogandi curam de ciuitate in ciuitatem migrabant. Aliàs audi quid Magnus ſcripſerit Athanaſius, cum de tyrocinio Antonij diſſerebat cap. 3. *Necdum autem tam crebrè erant in Ægypto Monaſteria; neque omnino quiſquam auiam ſolitudinem nouerat: ſed quicunque in Chriſto ſeruitute ſibi metipſi prodeſſe cupiebat; non longè à ſua villula ſeparatus inſtituebatur. Erat igitur in agello vicino ſenex quidam vitam ſolitariam à prima ſectatus ætate: hunc Antonius cum vidiſſet, æmulatus eſt ad bonum. Et primò quidem incipiens etiam ipſe in locis paululum à villa remotioribus manebat.* Et cap. 7. *Ad ſepulchra non longè à villa conſtituta ſeceſſit.* Vbi magna cum immūdis ſpiritibus iniit, & ſuperauit certamina. Et cap. 10. *Exinde cum voluntate prompta per merita religioſa ſuccreſceret, vadens ad ſupradictum ſenem, precabatur vt in deſerto habitarent pariter. Cauſante illo ſenile æuum, & rei nouitatem, ſolus contendit ad montem; & eremi adhuc Monachis ignotæ, vita rupto metu viam conatus eſt pandere.* Multa alia pro eadem re ſuppeditabit nobis caput ſequens exempla, quò te lector amando. Interim non aliis Paulum Thebæum paſſibus credas in ſolitudinem ſeceſſiſſe: nam D. Hieronymus in eius hiſtoria cap. 4. *Cum perſecutionis, ait, procella detonarat, in villam remotiorem, & ſecretiorem ſeceſſit.* Et rurſus: *Quod vbi prudentiſſimus adoleſcens intellexerit, ad montium deſerta confugit.* Ergo ordine quodam Monachorum ſeceſſus formatus eſt: primo in vrbibus ab Apoſtolis initiati, deinde in villas, & ſuburbia proxima ſeceſſere, ac tandem ad eremum conuolarunt. Autor vitæ S. Pachonij à Dionyſio exiguo latinitate redditus cauſam ſeceſſus Monachorum in eremum perſecutiones Chriſtianorum à gentibus Imperatoribus excitatas fuiſſe contendit. De quo tamen fuſius inferius.

15. Monaſteriorum exiguitas.

5. DOMICILIA VERO *&c.* Concinit ſibi Philo num. 28. inquiens: *De ædibus iam dixi eſſe incultas, & extemporaneas, factas ad præſentem vſum tantummodo.* Proinde tuguria quædam illos ædificare ſibi ſolitos ad inſtar Filiorum Prophetarum ex ramis arborum non ambigimus; aut ſpelunca potius, & caueas, ſeu hyatus terræ habitaſſe, multa ſunt quæ conuincant ex his quæ in SS. Patrum Vitis ſcripta ſunt. Vnde Nazianzenus orat. 1. in Iulian. dixit. *Vides ne hos pauperes victu & tecto carentes, carniſque fermè & ſanguinis expertes hos inquam pedibus illotos, & humum pro ſtrato habentes.* Et infra: *quorum rupes, & quorum cæli.* Et in carmine de Monachis ad Hellonium: *Ipſi enim partim antris, ſolitariiſque, & ad terram ſtratis rudibuſque cubilibus delectantur; à domibus abhorrent: alij rurſus ferarum ritu, paruis anguſtiſque domibus incluſi ne mortalis quidem cuiuſdam vultum aſpiciunt.* Et inferius: *Multas ipſi partim ſua manu, partim fame, atque inedia mortes, & quidem alieni animo, ferunt: atque in ſcopulis, & rupibus, in profundis ac reconditis cauernis, mediiſque pluuiis veritati teſtimonium dicunt.* Primi Monachorum in ædibus magnificentius extructis habitaſſe leguntur Hermopolitæ, vbi S. Onophius Aſcetarum inſtitutum arripuit, in cuius vita hæc illos dixiſſe audimus cap. 5. *In ædificiis lucidè conſtructis habitamus: in quibus & ab æſtu ſolis cooperti ſumus, & ab inundatione pluuiæ & à turbine venti, ac tempeſtate manemus deffenſi.* Verum cum hæc comparatione ad Anachoretas facta dixiſſe repetiantur (nam ſubdunt: *Monachi vero qui in deſerto ſunt nihil conſolationis niſi à Deo recipiunt*) non eſt cur valde mirabile ædes illos habitaſſe dicamus, ſed quibus ab æſtu ſolis, & cœli tempeſtatibus tuerentur, has vocaſſe *lucidè conſtructas.* Alioquin quid de ipſis Ægyptiis Monachis Bernardus ſcripſerit attende, Epiſt. ad Fratr. de Monte Dei: *Patres noſtri in Ægypto & Thebayde ſanctæ huius vitæ ardentiſſimi æmulatores ſolitudinibus degentes ipſi ſibi cellas ædificabant, in quibus tecti tantummodo, & circumſepti à turbine & à pluuia tutabantur: in quibus eremiticæ frugalitatis deliciis affluentes locupletabant multos ipſi egentes.* Ex quo infert: *Ergo obſecro in peregrinatione huius ſæculi, in militia hac ſuper terram; ædificemus nobis non domos ad habitandum, ſed tabernacula ad deſerendum. Facile eſt quidquid naturale eſt. Numquid non facile eſt ſolitario, & ſufficiens naturæ, & vtile conſcientiæ, ipſi ſibi cellam de virgis contexere, de luto plalmare, vndecumque operire, & decentiſſimè in habitare?* Reliqua apud ipſum legito.

6. NON CONTIGVA, VT IN VRBIBVS *&c.* Sic hodie Camaldulenſes Eremitæ, & Carthuſiani habent. Cellas per ſingulos ſeparatim habuiſſe, ex Athanaſio in vita Magni Antonij cognoſcimus: *Quicumque, ait, in Chriſti ſeruitute ſibi metipſi prodeſſe cupiebat, non longe à ſua villula ſeparatus inſtituebatur:* Ita nimirum vt quiſque ſolitariam ageret vitam: vnde *Erat in agello vicino ſenex quidam vitam ſolitariam à prima ſectatus ætate: Hunc Antonius cum vidiſſet, æmulatus eſt ad bonum.* Subdit etiam plures alios æmulatum fuiſſe, quorum ſcilicet ſingulas admiratus virtutes, *proprias, ſingulorum gratias hauriebat.* Hinc de Hilatione Hieronymus cap. 19. *Statutis diebus ante vindemiam luſtrabat cellulas Monachorum:* Et epiſt. 22. Cœnobitarum Ægypti delineans mores; *Diuiſi, ait, ſunt per Decurias, atque centurias Manent ſeparati, ſed iunctis cellulis:* Et paulo ſuperiùs de Nitria agens: *In eodem loco circiter quinque millia diuiſis calculis habitabant:* Et de Paula (in eius Epitaphio) cum montem Nitriæ inuiſit Monachis refertiſſimum: *Quid ergo narrem Macharios, Arſenios, Serapiones & reliqua columnarum Chriſti nomina? Cuius non intrauit cellulam? Quorum pedibus non aduoluta eſt? per ſingulos ſanctos Chriſtum ſe videre credebat.* Ad eius inſtar exemplaris apud Bethleem Monaſterium cellulis plenum ædificauit: *Nec multo poſt in ſancta Bethleem manſura perpetuò, anguſto per triennium manſit hoſpitiolo, donec extrueret cellulas, ac Monaſteria.* Sic in Regula Pachomij cauetur: *Ad alterius cellulam intrare nullus audeat:* Et, *Nullus in cella ſua reponat aliquid ad veſcendum:* Et, *Nemo in cella ſua habeat præter ea quæ Monaſterij lege præcepta ſunt.* Porro hæc ſeparata Monachorum ſingulorum habitacula *architria* olim vocitata reperio in vita S. Euphraſiæ, vbi cap. 6. dicitur: *Erat autem Monaſterium mulierum in vna ciuitate habens architria centum triginta.* Vereor ne locus mendo fuerit, & legi oporteat *archiſteria*, quam vocem Athanaſius appoſuit 16. Cellarum diuiſio antiquis Monachis in vſu.

in Antonio cap.53. *Sæpè autem & contra voluntatem ad exteriorem montem à fratribus perducebatur. Et cum Iudices, qui ad interius archiſterium propter aſperitatem itineris & obſequentium multitudinem, & horridam ſolitudinem ire non poterant, peruenirent, & quærerent vt eius fruerentur aſpectibus &c.* Et Roſuueydus interpræatur de principe Antonij loco, vbi frequentius verſabatur. Verùm quamquam is ita fuerit tota Oratione illa ſignificatus, verbum tamen *archiſterium*, ſolum ſonet *aulam* ſeu *cellam*, vtpote deductum à Græco ἀρχεῖον *archion* quod aulam ſignificat: vnde *Archiuum* effluxit, id eſt ſecretum armarium: abſque eo quod quicquam de principatu ea voce denotetur. Sed de cellis alibi nobis ſe offeret diſſerendi occaſio.

17\. Illud vtcumque iuuabit prænotare: ſuccedentibus temporibus Monachis ſingulis prohibitum ſingulas habitare cellas, vt liquet apud S.P. Benedictum cap. 48. Regulæ, & apud Iſidorum cap. 19. ſuæ, cuius illa ſunt verba: *Nullus peculiariter ſeparatam ſibi ad habitandum cellulam expetat, in qua priuatim à cœtu remotus viuat in qua ſub ſtudio reclusionis, aut inſtanti otio, aut latenti vitio ſeruiatur, & maximè vana gloria, aut mundialis prioris fama, &c.* Quamobrem Benedictus XII. iuſſit Ciſtercienſi. peculiares cellas demoliri ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda litteris deſuper expeditis A.C. 1334 Quæ tom. 1. Priuilegiorũ Ordinis extant num. 58. Sed quod ait Philo non longe à ſe inuicem diſtare, vt ſibi poſſint inuicem ſuccurrere contra latronum fortuitos incurſus, perperam ab eo interpræatum eſt: cum potius Chryſoſtomo hom 59. ad Popul. *Latronum* (Monachi) *non timeant inſidias; neque enim habent quo ſpolientur: pecunia non adſunt; corpus eſt & anima; ſi hac priuentur, iacturam non faciunt, ſed proficiunt: mihi namque Chriſtus viuere eſt, & mori lucrum; ſic enim vere vinculis abſoluuntur*: liqueatque quod

Cellulas ſeparatas habitare Monachis prohibitum.

Cantabit vacuus coram latrone viator

Ergo vt facilius ad collectam conuenire, & ſe inuicem commo ne facere poſſent, non longè ab inuicem ædiculæ diſtabant ſingulorum, ſed iuxta cellulas poſitas habebant.

18\. 7. *SINGVLIS AVTEM SACRAS ÆDICVLAS &c.* Memineris cum de Iudæis Eſſenis egit ædes eorum non Monaſteria, ſed ſynagogas dicere conſueuiſſe teſtatus eſt. *Quoties ſacras ædes, quas ſynagogas vocant, adeunt &c.* Nunc vero; *Singuli ſacras ædiculas habent, quæ Semnea vocant, ſiue Monaſteria*: vt vel hinc illos profeſſione Iudæos, hos religione Chriſtianos manifeſtaret: nam σεμνεῖον *Semneon* Græcè, Latine *locus honeſtus*, vel *honeſtorum* ſonet à σεμνός quod es *honeſtus*, & ειον, quod in multas locorum compoſitiones intrat. Inde λογεῖον *locus conſilij*, στρατηγεῖον *locus militum*, μαντεῖον *locus vaticinandi*, ᾠδεῖον *locus vbi cantatur &c.* Et *locus* quidem *honeſtus* rectè cellulæ vnius Monachi conuenire videtur. Vèrùm quid eſt quod Philo ſingulorum ædiculas *Monaſteria* vocat? Imo ſi Iſidorum conſulimus lib. 15. orig. cap. 4. *Monaſterium*, ait, vnius Monachi, id eſt ſolitarij habitatio eſt. Et Caſſianus Collat. 18. cap. 9. Piamonem inducit ita inter Monaſterium & cœnobium conſtituens diſcrimen: *Et Monaſterium poteſt etiam vnius Monachi habitatio nominari; cœnobium autem appellari non poteſt niſi vbi plurimorum cohabitantium degit vnita communio.* Quod itidem Iſidorus recenſet lib. 2. de offic. Eccleſ. cap. 15. Nec abſre, cum Monachus ab vnitate & ſingularitate dictus eſt c. *Placuit* 16. quæſt. 1. & Hieronymus ad Paulinum epiſt. 13. *Sin autem cupis eſſe quod diceris, Monachus id eſt ſolus; quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum?* Ex quo vt reor intulit quod Heliodoro ſcripſit Epiſt. 1. *Ex hac ſupputatione illa ſumma naſcitur, Monachum perfectum in patria ſua eſſe non poſſe.* Denique: *Interpretatione vocabulum Monachi, hoc eſt vnum. Quid facis in turba qui ſolus es?* Vnde ortum habuit dicterium puellæ Hæthiopiſſæ ad Magnum Arſenium directum: *Si Monachus es, vadi in montem*: quod ipſe ſibi poſtea frequenter ingerebat: *Arſeni, Si Monachus es, vade in montem.* Ita refert Pelagius lib. 15. qui eſt de humilit. num. 9. Verum mox nomen *Monachi* etiam ad Cœnobitas, tranſiit ita ab vnitate ſpiritus, & profeſſionis dictos, vt Auguſtinus exponit in Pſ. 132. ad illa verba: *Ecce quàm bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum*: ita & *Monaſterium*, ad locum eius vnitatis deſignandum extenſum eſt: & penè niſi in illa primitiua Monachorum plantatione nullibi deinceps pro habitatione Monachi vnius reperietur acceptum. Ita & *Cella* vox, quæ ſingulorum habitacula deſignabat, ad ſignificandas eiuſdem Monaſterij officinas cõmunes tranſiit, qua ſignificatione tunc à D. Benedicto accipitur cap. 22. Dormitorium *cellam* vocans: *Candela iugiter in eadem cella ardeat vſque mane*: & cap. 36. de *Cellula infirmorum*, & cap. 53. agit de *Cella hoſpitum*: & cap. 58. de *Cella Nouitiorum.* Et Rufinus lib. 2. de vitis Patrum cap. 1. de Abbate Ioanne ait. *Cellam ſane hoſpitalem extrinſecus fieri permiſit.* Et nihilominus eadem vox ſucceſſu temporis ad ſingulorum denotanda habitacula deflexit, vt modo denotat. Tantum valet in vocibus flectẽdis tempus. Sed de Monaſterio communi Therapeutarum egit Philo. n. 9.

Semneon quid?

Monaſteriũ & Monachus quid?

Cella quid

8\. *NEC CIBI POTVSVE &c.* Ita 19.
omnia ab initio ordinata Monachorum fuere, vt victus non in cellis peculiaribus ſed communibus ad id deputatis ſumeretur: quod omnes eorumdem præceptores decreuere. Vide Pachomium cap. 5. Regulæ. Baſilium epiſt. 1. ad Greg. Theod. Benedictum cap. 43. Iſidorum cap. 9. Fructuoſum, ſeu Viclarenſem cap. 19. Monachos vero perpetuò Sanctarum Scripturarum ſtudio vacaſſe ex Dionyſio ſtabilitum reliquimus hoc libr. 2. cap. 9. nu. 16. Et propter ita Pachomius decreuit in Regula: *Qui rudis in Monaſterio ingreſſus fuerit, docebitur prius quæ debent obſeruare. Et cum doctus ad vniuerſa conſenſerit, dabunt ei viginti Pſalmos, aut duas Epiſtolas Apoſtoli, aut alterius Scripturæ partem. Et ſi literas ignorauerit, hora 1. 3. & 6. vadat ad eum qui docere poteſt, & qui ei fuerit delegatus: & ſtabit ante eum, & diſcet ſtudioſiſſima cum omni gratiarum actione. Poſtea ſcribentur ei elementa, ſyllaba, verba, ac nomina: & etiam nolens, legere compellitur* (Attende Lector) *Et omnino nullus erit in Monaſterio qui non diſcat literas, & de Scripturis aliquid teneat, quod minimum eſt vſque ad Nouum Teſtamentum & Pſalterium, Omne quod in conuentu fratrum audierunt diſputatum cogentur inter ſe, vt recolant.* Eius rei gratia *Collectæ* cogebantur, vt de S. Scripturis diſſererent, & diſputante Præpoſito cæteri audirent: à qua *Collecta* & diſceptatione minimè fœminæ relegabantur. 20.

Cibus & potus in communi ſumebatur.

S. Scripturæ Studiũ Monachis omnibus præceptum.

Collecta aliquid cogebatur?

Hinc & D. Benedictus ſolerter cap. 33. & 55. Regulæ vniuerſis fratribus graphium, & tabulas ab Abbate dari præcepit, veteris æui ſcilicet pupillares,

S.S. ſtudium Benedicto ſuis præceptum,

Digitized by Google

res, quibus tum cætera, tum præſertim quæ de ſcripturis dicebantur, annotarent: & ad menſam Antiſtiti facultatem conceſſit de eiſdē breuiter ad audientium ædificationem diſſerendi, cap.38 Rurſus cap.48. in Monaſterio Bibliothecam libris refertiſſimam eſſe decernit: multaſque horas omnibus diebus, & Dominicos totos, ac feſtiuos lectionibus Diuinis fratres omnes vacare: publicè vero in Conuentu Sacras Scripturas legi,& earum expoſitiones, quæ à nominatiſſimis Doctoribus Orthodoxis, & Catholicis Patribus factæ ſunt, cap.9.38. & 42. Sanè tanta fuit olim Monachis etiam aſſiduitas vacandi lectionibus Diuinis, vt ex Monaſteriis præcipui Eccleſiæ Doctores prodierint,ne dicam penè omnes; ſiue Orientalem, ſiue Occidentalē Eccleſiam inſpiciamus. In hac enim Hieronymus,Auguſtinus, Gregorius,Beda, Anſelmus, Bernardus, Bonauentura,vt reliquos omittam: in illa Baſilius, Chryſoſtomus, Theologus, Damaſcenus, Cyrillus & alij innumeri Manaſticem profeſſi ſunt: & vna Hiſpania protulit Idelphonſum,Leandrum,Eugenium,Fulgentium; ipſos quoque Doctiſſimarum familiarum Parentes, Dominicum, & Ignatium. Quod ſi qui Doctorum Monachi non extiterunt, liquet Doctores,ac Doctores fuiſſe Monachorum, vt in Oriente Athanaſius, in Italia Ambroſius, in Hiſpania Iſidorus; è quibus Athanaſius & Iſidorus Regulas Monachis præfixerunt, quas ſuis reddemus locis. Ambroſium vero Monachos Mediolani gubernaſſe,Auguſtinus oculatus teſtis eſt lib.8. Confeſſ. cap. 6. *Et erat Monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus extra vrbis mænia ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus*: Quod ipſe Ambroſius fatetur ad Vercellenſes ſcribens lib.epiſt.82. Quis verò ſyllabum Monachorum conficeret, qui ad Epiſcopales ſedes propter excellentem doctrinam, vitæ ſanctitati coniunctam aſſumpti ſunt? Sed res immenſa cogit breuiare ſermonem.

21. Ex ieiunio placidus ſōnus.

9. *ITAQVE PERPETVAM &c.* Somnia ex rebus quæ frequentius in vigilia tractantur formari plerumque conſueuiſſe,& Philoſophis, & experientia docentibus nouum eſt: & ex ieiunio placidum gigni ſomnium. Audi expertum de his Chryſoſtomum hom.59. citata. *Dies luceſcit; imò vero ante diem gallus cantauit: & non ſicut domi ſtertunt ſerui,ianua clauſa, omnes mortuis ſimiles ſunt dormientes,mulio tintinabula concutit.Illic huiuſmodi nihil,ſed omnes ſtatim cum reuerentia ſomnum deponentes exurgunt,excitante eos Prælato, & conſiſtunt ſanctum conſtituentes chorum: & ſtatim manus extendentes ſacros hymnos decantant. Non enim ſicut nos multis egent choris,vt ſomnum excutiant, & grauedinem capitis. Nemo ſeruum vocat, ſibi quiſque ſufficit, non multis eget indumentis,non opus eſt ſomnum excuti,ſed ſimul ac oculos aperuit,illi,qui iamdudum excitatus fuit,ſimilis eſt propter ſobrietatem.Cum enim cor cibis minimè grauatum non deorſum mergatur, non indiget multi temporis,vt ſe referat; ſed ſtatim eſt in ſolertia, munda manus, ſomnus enim eſt ordinatus. Nullus ibi ſtertentes audit,aut anhelantes. Nullus ſe per ſomnum verſantem videt,nullus ſe nudantem; ſed dormiunt vigilantibus iacentes honeſtiùs. Hoc autem totum ex animæ compoſitione procedit. Hi verè ſancti, & inter homines Angeli: Multus enim Dei timor in profundum mergi ſomnum non ſinit,& animam obruere, ſed in ſuperficie accedit ipſis tantum requieſcere faciens. Talia ipſorum & ſomnia, non Phantaſiis,& monſtris plena.* Et quid mirum? quandoquidem ſi qui parumper ſomno grauaretur, bellum atrox ei indicebat, vti Macharius Alexandrinus fecit; de quo Palladius in Lauſiac. cap.20. *Statuit indomitus hic vir ſomnum ſuperare: & totis viginti diebus ac noctibus non ſuit tectum ingreſſus,vt ſomnum vinceret.* Et de Arſenio refert Ruffinus lib.3. Vit. Pat. num. 211. & Pelagius libello 4. num 2. & 3. *Quod tota nocte vigilabat, & quando volebat circa mane propter ipſam naturam dormire, dicebat ſomno: Veni ſerue male. Et ſurripiebat parum ſomni ſedendo, & ſtatim ſurgebat.* Eiuſque celebratur apophtegma: *Sufficit Monacho ſi dormierit vnam horā;per ſi tamen pugnator eſt.* Thabenneſiotæ ſedentes in acliui ſellula, non iacentes in lecto ſumebant ſomnum. Plena ſunt Patrum geſta iſtiuſmodi victoriis.

Eo tamen aberrauit Iudæus à Chriſtiano ſcopo,cum ſubintulit: *Sunt in his qui ſomniando produnt præclaras ſacræ Philoſophiæ ſententias*: minus gratiarum operationes callens,& quod extaſis diuinæ erat,ſomnio contribuens. Frequenter verò multos Veterum Monachorum ad celeſtia rapi conſueuiſſe, luculenter prompſit vnus illorum Nazianzenus; idque non ſemel: nam orat 1 in Iulian. ait. *Hos inquam propter mortificationem immortales, propter ſolitudinem Deo coniunctos, ab amore alienos, & diuino, libidineque vacuo, amore correptos, quorum fons lucis, & quorum iam radij ſplendoriſque traiectiones, quorum Angelici Pſalmorum cantus,& pernox ſtatio, & mentis ad Deum exceſſio, ante mortem in cælum ſe rapientes &c.* Et Orat.2.de Pace.*Omnia quæ in aliis cernebam fomites quidem mihi erant,diſſidiique fraterni monumēta:vigiliæ,inediæ,preces,lacrymæ,calloſa genua,pectoris contuberationes,ſuſpirium ex intimo corde manans, pernox ſtatio,mentis in Deum peregrinatio &c.* Rurſus in Apologia 1.*Cur in Pontum fugerit*, hæc habet: *Nihil mihi eo homine fortunatius eſſe videbatur*(agebar vero de ſolitariam vitam agente) *qui clauſis, compreſſiſque corporis ſenſibus, atque extra carnem, mundumque poſitus, nec niſi ſumma neceſſitate impellente,quicquam humanarum rerum attingens: atque & ſecum in ſe, & cum Deo colloquens, ſuperiorem rebus in aſpectum cadentibus vitam agit,diuinaſque ſpecies & imagines, puras ſemper,nec vllis terrenis & errabundis formis permiſtas in ſe ipſo circumfert*(penè verbis Philonis vtitur) *ac Dei rerumque diuinarum purum omnino ſpeculum eſt, indieſque efficitur: lucique Lucem: obſcuriori videlicet clariorem adiungit,ac iam futuri æui bono fruitur, & cum Angelis verſatur; & licet adhuc in terris agens, terram deſerit, atque à ſpiritu in cælum collocatur.* Atque eiuſmodi gratiæ erant, quibus in Eccleſiæ exordio abundabant fideles, & quorum Paulus in priore ad Corinthios cap.14. munera āpetit: præſertim cum ait: *Spiritus autem loquitur myſteria; nam qui Propheta, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem*: quod Therapeutæ iſti in Collectis ſuis faciebant, quas planè, ſi quas alias, fidelium primitiuorum idem Apoſtolus deſcribit,ſubdens: *Quid ergo eſt fratres? Cum conuenitis,vnuſquiſque veſtrum Pſalmum habet,doctrinam habet, Apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet.* Verum monet *vt omnia ad ædificationem fiant.* Vnde, *ſi lingua quis loquitur*, non ad totam loquatur congregationem, *ſed ſecundum duos,aut multum tres,& per partes,& vnus interpretatur.* Nam *qui loquitur lingua,non hominibus loquitur,ſed Deo,nemo enim audit*,id eſt capit,quæ dicat, niſi adfuerit qui interpretatur: *Qui autem prophetat,Eccleſiam Dei ædificat.*

22. Monachorū extaſes ſomno tribuit Philo.

Hinc

23. Philo Euangelicæ veritatis teſtis.

Hinc vero manifeſtiſſimis fulgoribus ſplendet Philonis verſutia, dum celare nequiter volens Chriſtianam Therapeutarum religionem tantæ gloriæ inuidus volens nolens ſe prodit teſtem veritatis coactum, euidentiſſimum eius referens teſtimonium. At quonam modo, inquit? Nimirum quoniam verbo Domini nobis imprimis innotuit Iudaici populi Prophetas vltra Ioannem non proceſſiſſe. (*Prophetia vſque ad Ioannem prophetauerunt* Matth. 11.) ſiluiſſeque deinceps oracula Prophetarum, vel ipſis quoque fatentibus Hebræorum peritis, Philone & vtroque Ioſepho. Atqui Philo inpræſentiarum plane fatetur multos Therapeutarum ſui temporis (claruiſſe ſub Claudio Tiberij ſucceſſore, ſub quo Dominus occiſus eſt, ſuperius notauimus) diuino numine correptos præclaras ſacræ Philoſophiæ ſententias edere ſolitos, quod proculdubio ſpiritu Prophetico fieri neceſſum erat, eo ipſo quod humano non fieret. Prophetiam autem non apud Iudæos, ſed apud Chriſtianos floruiſſe tunc temporis, teſtimoniis Chriſti Domini, & Pauli relatis palam eſt. Sed quod ait Philo, eos illas *ſententias ſomniando prodere*, luce clariùs Iudaicam eius vafriciem arguit, & ſtultiſſimum Philoſophum: licet enim gratis illi concedamus fortuito aliquando accidiſſe, vt dormiens non deliraret: attamen id frequenter & perpetuo fieri, quis niſi ſomnians contendat? præſertim cum non de vno quodam id aſſeuerat, ſed de multis, & frequenti ſententiarum proditione: *Sunt in his qui ſomniando produnt præclaras ſacræ Philoſophiæ ſententias.* Et ipſa ſententiarum claritas præclarum diuinæ originis ſuæ teſtimonium reddebat. Quinimo, & ipſe ſibi non conſtare proditur; vtpote qui in exordio narrationis num. 1. hos ipſos diuino furore percitos refert, cum gloriam gentis captabat; vt ita quos poſtmodum ſomniantes diuina inducit, inuidiæ fuiſſe proſequutus ipſe proderetur. Hunc ipſum Philonis, vtpote Iudæi hominis, dolum ſæpius in his quæ ſequuntur deprehendere facile nobis erit. Vnde tandem liquidum fiet, minime hos, quos modo laudat, Iudæorum Eſſenos, ſed prorſus Chriſtianorum fuiſſe Therapeutas. Vide dicta circa num. 8.

24. Horarum Canonicarũ antiquitas.

10. *QVOTIDIE BIS PRECARI SOLENT &c.* At non ſepties, vt Pſalmographum ſequeretur? aut ſaltem ter in die Tertia, Sexta, & Nona horis Danielem imitati? Sane Tertullianus aduerſus Pſyſic. cap. 10. liberè promit: *tres iſtas horas vt inſigniores in rebus humanis, quæ diem diſtribuunt, quæ negotia diſtinguunt, quæ publicè reſonant, ita & ſolemniores fuiſſe in Orationibus diuinis; quod etiam ſuadet Danielis argumentum, ter in die orantis; vtique poſt aliquarum horarum exceptionem: non aliarum autem, quam inſigniorum exinde Apoſtolicarum Tertiæ, Sextæ, Nonæ. Hinc itaque & Petrum dicam ex veteri potius vſu Nonam obſeruaſſe: & tertio orantem ſupremæ orationis munere &c.* De priori dicitur Act. 3. *Petrus autem & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis Nonam:* De poſteriori Act. 10. *Aſcendit Petrus in ſuperiori vt oraret circa horam ſextam, & cecidit ſuper eum mentis exceſſus. Et vidit cælum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum &c. Hoc autem factum eſt per ter.* Neminem deinde latet ab ipſis Apoſtolicis temporibus Horarum Canonicarum cœpiſſe exordium, quod ſpectat vt minimum ad tres prædictas, & Nocturnas, ac Veſpertinas Synaxes: Vtpotè de quibus expreſsè egerit S. Clemens Principis Apoſtolorum diſcipulus lib. 8. Conſtitut. Apoſtolic. cap. 40. *Preces veſtras facite diluculo, Tertia, Sexta, Nona, Veſpere, & in Galli cantu:* quem antiquiſſimi Patrum Sequuti ſunt, id eſt Cyprianus. lib. de Oratione Domin. Athanaſius l. de Virginit. Hieronymus epiſt. 7. 8. 22. & 37. & ſuper cap. 6. Danielis. Chryſoſt. hom. 59. ad popul. Antioch. & hom. 24. in Epiſt. 1. ad Timoth. & in Pſ. 118. Baſilius tum in Inſtitut. Monaſt. tum in Regulis fuſ. num. 37. Caſſianus lib. 3. de Inſtitut. renunt. & Collat. 7. Iſidorus lib. 1. de officiis Eccleſ. Rupertus, Amalarius, & cæteri Eccleſiaſticarum rerum indagatores.

25. Precationes primitiuæ Eccleſiæ Matutinæ & Veſpertinæ

Verum idcirco Philo duarum duntaxat precationum Therapeutorum meminiſſe mihi videtur, vel quia ipſe ad cæteras cum ipſis non conuenit, vel quoniam rudiores adhuc illi de numero ampliori nondum erant inſtructi; vel eas duntaxat deſcripſit, quas apud cæteros fideles ſolemniter cuſtodiri nouerat; eas enim tota Eccleſia ſolemnes eſſe Clemens modò citatus expreſſit, & ex Apoſtolica præceptione deſcendere docuit. Enim vero duas Synaxes, ſeu Conuentus à populo quotidie celebrandas ſanxerunt, Matutinam & Veſpertinam. Veſpertina ſic celebrebatur. *Veſpere, ô Epiſcope* (ait Clemens ſub Iacobi Alphæi nomine) *congregabis Eccleſiam, & dicto Nocturno Pſalmo loquetur Diaconus pro Cathecumenis, & dæmone agitatis, pro illuminandis, & pœnitentibus, vt ante diximus. Quibus dimiſſis Diaconus dicet: Qui fideles ſumus rogemus Dominum, & poſtquam primam orationem abſoluit dicet:*

Salua & excita nos Deus per Chriſtum tuum. Erigentes nos petamus miſericordias Domini, & miſerationes ipſius, Angelum pacis, bona, & vtilia Chriſtianos Principes, Veſperam, & noctem pacificam, & ſine peccato, atq; omne tempus vitæ noſtræ inculpabile. Nos mutuo Deo viuo commendemus per Chriſtũ ſuũ.

Et Epiſcopus orando dicat:

Deus qui nullo ortus principio, nullo fine terminaris; cunctorum Creator per Chriſtum, atque gubernator, & ante omnia Deus, ac ipſius Pater, Spiritus intelligibilium, ac ſenſibilium Rex, qui feciſti diem propter opera lucis, noctem ad requietem imbecillitatis noſtræ; tua eſt dies & nox: tu enim præparaſti lucem ac ſolem. Tu nunc Domine benigne ac bone, placidè ſuſcipe hanc noſtram Veſpertinam gratiarum actionem, qui nos traducis per longitudinem diei, & perducis ad initium noctis; cuſtodi nos per Chriſtum tuum, præbe Veſperam pacificam, & noctem ſine peccato, & dignos nos fac vitæ æternæ per Chriſtum tuum, per quem tibi gloria, honor, & cultus, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen.

Tunc populus inclinato capite ab Epiſcopo benedicebatur, cuius benedictionis formam Clemens ſubiungit. Rurſus ait. *Eodem modo diluculo Diaconus dicto Matutino, & dimiſſis Cathecumenis, Energumenis &c. ſubiunget poſt illa verba:*

Salua eos Deus, & excita in gratia tua: Petamus à Deo miſericordias ipſius & miſerationes, diluculum hoc, & diem pacificum, & ſine peccato & omne tempus peregrinationis noſtræ, Angelum pacis, Chriſtianos Principes (vt eos ſcilicet Dominus Eccleſiæ ab Ethnicis afflictæ concederet) *propitium, & benignum Deum, nos mutuo viuenti Deo commendemus per Vnigenitum ſuum.*

Et Epiſcopus orans dicat:

Deus ſpirituum, atque omnis carnis, incomparabilis, nullo indigens, qui dediſti Solem in poteſtatem diei, & Lunam & aſtra in poteſtatem noctis: Ipſe quoque

Digitized by Google

que nunc reſpice ſuper nos benignis oculis, & recipe matutinas noſtras gratiarum actiones, & miſerere noſtri: non enim expandimus manus noſtras ad Deum alienum; non enim eſt nobis Deus recens, ſed tu æternus, & infinitus, qui nobis per Chriſtum tribuiſti vt eſſemus: & per eundem largitus es vt bene eſſemus: Ipſe nunc per eum dignos nos fac vita æterna; cum quo tibi gloria, honor & cultus, & Sancto Spiritui. Amen.

26. Medij temporis occupationes. Sequiturque manus impoſitio, & benedictio Epiſcopi. Ergo harum ſolemnium precationum duntaxat meminit Philo, & credibile mihi eſt non alias in vſu fuiſſe recentiſſimis illis naſcentis tunc Eccleſiæ Therapeutis, nec dubito decurſu temporis Horas Canonicas recepiſſe: interim autem his tantum precationibus vſos, quas Clemens commemorat, cui per omnia Philonis verba conſentiunt.

11. *MEDIVM VERO &c.* Imo & operi, quod omnibus ſemper Therapeutis in vſu fuiſſe produnt omnes Patres alibi commodiùs à nobis curãdi, Interim accipe Hieronymi verba ex epiſt. 22. qui de his ſe loqui fatetur, de quibus Philo Platonici ſermonis imitator. *Opus diei ſtatutum eſt, quod Decano redditum fertur œconomum, qui, & ipſe per ſingulos menſes patri omnium cum magno tremore reddit rationem.* At de ſtudio ſacrarum literarum. *Dominicis diebus orationi tantum, & lectionibus vacant; quod quidem & omni tempore completis opuſculis faciunt. Quotidie aliquod de ſcripturis diſcitur.* Athanaſius verò lib. de Virginit. *Sit autem illud opus tuum in omni tempore meditari in ſacris literis. Habe Pſalterium; & Pſalmos diſce. Oriens ſol videat librum in manibus.* His Therapeutas temporum interſtitia occupaſſe, credendum eſt.

27. Monachorũ ſtudium Dei opera, non ſecreta naturæ. 12. *VERSANTES ENIM SACRA &c.* Hic quoque Philo Platonicum, imo ethnicum Philoſophum ſe oſtendit; cum nimirum omne Monachorum ſtudium, quo ſacris literis incumbunt, eo tendere credit, vt ad ſecreta quædam naturæ, quæ in eis lateant eruenda enucleandáque perueniant: cum potius ſecretis naturæ poſthabitis Deum immortalem, & inuiſibilem, finem ſibi ſuorumq; conſtituant ſtudiorum, vtpote cuius maieſtas ineffabilis, operáque mirabilia literis ſacris magnificè prædicentur per ea quæ facta ſunt. Id vero non coniecturis probabilibus, vt ait eliciant (vt Philoſophis accidit) ſed certa fide, omnium ſcientiarum certitudinem ſuperante. Alias inuerſo potius ordine *à creatura mundi, inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*, niſi præcipue in his *ſempiterna quoque eius virtus ac diuinitas* inſpiciantur, vti Apoſtolus Romanos monuerat. Neque vero ſolis allegoriis eruendis inhiabant, ſed tropologicis, & anagogicis myſteriis: &, quod caput eſt, literali Prophetarum ſenſui, quem in Chriſto D. ad vnguem intuebantur expletum.

13. *HABENT ETIAM PRISCORVM*
28. Qui Therapeutarum tempore ſua ſcripta ediderint? *COMMENTARIOS &c.* Euangeliſtarum, & Apoſtolorum Epiſtolas, & opuſcula præcipue intelligit, quibus adde Hermam *Paſtoris* autorem, Clementem Romanum, Conſtitutiones Apoſtolicas, & Canones eorumdem edentem, & Hierotheum, qui Hymnos amatorios, & Theologiæ elementa ſcripſerat, cum Philo floruit. Necdum Ignatius & Dionyſius ſcripta ſua exarauerant, & multo minus Polycarpus, Papias, Quadratus, Ariſtides, Iuſtinus, & Egeſyppus ſua, quantumcunque Apoſtolorum ſæculo vicini. Vt enim Hieronymus lib. de Scriptoribus Eccleſ. teſtatur, *Romæ Philonem ſub C. Caligula Romæ periclitatum, quò legatus gentis ſuæ miſſus fuerat. Cum ſecunda vice veniſſet ad Claudium* (Caligulæ ſucceſſorem) *in eadem Vrbe loquutum fuiſſe cum Apoſtolo Petro, eiuſque habuiſſe amicitiãs, & ob hanc cauſam etiam Marci diſcipuli Petri, apud Alexandriam ſectatores ornaſſe laudibus.* Cæteri ſub Traiano, Hadriano, & Antonino floruere. Sed & cũ Autores eorum librorum, quos habuiſſe præ manibus Therapeutas Philo contendit, nuncupet eius ſectæ autores, ſatis innuit Apoſtolos eſſe, & Euangeliſtas, qui videlicet Commentarios geſtorum Chriſti Domini, & totius Chriſtianæ perfectionis accuratiſſimè ſcriptitarunt; cæteroſque Noui Teſtamenti libros. Acta ſcilicet Apoſtolorum, Epiſtolas, & Apocalypſim; à quibus omnibus vitam & lucem Monaſtices accepit: Quo ſenſu Hiſtoriam geſtorum ſuorum Cæſar *Commentarios* appellauit. Conſentit Nicephorus lib. 2. c. 16.

14. *ITAQVE NON SOLVM &c.* Nouos pioſque conſcribere, atque cantare ſacros hymnos 29.
laudi ſemper datum eſt in Eccleſia ab Apoſtolicis temporibus quo nomine Diuinus ille excelluit Hierotheus Chriſti Domini (vt probauimus c. 9. nu. 3.) diſcipulus, cuius hymnos amatorios ſæpe Dionyſius eius diſcipulus laudat, centoneſque aureos promit lib. de Diuin. nomin. cap. 3. Excelluit & Nepos de quo apud Euſebium lib. 7. hiſt. c. 19. hæc habes. *Nepotem amplector & diligo pro nonnullis quoque, & variis Pſalmis, hymniſque ab eo compoſitis: quibus hucuſque nonnulli fratres libenter vtuntur.* Extant & Hymni Hilarij, Ambroſij, & Prudentij, quos Eccleſia canit, & inter Græcos Nazianzeni, & Damaſceni, vt cæteros taceam. Catholicis igitur ſemper hymnos Deo edere & canere placuit: ſoli Arriani hos faſtidiebant in Ambroſium dicteria concinnantes, vt ipſe refert ad Innocentium. Porro hymnum olim etiam Menander dixiſſe dicitur, quod ſit *Dei laus*: & Ambroſius lib. 1. offic. c. 45. Illud Dauidicum *Te decet hymnus* ſic accipit: *Hymnus ſpecialiter Deo dicitur. Hoc tanquam excellentius cæteris credere eſt decorum, quod deferimus Deo:* Et Hieronymus lib. 3. Cõment. in Epiſt. ad Epheſ. 5. ſic Hymnum à Pſalmo, & Cantico ſpiritualibus diſcerni docet: *Nunc breuiter Hymnos eſſe dicendum eſt, qui fortitudinem, & maieſtatem Dei prædicant, & eius ſemper vel beneficia vel facta mirantur. Pſalmi autem propriè ad ethycum locum pertinent, vt per organum corporis quid faciendum: qui vero de ſuperioribus diſputat, & concentum mundi, omniumque creaturarum ordinem, atque concordiam ſubtilis diſputator ediſſerit, iſte ſpirituale canticum canit.* Præceperat autem Apoſtolus eo loci Epheſiis, vt commonerent ſemetipſos Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus, & Coloſſenſibus itidem c. 3. Fallitur Socrates dum lib. 6. Hiſtor. c. 8. exordiũ Hymnorum in Eccleſia alternatim cani ſolitorum ad D. Ignatium refert; quod ad Seraphicam Iſaiæ 6. viſionem referre deberet: tametſi non abnuamus Ignatio quoque Angelorum choros cœlitus commonſtratos S. Trinitatem Hymnis alterna voce decantatis collaudantium, quem morem in Antiochena Eccleſia ſtabiliſſe, aliquandiu forſan intermiſſum; ſed quod ab eo primùm alternis choris Hymni in Eccleſia cani cœperint: cum palam ſit, vel ipſius Philonis teſtimonio, inferius nu. 5. enucleando, ſuo etiam, id eſt Petri tempore, cuius tamen Ignatius tertius ſucceſſor fuit, à Therapeutis actitari ſolitum.

Hymni à quo tempore in Eccleſia.

Quo differant Pſalmus, Hymnus & Canticum.

15. *PER SEX DIES &c.* Non ita multo tempore

Digitized by Google

30. Quibus horis Collectæ cogebantur.

tempore obſeruatum fuit, niſi ab Eremitis: nam paulo poſt quotidie ad Synaxim omnes in vnum cogebantur aliquoties. Hieronymus epiſt.22.ad horam Nonam conueniri ſolitum his ſcribit de priſtinis cœnobitis. *Vſq; ad horam nonam, vt inſtitutum eſt, nemo pergit ad alium, exceptis his Decanis, quos diximus, vt ſi cogitationibus forte quis fluctuat: illius conſoletur alloquiis. Poſt horam nonam in communi concurritur.* Iterum conuenire ſolitos nocte media inferiùs innuit. *Et quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili vnuſquiſque vigilat &c.* Vbi & orationum publicarum meminit, & præter eas ſingularum quoque vigiliarum, ac meditationum. Athanaſius tres Synaxes Sanctimonialibus iubet facere, ait ſiquidem: *Poſt Tertiam Synaxes conficies.* Et item: *Poſt Synaxim Nona hora comede panem tuum.* Et rurſus: *Si ingrediaris templum duodecima hora, maiorem & longiorem facies Synaxim cum virginibus tecum concordibus.* Aliarum etiam horarum mentionem fecit, id eſt *Sexta, Media noctis, & diluculi,* ſeu *matutini.* Verùm dum non vocat eas itidem Synaxes, à ſolis celebrandas fore, videtur ſentire. Chryſoſtomus hom.59. ad Popul. Antioch. quinque enumerat, nocturnam ſcilicet, *quia omnes ſtatim cum reuerentia ſomnum deponentes exurgunt, & conſiſtunt, ſanctum conſtituentes chorum:* & quatuor diuinas, de quib. ait: *Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſpertinas orationes celebrant, & in quatuor partes diem diſpertiti, dum ſingulæ partes implentur, pſalmodiis, & Hymnis Deum venerantur.* De eiſdem agit ſeriò vetuſtiſſimus Cyprianus lib. de Orat. Dominica. Deinde Baſilius Regul. fuſ. nu. 37. ſeptem Synaxes enumerat, *quas obſeruari in Conuentibus,* ait, *ſolemne eſt, & quotidianum.* Cui Caſſianus conſentiens lib.3.c.4. inquit. *Septies ſine dubio ſpirituales hos conuentus in die facientes ſepties in colendo Domino dicere comprobamur.* Sed de his alibi latius.

31. Collecta olim ſola die Dominica fiebat.

16. *SEPTIMA VERO &c.* Planè diem ſeptimam hanc Hieronymus Dominicam interpretatur, quod hanc ex tota hebdomada Monachi feriatam haberent epiſt.22. Et epiſt.27. de Paulæ diſcipulis ait: *Non licebat cuiquam ſororum ignorare Pſalmos, & non de Scripturis Sanctis quotidié aliquid diſcere. Die tantum Dominico ad Eccleſiam procedebant, ex cuius habitabant latere: & vnumquodq; agmen Matrem propriam ſequebatur:* Quem morem Magnus ille Apollonius 500. Monachorum in Ægypto prope Hermopolim pater ſecutus eſt auctore Rufino li.1. de Vit. Patr. c.7. & Palladio c. 52. (ab hoc *Apollo* dicitur) *qui die Dominica gratia charitatis, ſecum omnes cibum ſumere hortabatur.*

Sabbathum olim dies ſolemnis.

Palam quidem eſt apud Ægyptios, non ſolum Dominicam diem, ſed & Sabbathum fuiſſe ſolemnes; cum eius rei apud Caſſianum extant perſpicua teſtimonia: nam lib.2.c.6. *In die vero Sabbathi,* ait, *vel Dominico, vtraſq; lectiones Noui Teſtamenti de nouo recitant.* lib.3.c.2. *Nulla apud eos per diem publica ſolemnitas abſque die Sabbathi, vel Dominica celebratur,* & c.9. reddit rationem, *quare apud eos die Sabbathi vigiliæ ſtatutæ ſint,* & per omnem *Orientem abſolutio ieiunij in die Sabbathi, ſicut in Dominica præſumatur.* Et cap. vlt. eiuſdem li.3. Sabbathum & Dominicam *feriata tempora* nuncupat, & in vtroque ſimiliter ſine Pſalmodia accedebant. Cui concinens Socrates lib.6. hiſt c.8. *Cum feſta* (inquit) *cuiuslibet hebdomadæ occurrebant, videlicet Sabbathum, & Dies Dominicus, in quibus conuentus in Eccleſiis fieri ſolent &c.* Et Palladius in Lauſiac. c.7. de Monachis Nitriæ prope Alexandriam cômorantib. agens Therapeutarum Veterum, quod ad locum ſpectat, ſucceſſoribus, ait: *Veniunt autem ad Eccleſiam Sabbatho ſolum & Dominico.* At quid mirum cum Clemens Papa lib. Conſt. Apoſt. c.24. ſcribat: *Sabbathum & Dominicum diem feſtum agimus, quia illud naturæ conditæ eſt monumentum, hic reſurrectionis:* & lib.8.c.39. *Operentur ſerui quinque dies: in Sabbatho & Dominica die quieſcant in Eccleſia propter doctrinam pietatis. Sabbathum enim diximus creationis habere rationem, Dominicum reſurrectionis.* Et in vita S. Onuphrij cap.11. legimus, interroganti Paphnutio. *Pater benigne, die Dominico, vel Sabbatho communionem percipiebas ab aliquo?* reſpôdiſſe. *Omni die Dominico, vel Sabbatho Angelum Domini paratum inuenio, ſacroſanctum corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti deferentem; de cuius manu mihi pretioſiſſima donantur munera.*

32. Cur Sabbathi ſolemnitas prohibita?

Hinc omnis Eccleſia Oriêtis Sabbathis (maiori excepto) à ieiunio abſtinebat, qua de re extat teſtimonium S. Ignatij epiſt. ad Philipenſ. & Canon Apoſtolicus 55. & Clementis citato loco libr.7. Côſtit.c.24. Sabbathi ieiunium execrantibus; non Iudaico quidem ritu, aut Ebionæorum ſpiritu, qui Euſebio teſte lib.3. hiſt. ca 21. æquè Sabbathum, & Dominicum celebrabant, contra quos extat Canô 29. Concilij Laodiceni, & Decretum Gregorij Magni lib.11. Regiſtr. epiſt. ſed quo impudenter damnarent Manicheos, qui Sabbatis ieiunabant in deteſtationem Dei Iudæorum, ne facere viderentur quod ipſe fecit, id eſt quieſcere, & feſtum agere. Eo facto Catholici Oriêtales profitebâtur vnû eundéq; Deum eſſe, qui mundû condiderat, Sabbatho ab opere quieſcês, & mundû morte redemerat Dominico die à mortuis reſurgês. At vbi periculû abfuit, ſola Dominica dies gaudiis reſeruata fuit, Sabbatû vero ieiunio mœſtiter colebatur, vt Romana & Hiſpana Eccleſia conſueuere. Cuius D. Hieronymus egregium præbuit teſtimoniû epiſt. 28. reſponſiua ad Lucillum Bæticum in hæc verba. *De Sabbatho quod quæris, vtrum ieiunâdû ſit; & de Euchariſtia, an accipiêda quotidie, quod Romana Eccleſia, & Hiſpana obſeruare perhibentur: ſcripſit quidem & Hyppolitus vir diſſertiſſimus, & carptim diuerſi ſcriptores de variis auctoribus edidere: ſed ego illud te breuiter admonêdum puto, Traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ Fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt &c.* Vigebat proinde non ſolum in Italia, ſed & in Hiſpania Hieronymi æuo Apoſtolicus primitiuę Eccleſiæ ſpiritus, tam in ieiuniorum, quam in Diuini pabuli percipiendi frequentia: quæ alibi mire languebat. Videndus Innocêtius I. in Epiſt.1. decret. ad Decentium c.4. de Ieiunio Sabbathi: cuius diei ſolênitas Apoſtolica proculdubio auctoritate intermiſſa eſt mora Euâgelij luce coruſcante, quod nimirum poſt verbi Dei diſpenſationem reſtaurationis Orbis memoria potius celebrâda ſit, & ſicut Domino reſurgenti congaudendum, ita & mortuo, & iacenti in ſepulchro côdolendum. Cæterum quod ad Therapeutarum Synaxim ſpectat, de qua nobis ſermo, eum non bis, ſed ſemel in hebdomada cogi conſueuiſſe dicatur, à Philone; eam Dominica celebratam ex more, nô Sabbatho, liquidum fit, ex eo quod teſte Caſſiano lib.3. c.11. ſolemnior adhuc dies Dominica inter eos fuerit: & Collat.7. cap.34. & Collat.18.c.15. & Collat.23.c.21. & Pachomius dilucidè id promat in Regula n.5. dicens: *In die Dominica in Collecta in qua offerenda eſt oblatio &c.* nulla Sabbathi mentione facta. Porro de ordine ſeſſionis, & modeſtia ſedentium inferiùs agemus.

17. TVM

33\. Docentis, & audientium modeſtia.

17\. *TVM PROGRESSVS IN MEDIVM &c.* Præclate id Hieronymus deſcribit ad Euſtochium ſcribens epiſt.22.his. *Poſt horam nonam in communi concurritur, Pſalmi reſonant, ſcripturæ recitantur ex more, & completis orationibus, cunctiſq; reſidentibus medius, quem Patrem vocant, incipit diſputare; quo loquente tantum ſilentium fit: vt nemo alium reſpicere, nemo audeat excreare: dicentis laus in fletu eſt audientium; tacite voluuntur per ora lacrymæ, & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum de regno Chriſti, & de futura Beatitudine, & de gloria cœperit annunciare ventura, videas cunctos moderato ſuſpirio, & oculis in cœlum leuatis intra ſe dicere; Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Poſt hæc Concilium ſoluitur, & vnaquæque decuria cum ſuo patre pergit ad menſam.* De huiuſmodi Collectis multa à Pachomio præcepta data ſunt, quæ ſuis locis exponemus; multaque de eiſdem mentio apud Caſſianum.

18\. *RELIQVI OMNES &c.* Conſule ſuperiorem notam.

34\. Templi diuiſio pro viris & fœminis.

19\. *ID COMMVNE SEMNEVM &c.* Ergo commune Monaſterium ſeu Eccleſia, quò vniuerſi Monachorum cœtus ad Synaxim celebrãdam conueniebant aula quidem ampliſſima eſſe oportuit, vtpote quæ tot homines ſimul caperet: cuius aream loricula quædam per medium ad tres cubitos, ſeu pedes nouem erecta duos efficeret ſinus, viros vnum, fœminas alterum continentẽ, fœminas inquam ſanctimoniales, eiuſdem ſcilicet cũ viris inſtituti ſectatrices. Sed eius diſtinctionis exẽplar, vetus illis præbuit templũ Hieroſolymitanũ, cuius locus orationi populi deſtinatus ad eum modum erat ædificatus, auctore Ioſepho qui lib.6. de Bello Iudaico c.6.hæc ſcribit: *Neceſſario namque proprius locus religionis cauſa mulieribus deſtinatus muro diſcernebatur: altera quoque porta opus fuiſſe videbatur. Contra primam vero ſecreta erat, ex aliis regionibus vna porta meridiana, & vna ſeptentrionalis, quibus ad mulieres introibatur; per alias enim tranſire ad mulieres non licebat; ſed nec ſuam portam interiecto muro tranſgredi licebat: patebat enim locus ille pariter indigenis, & hoſpitibus fœminis religionis cauſa venientibus.* Ad inſtar etiam illius Chriſtianorum Eccleſias extruendas, Apoſtolos conſtituiſſe docet Clemens lib.2.Conſtit.c.61.his verbis: *Ac primùm ſit longe domus ad Orientem conuerſa; ex vtraq; parte paſtophoria* (id eſt porticus, Hiſpane *Naues colaterales* dicimus) *habens ad Orientem, quæ nauis habeat ſimilitudinem.* Ex his media domus Epiſcopo, Presbyteris, Diaconis, & vniuerſo clero patebat, pulpito, & altari: paſtophorium vnum Laicis viris, alterum fœminis deſignatum erat; ſubdit ſiquidẽ: *In eius medio ſit Epiſcopi ſedes, ad cuius vtrumque latus conſideant Presbyteri: & Diaconi* (non *ſedeant,* ſed) *aſſiſtant ſuccincti, & expediti. Hi enim ſunt ad nautarum, & muralium præfectorum ſimilitudinem. Horum cura laici in altera parte ſedeant cum omni quiete & ordine* [in altera inquam illarum de quib. dixerat ex vtraq; parte paſtophoria habens *mulieres quoque ſeparatim ſedeant, ſilentium ſeruantes;* in altero paſtophorio. *Medius lector è loco ſuperiori ſtãs legat &c. alius Dauid Pſalmos canat, & populus initia verſuum concinat &c.* Et rurſus: *Maneant autem oſtiarij ad introitus virorum, illos cuſtodientes: Diaconiſſæ ad introitus fœminarum, more nauticorum cuſtodum.* Sed vnde acceptum exemplar? *Nam in tabernaculo teſtimonij eadem ſeruabatur forma cum populo Dei. Si quis inueniatur extra locum ſedere, increpetur à Diacono, veluti proreta, & in ſuum locum reducatur: Non ſolũ enim nauis, ſed & mandræ habet Eccleſia ſimilitudinẽ* [vnde & Monaſteria *Mandra* dicta:] *nam ſicut paſtores pecudes, capras inquam & oues, ſecundum genera, & ætates ſeparant, & quælibet ſui generis ſimiles ſequitur; ſic in Eccleſia iuniores ſeorſim ſedeant, ſi fuerit locus: alioquin maneant recti: grãdiores natu ordine ſedeant; pueros ſtantes recipiant eorum patres & matres.* En nauem, ſeu porticum virorum diſpoſitũ. Sequitur alterius diſpoſitio. *Adoleſcentulæ rurſus, ſi ſit locus ſeorſum maneãt, aliàs poſt mulieres ſtent. Nuptæ, & quæ iam liberos habent ſeorſum maneant. Virgines, & viduæ, & anus* (quod hæ omnes liberæ ſint a proluſione carnis) *primæ omniũ vel ſtent, vel ſedeant. Diaconus autem loca videat, vt quilibet ingrediens in ſuum locum concedat, ac præter decorum ne ſedeat.* Hactenus Clemens. Ad hoc autem vt Diaconus vtrimque ſedentes proſpicere valeret, neceſſum eſſet, vt non admodũ erectis parietibus vel tabulatis à ſe inuicẽ omnes ſecernerentur. Quod tamẽ maioris modeſtiæ gratia à Therapeutis ita prouiſum eſt, vt murus medius ita aſſurgeret, quod nullatenus ab eis Therapeutrices conſpici poſſent, ſed ſola lectoris aut diſputantis vox liberè ad eas tranſiret.

Templa in modum nauis iuſſu ædificari.

Ordo ſeſſionis Cleri.

Virorum & mulierum ſeparatio.

Conſtantinopoli aliter mulierum pudori in tẽplis prouiſum reperio, nimirũ tabulata eis ſeorsũ propè teſtitudinem parabantur (nos *Tribunas* vocamus) quibus ſeparatæ ſacris intereſſent. Nam audio Metaphraſtem de D. Chryſoſtomo aſſerentem quod Clericum ad altare ſibi miniſtrantem, cum mulierem ſurſum in tabulato manentẽ procaciter inſpexiſſe obſeruaret, ab altare ſubmouiſſe. *Deinde futuri quoque curam gerens* [ait] *iuſſit velis ſuperiora muniri tabulata.* Sed & Nazianzenus eiuſdem vrbis Antiſtes carm. de ſomno Anaſtaſiæ inquit: *Sanctæ Virgines vna cum grauibus matronis è ſublimi tecto, caſtiſſimas ſermonibus meis aures inclinabant.* Et Procopius li.1. de Ædificiis Iuſtiniani Imper. *Sunt duæ,* ait, *vtrinque porticus, quas faſtigiata teſtudo, & aurũ venuſtant* [hæ ſunt naues, ſeu paſtophoria Clementis] *harum vna viros orantes, altera mulieres admittit; alias nulla re differentes. Quis tabulata, in quibus verſantur mulieres exponat?* De tabulatis Mediolanenſibus hæc Ambroſius lib. ad Virginem lapſam, innuens ſuas, non prope teſtudinem, ſed in terra eſſe. *Nonne & illum locum tabulis ſeparatum, in quo in Eccleſia ſtabas recordari debuiſti, ad quem religioſæ matronæ, & nobiles certatim currebant, tua oſcula petentes, quæ ſanctiores & meliores te erant? Nonne vel illa præcepta quæ oculis tuis ipſe inſcriptus paries ingerebat, recordari debuiſti?* Nempe in tabulati Virginum ſacrarum pariete ſcriptum erat: *Diuiſa eſt mulier; & Virgo quæ non eſt nupta cogitat quæ Domini ſunt, quomodo ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Atque hæc de loricula Moniales à Monachis pro concione audienda diuidente, dicta ſint. 35. Qualiter Conſtantinopoli viri à mulieribus in templo ſeparabantur.

Mediolani.

Cæterum illud vehementer ad rem propoſitam facit, quod ait Philo, eas idipſum cum Therapeutis ſectatas vitæ inſtitutum: vnde non ſemel eas *Therapeutrices* nuncupat. Enim vero fit etiam ex hoc manifeſtũ non Iudæas, ſed Chriſtianas profeſſione fuiſſe. cum certum ſit fœmineum & delicatum genus toto legis ſcriptæ curriculo nequaquam Monaſticum ac virginale inſtitutum vnquã arripuiſſe, vti ſuperiori lib. c.5. & 15. monſtrauimus. At poſtquam Deus in Virginis vtero factus eſt homo, non ſolum propoſitum Virginitatis inualuit in Eccleſia, ſed ab eiſdem Monaſticus ſtatus ſuſceptus eſt, & Monaſteria Virginum inſtaurari pari cum virorum antiquitate cœperunt. Sanè Athanaſius in vita 36. Therapeutrices eiuſdem cum Therapeutis inſtituti.

Monachorũ præcipui Doctores ſorores habuere Monialiũ Doctrices.

Antonij luculenter meminit Monaſt. Virg. à ſorore eiuſdem Ant. fundati c. 27. Dum Monaſt. virorum viſitaret: *Laudat*, ait, *Veterũ ſtudia, hortatur nouorũ. Sororem quoq; iam vetulam Virg. videns, & aliarum puellarũ magiſtra, mira exultatione ſuſtollitur.* Scripſit etiam geſta, & virtutes S. Syncleticæ Abbatiſſæ, quæ Græce extant in Biblioth. Regia S. Laurentij in Excoriali: vt ſicut in Ant. Monac. exemplar perfectionis, quod imitarentur, habebãt, haberent etiã Moniales ſui ſexus doctricẽ, ad cuius normã actus ſuos componerent. Porro S. Pachomius ſororem quoq; habuiſſe, quæ plurimarũ Virg. magiſtra extiterit, eius prodit hiſt. c. 28. cui etiam ſanctus vir Monaſt. in eadem eremo conſtitui fecit. *Pachomius vero deſcripſit eis regulas, quibus vtentes ingiter conuerſationis ſua monumenta dirigerent. Exceptis enim melotis, quas fœmina non habent* [quia, vt reor, longiorib. eas palliis, quam melotes ſint, vti ad honeſtatem deceret] *omnis inſtitutionis earum forma Monach. probatur eſſe conſimilis.* Hæc auctor vitæ illius, paulo inferius iterans: *Vna vero Regula tam virorũ quam fœminarum, hodiéq; perdurat, niſi quod fœmina melotis, vt diximus minimè vtuntur.* Vixiſſe autem in eo Cœnobio 400. Virgines, prodit Palladius in Lauſ. qui eius hyſtoriam texit a c. 39.

37. Quid plura? obſeruaui mecum aliquando ſingulari ſpiritus gaudio repletus ita Diuinam prouidẽtiam in Monach. plantatione ſe geſſiſſe, vt vtriuſq; ſexus perfectioni pariter conſulens omnibus pene celeberrimis Monach. Præceptorib. ſorores germanas Monaſtici inſtituti Doctrices, & cooperatrices indulſerit. Vidiſti Magno Ant. ſuam, ſuamq; præclaro Pachomio itidem extitiſſe. Nõ defuit Baſilio ſua Macrina, nõ Ambr. Marcellina nec Auguſt. ſua, nõ Benedicto ſua Scholaſtica, nõ Iſidoro Florẽtina ſua, nec Bernardo ſua Vmbelina. Et quib. ſorores defuere ſodoles conceſſæ ſunt. Athan. Syncletica, Hieronym. Paula, Nazianzeno Ruſſiana, Fructuoſo Benedicta, & Martinus itidem ſanctimonialium cœtus coëgit, & inſtituit; non credam ſine cooperatrice. Quarum omniũ interuentu inter fœminas Therapeuticum, ſeu Monaſt. inſtitutum toto Orbe propagatum eſt: de quibus latius ſuis locis inferius agemus. Interim accipe Theodoretum de multitudine & origine Monaſt. fœminarum hæc aientem ad calcem Philothei. *Sed quouſq; prolixa vtor oratione? cum oporteat aliarum quoq; referre vitam, qua imitata ſunt & hanc, & illas quarum prius meminimus. Multa enim alia partim quidem vitam amplexa ſunt ſolitariam, partim autem viuere amarũt cum pluribus, adeo vt ducenta & quinquaginta & plures & pauciores ſimul viuant, vno cibo veſcentes, ſuper ſolas ſtoreas ex inſtituto dormientes; & manus quidem lana attribuentes, hymnis vero linguam conſecrantes. Sunt autem innumerabilia ſapientia eiuſmodi gymnaſia, nõ ſolum in noſtra regione* [Cypri] *ſed etiam per totum Orientem. Iis autem plena eſt Palaſtina & Ægyptus, & Aſia, & Pontus, & tota Europa. Ex quo enim Chriſtus Dominus honorauit virginitatem, vt qui natus ſit ex Virgine, pratum Virginitatis natura germinauit, & hos ſuaueolentes, & qui non marceſcunt flores offert creatori: non virtutem in maſculo & fœmina diſcernens, nec in duas differentias corporum, ſed non* animorum. In Chriſto enim Ieſu* (*vt ait Diuinus Apoſtolus*] *non eſt maſculus, & fœmina. Vna autem mulierib. & viris eſt fides ſuppeditata: quin etiã vnum Regnũ Cœlorum agonotheta propoſuit victoribus, hoc com-*
38. *mune præmium definiens certaminibus.* Hæc ille.

* al. amicorum

Qualiter ieiunandum

20. *TEMPERANTIÆ &c.* De eiſdem Hieronym. epiſt. 8. ad Demetriad. *Ieiunium non perfecta virtus, ſed cæterarum fundamentũ eſt, & ſanctificatio, atque pudicitia, ſine qua nemo videbit Deum: gradus præbet ad ſumma ſcandentib.* Verùm abſq; Dei ſpeciali impulſu, non ſunt nimia peragenda. *Neq; vero tibi immoderata imperamus ieiunia, & enormem ciborũ abſtinentiam, quibus ſtatim corpora delicata franguntur, & ante ægrotare incipiunt, quam ſanctæ conuerſationis iacere fundamenta. Sic debes ieiunare, vt nõ palpites, & reſpirare vix poſſis, & comitum tuarũ vel porteris, vel traharis manib. ſed vt fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in Pſalmis, nec in Vigiliis ſolito quid minus facias.* At quid veteres diuina freti gratia egerint, ſequentibus aperiemus. Alias Abbas Pemmen apud Rufinum lib. 1. n. 41. & apud Pelagium libello 10. n. 44. biduana & triduana ieiunia vanæ gloriæ proxima eſſe docuit.

21. *NEC CIBVM &c.* De hac re egregiè 39.
Chryſoſt. hom. 57. ad Popul. de Monach. vita ſic ait. *Illi poſtquam pranſi fuerint; imo vero poſt cœnam; nũquam enim prandiũ norunt, ſcientes quod præſens tempus eſt luctus, & ieiunij. Itaque poſt cœnam Deo quaſdam gratiarũ hymnos dicentes, &c.* Hieronym. ep. 22. cum poſt horam Nonam ad Synaxim omnes conuenire dicat, vbi Pſ. reſonabant, & completis Orationibus, cunctis reſidẽtibus patrem omnium diſputationem ſerio habuiſſe, ſubdátq; *Poſt hac concilium ſoluitur, & vnaquaque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam. Dehinc conſurgunt pariter, & hymno dicto ad propria redeunt*; fit vt aduesperaſcente iam die prandium ſeu cœnam ſtatuerit. Videbatur morem iſtũ hæreditaſſe Ant. de quo Athanaſ. c. 6. *Edebat ſemel in die poſt ſolis occaſum*: Quod innumeros Veterum Patrum egiſſe ſcimus: de quibus Chryſoſt. hom. 59. ad Popul. *Veſpere facto hi ſe laboribus abſoluentes menſam petunt.*

Ieiunium antiquorum abſque prandio vſque ad cœnam.

22. *NONNVLLI EX HIS &c.* Idem qui 40.
ſupra Athanaſ. de Magno Ant. *Nonnunquam biduo, triduoq; ſic permanens, quarta demũ die reficiebatur.* Hierony. de Hilarione ſuo c. 3. *Herbarum ergo ſucco & paucis caricis poſt triduum vel quatriduũ deficientem animam ſuſtentabat, orans frequenter & pſallens, & raſtro humum fodiens, vt ieiuniorum laborem labor operis duplicaret.* Et id proculdubio à Magiſtro ſuo Ant. acceperat. Paris certaminis Athletæ memorantur, quos modo recenſebo. Dauid & alij Euſebij diſcipuli biduanum ſemper agebant ieiunium, vt Theod. refert in Philoth c. 4. & Petrus Galata eodem c. 9. Et Zacheus Pachomij diſcipulus, de quo in eius vita c. 52. & Theodor. item Pachomij diſcipulus c. 29. Eulogius Presbyter apud Pelagiũ libello 8. n. 4. & Theodoſius ſpatio 35. annorũ apud Moſcũ c. 67. Sed & biduanum & triduanum peregiſſe Auitum ſcribit Theod. in Philoth. c. 3. Triduanum, præter Hilarionẽ, Euphraſiã, ſcribit Auctor eius vitæ c. 19. & Euſebium apud Theodor. c. 4. Quinque rurſus dierum Adolium, Palladio in Lauſ. c. 104. & Serapionem Sindonitam eodẽ c. 83.

Ieiunium biduanum, triduanũ, quotidianum & quinq; dierum qui peregerint.

23. *NEC DESVNT QVI &c.* Ieiuniũ integræ 41.
hebdomadæ multos reperio Dei gratia Veterum Patrum viriliter perfeciſſe: ex quib. fuere S. Simeon Stilites in exordio ſui Monach. apud Ant. eius Hiſtoriographum, quem habeo M.S. in membrana tranſlationis vetuſtioris, quam vulgata ſit. c. 3. Conon toto 30. annorum ſpatio, vt refert Moſcus in Prato ſpirituali c. 22. Elias Monach. apud Palladiũ c. 51. qui idem refert de Elpidio Capadoce. c. 106. Idem geſſere Eulegius & Euphraſia ſupra relati: itẽ Polycronius apud Theodor. in Philotheo c. 21. & Heliodorus Simonis Stylitæ ſocius eodem Auctore c. 26. Marcus etiam apud Moſcum. c. 13. idque

Integræ hebdomadæ ieiunium.

ſpatio

ſpatio 63.annorũ: quod etiam de Senibus Scethys refert Pelagius li.10.n.109. Quam item menſuram Dei gratia prætergreſſi ſunt Heliod.& Simon Stylites: ille quidem ſemel, hic per totos 28.annos, vt prodit Theodor.c.26.citato. Et hæc quidẽ de priſcis illis Monach.memoriæ tradita ſunt, quibus non valde imparia certamina ieiuniorum iniiſſe, & glorioſe peregiſſe ſequioris æui Patres ſcimus, vt Romualdus, qui bis dumtaxat in hebdomade ſoluebat ieiunij diſtrictionem; & alij, quos ſciens & prudens prætereo, ne tædio ſim Lectoribus.

24. *SEPTIMVM VERO DIEM &c.* Hæc ex ſupradictis liquent ad n.13.16.22.& 23.

42. Pane tantum & ſale qui vſi.

25. *IN CIBATV &c.* Nihil minus egiſſe Antoniũ in ſuo etiam tyrocinio ſcribit Athanaſ. c.6. *Sumebat vero panem & ſal, potumq; aqua perparuũ.* Palemon magiſter Pachomij hæc ad eum dixiſſe fertur. c.6. vitæ Pachomij. *Nimis ardua, & duriſſima conuerſatione me caſtigo, nullius rei ciborũ vtens, niſi tantum panis, & ſalis, oleo autem & vino in totũ prorſus abſtineo.* Cui etiam ſanctus Tyro ſe conformauit. Cap.52.ſequenti de Zachæo Veteri Aſceta, qui diſciplinis Pachomij ſeſe addixit, dicitur. *Tota vita ſua pane tantum, & ſale contentus.* Et Pelagius de Eulogio Presbytero libello 8.num.4. S.Ioannis Eleemoſynarij diſcipulo inquit: *Non comedit Preſbyter niſi panem & ſalem.* Idem de Iuliano Sabba, eiuſq; diſcipulis refert Theodor.in Philotheo c.2. Et generaliter Hieron. de Anachoretis loquens ep.22. *Ad tertium* (ait) *genus Monach. veniam, quos Anachoretas vocant, qui & de Cœnobijs exeuntes excepto pane & ſale ad deſerta nihil perferunt amplius:* & de Cœnobitis: *viuitur pane, leguminibus, & oleribus, quæ ſale condiuntur.*

43. Herbis crudis, cibus oleribus & oleo, qui contenti.

Sed cum multa de Priſcorum Monach. abſtinẽtia dici poſſent, vnum modò vel alterum teſtimonium ad eius commendationem adducam. Chryſoſt.hom.59.ad Popul. *Menſam petunt non lautos apponentes cibos, & nidorem exhalantes; ſed hi quidem cum ſale panem, hi vero & oleum adiungentes. At alij, quicunque ſunt infirmiores, olera quoque habent, atq; legumina.* Quo reſpicit illud Hieronymi contra Iouinianum, vitæ anteactæ turpiter derelictæ, ſic illum carpentis: *Canis reuertens ad vomitum ſuum; nam cum Monachum eſſe ſe iactitet; & poſt ſordidam tunicam & nudos pedes, & cibarium panem, & aquæ potum; ad candidam veſtem, & nitidam cute, ad mulſum; & elaboratas carnes, ad iura Apitij, & Paxami, ad balneas quoque, ac fritellas, & popinas ſe conferat &c.* Nazianzenus autem in laudibus Magni Baſilij ait: *Cœna ſuauiſſima, atque pulmentum illi erat nouum illud condimentum panis; & ſal: & potio ſobria; & vberrima, quam nobis nihil laborantibus fontes proferunt.* Hieronymus item de Hilarione. c. 6. *à 21. itaque anno vſque ad 27. tribus annis dimidium lentis ſextarium madefactum aqua frigida comedit: & alijs tribus panem aridum. Porro à 27. vſque ad 30. herbis aggreſtibus, & virgultorum quorumdã radicibus crudis ſuſtentatus eſt. à 31. vſque ad 35. ſex vncias hordeacei panis, & coctum modicè olus abſque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caliginare oculos ſuos, & totum corpus impetigine vri, & pumicea quadam ſcabrigine contrahi, ad ſuperiorem victum adiecit oleum, & vſque ad 63. vitæ ſuæ annum hoc cõtinentiæ cucurrit gradu, nihil omnino extrinſecus aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuſlibet rei guſtans. Inde cum ſe videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à 64. rurſus anno vſque ad 80. pane abſtinuit incredibili feruore mentis, vt eo tempore quaſi nouus accederet ad ſeruitutem Domini, quo cæteri ſolent remiſſius viuere. Fiebat autem ei de farina, & comminuto olere ſorbitiuncula, cibo & potu vix quinque vncias appendentibus, ſicque complens ordinem vitæ, nunquã ante ſolis occaſum, nec diebus feſtis, nec in grauiſſima valetudine ſoluit ieiunium.* Palladius quoq; in Lauſ. c.48. hæc de Tabenneſſiotis ſcribit. *Aliqui ex his ſemel, vel bis manũ ori admouebant* (in menſa) *tangentẽ pane, vel oleum vel aliquid ex his, quæ erant appoſita; & cũ de vnoquoque obſonio ſemel guſtaſſent, contenti erant hoc alimento. Alij autem panem ſenſim mandãtes, alia autem accipientes citra ſimulationem, ſic perſeuerabant. Alij autem ius tantũ ter guſtabant, à reliquis autem abſtinebant.* In quibus extitiſſe inquit Eliam (c.51.) *qui comedebat in ſenectute tres vncias panis, & tres oleas veſpere. In iuuentute autem ſemper ſemel comedebat in hebdomada.*

Sed quorſum hæc refero? Nimirum vt hos Philonianis Therapeutis per omnia conformes moribus videas, illos quoque Chriſtianos Monach. ne dubites: cum præſertim tanta, tamque perſeuerans abſtinentia, quæ ſine gratia, & ſpeciali Dei auxilio perfici nequibat, argumento tibi ſit nullatenus Iudæos fuiſſe; quos certum ſit à ſua ſemel gratia præciſos tantis fauentibus cumulandos non fore. Sed & ipſa lectiſſima ciborum parſimonia arguit hos nequaquam Eſſenos Iudæorum fuiſſe, vtpote cum illi talibus ſe non afflictarent inediis: Philo ſiquidem de eis ſolum ſcribit, quod fuerint *complexi frugalitatem, ſimplicitatem, fidelitatem, modeſtiam:* de genere edulij nihil. Ioſephus: *Cibus illis ſimplex eſt:* quod nimirum non lautitias cõdimentorum quærerent: ſed à carnibus abſtinuiſſe, aut etiã herbis, & leguminib. vt Therapeutæ faciebãt, nemo prodit. 44. Therapeutarum ieiunia eos ab Eſſenis diſtinguunt.

26. *POTVM E FLVENTIS &c.* Et hoc longe ab Eſſenis fuit, quos à vino abſtinuiſſe nemo vel leuiter innuit. Sed & Philo lib. de Temulentia, & lib. de Plantatione Noë, cum de ſobriè bibẽtibus, & nõ bibentib. vinum egerit, de Eſſenis nec vnum verbum. At Therapeutæ quinam fuerint, ex ſucceſſoribus eorum, apud quos abſtinentia à vino mirificè inualuit, dignoſci debẽt. Qui verò de hoc fuerit Veterum Monach. mos, præcipuis eorum Præceptoribus in teſtes aduocatis liquidum faciã. Dedi tibi Pauli, Ant. Hilarionis, & Pachomij aliorumq; Patrum aqua ſitim ſemper ſedentium exempla accedant nunc eorumdem Regul. Baſil.ep.1.ad Nazianz. *Vt ſemel omnia vno verbo complectar, vt in veſte cõparanda rationem imprimis conſtare oportet vtilitatis; ita in cibo panis vſus expleuerit id quo opus eſt ad alimentum: aqua potus ſedauerit ſitim homini integra valetudinis, &c.* Et ad eum potum nos Doctrina Domini Reg.19.ex fuſ.diſput. allicere curat: *Etenim cum miraculi vim* (ait) *magnifico excogitandò epularum apparatu in ſolitudine ei liceret exaugere; adeò ſimpliciter, adeoque frugaliter illos accepit, vt ad panem, qui ipſe etiam erat hordeaceus, fruſtrum tantummodo piſcis adiunctum ſit. Nam de pòtione prorſus nulla mentio; quippe tanquã videlicet aqua ſponte ſua ex humo ſcaturiens omnibus eſſet in promptu; quæ naturale vniuſcuiuſq; deſiderium affatim poſſet explere.* Multa in eandem rem ſcribit luculentiſſimè, & tanto viro digna hom. *In ebrietatem, & luxum* dicta Hieron. ad Euſtoch.ep.22. *Hoc primùm moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno: Hæc aduerſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonum. Non ſic auaritia quatit, inflat ſuperbia, delectat ambitio; facile aliis caremus vitiis: hic hoſtis nobis incluſus eſt: quocunque pergimus, nobis eum portamus inimicum. Vinum & adoleſcentia duplex eſt incentiuũ voluptatis. Quid oleum flammæ adijcimus? Quid ar-*

45. Vino antiqui Monachi non vſi.

denti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus? Hæc ille ad iuuenem ſanctimonialem. De ſe vero, cæteriſque Anachoretis ait. *De cibis verò & potu taceo, cum etiam lãguentes Monachi aqua frigida vtantur, & coctũ aliquid accepiſſe luxuria ſit.* De Cœnobitis autem: *Vinum tantum ſenes accipiunt.* Pachomij edicto ſoli lanquentes: nam in Regula inquit: *Vinũ, & liquamen abſque loco ægrotãtium nullus attingat.* Delirat qui ſanis eius rei gratia credit Pachomiũ ad Noſocomium accedere conceſiſſe. Id vitij in Cluniacenſib. taxat B. rnard. in Apolog. Verè proculdubio Auguſt de Monach. priſcis dixit lib. de Moribus Eccl. c. 31. *Nõ ſolum à carnibus, & vino abſtinent pro ſufficientia domandarum libidinum; ſed ab iis etiam, quæ tanto concitatius ventris & gutturis prouocant appetitum, quanto quaſi mundiora nonnullis videntur.* Vnde eiſdem concinens S. P. Benedict. c. 40. Regul. *licet legamus*, ait, *Vinum omnino non eſſe Monach. &c.* Legimus id apud Pelag. libello 4 de Cõtinentia nu. 31. ex ſententia Abbatis Paſtoris hæc aientem. *Narrauerunt quidam Abbati Paſtori, de quodam Monacho, qui non bibebat vinum, & dixit eis. Quia vinum Monachorum omnino non eſt.*

47. Chryſoſtomi ea de re inſignis ſententia.

Hoc loco nullatenus me cõtinere poſſum, quin delitias eloquentiæ loquentem proferam, id eſt Chryſoſt. rem hanc pro dignitate tractantẽ hom. 71. in Matth. 21. Expendens ſiquidem verba Domini contra Saducæos: *In reſurrectione neq; nubant, neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo* ad Monachos prouocat audientes, vt primitias reſurrectionis in eis contemplentur. *Etſi placet etiam ante reſurrectionem videre aliquos cælibem atque cæleſtem* (vt in reſurrectione) *viuentes vitam, facile potentis; quod vt fiat, in eremum, ore, proficiſcamur. Videamus igitur etiam hodie ſpirituales illos exercitus: non cum lanceis, vt ſæculi milites, caſtrametantur: ſed illud Apoſtoli opere demonſtrant: Quoniã qui Chriſti ſunt, carnem ſuam cum paſſionibus & concupiſcentiis crucifixerunt. Conſideraſti quanta multitudo hoſtium mucrone ſpiritus cõfeſſorum iaceant? Non eſt enim ibi ebrietas, non ibi ſuperfluitas, quod menſa illa facile oſtendit. Iacet enim ibi AQVÆ POTVS perempta temulentia, multiformis hæc, & multiplex beſtia. Nam quemadmodum Scylla, & Hydra apud Poëtas, ſic & ebrietas multis capitib. armatur. Hinc enim fornicatio, hinc ira, hinc, mollities, hinc turpes amores oriũtur: hæc igitur omnia ſuperata, ibi, proſtrataq; sũt, quibus ſæculares hi milites, etiamſi multa bella confecerint, facile ſuperantur. Nulli enim enſes, nulla haſta, nihil aliud eiuſmodi aduerſus ea capita temulentiæ poterit obſiſtere, ſed gigantes ipſi, ac fortes viri qui mille præclara geſſerunt facinora, abſque vinculis vino & ſomno ligati, ſine vulnere quaſi confoſſi iacent. Vides excelſiorem, atque præſtantiorem hunc exercitum, qui voluntate ſolum eos hoſtes fugant, à quibus iſti ſuperantur. Nam cum matrem vitiorum omnium* (temulentiam) *debilitent, atque eneruent* (aquæ potu) *reliqua quoque vitia matre ac capite obtruncato in eis ſepulta sũt, qua quidem victoria ſinguli eorum potiuntur. Omnia igitur iacent, quæ temulentia gignere ſolet: verba ſtolida, mens furioſa, ſuperbiæ flatus, cæteraque huiuſmodi. Sũt enim probè hi milites Imperatorem imitantur, quem admirãdo ſcriptura dixit: De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.* Nihil ergo mirum ſi Abbas Hyperichius decertantium in Scythi dux ita vini hauſtũ abhorreret, vt præbẽti ſibi dixerit: *Tolle à me mortem iſtam*: quod narrat Pelagius de verbis ſeniorũ li. 4. n. 53. Et Abbas Siſois eodem auctore fratri offerenti calicem vini 3. intulerit: *Quieſce frater, an neſcis quia Satanas eſt?* n. 36. Et iterum Hyperichius nu. 54. cum aliquando bibentibus fratribus vaſculum vini de primitiis crypta cecidiſſet, inquit: *Viuit Dominus quia non reædificabitur crypta hæc temporibus meis, vt cognoſcat mundus, quia propter calicem vini cecidit crypta in Scithi.*

27. *EDVNT IGITVR NE ESVRIANT. &c.* Pulchrè ieiuniorum modũm eligendum à Nepotiano deſcribit Hieronymus epiſt. 1. inquiens. *Tantum tibi ieiuniorum modum impone, quantum ferre potes. Sint tibi pura, caſta, ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa ieiunia. Quid prodeſt oleo non veſci, & moleſtias quaſdam, difficultateſque ciborum quærere, caryças, nuces, palmarum fructus, ſimilam, mel, piſtrata? Tota hortorum cultura vexatur, vt cibario non veſcamur pane, & dum delicias ſectantur, à regno cælorum retrahimur. Audio præterea quoſdam contra rerum hominumque naturam aquam non bibere, nec veſci pane, ſed ſorbitiunculas delicatas, & contrita olera, baccarumque ſuccum non calice ſorbere, ſed concha. Proh pudor! non erubeſcimus iſtiuſmodi ineptiis, nec tædet ſuperſtitionis? Inſuper etiam famam abſtinentiæ in deliciys quærimus. Fortiſſimum ieiunium eſt aqua & panis, ſed quia gloriam non habet, & omnes pane & aqua viuimus, quaſi publicum & commune ieiunium non putatur.* Quid quæſo de noſtris diceret, ſi ea viuere contingeret? præſertim ieiunij ſacramentum adulterantium ſorbitiuncula quadam Indica ſaccaro delibuta, quæ tametſi ad diem integrum Stomachum corroboret, nihilominus etiam de mane per modum medicinæ ſumpta contendunt non obeſſe ieiunio. O veſaniam! Sed ad Hieronymum redeo ieiuniorum magiſtrum, hæc ad Lætam epiſt. 7. aientem. *Cibus eius* (Lætæ filiæ) *oluſculum ſit & ſimila, raroque piſciculi. Sic comedat, vt ſemper eſuriat, vt ſtatim poſt cibum poſſit legere, orare, & pſallere* (quæ penè ſunt verba Philonis.) *Diſplicent mihi, in teneris maxime ætatibus, longa & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleum in cibo, ac poma vetantur. Experimento didici aſellum in via, cum laſſus fuerit, diuerticula quærere, &c.* Vide Caſſianum lib. 5. Inſt. c. 14.

48. Qualiter ieiunandum.

Sortitiuncula *Chocolate* dicta taxatur.

28. *ET QVONIAM TEGMINA &c.* Cõſule quę diximus n. 5. Inſtitutorũ. Sane Hilarionis tuguriolum ſic deſcribit Hieron. c. 5. *Igitur à 16. vſque ad 20. ſuæ ætatis annum, æſtus & pluuias breui tuguriunculo declinauit, quod iunco, & carice texerat: Extructa deinceps breui cellula, quæ vſque hodie permanet, latitudine pedũ quatuor, altitudine pedũ quinq; hoc eſt ſtatura ſua humiliore, lõgitudine paulò ampliore, quam eius corpuſculum patiebatur, vt ſepulchrum potius quam domum crederes.* Et c. 26. de Cellula S. Antonij, quam Hilarion deuotionis ergo poſt illius obitum viſitauit. *Erat autem cellula non plus menſura per quadrum tenens, quam homo dormiens extendi poterat.* Et hæc quidẽ mirè Therapeutarum priorum credas conſentire tuguriis.

49. Therapeutarum ædes.

29. *IN VESTE AVTEM &c.* Ex hoc loco cum in ſuperiorib. de veſtibus Veterum Monach. ageremus c. 11. §. 1. manifeſtè deduximus n. 6. Therapeutas tunica vſos, de qua in pręſenti Philo: Pallio ex n. 6. Inſtitutionũ harũ, & cingulo n. 40. At de calceamentis aut caligis, vel ſoleis mentio nulla: vt ex his facile perſuadeatur nudis prorſus inceſſiſſe pedibus: ab eiſq; morẽ hæreditaſſe, quos Nazianz. depingit orat. 1. de pace inquiens: *Atq; hæc etiã vitæ ad Dei normã exactæ luculẽta indicia, & argumẽta, tacitoſq; præcones: ſordidã nimirum, & obſoletã comam, pedes nudos, Apoſtolicíſq; ſimiles, nihil mortuum*

50. Veſtes.

circum

circumferentes, &c. Qua de re egimus eo c. §. 2. à. num. 29.

51. Monaſteria 30. *IN VNIVERSVM, &c.* Concluſio ex ſuperius dictis eſt, & propria Chriſtianorum Monachorum modeſtia, & hypocriſis abiuratio: Cæterum ſuccedente tempore non defuere qui eam complexi fuerint: quos ſæpè taxat Hieronymus, præcipuè epiſt. 22. primum fœminas cap. 12. illis verbis: *Sunt quippe nonnullæ exterminantes facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes: quæ ſtatim vt aliquem viderint ingemiſcunt; demittunt ſupercilium, & operta facie vix vnum oculum liberantes ad videndum: Veſtis pulla, cingulum ſacceum, & ſordidis manibus, pedibuſque: Venter ſolus, quia videri non poteſt, æſtuat cibo, &c.* Viros cap. 15. inquiens vocitari Remoboth: *Apud quos affectata ſunt omnia, &c. & quaſi ars ſit ſancta, non vita, quidquid vendiderint, maioris eſt pretij, &c.* Longè ab his Therapeutæ diſtabant, vt hoc loco aperit Philo.

52. Sodalitia 50. die celebrari ſolita. 31. *DICAM ALIQVID ET DE SODALITIIS, &c.* Veteres Monachos præter ſeptenos dies Domino conſecratos alias etiam ſolemniori ritu, vt cæteros fideles, colere conſueuiſſe, dubium non eſt. Verùm mos ille quinquageſimo quoque die ſolito celebrius in vnum conueniſſe ob reuerentiam Spiritus ſancti, conſtitutum ab eis dignoſcitur, qui 50. poſt reſurrectionem Domini, quæ verum Paſcha noſtrũ eſt, in igneis linguis ſuper diſcipulos deſcendit: in cuius figuram olim 50 etiam die à celebrato primo Paſchate, & egreſſione populi Iſraël de Ægypto in Monte Synai lex Moyſi data eſt, vti pulchrè expendit Hieronymus ep. 127. de 42 manſionibus populi Iſraël in deſerto: agens ſiquidem de duodecima quæ fuit in Synai, ait: Diei 50. myſteria. *Synai duodecima manſio. Statim tibi venit in mentẽ Apoſtolorum numerus. Ad hunc locum 47. die perueniunt ſcriptura dicente Exod. 19. Menſe tertio egreſſionis, &c. & poſtquam peruenerunt die tertio deſcendit Dominus in montem: quo fumante, & fulgore, tonitruo, caligine, voce, tuba, mortalium corda terrentibus, Moyſes loquebatur, & Dominus reſpõdebat ei. Supputemus numerum & inueniemus quinquageſima die egreſſionis Iſraël de Ægypto in vertice Synai legem datam: vnde & Pentecoſtes celebratur ſolemnitas: & poſtea Euangelij Sacramentum in Spiritus ſancti deſcenſione completur: vt ſicut priori populo 50. die verò Iubilæo, & vero anno remiſſionis, & veris 50. & 500. denariis, qui debitoribus remittuntur, lex data eſt, in Apoſtolos quoque & qui cum eis erant, in centeſimo viceſimo Moſaycæ ætatis numero conſtitutis* (qui ex caracteribus 12. multiplicatis vnitatibus, propter myſterij dignitatem conſtituitur) *deſcenderit Spiritus ſanctus, & diuerſis linguis credẽtium totus Euangelicæ prædicatione mundus expletus ſit.* Quod autem ait de 50. & 500. denariis, qui in Iubilæo debitoribus dimittuntur, ſic ad Damaſum loquens epiſt. 125. q. 1 expoſuerat. *Quidam ſeptimum annum remiſſionis, & quinquageſimum Iubilæi, & quadringẽteſimũ nonageſimũ quod volunt intelligi ſeptuagies ſepties multis modis interpretantur, aſſerẽtes ob hanc cauſam 50. & 500. numeri ſacrati in Euãgelio poſitum debitorem* (Luc. 7. Vnus debebat denarios 500. & alius 50) *& 50. Pſalmum pœnitentiæ, qui ſeptem conficitur ſeptimanis, & in principium ogdoadis erumpit.* En colligit in vnum innumera ſacrorum numerorum myſteria, ad quæ Therapeutas in ſolemnioribus ſynaxibus reſpexiſſe videntur: nimirum 50. dierum numerus in lege remiſſionis fuit n. 16. & 49. ex 7. in ſeipſum ducto conficitur, quod alias dicitur ſeptuagies ſepties, ſub cuius typo iubetur Petrus vniuerſa hominibus relaxare delicta, quod pertinet ad Iubilæum, ſeu remiſſionis annum. At 50. dies ſeptem conſiciuntur ſeptimanis, & in principium ogdoadis erumpit: nimirum tranſactis 49. celebratur Pentecoſtes, & dies quinquagenarius: & ideo rectè Pſalmus 50. *Miſerere mei* eſt remiſſionis & pœnitentiæ, vt ſeptimus etiam annus Deuteron. 15. quo terra à labore iubetur quieſcere: & 7. dies Sabbathiſmi, & requietionis. Quo etiam ſpectat myſterium numeri debitorum in Euãgelio 50. & 500. qui ad remiſſionem ſpectant. Quare non in lege ſolum, ſed etiam in Euangelio numeri ſui habuere Therapeutæ vnde haurirent ſynaxium myſteria. Verùm illæ obſeruationes non multo poſt inueterauerũt; niſi forte non tam preſsè quinquagenarios dies obſeruauerint: qua ratione inuenio à ieiunio ſeptimi menſis id eſt Septembris ad Domini natalẽ plus minuſve 50. dies: à Natali vero ad verã Quinquageſimam, quæ mundi per diluuium purgatio recolitur, ferè totidem. Deinde ad Paſcha alios 50. quos ſequuntur 50. Pẽtecoſtes, & aduentus S. Spiritus, à quo vſq; ad iteratum ieiunium ſeptimi duplex quinquagenarius eſſe ſolet. Credibile eſt his diebus, qui teſte D. Clemente etiam ſub Apoſtolis ſolemnes fuerunt. lib. Conſtit. Apoſtolic. c. 17. Veteres Monachos conuenire ſolere; & hoc ſolum voluiſſe Philonem, quanquam de eius teſtimonio non multum curo, cum homo externæ Religionis leuiter forſan de ea re quæſiſſe contigerit. 53. Precationes ad prandium.

32. *VBI VERO CONVENERE, &c.* Candidis Ægyptios Monachos vſos veſtibus ſuperius docuimus c. 11. §. 4. n. 71. Porro precationum, quas de more ad prandium fundare Deo ſolebant, formulam non ſemel expreſſit Chryſoſtomus præſertim hom. 57. ad Popul. Antioch. vbi & eam Commentario illuſtrauit egregio. (eademque ad verbum habet hom. 56. in Matth.) *Et ſi vultis etiam ipſos hymnos audire, vt & eos continuè dicatis; omnem ſacrum vobis canticum recenſebo. Ipſius itaque verba ſic ſe habent.*

Benedictus Deus, qui paſcis me à iuuentute mea. Qui das eſcam omni carni, imple gaudio, & lætitia corda noſtra: vt omnem ſufficientiam habentes abundemus in omne opus bonum in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum quo tibi gloria, honor & imperium cum S. Spiritu in ſæcula. Amẽ. Gloria tibi Domine, gloria tibi Sancte, gloria tibi Rex: quoniam dediſti nobis cibos in lætitiam, imple nos Spiritu ſancto, vt inueniamur in conſpectu tuo beneplacentes, non erubeſcentes, quando reddes vnicuique ſecundum opera ſua.

Hactenus hymnus: ſubdit Chryſoſtomus: *omnem hunc quidem hymnum admirari dignum eſt, præſertim ante hunc finem. Quoniam enim menſa & cibus diffundere conſueuit, atque grauare: animæ quaſi frena frenum quoddam hanc dictionem apponunt: circa remiſſionis tempus iudicij temporis eam commonefaciente. Didicerunt enim quæ paſſus fuerit domus Iſraël poſt lautam menſam: ait enim* Deuter. 32. *Comedit & impinguatus eſt, recalcitrabit dilectus. Et Propterea Moyſes dicebat: cum comederis, & biberis & fueris repletus, recordare Domini Dei tui:* Deuter. 6. *Propter hoc & illi talia timentes præcipitia, potiti menſa, vel potius ieiunio (nam eorum & menſa ieiunium eſt) tremendi tribunalis & illius diei memoriam ſibimetipſis faciunt.* Subiungit ad ſingula verba Commentarios, quos tu pro quiete tua conſulas.

54. Ab Apoſtolis inſtituta. Reperio autẽ hymnũ ipſum ab Apoſtolica traditione deſcendere (vt liqueat eo etiã vſos Therapeutas) quandoquidem eum ad verbum promit D. Cle-

D. Clemens lib. 7. Conſtit. Apoſt. cap. vltimo ſub titulo, *Oratio in prandio. Benedictus es Domine qui paſcis me,* &c. vſque *Amen.* Docuit eundem D. Athanaſius ſanctimonialibus ſuis in Regula eis dictata, quæ ſub titulo de virginitate circumfertur: vbi hæc habet: *Poſt Synaxim hora Nona comede panem tuum Domino gratias agens in menſa tua ad hunc modum. Benedictus Dominus qui paſcis me a iuuentute mea,* &c. vſque *Amen.* Addit deinde: *Et vbi ſederis ad menſam, & inceperis frangere panem his verbis gratias age.*

Gratiarum actio poſt prandium.

Gratias agimus tibi Pater noſter de ſancta tua reſurrectione per Ieſum Chriſtum Filium tuum, quem nobis notum reddidiſti, quod quemadmodum hic panis olim multis ſermonibus (lego *granis*) *diſperſus, nunc autem coactus, vnum quidem redditus eſt, ita tu quoque congreges Eccleſiam tuam à finibus terræ in regnum tuum: quoniam tua eſt potentia, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Quæ ſanè precatiuncula etiam apud Clementem reperitur lib. 6. cap. 26. niſi quod ibi eſt myſtica gratiarum actio poſt Communionem tantiſper immutata. Solus Chryſoſtomus addit hymni colophonem: *Gratias tibi Domine, Gratias tibi ſancte,* &c. quibus docemur ita Syriæ Monachos hymnum proferre, quorum Chryſoſtomus ipſe alumnus & Paſtor fuit. Ægyptios verò modo ab Athanaſio Alexandriæ ſcribente inſinuato. Differunt etiam in eo quod apud Athanaſium hymnus ille ante prandium ſeu cœnam canebatur; quem tamen peracta cœna ſcribit Chryſoſtomus Monachos canere conſueuiſſe. *Illi namque,* ait, *poſtquam pranſi fuerint, imo vero poſt cœnam* (*nunquam enim prandium norunt*) *Deo quoſdam gratiarum hymnos dicentes & huius vocis reminiſcuntur:* (ſcilicet extremi iudicij) *Et ſi vultis etiam hymnos audire,* &c. vt ſupra. At id parum refert, dum conſtet Monachos veteres eo ad prandium vſos. Quem verò poſt prandium canendum Athanaſius doceat, inferius dabimus num. 51. Inſtit. Omnimodis autem orationem debere prandium præcedere, omnibus Monachorum Regulis ſtatutum eſt. Pachomij, Baſilij, Benedicti, Iſidori, Fructuoſi. Cæterorum nomine audi Baſilium epiſtol. 1. *Porro autem orationes antequam cibum ſumimus pro dignitate diuinæ bonitatis ineundæ ſunt, cum earum quæ in præſenti nobis diuinitus conferuntur, tum vero earum, quæ in poſterum recondita ſunt.* Nec oblitus gratiarum actionis ſubdit. *Iam à corporum curatione rurſus orationes, gratiarum actionem exequantur, iam acceptorum ergo, atque eo amplius eorum flagitationem, quæ nobis Deus pollicitus eſt,*

55\. De ſigno autem quo ad Collectam vocabantur, quo tempore nolæ, aut campanæ nondum erant in vſu, inquit Pachomius: *Quando ſignum inſonuerit, vt conueniant, & audiant præcepta maiorum, nullus remanebit.* Quo autem ſignum fieri ſoleret, ſi rogas, occurram non vbique eundem inoleuiſſe morem: in Ægypto namque tuba conuocabantur fratres: nam in Pachomiana Regula ſcriptum lego: *Quando ad Collectam tuba inſonuerit per diem, qui vna oratione tardius venerit, increpabitur.* In Palæſtina vero mallei percuſſione, quo ſingulorum cellæ pulſabantur: quod ſanè munus, Palladij tempore monte olиueti geſſiſſe cognoſcitur Adolius Tarſẽſis magnæ ſãctitatis vir; vti ipſe prodit c. 104. Lauſiacæ inquiẽs: *A veſpera vſque ad illud tempus, quo congregabatur Fraternitas in Oratoriis, in oliueto, in colle Aſſumptionis, vnde aſcendit Dominus Ieſus, perpetuò ſtabat pſallens, & orans, & ieiunans, & ſiue pluebat ſiue grandinabat manebat immobilis. Impleto autem tempore conſueto excitatorio malleo pulſabat cellas omnium, eos congregans ad Oratoria.* Id vero fiebat, cum Monachorum diſiectæ erant cellulæ: nam qui eadem ęde quieſcebant, aliter vocari conſueuere. Chryſoſtomus hom. 59 ad Regul. Ant. de Syriæ Monachis. *Statim,* ait, *omnes cum reuerentia ſomnum deponentes exurgunt excitante eos Prælato, & conſiſtunt ſanctum conſtituentes chorum.* At quonam modo eos ibi Prælatus excitabat? *Poſtquam gallus cantauit, ſtatim veniens Prælatus, & pede terram ſimpliciter cedẽs omnes excitauit.* In Monaſteriis Sãctæ Paulæ Bethleemiticis, non pedis percuſſione, ſed vocis ſono excitari fratres aut ſorores ſolitum erat vocis, inquam, non cuiuſlibet, ſed *Alleluia*; Hieronymus oculatus teſtis epiſt. 27. in Epitaphio Paulæ. *Poſt Alleluia decantatum, quo ſigno vocabantur ad collectam, nulli reſidere licitum erat.* Et epiſt. 29. de Bleſilla tyruncula Aſceteria: *Nunc ad orandum feſtina conſurgit; & tinnula voce cæteris Alleluia præcipiens prior incipit laudare Dominum.* Huius opinor antiqui moris veſtigia ſeruant Populetani mei (eſt Populetum Ordinis Ciſtercienſis cœnobium inſigne in Catalonia Aragonenſium Regũ Mauſoleum, Religione, & multitudine inſigne) dum nimirum excitatorium inſtrumentum diuerſis inſtructum tintinnabulis ita ad numerum harmonicum diſpoſitum habent, vt percuſſionibus reddere has voces videatur: SVRGANT FRATRES AD LAVDANDVM DOMINVM. Excitator autem apud Therapeutas vocabatur (quod ait Philo, *Ephemereuta* voce Græca ab ἐφημερία, quod ſignificat *vicem*, eo quod munus eiuſmodi per vices ſuas quiſque obiret: vel ab ἐφημέριος, idest, *quotidianus*, quod quaſi quotidie mutaretur, & ab vno ordinatim ad alium tranſiret onus excitandi cæteros.

Qua ſigno ad Collectũ conuocabantur?

Ephemereuta quid.

53\. *ABSOLVTIS PRECIBVS,* &c. Ita de veteribus Monachis Pachomij diſcipulis Hieronymus in Prologo Regulæ. *Quicunque autem Monaſterium primus ingreditur, primus ambulat, primus Pſalmum dicit, primus in menſa manum extendit, prior in Eccleſia communicat, nec ætas inter eos quæritur, ſed profeſſio.* Is planè mos ad Vniuerſos Monachos tranſiit, præcipiente id iterum Benedicto c. 63. eiſdem penè Verbis: *Sic accedant ad pacem, ad communionem, ad Pſalmum imponendum, in choro ſtandum; & in omnibus omnino locis ætas non diſcernatur in ordine, nec præiudicet; quia Samuel, & Daniel pueri Presbyteros iudicarunt. Ergo exceptis his, quos Abbas altiori conſilio prætulerit, vel degradauerit certis ex cauſis, reliqui omnes vt conuertuntur ita ſint: vt verbi gratia; qui ſecunda hora diei venerit in Monaſterium, iuniorem ſe nouerit illius eſſe, qui prima hora venerit diei, cuiuſlibet ætatis, aut dignitatis ſit,* &c. Et Iſidorus cap. 4. Regulæ ait: *Qui in Monaſterio prior ingreditur, primus erit in cunctis, gradu, & ordine. Nec quærendum eſt, ſi diues aut pauper, ſeruus an liber, iuuenis an ſenex, ruſticus, an eruditus: in Monachis enim nec ætas, nec conditio quæritur, quia inter ſerui & liberi animam nulla eſt apud Deum differentia.* Latiùs de his Viclarenſis c. 23 ſuæ, quam l. 5. iuris communis Deo dante faciemus. 56.

Ordo ſedendi.

54\. *ADHIBENTVR MENSÆ,* &c. Pulchrè Chryſoſtomus hom. 57. ad Popul. de Priſcis Monachis loquens: *Poſt hunc autem hymnum multa repleti compunctione, & feruentibus lachrymis ſic ad ſomnum ſe conferunt, tamen dormientes, vt* 57.

Meliores ad Collectam vocabantur.

parum

Digitized by Google

parum requieſcunt. Et rurſum noctes dies faciunt in gratiarum actionibus & hymnodiis degentes. Nec vero viri tantum, ſed & mulieres hanc exercent Philoſophiã, naturæ infirmitatem promptitudinis abundãtia ſuperantes. Illarum itaque ſtudium nos viri reuereamur, & præſentibus inhiare tabeſcentibus deſinamus. Simplicius aduiuere in exordio Eccleſiæ fideles conſueuere; nec cauſa Religionis fœminæ à viris ſeparari in precibus & hymnis Chriſto dicendis. Sed & Therapeutæ cantionem adhibebant, dum non puellas, aut cuiuſvis ætatis mulieres ad Collectam admitterent, ſed anus virtutum longo exercitio commendatæ. Id nihilominus paulo poſt prohibitum eſt ab Antiochena Synodo, quæ ne fœminæ in Eccleſia vna cum viris canerent, interdixit; vt notauit Baronius tom. 1. Annal. Eccleſ. A.C.60. agens de Cantu Eccleſiæ: Et Illiberitana Can. 35. *Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmeterio peruigilent* (Eccleſia cæmeterium dicebatur) *eo quod ſæpè ſub obtentu orationis latenter ſcelera committant.* Quod etiam habetur in Altiſiodor. Can. 5. Quare Pachomius ita fœminas à viris ſeparandas in Monaſteriis duxit; vt nemini virorum ad eas aditus pateret, Præpoſito excepto, quem eligebat canis, & moribus venerandum. Qua de re inferius agemus. Sed quod hoc loco Philo mentionem facit de Græcis fatuis Virginibus, eruditiſſimum ſyllabum attexuit Hieronymus lib. 1. Contra Iouinianum. cap. 26. quem tibi, ſi libet, conſulere de hac re licebit.

Anus non puellæ.

35. DISCVBITVS, &c. Eò etiam pudori fœmineo conſultum iri certum eſto. Egit de his Baronius. A. C. 33. ſub titulo. *Ordo in conuiuiis Iudaicis.*

58\. Lectus eſternij Monachorum.

36\. *QVOD SI QVIS SVSPICATVR, &c.* Palmam præripuit in his quæ de veteri conuiuandi modo apud Priſcos Romanos, & Iudæos erudite admodum ſcripſit Toletanus Præsbyter Petrus Ciaconius, multis pro bonis vtroſque in conuiuiis ſolicitos lauari, vngi, veſte cœnatoria contegi, itemque accumbere, & non ſedere. Eumque ea de re laudat Baronius A. C. 34. Sed rectè obſeruans addit vetuſtiſſimi accubitus ad menſam fieri mentionem, & triclinij 1. Reg 9. *Aſſumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui erant inuitati.* Thobiæ 2. *Statimque exiliens de accubitu ſuo relinquens prãdium.* Eſther. 1. *Cumque implerentur dies conuiuij &c. Lectuli quoque aurei & argentei ſuper pauimentum:* Ergo & veteres Therapeutæ non ſediſſe, ſed accubaſſe menſis facilè videbuntur, morem Romanorum ſequuti, quod ſanè paupertati conſonantius fuiſſet, niſi quod pro tricliniis, pretioſis, tegetibus, ſeu ſtoreis papyraceis, aut iunceis vtebantur. Eſt enim teges ſtraguli genus, quam & ſtoream (Hiſpani *Eſtera*) appellant de qua Satyricus. Satyr. 6.

Auſa Palatino tegetem præferre cubili.

Papyro abundaſſe Nili ripas prodidit Poëta Metham. 15.

Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili:
Victrices egiſſe rates.

Eſt ſiquidem arbuſcula quædam, præcipuè in Ægypti paluſtribus naſcens, ex qua chartæ præparabantur acu diuerſæ in perrenues & latiſſimas philuras. Ex his itaque ſtoreas ſuas Monachi illi contexebant.

59\. Humus eorum lectus

37\. *REMITTVNT AVTEM, &c.* Et Vere: adhuc enim in cellis maiori pollebant ſtratuum duritia. Vnde illud Nazianzeni orat. 1. in Iulianum. *Vides ne hos pauperes victu, & tecto carentes, carniſque ferme ac ſanguinis expertes; ob idque ad Deum accedentes: hos inquam pedibus illotos; & humum pro ſtratu habentes, &c.* Et de Magno Baſilio: *Illi tunica vna, & pallium vnum, & humi cubatio.* Et Chryſoſtomus hom. 57. ad Popul. Antioch. *Si vero illi ieiuniis; & humi ſtratis cubilibus; vigiliis & ſacco, & innumeris ſemetipſos modis domantes, etiam huius indigent commotionis; &c.* & hom. 14. in 1. ad Timoth. c. 5. *Verè domus luctus Monaſteria ſunt; vbi cinis, atque cilicium; vbi ſolitudo; vbi riſus nullus, nullus negotiorum ſæcularium ſtrepitus, vbi ieiunia, vbi terrenorum duritia lectorum, &c.* Hic verò & tegetibus molliuſculis vtebantur, & hilaritate replebantur.

38\. *IN MINISTERIO, &c.* & numer. 39. *NON ENIM, &c.* Hieronymus epiſt. 22. *Vnaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam, quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant:* At hoc de quotidiana menſa intelligendum; quod tamen in ea, quæ ſemel per dies 50. parabatur; locum non habet: tunc ſiquidem rationi admodum conſonantius erat iuuenibus induſtrioribus rem delegare. Illud obiter adnotandum: ab ipſo Monachatus Apoſtolico exordio ingenuorum plurimos huiuſmodi coluiſſe viuendi genus, ac Philoſophiam.

Menſæ miniſtratio.

60\. Zonæ depoſitio humilitatis inſigne.

40\. *DISCINCTI AVTEM, &c.* Hoc loco planè Philo hebraizat. Non enim ideo baltheis depoſitis iuuenes illi nobiles miniſtrabant, vt nullum in habitu ſeruitutis inſigne redderent; imò vero ex habitus depoſitione humilitatem, ac ſeruitutem quandam præſeferebant, vtpotè pœnitentibus peculiaris. Sic enim legimus in Regula Pachomij. *Si acciderit vt pſallendi tempore, vel orandi, aut in medio lectionis aliquis loquatur, aut rideat, ſoluet cingulum; & inclinata ceruice manibus ad inferiora depreſſis ſtabit ante altare, & à Principe Monaſterij increpabitur. Hoc idem faciet & in Conuentu fratrum, cum ad veſcendum pariter conuenerint.* Et poſt multa: *Omnis correptio ita fiet: vt diſiuncti ſint qui corripiuntur, & demiſſis manibus, & humiliato capite emendaturos ſe promittentes vitia; in quibus arguuntur, veniam deprecentur.* Bibit è Pachomij fonte Viclatenſis, qui cap. 14. ſuæ Regulæ hæc pro excommunicatis Aſcetis præſcripſit. *Cum excommunicatur, vel arguitur quiſpiam pro negligentia ſua; exercebit humilitatem quoaduſque percipiat orationem, nec ſe audebit inter alios commiſcere, vel cuiquã occultè coniungere. Sed omnibus ad orationis ſtudia conuenientibus, ille proſtratus humo; cingulo ſimul, opertorioque abiecto poſcet veniam negligentiæ ſuæ.* Præcepit id ipſum Iſidorus in Regula cap 18. his verbis: *Satisfactio delinquentium hæc eſt. In officio fratribus conſtitutis peracto pænitentiæ tempore; vocatur is qui excommunicatus eſt, ſoluet ſtatim cingulum; humique extra chorum proſtratus iacebit, agens pœnitentiam quouſque expleatur celebritas.* Ergo depoſitio Zonæ inter Monachos humilitatis inſigne eſt, quam vt illi præſeferrent, in menſæ miniſterio ſoluebant. Siniſtrè igitur Philo id interpretatur factum, vt eo habitu abeſſet omnis ſeruitutis ſpecies; quam tamen nunquam præſeferre Monachi renuerunt. At ipſe, vt dixi Iudaizat, memor ſiquidem Eſſenorum Iudæorum (quod non ex ipſo lib. 1. cap. 13. num. 14. proſecuti ſumus dominationem omnem abnuentium, quod contra naturæ leges ſeruitutem eſſe contenderent, voluit noſtroſque Therapeutas eadem labe reſpergere; ſed abs re; cum potius ipſo teſte, Præſules ſuper ſe

quibus per omnia ſubiicerentur haberent, vt num. 47. & 49. harum Inſtitutionum notanter ipſe profert. Aſſentior proinde Philoni rei huius oculato teſti: quod ſcilicet iuuenes illi diſcincti miniſtrarent: ſed quam ipſe ea de re excogitauit allegoriam, Iudaicæ perfidiæ conſonam, prorſus abnuo.

61. *Caldarum vſus.*

41. *VINVM, &c. CALDA VERO, &c.* Morem ex Pelagio coniicio qui libello 4. num. 35. de B. Pyonio Abbate hæc ait: *Dicebant de Abbate Petro cognomento Pyonio, qui erat in Cellis, quia vinum non bibebat. Quando autem ſenuit rogabant eum, vt ſumeret modicum vini. Qui cum non acquieſceret, tepefaciebant aquam, & ita ei offerebant, & dicebat: Credite mihi filij, quia velut pro condito illud accipio. Et adiudicauit ſe tepida aqua eſſe cõtentum.* Sanè Plato l. 1. de Repub. calidę aquæ cõmeminit, qua refrigerentur inteſtina, & excitentur appetentia, cum ſitim irritet frigida. Approbat calidæ potum & Philemon, vt prodit Rodiginius lib. antiq. lect. 7. c. 6. ſed & Dion hiſtoricus autor eſt Cauponas, in quas potuti diuertere ſoluiſſe, & cauiſſe ne caro diſtraheretur cocta, vel calens aqua, de qua extat Apophoretum illud Martialis lib. 14. num. 196. quo liquet poſt Claudij mortem Caldarum vſum repullulaſſe.

Hæc tibi quæ fuerint Caldarum nomina dicunt.
Ipſa ſuas melius charta notabit aquas.

42. *MENSA PVRA EST A CRVENTIS, &c.* Vide quæ notauimus ad num. 25.

62. *Ingluuiei damna.*

43. *OPERANTVR, &c.* Conſule notationem num. 17. Sed cum ait: *Opiparis obſoniis credunt irritari concupiſcentiam, &c.* reuoca ad memoriam quod Chryſoſtomus de Syriæ Monachis ſcribit hom. 71. in Matth. in hæc verba verè aurea: *Vultis è regione ingentem aliam mortuorum multitudinem aſpicere?* (Dixerat quod hoſtes è temulentia ortos Monachi aquæ potu viritim deiecerint: nunc quot, & quos ingluuiei filios, parſimoniæ enecent.) (*Perſtringamus cupiditates, quæ ex deliciis, quæ ex pulmentariis, quæ ex coquis, quæ ex menſariis, quæ ex farcinatoribus ſuccenduntur. Vereor certè iſta omnia enarrare. Nam quaſi Rempub. gubernantes, aut aciem expedientes, ſic quid primum, quid deinde offerendum ſit ſanciunt. Et alij quidem aues piſcibus farcinatas ſubtili arte contextas primo offerendas eſſe aſſerunt: alij ab aliis rebus originem cœnæ faciendam contendunt: ita magnum certamen de iſtis committitur. Nam & de qualitate, & de ordine diſputant, quodque potius eſt, quibus obrui merentur, in his gloriantur. Nam alij ad meridiem vſque, alij diem integrum, alij per totam etiam ſequentem noctem produxiſſe prandia iactant. Conſidera miſerrimè hominum quam venter menſuram flagitat, & pudebit te immoderatiſſima, atque ineptiſſima huius edē-di diligentiæ. Nihil tali eſt apud Angelos illos, ſed huiuſmodi etiam voluptates mortuæ ibi atque ſepultæ ſunt. Non enim vt repleantur, nec voluptatis, ſed viuendi cauſa ſumunt alimenta. Non ſunt apud eos aucupes, neque piſcatores, ſed panis & aqua. Solicitudo autem hæc & tumultus, & cura procul inde abeſt: & tam tuguria ſua quam corpora ita magnam illis præſtant tranquillitatem, quemadmodum magnos tempeſtatis fluctus ni ſtos concitant.* Et poſt quędam: *Quis facilius hoſtes fundere poteſt, quam qui comedendo trophæum erigit? Ideo Propheta quoque dicebat: Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Non enim errabit quiſpiam, ſi hoc eloquiũ ad menſam conferas Monachorum. Nulla enim alia re magis anima tribulatur, quam concupiſcentia, petulantia, ebrietate, cæteriſque vitiis, quæ hinc oriuntur.* Quæ omnia pulchrè deinceps oſtendit è diuitum menſis aſſurgere: in Monachorum autem menſis, ipſa minimi impendij exilitate ſuperata eſſe; quæ tu conſulas pro otio tuo.

44. 45. 46. 47. *VBI VERO PRÆSES, &c.* 63. *Pœna dormientium in Collecta.*

Totis his numeris de diſceptatione agitur, quæ eſum præcedebat: de qua Hieronymi teſtimoniũ egregium dedi in his Notis ad n. 17. Addo nunc quæ apud S. Pachomium lego omnino Philonianæ narrationi conſona *Si quis dormitauerit ſedens Præpoſito domus vel Monaſterij diſputante, ſurgere compelletur, & tamdiu ſtabit, donec ei videbitur vt ſedeat. Quando ſignum inſonuerit vt conueniant, & audiant præcepta Maiorum, nullus remanebit, nec ſuccendetur focus antequam diſputatio cõpleatur. Qui vnum mandatum de his præterierit, prædictæ correctioni ſubiaceat Manè per ſingulas domos finitis orationibus, non ſtatim ad ſuas cellas reuertentur: ſed conferent inter ſe quæ Præpoſitos audierint diſputantes. Diſputatio autem à Præpoſitis domorum per ſingulas hebdomadas ter fiet: & in ipſa diſputatione ſedentes, ſiue ſtantes fratres ſuum ordinem non mutabunt, iuxta domorum ordinem, & hominum ſingulorum.* Multa alia de cæremoniis celebrandarum Collectarum præſcribit, quæ ſuo loco dabimus. Obiter adnotarim, quæ prius cogebantur ſeptimo, vel etiã quinquageſimo quoque die, prole Monachorum mirificè aucta mire itidem multiplicari placuit, vt ter fieret in hebdomada: quo videlicet paruulis requirentibus panem eſſet qui frangeret eis iuxta Domini præceptionem. At cum hoc num. 47. & etiam 49. fit à Philone mentio *Præſidis*, ſeu *Præſulis*, cui Therapeutæ ſubiecti degerent; ſatis ſuperque monſtratur, longè hos ab Eſſenis Hebræorum abfuiſſe, vtpotè nihil æquè totis viribus intendentibus, quam vt omnem humanam dominationem à ſe repellerent, vti lib. 1. cap. 13. num. 9. fuiſſe docuimus ex ipſis Philonis ſcriptis. Præter Præſidem verò communem ſingulos pro ſingulis locis illis fuiſſe, indicat, dicens. *Ex omnibus autem locis optimus quiſque Therapeutarum tanquam in huius generis patriam mittitur colonus in locum ſuum ad ſtagnum Mariam.* Mitti ſiquidem à Præſidibus, qui eos eligerent, neceſſum erat. Vide in quantis ab Eſſenis differant. *Therapeutæ ab Eſſenis diuerſi.*

48. *TVM ILLE ASSVRGENS, &c.* De hoc Pachomius, his verbis: 64. *Hymnos canendi modus.*

In die Dominica in Collecta, in qua offerenda eſt oblatio, abſque Præpoſito domus & Maioribus Monaſterij, qui alicuius nominis ſunt, nemo pſallendi habeat poteſtatem. Pſallente autem quolibet de Maioribus, id eſt dicente Reſponſorium (hymnum videlicet, in quo vnus incipiat, & cæteri reſpondeant) *ſi quis defuerit, ſtatim ante altare pœnitentiæ, & increpationis ordinem ſuſtinebit.* De hymnis egimus ad n. 14 de Choreis acturi numer. 53.

49. *PRÆSVLEM MOX, &c.* Quod vero in fine cuiuſque hymni, aut Cantici, omnes adſtantes promiſcui ſexus ingenti boatu reſpõderẽt *Amen*, prodit luculenter Hieronymus in Prologo lib. 2. Commentariorum in Epiſt. Pauli ad Galat. dicens: *Vbi alibi tanto ſtudio, & frequentia ad Eccleſias, & ad Martyrum Sepulchra concurritur? Vbi ſic ad ſimilitudinem cœleſtis tonitrui Amen reboat?* 65.

Euchariſtiæ vſus apud Therapeutas.

50. *ABSOLVTIS HYMNIS, &c.* Vnde quæſo Philoni panis fermentatus *ſacratiſſimus* dictus eſt, cum omne fermentum ſpeciali Domini

edicto

edicto Leuit.2.7. & 8. ab altari & oblatione repulſus eſſet? Ergo fermento iſto oſtenditur potius huiuſmodi Therapeutas Chriſti legibus addictos, quam Moſaicis. Quinimo panis ille, quem quidam illorum percontanti Philoni ſecretum ſacratiſſimum nuncupauit, panis erat Euchariſticus, cuius nimirum myſteria Hebræus capere non valens, ad panes propoſitionis retorſit, quaſi in eorum memoriam ab illis ſolemniter ederentur: qui tamen in memoriam Paſſionis Domini ante communem menſam frangebantur. Nam, vt proximè ſuperius Pachomij verbis oſtendit num. 64. incollecta prius offerebatur oblatio, quàm panem communem ederent. Aut dicat nobis Philo, quando in conuiuiis Hebræorum panes appoſiti vnquam fuerunt in memoriam menſæ propoſitionis? Quod ſanè tota Veteri Pagina monſtrari nequibit.

66. Gratiarum actio poſt cœnam.

51. *COENAM VERO, &c.* Cœna abſoluta hanc gratiarum formulam Monachos conſueuiſſe proferre, prodit Athanaſius in Regula Monialium: vbi *Cum ſurrexerit* (inquit) *à menſa, rurſum gratias agendo trinis vicibus dicas: Miſerator & miſericors Dominus eſcam dedit timentibus ſe. Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. Rurſumque poſt peractam glorificationem, preces tuas his verbis abſoluas.*

Deus omnipotens, & Deus noſter Ieſus Chriſtus, nomen quod eſt ſuper omne nomen: gratias agimus tibi, & collaudamus, te quod dignatus es nos tuorum bonorum participes fieri; carnalium ſcilicet bonorum. Rogamus te, & inuocamus te Domine, vt cœleſtes eſcas nobis dones, deſque nobis tremere, & timere venerabile & pretioſum nomen tuum, vt non obaudiamus præceptis tuis. Nomen tuum, & Iuſtificationes tuas conſtitue in cordibus noſtris. Sanctifica autem ſpiritum, & animum noſtrum, per dilectum Filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cum quo tibi gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

67. Mos canendi alternis & diuiſis choris.

52. *VBI OMNES CONSVRREXERE, &c.* Morem hunc hymnos Domino canendi Veterum Monachorum in duos choros diuiſorum, cum ad Synaxim congregabantur, expreſſit Baſilius in epiſt. 63. ad Clerum Neocæſarienſem. Cum enim ab eis accuſaretur, quod Monachorum cœtus congregare etiam Epiſcopus non deſiſteret, & cum eis ad laudes congredi; eaſque nouo eos ritu, & harmonia pſallere doceret: reſpondit: *Si quandoque cauſam indicti iſtius & irreconciliabilis belli rogantur, pſalmos cauſantur, & modum melodiæ, quò ſit vetus apud nos immutata canendi conſuetudo; & huiuſmodi quædam alia, de quorum illos prætextu pudere debebat. Accuſamur vero & huius, quod homines habeamus Monachos pietatis ſtudioſos qui mundo renuntiarint, & vniuerſis ſæculi iſtius curis, quas Dominus comparat ſpinis fertilitatem verbi impedientibus.* En delicta. Reſpondit verò: *Qui huiuſmodi ſunt, mortificationem Ieſu corpore circumferunt ac cruce quiſque ſua accepta Chriſtum ſequuntur. Ego vero omnem vitam meam impenderem, vt mihi poſſent ita impingi delicta, haberemque apud me viros, qui me Doctore hoc pietatis ſtudio amplexi hactenus fuerint. Scire autem vos volo, quod optamus nobis, & virorum & mulierum, cœtus dari, quorum conuerſatio in cœlis ſit: qui carnem ſuam cum affectionibus, & concupiſcentiis crucifixerunt: quique nec de cibis, nec de indumentis ſoliciti ſint; ſed immobiles, & aſſidui apud Dominum, noctes ac dies precationibus immorentur: quorum os non loquatur opera hominum, ſed hymnum concinat Deo noſtro.* At quonam modo, & ordine? *Ad id vero quod propter Pſalmodias accuſamur; quare potiſſimum ſimpliciores perterrefaciunt, qui nos traducunt: hoc habeo quod dicam: Quod videlicet qui iam obtinuerunt ritus, omnibus Eccleſiis Dei, concordes ſunt, & conſoni. De nocte quidem populus conſurgens antelucano tempore domum precationis petit, inque calore & tribulatione ac lachrymis indeſinentibus facta ad Deum confeſſione, tandem ab oratione ſurgentes, ad Pſalmodiam inſtituuntur. Et nunc quidem in duas partes diuiſi alternis ſuccinentes pſallunt; atq; ex eo ſimul eloquiorũ Dei exercitationem, ac meditationem corroborant, & cordibus ſuis attentionem; & reiectis vanis cogitationibus mentis ſoliditatem ſuppeditant. Deinde vni ex ipſis hoc muneris dato, vt, quod canendum eſt, prior ordiatur.* (Ecce tibi præcentorem Philonianum) *reliqui ſuccinunt, atque ita Pſalmodia varietate, precibuſque ſubinde interſertis noctem ſuperant.* Et poſt quædam de propagato per vniuerſum Orientem prædicto concinendi more, ſubiungit: *Horum gratia ſi nos fugitis, fugietis ſimul & Ægyptios, fugietis Lybiam vtramque, Thebeos, Palæſtinos, Arabes, Phœnices, Syros, & qui Euphratem habitant, & vt ſemel dicam, omnes apud quos Vigiliæ, ac preces communes Pſalmodia in pretio ſunt.* Quibus nimirum eas regiones complexus eſt, quæ monachis abundabant in Oriente, à quibus ad populum ipſum Chriſtianum Synaxes nocturnas inſtituendi modus promanauerat. Et quidem etiam ſuperiorum perſecutionum temporibus à Romanis Principibus ſuſcitatarum idem inoleuerat mos, vtpotè de quo Plinius ſecundus Traianum conſuluerat ep. 97. ſuarum lib. 10. illis verbis: *Adfirmabant autem hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eſſent ſolitè ſtato die ante lucem conuenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem* (Nota, Chriſtianos olim etiam ſecum inuicem, id eſt alternatim, & per choros, hymnos Chriſto dicere conſueuiſſe) *ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati negarent: quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſuſque coëundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & innoxium. Eadem habet Lucianus in Philopatro.*

53. *DEINDE CANTANT, &c. non ſine decoris & religioſis geſtibus; atque accentibus; &c.* Quæ in hoc & ſequenti num. 54 referuntur à Philone, 68. Dramatica cantica apud veteres.
& ex parte num. 48. eo tendunt, vt apud Veteres noſtros inualuiſſe demonſtret *dramatica* cantica, quæ non voce ſolum, ſed actione, & repræſentatione perficiebantur: quod ſanè hoc loco voluiſſe Philonem, erudite vt cætera Baronius interpretatur tom. 1. Annal. A.C. 60. de Canticis Eccleſiæ diſſerens: adductis ſiquidem in medium Philonis verbis, ab illis: *Vbi omnes conſurrexere, duo chori fiunt*; vſque ad *Maria vero Prophetide fœminis*, ſubdit: *Hucuſque Philo: qui dum ait, non tantum accentibus, ſed & religioſis geſtibus ſe mouentibus illos accinere ſolitos eſſe, haud dubium eſt intellexiſſe de Canticis dramatis: qui non tantum in voce, ſed & in actione conſiſterent, quorum vulgata eſt illa mentiò in Eccleſiaſticis officiis: Ante chorum huius virginis, frequentate nobis dulcia cantica dramatis: nimirum vt coram Virgine recumbente in thoro huiuſmodi acroamata agerentur. De quibus & Plutarchus, cum de his agit in Sympoſio 7.9. 8. Noſtris nimirum Platonis dialogos, partim narratione, partim actione quadam conſtare: qui ideo dramatici dicuntur. De his*

facillimè

Digitized by Google

facillimè pueri edocentur, ita vt memoriter recitent : adiunguntur autem geſtus conuenientes perſonarum, moribus, & vocis officio atque forma, & affectiones dictis congruæ,ſed exoleuerunt iam hæc. Hæc Baronius. In Breuiario Ciſtercienſi pro viſitationis Deiparæ feſto adeſt Hymnus, cuius exordium.

Adſunt feſta iubilæ
In Mariæ nunc gaudia :
Tota pſallat Eccleſia
Deuota laudum dramata.

Vbi tamen Librariorum vitio quidam codices habent *drachmata*, alij *dragmata* intolerabili errore, cum *drachma* ad libram pertineat, *dragma* ad pharmaca conficienda : vtinam vero reuiteſceret in Eccleſia dramaticorum canticorum vſus : foret ſiquidem, vt neceſſario attente prorſus perſoluerentur preces;quanquam choralium cęremoniarum multitudo,quibus nunc verſùs altare,nunc verſùs alterutrum, nunc ſedentes,nunc ſtantes, in genua prouoluti, inclinati, aut erecti , hymnos, pſalmoſque in choro canimus, non valde à Dramatico habitu dictare videantur.Eſt itaque *drama* δρᾶμα apud Græcos *actus*,vel *repreſentatio*,in quibus Poëtæ perſona non admiſcetur.

69. Hymnorum concentus & melodia. 55. *AD HORVM MAXIME, &c.* Dulcedinem Eccleſiaſticorum hymnorum à Monachis Veteribus Deo in Collectis voce ſonora dictorum ſic Chryſoſtomus expreſſit hom. 59.ad Pop. Antioch. *Mox ſtatim ſurgentes ſtant hymnos cantantes propheticos multa cum vocis conſonantia,cum apte compoſitis concentibus.Neque cythara,neque fiſtula, nec vllum aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem, qualem audire licet in profunda quiete,& ſolitudine,Sanctis cantantibus illis. At & ipſa Cantica commoda,& in Deum charitate plena.* Sed quæ ? Dauidica Cantica multos mouentia fontes lacrymarum ſuauiora , & dulcior piis Chryſoſtomi auribus,cythera,fiſtula , omnique prorſus muſico inſtrumento, ſpecialiter vero canere conſueuiſſe ait Pſalmos. 133.6. 101.143.48.67. 118. 84. 22.90.43.& 148.Quod in eis multa ſint , quæ ad laudes Dei de nocte perſoluendas, & ad mutuam ſui in alterutrum charitatem dulciter mouentia reperiantur.

70. Tota nocte cantus producebatur. 56.57. *ITA PRODVCTA, &c.* Produci inter Monachos conſueuiſſe ſacram hymnodiam per totam noctem, paſſim referunt Patres. Chryſoſtomus citato loco : *Quanti eſt eos in hoc totam noctem inſumere ? Cum vero dies iam lucere debet, tum requieſcunt:& cum nos incipimus opera,illi tempus habent quietis.* Baſilius vero præfata ad Neocæſarienſes Apologetica epiſtola : *Atque inter pſalmodia varietate precibus ſubinde interſertis noctem ſuperant.*

71. Gentiles ad Orientem, Iudæi contra templum adorant. Hoc item numero manifeſtiſſime Philo volens nolens, quod tanta attentione celauerat, palam fecit : Videlicet Therapeutas homines fuiſſe Chriſtianos,non Iudæos Enimverò preces eos fundere conſueuiſſe,ait,verſo ad auroram vultu,& ſolem orientem:quo ſanè more hos ab illis ſe diſcreuiſſe,nemo abnuet , qui vel à limine veterum ſcripta Patrum ſalutauerit. Et Hebræis quidem extra Hieroſolymam degentes verſo ad templum aſpectu oraſſe, ex 3. Reg. 8. liquidum eſt: vbi Salomon miſericordiam Domini iis deprecatus eſt;qui quaquauerſum agerent vultu ad Hieroſolymam porrecto Dominum ſupplicauerint. Et Daniel apud Babylonem poſitus eo corporis habitu orabat : nam cap. 6. dicitur : *Ingreſſus eſt domum ſuam , & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua , & adorabat.* Quo loci D. Hieronymus. *Orat,inquit, ſecundum præceptum Dei,dictaque Salomonis, qui contra templum orandum eſſe admonuit.* Idemque habet lib. 3. Comment. Ezech. ad cap. 9. *Nequaquam*, ait , *in morem Gentilium contra orientem adorare deberent* (Seniores illi de quibus agebat Ezechiel , aſſerens quod haberent dorſa contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum ſolis) *Sed in quacumque fuiſſent orbis parte,ſiue ad Orientem,ſiue ad Occidentem , ſiue ad Meridiem , ſiue ad Septentrionem , adorarent contra templum,vbi in Sanctis ſanctorum habitare Dominus credebatur.* Ritu igitur ipſo orantes ad Orientem verſis vultibus , Gentiles potius quam Iudæi fuiſſe comprobentur:tantum abeſt vt Iudæi eſſe nequiuiſſent.Gentiles vero vniuerſos eum orandi morem habuiſſe , prodit Clemens Alex. l. 7. Stromat. & Porphirius relatus à Rodiginio l.12.Antiq.lect.c.1.Cæterum Chriſtianis id fuiſſe in vſu,ex Apoſtolica Conſtitutione fatentur Dionyſius de Eccleſ. Hierarch.c.2 p.2.in myſterio Baptiſmatis. Tertullianus in Apolog. c. 16.Iuſtinus Martyr.lib.qq.in 118.Origenes hom. 5.in Numer.Athanaſius l.9.q.14. Damaſcenus de Fide Orthodoxa. l.4.cap.13. quorum apud Baronium verba legere poteris tom.1. Annal. A.O.58. Interim audi Baſilium lib.de Spiritu ſancto c.27. in hæc verba aientem. *Dogmata quæ in Eccleſia prædicantur,quædam habemus è doctrina ſcripto prodita,quædam rurſum ex Apoſtolorum traditione in myſterio,ideſt in occulto tradita recepimus : quorum vtraque parem vim habent ad pietatem : v. g. vt ad Orientem verſi precemur , quæ nos docuit ſcriptura.* Sed & templa vniuerſa Chriſtianorum verſus Orientem extructa Romani Clementis teſtimonio ſuperius oſtendimus. Non igitur & Therapeutæ Chriſtiani ad ſolem orientem adorantes?non quidem ſolem ipſum more Gentilium , ſed ſolis auctorem & lucis , qui & Orientis nomine dignatus eſt,& lucem habitat inacceſſibilem.

58. *ATQVE ITA PRECATIONIBVS ABSOLVTIS,&c.* Baſilius epiſt. 63.citata : *Illuceſcente iam die pariter omnes velut ore vno,ac corde vno , confeſſionis pſalmum Domino offerunt, ac ſuis quiſque verbis reſipiſcentiam profitentur :* vt redeant læti ad propria. 72. Eorum perpetuitatem prædicit Philo.

59. *ISTVD GENVS HOMINVM, &c.* Ex virtutis magnitudine , qua vehementer Deo grati ſunt,durationis eorum perpetuitatem neſcius propheta prædicit;quam in conſequentibus chronologiæ ſeruatis paſſibus ſumus , Deo dante, demonſtraturi.

Ergo,vt vno verbo cuncta comprehendamus, duo ex dictis perſpicua ſunt ; nimirum tum in illo Religionis exordio Monachorum ſtatum ita perfectum,& omnibus numeris abſolutum fuiſſe , vt nihil pene poſtmodum illi additum fuerit à magnis Patribus:quorum ſcripta prædictorum moribus,& inſtitutis oſtendimus per omnia extitiſſe conformia : vt mirum ſit primis duntaxat lineis perfectiſſimā euaſiſſe Monachatus imaginem.Tūetiam nihil Therapeutis cum Iudæis Eſſenis fuiſſe commune.Quare ſi qui veterum Patrum vtroſque confudiſſe reperiantur (vti Hieron.l.2. contra Iouin.c. 19 & ep.22.c.15 & Caſſiod.l.1.Trip. c.11.)id ex vulgi opinione dixiſſe credendi ſunt:eo videlicet,quod rem ipſam lydio minimè applicuerint,aliis intenti.

CAPVT

CAPVT XIII.

Nunquam interrupta Monachorum ſeries, ab Apoſtolis ad S. Antonium, oſtenditur.

1. Eccleſiæ perſecutionibus potuit Monachatus extingui ſed non origo.

ILlud nunc primum ſeſe offert diſcutiendum, defierit ne vt illorũ Therapeutarũ memoria, ita & Inſtitutum poſt eorum qui Philoni coæui fuerant obitum? Sic nimirum, vt hiatus quiſpiam, aut lacuna, ab eis vſque ad S. Paulum vel Antonium Monachatus extiterit, ex quo illum quaſi è ſepulchro, vbi aliquot ſæculis dormiiſſet, excitari denuò ab Antonio neceſſum fuerit, vt multi è vulgo autumant, an vero incorrupta eorundem perſtiterit diſciplina? Hoc ſi placuerit, cogimur eius rationem reddere, & vbinam terrarum toto illo temporũ interſtitio viguerit oſtẽdere. Sane nequaquã abnuimus fieri quidem potuiſſe, ſi procellarũ immanium vi, quibus tunc temporis vniuerſa Eccleſia vbiuis iactata eſt, communi Therapeutarum fuga, & diſperſione Angelici Inſtituti cultura ceſſaſſet, iterum ad priſtinum ſtatum reuiuiſceret: cum originalis Monachatus Regula extingui nulletenus quiuerit, Sacroſanctum ſcilicet Chriſti Euangelium, & Apoſtolorum Canonicæ Epiſtolæ, in quibus veluti in puriſſimo ſpeculo Chriſtianæ vitæ perfectio, quæ Monachatus vita eſt, miro ſplendore niteret. Quod ſanè in cauſa fuit, vt perſecutionum procella ſedata, & Eccleſia paci reſtituta in remotioribus Chriſtiani Orbis regionibus, identidem Monaſtica vita abſque Monaſtico Præceptore exordium ſumpſerit: nempè eodem Diuino ſpiritu vbique animos ſubditorum ſibi hominum replente & inſpirante, ad eundemque ſcopum paribus paſſibus ducente. Cæterum certo certius eſt, liquidiſque argumentis comprobatur nunquam à promulgatione Euãgelij per Apoſtolos verum in Eccleſia Monachatum defeciſſe: quod & autoritate, & ratione hoc loco, Deo donante, commonſtrandum aſſumimus.

2. Monachatus pari paſſu cũ Euangelio propagatus.

Principio igitur, non leuiter Monachatus fundamenta ab Apoſtolis iacta fuiſſe, & rei ipſius præſtantia, & illorum vehemens perfectionis Euangelicæ propagandæ ſtudium conuincit. Ex quo factum eſt, vt non in aliqua vrbe aut viculo duntaxat; non in regione vna, aut prouincia, ſed vbique gentium Euangelium pertranſiit, iiſdem Doctoribus peruenerit Monachatus. Eiuſque rei probatiſſimum teſtem ſuperiùs, Fidei licet Catholicæ inimicum, produxi Philonem hæc aientem. *Hoc genus reperitur in multis Orbis regionibus, merito vt abſoluta probitatis receptum Græcis atque Barbaris: maximè tamen in Ægypto frequentatur per præfecturas ſingulas.* Græcos vocat *Gentiles*: *Barbaros* autem Prouinciarum Romanarum indigenas, id eſt Germanos, Hiſpanos, Gallos, Armenos, Perſas, Medos, & ſimiles eo iam tempore Euangelij fulgoribus perfuſos; qui merito vt abſolutæ probitatis, ex ipſo culmen Euangelicæ doctrinæ, quæ apud Monachos viget, venerari, & recipere cogebantur. Cui enim Euangelium placebat, placuiſſe eius perfectiorem viuendi normam neceſſum eſt; & valde rationi conſentaneum, vt vbilibet aliquorum inter tot hominum myriades animi ad amplexandam Chriſti anguſtam ſemitam excitarentur; vti mox reipſâ præſtitum fuiſſe comprobauimus. Neque verò vtcunque ſtatus Monaſticus ab ipſo naſcentis Eccleſiæ initio fundatus eſt, ſed ab ipſo ſui ortu cum Euangelio tam altas iecit radices, vt nullis ventorum tumultibus, nullis inimicorum procellis potuerit vnquam exterminari, ſicut neque Euangelium, cui neque portæ inferi præualebunt. Ita prorſus ex his quæ viderat Philo coniectatus libere prompſit: *Iſtud hominum genus Therapeuticum ſemper in contemplatione Diuinitatis proficiet; etiam ſole hoc ſenſibili præterito, nec vnquam ſuum ordinem deſeret tendentem ad fœlicitatem perfectiſſimam*: Non valde diſpari phaſi, ac Dominus dixit: *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.*

Nec me mouet immanes perſecutionum turbines vniuerſam Eccleſiam concuſſiſſe: eis enim fieri potuit, vt publicè aliquandiu Monachi non congrederentur, atque ad ſolicitas Synaxes coirent; ſicut & Catholicis omnibus non ſemel cõtigit perſecutionum concitato furore: ſtudium verò contemplationis, virginitatis, & caſtitatis amorem, & terrenorum odium minuere, ne dicam extinguere, ab eorum cordibus nequiuerunt; ſicut neque fidem Chriſti; quæ dum perſtiterint, Monachatum non perire neceſſum eſt. Quinimo nemini (vt reor) clam eſt Eccleſiam vniuerſam nuſquam membra perſecutionibus creuiſſe potius, quam defeciſſe, aut elanguiſſe; iuxta illud Ambroſij in Pſ. 43. *Fides ſola pugnauit, & ideo triumphos meruit: quos non reuocaret perfidia, ſed augeret: quia perſecutionibus ſuis non vincitur Eccleſia Domini, ſed probatur.* Magis ad rem noſtram Iuſtinus Martyr. in Dialogo cum Triphone: *Non eſſe autem qui exterreat, & in ſeruitutem redigat nos, qui Ieſu per Fidem nomina dedimus, per terram omnem manifeſtum eſt. Quod namque dum gladijs percutimur, & in Crucem agimur, & beſtiis obiicimur, & vinculis, & igne, & tormentis omnibus aliis plectimur, & excruciamur, à profeſſione noſtra non diſcedimus, ſatis conſtat. Et quanto magis eiuſmodi tormenta quædam in nos expediuntur, tanto alij plures fideles, & vere Religionis per nomen Ieſu fiunt cultores. Quemadmodum enim ſi quis vitis excidat fructificantes partes, vt palmites, qui alios floridi, & frugiferi producant ramos illa proferat faciũ; ita in nobis quoque accidit; plantata namque eſt à Deo & ſaluatore noſtro vitis, & vinea populus eius.* 3. Eccleſia perſecutionibus dilatata.

Quod vero de toto Eccleſiæ corpore vere dicitur, in vniuerſis eius præcipuis membris completi neceſſum eſt: nunquam ſiquidem ab Eccleſia defuerunt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi &c. nunquam abſque Virginibus, nunquam abſque pauperibus ſpiritu fuit, & ideo nunquam abſque Monachis, quia nunquam abſque Euangelij perfecta & integra obſeruatione. Eo vel maxime, quod plerumque furor, ac rabies perſecutionis in Chriſtianos degentes in vrbium habitatores magis ſæuiit quam in Eremicolas, quos ab oculis omnium edicto ſeparaſſe, ſi parere nollent Imperatoribus idolorum immolationem iubentibus, ſatis videbatur. Qua de re fidem facit Athanaſius in vita S. Antonij c. 23. inquiens. *Cum perſequutio Maximiani furore veſano vaſtaret Eccleſiam, motus Iudex ab Antonij ſociorumque eius conſtantiam, præcepit, nullum penitus Monachorum in ciuitate verſari aut obſeruare iudicium. Et cæteris quidem omnibus in illa die placuit abſcondi. Antonius autem impauidus neglecto perſecutoris imperio lauit ependytem ſuum* 4. Monachatus perſecutionibus extingui nequiuit.

ſuum: & alia die ſtans in quodam eminenti loco candente præcinctus veſte, procedentem iudicem ſuo prouocabat aſpectu. Sed Dominus qui ſuo gregi parcebat, Magiſtrum ſeruauit Antonium, vt inſtitutum (ſicuti factum eſt) Monachorum non ſolum oratione eius, ſed & conſpectibus firmaretur. Similiter cum eis in aliis perſequutionibus ſuperioribus factum, ne dubites: & quantumvis plerumque multi illorum coronam aſſequerentur Martyrij, quorum in tabulis Eccleſiaſticis mentio fit, nunquam tamen vniuerſos ſimul è medio Ethnicorum induſtria monſtrabitur ſuſtuliſſe. Prodit Metaphraſtes in Actibus SS. Iudes, & Domnæ ad 26. Decemb. fuiſſe Maximianum *in omnia Aſceteria Virginum;* Sed loquitur de Nicomedienſibus, quo Domnam ibi latitantem perquireret; non de Monaſteriis totis Orbis: & quanquam id aggrederetur, quod poſtmodum Valens fuiſſe dignoſcitur, re prorſus infecta diſcederet; vt ille poſtea diſceſſit.

5. Sed vtamur itidem argumento ex Dionyſij auctoritate deſumpto, cum de myſterio, ac ritu profeſſionis Monaſticæ agit. *Etenim initiandorum* (ait de Eccleſ. Hier. cap. 6.) *omnium excellentior, atque ſublimior ordo Monachorum eſt ſancta diſtinctio:* atque adeo vnum ex præcipuis Hierarchiæ Eccleſiaſticæ membris Monaſticem eſſe contendit, cum illa ex ordine terno perficientium, & terno perficiendorum coaleſcat: ideſt ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris, ſeu Diaconis, qui populo perficiendo præſunt: & ex *Monachis, Plebe ſancta,* & *Eiectis,* qui ab illis ad Deum perficiuntur. Et penes tres notiſſimas vias, *Eiecti* à Diaconis purgantur, *Plebs ſancta* à Presbyteris illuminatur, *Monachi* ab Epiſcopis ad vnitatem quam profeſſi ſunt perficiuntur. Quæ ſanè quomodo ſint intelligenda, alterius loci, & ſtudij eſt. Fit tamẽ neceſſario ex dictis, harmonicam Eccleſiæ, vt à Domino & Apoſtolis ordinata eſt, & hierarchicam conſtitutionem non aliter abſque Monachis conſiſtere nequire, atque abſque Plebe ſancta, ſine qua Eccleſiam ipſam integrè extare non valere, nemo non videt: cum ordo Monaſticus harmonicę Hierarchię Eccleſiaſticæ pars ſit integralis, ſicut, & plebs ſancta. Quare vt Diuinæ prouidentiæ opus fuit inter vniuerſos perſecutionum turbines Eccleſiam ſuam nulla ex parte mutilam, ſed vndecunque perfectam, & integram cuſtodire; ita ipſius quoque ſtudio adſcribendum eſt, quod nuſquam abſque præſtantiſſimis membris Monaſtices extitiſſe credatur. Quod ſane iis, qui eius eſſentiam perſpectam habuerit, haud difficilè perſuadebitur. Enim verò nihil aliud Monaſticem eſſe, liquido apud omnes eſt, quam Euangelicæ perfectionis medullam, eoſque Monaſticæ perfectionis numeros implere dicimus, qui non ſolum manſuetudinis, charitatis etiam erga inimicos, patientiæ in aduerſis, Fidei erga Deum, cæterarumque virtutum, quarum obſeruatio vniuerſis fidelibus impoſita eſt, ſectatores extiterint; ſed & ad præſcriptũ Dominicæ regulæ renũtiauerint omnibus quæ poſſiderent, & ſe caſtrauerint propter Regnum cœlorum; & memores Domini, qui non venit facere voluntatem ſuam, à Prælatorum nutibus pendent; idque non leuiter impleant votis emiſſis, perpetuæ Chriſti ſeruituti ſe gaudent mancipari. Quis autem dixerit tantarum Aſceticæ vitæ virtutum aliquando Eccleſiam fuiſſe deſtitutam? Nam ipſam perſequutionibus perfici potius conſueuiſſe, quam à perfectionis tramite deuiaſſe, certo certius eſt. Neque vero vnquam defeciſſe Antiſtites, qui ad Apoſtolorum præſcriptum Eccleſiæ nomine vota reciperent Monaſtica, fingere quiſpiã poterit, quod ad expreſſam profeſſionem requiritur: neque ad veritatem exiſtentis ſtatus expreſſe profiteri neceſſarium erat, cum ſe ſolo quivis ſtatum Monaſticum valeret arripere, & tacita profeſſione contentus eſſe; vti in ſuperioribus probatum à nobis eſt cap. 6. huius 2. lib. Denique externa, quæ congruis fit veſtibus, Monachatus proteſtatio ſub perſecutionum procellis neceſſaria non erat; cum ad occultationem habitus ipſe non pereat. Quare nihil vnquam perpetuæ eius ſtatus in Eccleſia exiſtentiæ obſtare valuit quin ſecretò ſaltim à multis pro voto ſuæ deuotionis arriperetur. Quinimo videmus caſtitatis, & cœlibatus amorem, quo magis ab Ethnicis ille impugnabatur, magis magiſque in puellarum animos ardere, & flagrare cœpiſſe.

Marginal note: Eccleſiaſtica hierarchia ſine Monachatu non conſtat.

Accedit: nullum aliud Monachatus determinatum exordium monſtrari poſſe: vnde ipſa originis ſui ignoratione & ambiguitate, perpetuitatem reddi abundè cõſignatam. Enimvero, ſi quæ vero ſimiliter hactenus eius ſtatus origo ab aliquo aſſignata eſt, maximè quæ ſub Antonio (vt placuit Baronio tom. 3. A. C. 308. nihil enucleatius diſquirenti) Pachomio, aut Hilarione creditur fuiſſe: nam idcirco eos Monachorum vocitatos parentes vulgus exiſtimat. Atqui hos omnes ab aliis, qui vndenam, aut quando cœperint eſſe Monachi dici nequeant, Monaſtices accepiſſe rudimenta, certo certius eſt. De Hilarione ſiquidem ſcribit Hieronymus diſcipulum Antonij fuiſſe: Pachomium à Palemone veteri Aſceta initiatum fuiſſe, Auctor eius vitæ teſtatur cap 6. & de Palemone: *Audiuit autem quendam Anachoretam, cui nomen erat Palemon, intra eremi ſecreta Domino ſeruientem. Erat ſeuero aſpectu, propter quod multo tempore ſolitarius vitam rigida conuerſationis exegerat.* Is vero dum animum ſui tyronis examinat, ſatis indicauit rem Monachici ſtatus vetuſtiſſimam eſſe: ait ſiquidem: *Non potes hic Monachus fieri: non enim parua res agitur, ſi veri Monachi conuerſatio caſta penſetur. Nam plures huc dudum venientes affecti tadio perſeuerantia non tenuere virtutem.* Et iterum: *Iam tibi præfatus ſum quod hic fieri Monachus nullo modo poſſis. Perge magis ad aliud Monaſterium, & cum tantiſper ibidem continentia operam dederis; tunc ad me regredere, téque ſine mora recipiam.* Vides multa etiam tunc fuiſſe Monaſteria, quorum nemo exordium adſtruere quibit: vt certum ſit Pachomium non omnium primum Monaſteria extruere, & Monachos inſtruere cœpiſſe.

Marginal note: 6. Monachatus origo nequit inter Patres aſſignari.

Nihil minus de Antonio Monachatus tyrocinium auſpicante liquet; namque D. Athanaſius cap. 3. de Beatiſſimo iuuene mundum relinquere cogitante agens, ait: *Necdum autem crebra erant in Ægypto Monaſteria: neque omnino quiſquam auiã ſolitudinem nouerat.* (hoc etiam aliter eſſe, S. Paulus Abbas Antonio poſtmodum perſuaſit) *ſed quicunque in Chriſti ſeruitute ſibimetipſi prodeſſe cupiebat, non longè à ſua villa ſeparatus inſtituebatur. Erat igitur in agello vicino ſenex quidam vitã ſolitariam à prima ſectatus ætate; hunc Antonius cũ vidiſſet æmulatus eſt ad bonum.* Multos quoque alios inibi extitiſſe, quorum beatos in ſe mores Antonius conabatur exprimere, his refert: *Sic ſuam vitam inſtituens, ab vniuerſis fratribus puro diligebatur affectu, & omnibus, ad quos ſtudio diſcendi pergebat, obediens proprias ſingulorum gratias hauriebat.* Qui vero hi fuerint, inferiùs prodit inquiens:

Marginal note: 7. Antonius Monachorũ Auctor non fuit.

Digitized by Google

inquiens: *Vicini, & Monachi, ad quos ſæpe veniebat, Amonium videntes Deicolam nuncupant; indultiſque naturæ vocabulis quidam vt filium, alij vt fratrem diligebant.* Reliquum eſt vt Antonius non fuerit Monachorum auctor, ſed propagator, & præſtantiſſimus inſtitutor: ij vero, à quibus ipſe inſtitutus eſt, quam habuerunt originem, abſque temeritate definiet nemo. Stat igitur pro ipſorum Apoſtolica inſtitutione abſque interpolatione ad eos vſque pertingente immemorabilis probatio iure communi laudata *ff. de probationibus ſi arbiter. ff. de aqua pluuia arcenda in ſumma §. Item Labeo.*

Nullum ſæculum Monachis deſtitutum.

Adſunt itidem probatiſſimi teſtes, quorum auctoritati innitentibus perſpicuum fiat nullam Eccleſiæ ætatem nullum ſæculum Monachis, Monaſteriiſ e fuiſſe deſtitutum, eoſque non in angulo orbis, ſed in præcipuis eius Prouinciis deguiſſe. Hoc nunc placet ſigillatim perſequi, quod ab omnibus prætermiſſum videam, rem nihilominus ſcitu digniſſimam.

Primo Eccleſiæ ſæculo, ab A.C. 34. vſque ad 100.

8\. Monachatus ſub Apoſtolis.

PRimò omnium Hieroſolymis ad Apoſtolorum prædicationem vita Monaſtica inſtituta eſt, & ſtatus eius lucem vidit, quando nimirum venditis facultatibus afferebant diſcipuli prædiorum pretia, & apponebant ad illorum pedes, eratque eorum omnium cor vnum & anima vna, nec quiſquam aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Act.4.& 5. vt latè expendimus ad ſanctorum Doctorum mentem ſupra c. 2. huius lib. 2. Inde per vniuerſum orbem Monachatus propagatus eſt.

9\. A.C. 36. D. Iacobus Monachatum Hiſpaniæ inſtituit.

Anno Chriſti 36. S. Iacobus Apoſtolus vitam Monaſticam in Hiſpanias inuexit. Eius rei habeo Luitprandi egregium teſtimonium, qui agens de eiuſdem Apoſtoli aduentu in Aduerſ. n. 286. hæc ſcribit: *Legi in Hiſtoriis S. Elpidium ac reliquos Epiſcopos, quos conſtituit S. Iacobus in Hiſpania, ab ipſo Iacobus in Hiſpania, ab ipſo Iacobo baptizatos fuiſſe, de numero Religioſorum, qui in Hiſpania, & per alias regiones Monachiſmum introduxerunt.* Et rurſus n. 118. inquit: *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Monachus fuit. Is in prima Petri concione ad Fidem conuerſus cum ſociis multis venit in Hiſpaniam, Toleti fundauit Monaſterium Virginum, & aliud Monachorum vbi poſt fuit Agelienſe, quod fuerat B.V. ſacrum.*

10\. A.C. 46 Simon Niger Anachoreſim in Hiſpaniam inuehit.

Ad A. C. 46. Mirabilis ille vir Simon cognomento Niger, quem Lucas Act. 13. Doctoris & Prophetæ titulis cohoneſtat, poſtquam Paulum & Barnabam de mandato S. Spiritus in Apoſtolatum gentium ſegregauerat, acceſſit in Hiſpaniam Apoſtoli Iacobi, quem ante quatuor annos Herodes Hieroſolymis occiderat, prædicatione deſtitutam: vbi ad montana conſcendens Euangelij ſemina in ruſticorum animos iecit: & multo inibi tempore Anachoreticã vitã, cui mire deditus erat, exegit: quouſque tandem monitu ſuperno ad planiora deſcendens præcipuas Vrbes verbo doctrinę irrigans, tandem Martyrij palmam Toleti promeruiſſe ſcribitur in M. S. Codice, qui eſt apud me, cuius fidei plurimũ defero: ex quo eius geſta aliquando in lucem, Deo annuente, dabimus. Modò in Anachoreticæ vitæ commendationem ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio ab eodem in Montanis Hiſpaniæ cultæ hæc prompſiſſe libuit.

11\. Ad A.C. 50. S. Iphigenia Monialium Præfecta.

Propè A.C. 50. S. Iphigenia Æthiopiæ Regis filia Doctore S. Matthæo Apoſtolo ducentarum Virginum Monaſterio Præfecta fuit, vti ex eiuſdẽ Euangeliſtæ Actis liquet, quæ in Eccleſiis legi ſolita erant, hodieque à noſtris Ciſtercienſibus leguntur. Rurſus S. Virgo Martha Chriſti diſcipula, quæ A.C. 48. (ita Dextro placet) ab Hieroſolymis cum ſorore Maria, & Lazaro fratre aliiſque diſcipulis pulſa Maſſiliam appulerat. Taraſci in Gallia Narbonenſi Monaſterium Virginum Deo dicatarum erexit, quod ipſa inſtituebat, vt eius acta indicant: quibus Equilinus adſtipulatur l.6 Cath. c. 151 illis verbis: *Igitur Martha de licentia S. Maximini, & ſororis remanſit ibi: & ſororum multarum congregato Conuentu Eccleſiam in honorem Dei genitricis ædificauit Monaſteriumque conſtruxit: ibique ieiuniis & orationibus quotidie vacabat, & mira ſe pœnitentia affligebat.*

S. Martha.

12\. In Ægypto non ſolum ad Paludẽ Mariam, ſed per omnes præfecturas S. Marco Euangeliſta Doctore, mirum in modum Monaſticem viguiſſe, ex Philonis inconcuſſæ fidei teſtimonio fuiſſe in præcedenti capite per totum, explicatum à nobis eſt: quod quidem ante A. C. 48. oportet effectum, cum eo ipſo anno S. Marcus coronam martyrij promeruerit: quod eius Acta promunt, & nos in Additionibus Dextri & Maximi probauimus. Verum non in Ægypto duntaxat, ſed toto orbe idem inſtitutum, atque propagatum iam fuiſſe, cum id ſcriberet, Philo ipſe teſtatum reliquit.

13\. Ad A.C. 100

Denique grauiſſimo, pulcherrimoque D. Dionyſij teſtimonio id ipſum latè probatum à nobis eſt, Doctoribus ſanctis Dei Apoſtolis, qui eius vitæ ſectatores Therapeutarum & Monachorum nominibus dignati ſunt. Conſule quæ ſuperiùs diximus c.9 huius 2. l. per totum, ſed verò ſcripſiſſe libros ſuos Dionyſius ad A.C. 100. fusè cũ Dextro probauimus in eius Commentariis. Cum vero tunc temporis in Galliis ageret, ſcriberétque ad S. Eugenium eius diſcipulum ſub Timothei nomine, quod eo loci monſtrauimus; reliquum eſt, vt in Galliis pariter & Hiſpaniis ea viuendi norma vigeret: & non minus in Italia & Græcia: vnde ipſe ſuam doctrinam hauſiſſe liquet.

Secũdo Eccleſiæ ſæculo, ab A.C. 100. ad 200.

14\. S. Fronto ſecundi ſæculi Cœnobiarcha.

SEcundi ſæculi Eccleſiaſtici exordio Monaſticẽ vbique terrarum floruiſſe, præiacto D. Dionyſij teſtimonio liquidum fit; cũ ipſe A.C. 100. id ſcripſerit. Circa eiuſdem ſæculi medium perſeuerantem Monaſticæ vitæ ſtatum egregiè probat S. Frõtonis Abbatis hiſtoria, quæ in Vitis Patrum circumfertur. Is ſiquidem in Nitria Ægypti monte floruiſſe dicitur in Prologo: & cap. 1. qualiter communis ſeu Cœnobialis vitæ tædio affectus conuocatis ad ſe fratribus, qui 70. circiter erant, eos ad vitæ Eremiticæ amorem adhortatus, in ſolitudinem eos deduxit: vbi quidem fame laborantes à totidem ciborum camelis onera miraculosè deportantibus refecti ſunt. De Monaſterio verò in eremo ab ipſis ædificato dicitur: *Anguſtus erat introitus Monaſterij, & ſolus Abbas fores ſuo ſtatu claudebat; cæteriſque interpoſitis fratribus tacuit.* (cum Cameli locum aſcendiſſent) *nihil reſpondens donec hymni complerentur. Tunc completo hymnorum ordine; &c.* Sic vetuſtiſſima nomenclatura Diuinum officium vocat Auctor; qui de tempore quo id contigit ad calcem inquit: *Hæc ſub Antonino Imperatore geſta ſunt, tertiodecimo anno Imperij eius.* Ita legendum ex Codd. M.S.

Digitized by Google

M. S & edicto Colonienſi monet Heriuertus pro *Antonio*, quem habent incorrectæ editiones. Porro XIII. Antonini annum, ſi calculum Baronianum conſulas, Chriſti Domini 152. fuiſſe reperies: quo tempore (vt vides) & Abbas, & Monachi, & Cœnobitæ, & Anachoretæ erant, & de eis, vti de re notiſſima, nihil habente nouitatis Frontonis hiſtoria texitur. Adſtipulatur his Florarius ſanctorum M.S. ab Heriuerto eodem adductus, tradens S. Frontonem Abbatem obiiſſe A.C.174. quod etſi ille vnde id Auctor hauſerit ſubdubitet, in promptu eſt quod in eadem hiſtoria legimus cap. 10. aliquot annos Frontonem ſuperuixiſſe; nam ait, *Illo igitur anno vſque ad mortem Frontonis ſic diues ille notato tempore, quando primum miſerat, eſcas neceſſarias illis dirigebat: & aliis ſic diuitibus Dominus imperabat, vt ex omnibus dapibus irrigati nihil Dei ſerui cum Frontone minus haberent.* Vt non fuerit difficile ad A.C.174. perueniſſe. Ante nonnullos annos id accidiſſe contendunt Antoninus 1. p. hiſt. tit.6.c. 26.§.1. & Equilinus in Cathal. SS. lib.9.cap.109. hunc cum Frontone Petragoricenſium I. Epiſcopo à D. Petro Apoſtolorum Principe illuc directo confundentes A. iunt enim. *Veniens Fronto ad ciuitatem Petragoricam, verbo & exemplo multos ad Chriſti Fidem conuertit, & 70. Monachos ibidem ad ſeruiendum Domino congregauit. Sed à Præfecto ciuitatis Squirio perſecutionem paſſus, ipſe ſumptis ſeminibus olerum Monachos ſuos aſſumpſit, & eremum deſertiſſimam petiit.* Vbi camelorum miraculum accidiſſe ſubinfertur ab ipſo Squirio cœlitus admonito miſſorum. Verum non quadrat quod ab eis Fronto quieuiſſe dicitur Petragoricæ, qui tamen 14. Aprilis ab vniuerſis Eccleſiaſticis tabulis Romani Martyrol. Vſuardi, Adonis, Bedæ, & ipſius Equilini lib. 12.cap.vlt. num. 120. Alexandriæ quæ 40. P. M. à Nitria diſtat, coli refertur. Vt omittam camelos non in Galliis, ſed in Ægypto reperiri. Fronto autem Antiſtes Petragoricus in eiſdem tabulis 25. Octobris ſcriptus habetur. Habemus igitur in Nitria Monachos & Anachoretas, ſaltem ad A.C.152. & 174.

15. *S Eugeniæ & Heleni Monachatus.*

Perſeuerantiam Monaſtices ſub eiuſdem ſæculi finem ſuppeditat nobis S. Eugeniæ Virginis & Martyris Chriſti hiſtoria, ex qua liquidum fit ſeptimo Cóſulatu Commodi, qui incidit in A.C. 194 teſte Baronio propè Alexandriam in Ægypto Monaſterium fuiſſe virorum, cui S. Helenus Epiſcopus Heliopolitanus præerat per Theodorum Præsbyterum eius vices gerentem. Sic enim habent Acta. *In ſeptimo Conſulatu ſuo Commodus Imperator direxit illuſtriſſimum virum Philippum ad Ægyptum, vt præfecturam ageret Alexandriæ. Hic itaque cum Claudia vxore, cum duobus filiis Auito, & Sergio, & cum filia Eugenia ab vrbe Romana ad vrbem Alexandriam dum veniſſent, &c.* De Monaſterio verò S. Heleni cap. 5. *Audiunt quod Helenus Epiſcopus eſſet ab infantia Chriſtianus, qui dum infantulus in Monaſterio creſceret, tanta ſanctitatis virtutibus augebatur; vt ſi quando miſſus eſſet ignem è vicino petere, ardentes prunas veſtimento deferret illæſo*: Et cap. 3. *Helenum audio dici Epiſcopum, cuius eſt habitatio illa, in qua die noctúque audiuntur Deo ſuo cantare, quos etiam nos quoties tranſimus pſallentes audimus. Sed hic Epiſcopus variis dicitur Eccleſiæ ſuæ occupationibus detineri, his autem, qui in Diuinis laudibus vacant, Theodorum quendam diſcipulum conſtituit, cuius tanta miracula narrantur, vt etiam cæcos ſuis orationibus illuminet, &c.* Et vt amplius mireris, ſubiungunt Acta cap. 4. multa alia per Ægyptum tunc fuiſſe Monaſteria, quæ Epiſcopi viſitare ſolebant. *Eadem hora, qua ad Monaſterium peruenerunt, S. Helenus peruenit Epiſcopus. Et quia mos eſt apud Ægyptum, quando circumeunt Monaſteria Epiſcopi, pſallentium eos ſequatur exercitus: ſuperuenit idẽ Helenus Heliopolis Epiſcopus, & cũ eo amplius quam decẽ millia virorum pſallentium, atque dicentium: Via iuſtorum recta facta eſt, & iter ſanctorum præparatum.* Quis dicat hinc haberi tunc recens Monaſticem in Ægypto inuentam, & non magis rem vetuſtiſſimam, vtpotè cuius nulla recenſetur origo, ſed mores inueterati? quod illa verba indicant: *Et quia mos eſt apud Ægyptum, quando circumeunt Monaſteria Epiſcopi, &c.* Habemus etiam ante annos amplius 50. qui hunc 194. præceſſerint, Monaſteria in Ægypto extitiſſe, vbi ſcilicet Helenus Epiſcopus modò ſenex puerulus educabatur, id eſt ante A. C 140 Habemus & quod tam ingens hominum fuerit multitudo Epiſcopum cum Pſalmorum cantu ſuſcipientium, & deducentium, quos omnes Monachos fuiſſe, munus, & locus oſtendunt: & quod in Ægypto paulo poſt idipſum cum aliis Monachorum Toparchis obſeruatum videamus, nunc de S. Hilarione ſua circumeunte inquit Hieronymus cap. 19. *Volens exemplum eis dare, & humilitatis & officij, & ſtatutis diebus ante Vindemiam luſtrabat cellulas Monachorum. Quod poſtquam cognitum eſt a fratribus, omnes ad eum confluebant, & comitati tali duce circuibant Monaſteria habentes viaticum ſuum: quia interdum vſque ad duo millia hominum congregabantur. Sed & procedente tempore vnaquaque villa vicinis Monachis ad ſuſceptionem ſanctorum gaudens cibos offerebat.* Athanaſius quoque narrat de Antonio cap. 14. multis comitatum fratribus Monaſteria circuiſſe: & de Pachomio idem habes cap.47.

Monachorũ in Ægypto ingens numerus.

Agebat Eugenia ætatis annum 15. cum ab Heleno Epiſcopo Monaſticum ſchema ſub habitu viri ſuſcepit, vt liquet ex c. 2. & 7. Actorum eius: & anno Monachatus tertio decedente Abbate in eiuſdem locum ſuffecta fuit. Cecinit id olim Alcimus Auitus lib. ad Fuſcinam ſororem de Caſtitatis laude, vbi inter cætera: 16.

S. Eugeniæ Monachatus Chronologia.

Eugenia dudum toto celeberrima mundo
Fama fuit . . . . .
Namque habitum mentita viri, non proinde virile
Pectus: præficitur ſanctis à fratribus Abbas.
Tum Patris officium complectens, veſte virili.
Fœmineum occultans ſexum, muliebria ſpreuit,
Et meritis, annisque graues longaque verendos.
Religione ſenes, iuuenili rexit in æuo.

Quod cum munus adminiſtraret, à Melanthia Alexandrina matrona, cuius impudentiæ reſtiterat, de adulterio accuſata coram parente Philippo & tandem fœmina, ac filia cognita, parentibus ac fratribus cauſa fuit æternæ ſalutis, & Philippo patri etiam Martyrij: quod anno ſuæ Præfecturæ decimo (vt ex c. 17. & 19. habetur) Chriſti vero 204. percepit. Sed paulò ante iuxta *Eccleſiæ* Alexandrinæ *atria S. Eugenia filia eius Monaſteriũ* Chriſti Virginibus collocauerat. c. 19. Verùm patre ad ſuperos tranſlato cum matre & fratribus Romam reductas ſactos Virginũ Choro Chriſto

aggregauit

Digitized by Google

aggregauit vt cum Actis c. 20. & 21. teſtatur Romanũ Martyrologium, in quibus S. Virgo Baſilla refulſit; Sicq; agens permanſit vſque ad A.C. 262. quo Gallieno Imperatore coronam Martyrij, Virginitatis, & Monachatus laureis intertextam glorioſè ſuſcipere meruit. Ita Baronius tom. 2. ad eum Chriſti annum.

17. *Ægyptus toto ſecundo ſæculo Monachatu ditata.* Ex quibus illud habeas ſequitur ſub. A.C. 174. Ægyptum Monachorum ſacris viridariis plenam fuiſſe: ſicque toto ſæculo iſto, nimirum ad A. C. 209. perſeueraſſe; quo S. Eugenia Romam ab Ægypto tranſlata eſt. Scio Baronium conſtituiſſe Philippum in Ægypto A. C. 188. Præfectum: quod apud Metaphraſtem legiſſet id factum; *cum Commodus iam ſeptem annos in Imperio tranſegiſſet:* pro eo quod Latina Acta habent: *in ſeptimo Conſulatu ſuo.* Sed falli Metaphraſtem, ex eo liquet, quod ipſe quoque conſonanter ad c. 17. Actorum ſcribat, Philippum deiectum anno 10. ſuæ Præfecturæ, ingruente Seueri perſecutione, quæ incidit in annum eiuſdem Seueri itidem decimum eodem Baronio: qui fuit Chriſti 204. Ab anno autem 204. ſurſum aſcendendo, ſi decimum quæras, neceſſum eſt vt in A. C. 194. incidas, qui quidem coincidit cum Conſulatu ſeptimo Commodi; ſed Imperij 13 non 7. alias non 10. ſed 15. vt minimùm interceſſiſſent. Qua de re conſule Roſuueydum in Notis ad vitam S. Eugeniæ.

Tertio Eccleſiæ ſæculo, ab A. C. 200. vſque ad 300.

Hoc ſæculo S. Eugenia Romæ ab A.C. 204. vſque ad 262. ſacros Virginum choros aggregare, & quæ ad veram Monaſticem ſpectant edocere non deſtitit.

18 *Sanctarum Floræ & Lucillæ Monachatus.* Prope A. C. 240. Sanctiſſimas Chriſti Virgines Floram, & Lucillam Romæ Monaſticam profeſſas lego; quo tempore S. Eugenia eius vitæ magiſtram agebat; vt credibile ſit, has ab eâ pariter ad pietatem edoctas. Sed arctioris vitæ deſiderio captæ vrbe relicta ſolitudinem petierunt ad Tyberis prope oſtium, quo ſe in Tyrrhenum exonerat. Inde tamen ab Eugegio pyrata abſtractæ in Africam abductæ totos 20. annos in arcta cuſtodia, & continua caſtitatis victoria egerunt: quò iterum ab Eremitica ab Cœnobiticam, ſed ſtrictiſſimam vitam, tranſlatæ ſunt in oras Africanas Monaſticem inducentes: nam non illis defuiſſe imitatrices Virgines in ipſo carcere lego tametſi vt tandem martyrij perciperent coronas, Dei nutu Romam redierint: quâ ſanè donatas ſub Galieno Imper. ipſo quo Eugenia anno 262. Baronius ex tabulis Eccleſiaſticis contendit. Inſtitutum acta produnt apud Eſquilinum lib. 6. cap. 157. illis verbis: *Flora & Lucilla Virgines cum eſſent ſorores Chriſtianæ Sanctimoniales, &c.* quo etiam ſignificant ea quæ apud Petrum Damianum extant, cum aiunt, *Apoſtolicam vitam delegerunt; quâ ſe à terrenorum amore retraherent; & corporis ſui ſanctificata vaſcula pudicitia ſanctificatione litarent.* Cum verò annos 20 ante martyrium ab eremo ad carcerale ergaſtulum tranſlatæ fuerint, vt vterque Petrus fatetur, reliquum eſt, vt A.C. 242. ſolitudinem incoluerint, & A. C. vt minimùm 240. Romæ Monaſticem profiterentur. Floræ reliquias in Hiſpaniis condit meum Nucalenſe Cœnobium Aſturicenſis Diœceſis, cuius alumnus exiſto: quas egometipſe ſimul cum exuuiis ſacris S. Valeriani Martyris Romani militis à ſanctiſſimo Papa Vrbano VIII. (quem Deus Eccleſiæ ſuæ incolumem cuſtodiat) cum Romæ Generalem Procuratorem pro Ciſtercienſi noſtra Congregatione Caſtellæ immeritus agerem, impetraui: Hiſpaniamque reuerſus propriis manibus, ſingulorum ſacra oſſa ſingulis auratis vrnis repoſui, pulchraſque vrnis ſuperpoſui ſingulorum ſtatuas; atque in maiori Eccleſiæ altari decentiſſimè collocaui A.C. 1626. die 4. Maij. *S. Floræ reliquias Nucalenſe condit Cœnobium* Lucillæ vero reliquiis Caſſarubienſe itidem Hiſpaniæ Ciſtercienſium Monialium ditatur Cœnobium, præter eas quæ Aruiæ in Italia iacent. *Lucillæ Caſſarubienſe.*

19. *Pauli Monachatus quo anno inciderit.* Incidimus iam in magnum illum Paulum Anachoretam Thebis ortum, quem ſanctus Antonius mundo innoteſcere fecit: vtpotè qui A. C. 241. eremiticam vitam aggreſſus ſit. Sed id vnde habemus? ſanè ex eo quod Hieronymo auctore anno ætatis 113. in cœlum receptus ſit, Antonio 90. ſuæ agente. Ita ille cap. 6. *Cum iam 113. annos B. Paulus vitam cæleſtem in terris ageret, & nonagenarius in alia ſolitudine moraretur Antonius, vti ipſe aſſerere ſolebat, &c.* qui cum Athanaſio cap. 56. quinque ſupra centum annos vixerit, fit vt Paulo ſuperuixerit 15. annis. *Cogit conditio naturæ* (verba ſunt Antonij ad ſuos) *& poſt centenarium numerum, quem annis quinque ſupergredior, iam reſoluar.* Obiiſſe autem liquet Antonium anno 19 Imperij Conſtantij: Chriſti 357. iuxta Scaligeri calculum, vel iuxta Pontaceum A. C. 359. Vnde neceſſum eſt vt aſſeramus, deceſſiſſe Paulum anno 4 Conſtantij, id eſt 342. ſupputatione Scaligeri, vel 344. Pontacei. Qua in re rectè probat Roſuueydus defeciſſe Baronium deprauatum Euſebij codicem ſequutum, à quo cæteri Antonij obitus annum hauſerunt. Rurſus fit inde, vt Paulus natus fuerit A.C. 229. iuxta Scaligerum, vel 230. iuxta Pontaceũ, is enim eſt ſeptimus Alexandri Imperatoris. Cum verò Hieronymus aſſerat Paulum in eremo conceſſiſſe anno ætatis ſuæ 15. (c. 4.) relinquitur vt eremum incolere cœperit A. C. 243. ſecundum Scaligerum, vel 245. ſecundum Pontaceum, nimirum Anno Gordiani 5. quem ipſi ita variè interpretantur.

20. *Quot annos in Monachatu vixerit.* Nouem & viginti poſt annos accidit S. Antonij tyrociniũ, nimirum A.C. 272. liquet ſiquidem annos tunc natum fuiſſe 18. vel 20. vt prodit D. Athanaſius cap. 2. Quod ſi è 105. quos in hac vita exegit, demas 20. reſtant 85. in Monachatu inſumpti: & conſequenter qui A. C. 357. in Domino obiit, neceſſum eſt vt A. C. 272. Monaſticem arripuerit.

21. *Galaction & Epiſtemes huius ſæculi Monachi.* Verum multi alij ante Antonium eodem ſæculo Monachi floruere. Namque A. C. 253. in perſecutione Decij coronati martyrio fuerant Emeſæ in Phœnicia SS. Chriſti Martyres Galaction, & Epiſtemes, quorum Acta ex Metaphraſte habet Surius tom. 6. ad 5. Nouembr. idque Baronius eo anno probat ex tabulis Rom Martyrologij Hos vero fuiſſe Monachos, vetuſtioremq; Monachorum piam prolem, expreſſit Metaphraſtes inquiens: *Cum confeciſſent uter decem dierum veniunt ad montem, qui ab incolis quidem appellatur Publius, eſt autem propè montem Sina. Quo in loco cum in decem Monachos incidiſſent; qui vitam exercebant Monaſticam, eis narrarunt ſuum ſcopum, & inſtitutum; & rogarunt vt ad ſcri-*

berentur in eorum numerum: quod quidem fit non multis poſt diebus. Et Galaction quidem refertur in ordinem horum virorum. Epiſtemes autem (erat eius ſponſa, adhuc virgo) *mittetur ab ipſo ad quoddam procul remotum Monaſterium, in quo quatuor exercebantur Virgines.* Et inferius. *Epiſtemes in dicto Monaſterio ſe exercens vt Monarcha.* Et de Galactione dicitur, quod interrogatus Præfecto reſpōderit: *Vita quidē ſum Monachus, à Chriſti autem habeo quod vocor Chriſtianus.* Is ipſe Galactiō de matre ſterili conceptus Actis in dicitur, precibus S. Monachi Honuphrij, nō ille qui in Ægypto claruit, de quo mox dicā, ſed in Phœnicia ad radices Libani montis, qui & Leucopem Galactionis matrem ad Fidem adduxit. *Vnus verò nomine Honuphrius habitu Monachus, moribus bonus & religioſus, alba veſte tegens monaſticam (erit enim vere Monachus, &c.)* Dicitur vero Galaction 24. ætatis egiſſe annos, cum à patre Epiſtemi deſpondetur, ſed ipſi clanculo monaſticum propoſitum arripuerunt, vbi duos inſumpſiſſe annos dicuntur: quo fit vt ante 27. Honuphrius Monachus reperiatur Leucippem Cathecheſi imbuens id eſt Chriſti 226. multorum iam ſenex annorum Monachus extans, vt palam fuerit ante A. C. 200. habitum induiſſe. Cui etiam coæua in eiſdem Actis aſſeritur Aſcetrix duorum Monachorum mater Galactionis ſociorum: *Cum duo Monachi matrem haberent, quæ non ſolum curam gerebat virtutis, ſed iam prouecta ætatis, & conſenuerat in vita Monaſtica, &c.*

22. S. Antonij Magiſtri ſæculi huius Monachi. His adiunge Monachos illos & Monaſteria, quæ in Ægypto ſub Antonij tyrocinio extitiſſe ſcribuntur, præſertim ille *ſenex qui in agello vicino vitam ſolitariam à prima ſectatus ætate fuerat*, quæ ſunt verba Athanaſij cap. 3. & præcipuus Antonij magiſter extitit: quem ſi 50. in Monachatu exactos annos tribuamus, nihil abs re feciſſe videbimur: nam qui ſenex iam A. C. 272. qui primo Antonium agnouit Monachum, erat, & à prima ætate vitam ſolitariam ſectatus fuerat, iniiſſe Monachatum ab anno 220. nemo inficiabitur, etiam aliquot ante Pauli, nedum Antonij ſeceſſum.

23. SS. Indes & Domna huius ſæculi Monachi. Rurſus A. C. 293. ſubiere Martyrium Nicomediæ ſub Galerio Maximiano Imp. S. Indes Eunuchus, & Domna Virgo, quos tamen Monachos fuiſſe prodit Metaphraſtes in eorum Actis, quæ Surius excuſſit die 26. Decembris. Et Domna quidem Virgo nobiliſſima in thalamo educata Imperatorio cum adhuc ethnica, & idolorum Sacerdos maxima in Acta Apoſtolorum incidiſſet, legeretque cap. 4. quo animi ardore diſcipuli, vt omnibus mundi nexibus ſe exuerent, poſſeſſiones ſuas venderent, & ad pedes Apoſtolorum referrent, à Virgine Aſcetria, quam doctrinæ gratiâ conuenerat, edocta, vniuerſa bona ſua ad pedes Cyrilli Epiſcopi adduxit, & pauperibus diſtribui fecit, cum primùm ſacro eſſet abluta Baptiſmate. Atque ex tunc quidem animo verè Monachá, ſimul cum Inde numeros vere Monaſticos explebat; adeo vt *oratione & ſacris colloquiis vacantes noctu cibum ſumebant: alimentum autem erat panis ſiccus, & aqua potus*, veri vtique Therapeutæ, & Therapeutarum ſucceſſores, de quibus Philo *Nec cibum*, inquit, *nec potum quiſquam ſumit ante ſolis occaſum, quod ſapientiæ ſtudium luci conuenire indicent, tenebris vero curam corporis. Ideo totos dies alteri, alteri vero exiguam noctis partem tribuunt*, de quo latè cap. præced. num. 39. Poſtmodum autem Anthymus Cyrilli ſucceſſiſſor eos miſit ad quoddam Monaſterium, valde exultantes, quod ſucceſſiſſet eis cœptum & ſententia. Fuiſſe verò prope Nicomediam multa Monaſteria etiam Virginum, in quæ Galerius deinde furiit, vt Domnam ibi latentem extraheret ad Martyrium, ſic refert Metaphraſtes. *Iubet Indi amputari caput, Virginem vero quæri in Monaſteriis. Hæc cum reſciuiſſet ea quæ Monaſterij præerat, in quo erat Sancta; imprimis virili ſuſcepta cogitatione, viri tonſa, & veſte ornata Virgine, & preces cum lacrymis ei præbens viæ cuſtodes, & duces, eam clam emittit è ſacro thalamo. Sed ſceleratus non ceſſabat quærere, & cum eam non inueniret, furebat communiter in omnia Monaſteria. Atque ſacra quidem omnia Monaſteria crudeliſſime diruebantur; Virgines vero turpiter probris afficiebantur, &c.* Tantundem habet Nicephorus lib. 7. cap. 6. Vbi tamen Ioannes Langus auctor damnatus Nicephori interpres, vt quiret vtcumque egregium teſtimonium antiquitatis Monachorum celare, pro eo quod Græcè eſt [illegible], ſolum vertit, *Puella quæ ibi piis ſtudiis virginitatem conſeruare ſtudebā*; cū planè ἀσκεῖν non vtcumq; ſe exercere ſignificet apud omnes Græcos Patres, ſed in Monaſtica exercitatione; vnde ἀσκητὰ *Monachus*, & ἀσκήτρια *Monialis* interpretatur. Ergo omnia hæc Monaſteria, in quorum altero S. Domna ſe exercuit, Antonium præceſſiſſe certum ſit.

In Hiſpaniis itidem SS. Chriſti Martyres Philibertum, & Fabricianum, qui A. C. 308. Lauream acceperunt, Monachos fuiſſe & Abbates, Monaſteriumque longè antè Titulciæ (nunc Bayona prope Araniuez) in Carpetanis populis extruxiſſe, & ibidem Monachos inſtruxiſſe, non Dexter ſolus, ſed & Toletana Eccleſia, & Vniuerſa Hiſpania, qui eos Abbates & Martyres colere ſolebat in ritu Breuiarij Iſidoriani, teſtes ſunt. Oportuit verò multo ante huius ſæculi terminum Monaſticem coluiſſe, & proinde independenter ab Antonio. Eo vel maximè quod Antonius non ante A. C. 307. Monachos congregare cœperit. Enimvero Athanaſio auctore cap 9. & 10. *annos natus* 35. cum ſub præfato ſene feciſſet 15. in tyrocinio, ad eremum ſolus conuolauit. Vbi tamen *annis* 20. *ſolitariè tranſactis* (ait Athanaſius cap. 13.) *atque ab hominum ſegregatus conſpectibus, perdurauit. Cum ergo multorum & propoſitum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret, tandem penè iam foribus euulſis, quaſi ex aliquo cœleſti aditu conſecratus apparuit.* Et ex tunc quidem (cap. 14.) *multos magiſterio ſuo fratres confirmauit, vt breui tempore plurima fierent Monaſteria.* Subditque notanter Athanaſius: *Nouos, antiquoſque Monachos pro ætate vel tēpore paterno moderabatur affectu. Nouos* vocans quos ipſe ad habitum admiſit, *antiquos* autem eos qui ante eius magiſterium Monaſticam vitam coluerant. Si igitur A.C. 272. ſub quo Antonius mundi illecebris ſe exuit, 15. addas, quos in diſciplina ſenis exegit, & alios 20. in eremo exactos, fit vt neminem diſcipulum docuerit vſque ad A. C. 307. 24. Philibertus & Fabricianus Hiſpani Martyres, & Abbates.

Ex quo etiam fit vt quotquot ante A. C 307. Monachatum arripuerint, longè fuerint ab Antonij magiſterio, cuiuſmodi fuiſſe dicitur in Hiſpaniis S. Eulalia Emeritenſis, de qua in Actis in lucem à nobis miſſis in Cōment. Dextri, A.C. 300. 26. S. Eulalia Leocodia, Iulianus & Baſiliſſa Monachi.

Com.

hom.3. num.15. dicatur: *In diebus illis Virgo beatiſſima Eulalia ſanctimonialis puella,&c.* Et S Leocadia Toletana patrona, quam Luitprãdus in Aduerſ. ex relationa aliorum ſanctimonialem fuiſſe ſcribit: & Dexter A.C.300. Martyrio fuiſſe decoratam, quanquam alij ad A. C. 305. eius referunt agonem, de quo in Comment. eius loci fuſiùs dictum. Rurſus A.C. 309. Martyrium paſſus eſt Antiochiæ S.Iulianus Virgo ſponſus Virginis Baſiliſſæ: è quibus tamen ille pater fuit decem millium Monachorum: hæc verò mille Virginum: nam Metaphraſtes in eorum Actis 9.Ianuarij hæc ait. *Erat autem B. Iulianus ſacri illius gregis ferè decem millium Monachorum pater.* Et rurſus: *Vidit omnem chorum ſanctarum Virginum, quæ erant ferò mille.* Vnde in Actis SS. Andronici, & Athanaſiæ 27. Februarij apparuiſſe ſcribitur S. Athanaſiæ *in habitu Monachi.*

26. *S. Onuphr. S. Antoniam præceſſit.* Planius eſt S. Onuphrium Anachoretam Antonij diſciplinam anteceſſiſſe, quãdoquidem eius hiſtoria ſeptuaginta annos prodit in ſolitudine exegiſſe: qui tamen obiiſſe ſcribitur A. C.370. Ita Florarius M. S. à Roſuueydo productus. Vnde A. C. 300. in eremum ſeceſſiſſe neceſſum eſt vt aſſeramus. Et tameſi vnde Florarius id hauſerit ille dubitet, mihi Acta ipſa maiorem adhuc vetuſtatem proclamant. Cum enim Onuphrius adoleſcens in Cœnobio Hermopolitano nutritus eſſet, quod tamen propè Comam S. Antonij natalibus illuſtratum vicum ſitum erat; vt eremi amore flagraret, non dicitur à fratribus Antonij exemplo accenſus, ſed ſolum Eliæ, & Ioannis. Quis autem non videat, ſi cœnobium illud ex Antonij eſſet diſciplina, ad eius potius exemplum Onuphrium fuiſſe à Monachis euehendum vtpotè domeſticum, & recentiſſimum? ſed & ipſum Monaſterium, *vbi ſimul penè centum Monachi degebant, in Prouincia Thebaide nominata*, minimè Antonij ſpiritum, ſimplicitatem, & paupertatem redolebat, ſed vetuſtatem non modicam, cum de eo Monachi ad Onuphrium hæc protulerint: *Si quando cibum cupimus, paratum reperimus; ſi quando infirmitates, aut aliqua corporis imbecillitas irrepſit, ſtatim cura fratrum cum omni ſolitudine nos adiuuat. In ædificiis lucidè conſtructis habitamus,&c.*

27. *S. Malchus eiuſdem ſæculi Monachus.* Eiuſdem generis fuiſſe Monaſterium illud, cuius S. Malchus captiuorum fœliciſſimus alumnus fuit, inde haud difficilè eliciemus, quod auctore Hieronymo multò illud Malcho vetuſtius ſit, quandoquidem de eo ait. *Perueni tandem ad eremum Chalcidos, quæ inter Imam, & Eſſam magis ad auſtrum ſita eſt, ibique repertis Monachis eorum me magiſterio tradidi.* Et cum pio quodam (vt ſibi videbitur) inde vellet prætextu diſcedere, *clamare occepit Abbas meus diaboli eſſe tentationem ſic multos Monachorum eſſe deceptos.* Vbi & multum inſumpſiſſe tempus Malchus ipſe dixit: *Poſt multos annos incidit mihi cogitatio, vt ad patriam pergerem.* Atqui cum caſus ſuos Hieronymo retulit, agebatur A C. 371. Baronio teſto. Tunc verò Malchus feniſſimus erat, vt ipſe Hieronymus prodit, inquiens: *Hæc mihi ſenex Malchus adoleſcentulo retulit.* Et ita ſenex, vt anus illa ſuæ captiuitatis ſocia eique coæua ab Hieronymo *valde decrepita fuiſſe* dicatur. Et quo fiet, vt Malchi Cœnobium ante annos minimum 70. nè dicam 100. neceſſario fuerit extructum? & conſequenter ante A. C. 300. qui Antonij magiſterium præceſſit.

Ergo ex dictis toto hoc capite nemini dubium deinceps fore relinquitur, nunquam ab ipſis Apoſtolicis conſtitutionibus Monaſticum inſtitutum in Eccleſia defeciſſe: quin potius toto penè terrarum Orbe viguiſſe, cum de ſæculis, & ætatibus ſingulis, ac vniuerſis orbis regionibus exẽpla manifeſtiſſima ob oculos propoſita à nobis fuerint, vſque ad B. Antonium, à quo quid Monaſticæ, præſtitum vitæ ſit, & quouſque eius propagatam inſtitutionem, deinceps à nobis exquirendum eſt. Conſentit proculdubio nobis, & veritati Caſſianus, dum in Prologo librorum ſuorum de Inſtitutis renuntiantium ait. *Nequaquam credens rationabilius quidpiam, vel perfectius conſtitutionem nouellam in occiduis Galliarum partibus reperire potuiſſe, quam illa ſunt inſtituta, in quibus ab exordio prædicationis apoſtolicæ à ſanctis ac ſpiritualibus Patribus fundata Monaſteria ad nos vſque perdurant:* Vbi manifeſtè Monaſteria fundata ſub Apoſtolis ad ſe vſque perdurare profitetur ab ſpiritualibus Patribus exculta, & congruis inſtitutis gubernata. 28. *Omni ſæculo Monachi & Monaſteria fuere.*

Verum quid ſibi Hieronymus voluerit, rogabis, cum de Hilarione Antonij diſcipulo agens dixerit cap. 9. *Necdum enim tunc Monaſteria erant in Palæſtina, nec quiſquam Monachum ante S. Hilarionem in Syria nouerat; ille fundator, & eruditor huius conuerſationis, & ſtudij in hac Prouincia primum fuit. Habebat Dominus Ieſus in Ægypto ſenem Antonium, habebat in Palæſtina Hilarionem iuniorem.* Sanè id ipſum quod in vita Pauli dixerat agens de ea quæſtione: A quo potiſſimum Monachorum eremus habitari cœpta ſit? in qua cum varij varia ſenſiſſe referret, quæſtioni ſic ſatisfecerit: *Non tam ipſe* Antonius *ante omnes fuit, quam ab eo omnium imitata ſunt ſtudia.* Quod & de Hilarione in Syria dictum velim; aliàs in ſuperioribus manifeſtè oppoſitum ad oculum oſtenſum eſt Galactionis & Epiſtemis exemplis, & aliorum, quorum in hiſtoria mentio fit: & Malchi quoque Monaſterij, quod non ſolum Hilarione, ſed & Antonio docente antiquius nunc probauimus. 29. *Explicatur D. Hieron.*

Addam pro maiori rei huius euidentia multorum Priſcorum, quæ apud Theodoretum in Hiſtoria Religioſa extant exempla, eiuſdem veritatis irrefragabilia teſtimonia. Et inprimis. cap. 1. agit de S. Iacobo Niſibita, qui Epiſcopus Niſibis factus, interfuit Nicænæ Synodo A.C. 324. qui tamen in vita Monaſtica conſenuerat: quare multo ante. A.C.300. eam iniiſſe fateri neceſſe eſt. cap. 2. Iulianus Sabas, ideſt ſenex cognomitatus; magnorum Monachorum in ea regione parens, cum Iulianus Apoſtata morte mulctatus eſt ſempiterna A.C.363. feniſſimus fuiſſe dicitur. Cap. 3. Martianus Anachoreſim primò exercuit in Cyri propè Antiochiam ſolitudine, Theodoreti vrbe: deinde duo extruens Monaſteria, multos præclaroſque diſcipulos docuit, qui & illius diſciplinam in alias Prouincias dilatarunt, & diutiùs conſeruarunt. Præcipui fuere Baſilius Seleuciæ, Sabinus, Agapetus, & Euſebius (cap. 4.) qui Marciano in Præfectura Monaſtica ſucceſſit, cui Agrippa, & huic itidem Dauides 150. virorum Præfectus, Dauidem Theodoretus vidit ad A. C. 400. cum præfuiſſet ille Monaſterio annos 45. & Agripa longum tempus; Euſebius vero multo plures: vnde Marcianus vniuerſorum magiſter ad A. C. 300. vixiſſe liquet. Meminit ibidem Theodoretus Auiti, inquiens. *Auitus quidam primus in* 30. *Plures alia eodem ſæculo Monachorum ſcholæ.* *Iacobus Niſibita.* *Iulianus Sabas.* *S. Marcianus* *Baſilius Seleuciæ.* *Sabinus.* *Agapetus.* *Euſebius.* *Dauides.* *Agrippa.* *Auitus.*

Digitized by Google

Auitus.

in ſolitudine is magno Marciano erat & tempore & labore antiquior. Et de Abrahamide : *Erat Abrahames quidam ſenex in illa ſolitudine, vir canis quidem pilis, ſed magis cana prudentia, omni virtute clarus, &c.* Vterque Marciani coæuus & Euſebio ; quorum longe latéque dilatatam diſciplinam ita commendat : *Cum alios quoque plurimos tales feciſſet, eos tranſmiſit Doctores ad alias palaſtras, qui totum illum ſacrum montem diuinis his pratis, & ſuauem emittentibus odorem impleuere.*

Publius. Theoctenus Theodotus. Gregorius. Aphtonius Theodoſius.

Nam cum ad Orientem ab initio fuiſſet illius exercitationis Monaſticæ tugurium, licet videre eius Philoſophiæ fœtus ad Orientem & Meridiem veluti quaſdam ſtellas circa lunam choros ducentes, & alios quidem Græcà, alios vero eius in qua habitant, regionis voce laudantes Creatorem. Hæc Theodoretus; plane nihil Antonio, nihil Hilarioni deferens in ea ſchola : qui rurſus cap. 5.

Helladius

aliam Publij Aſcetæ ſcholam laudibus effert, in qua poſt annos multos ſucceſſit Theoctenus Græcæ linguæ, huic Theodotus, Theodoto Gregorius, quem Theodoretus ſe vidiſſe teſtatur. Syris vero poſt Publium præfuit Aphtonius quadraginta annis, inde ad Epiſcopatum aſſumptus. Demum (vt alios omittam) cap. 10. Theodoſij Antiocheni geſta recenſet, eiuſque in Monaſtice edocenda diſciplinam : *Poſtquam enim procedente tempore eius fama peruaſit in omnem partem, multi multis ex locis concurrebant, eius & habitationis & laboris, & inſtituti eſſe ſocij cupientes. Poſtquam gregis præfecturam accepit Helladius ille mirabilis, qui in illis quidem locis perpetuis fuit 60. annis. Huius cum Beatus quoque Romulus fuiſſet auditor, dux maximi gregis fuit creatus.* Subditque : *Permanſit autem illius chorus in hodiernum vſque diem, idem ſeruans vitæ inſtitutum.* Et in his nihil, vt vides, habuit Hilarion, maximè quoniam vſque ad A. C. 330. Monaſteria ædificaſſe nulla dignoſcitur, cum eſſet ferè quadragenarius Hieronymo c.8. & 9.

In eundem ſenſum interpretandus eſt vetus ille Monachus Copres qui A. C. 372. annorum

31.
Alij eiuſdē ſæculi Monachi.

exiſtens 80. Rufino dixit : *Erat quidam ante nos vir nobiliſſimus Pater nomine Mutius. Hic fuit primus in hoc loco Monachus, & in omni hac eremo viam ſalutis omnibus nobis primus oſtendit.* Agebat autem de Thebaide Ægypti: ſubiungitque : *Sed & alij nihilominus fuerunt ante nos multi Patres, quorum præſemia dignus non fuit mundus.* Quos ſanè priores fuiſſe Antonio, mihi ipſe narratio probabile reddit. Verum non ideo primus Monachorum Pater Mutius credendus eſt, ſed primus illius monticuli habitator ; vel potius inter eos, quorum Copretis extaret memoria, vetuſtiſſimus. Et tandem Pontaceus in Chronol. A. C. 267. inquit *M. Dionyſius ex Monacho P. P. I.* & in Not. *Huius origo ignoratur. Hoc tantum ſcitur, fuiſſe Monachum.* Ex quibus amplius manifeſtatur nullum prorſus ab initio naſcentis Eccleſiæ ſæculum fuiſſe Monachis per vniuerſas Chriſtiani Orbis partes deſtitutum ; parique paſſu ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium, eiuſque perfectiſſimam in Monachatu obſeruantiam ad ſingulas perueniſſe.

CAPVT XIV.

Priſcorum Monachorum ſecundi, & tertij ſæculi mores, vſque ad S. Antonium.

ET Monachos quidem perpetuo in Eccleſia fuiſſe, hactenus probauimus: nunc eorum mores, & inſtituta aperire operæ pretium eſt : eorum inquam qui ſecundo, & tertio Eccleſiæ ſæculo vixerunt : nam de ſuperioribus Dionyſius Areopagita & Philo multa dixerunt, quæ fusè nos in hoc libro cap. 9. 10. 11. & 12. tradidimus. De his autem qui quarto, quinto, & ſexto ſæculis, id eſt ab Antonio, vſque ad S. P. Benedictum, Monaſticem profeſſi ſunt, ſeorſim deinceps à nobis exquirendum erit. Sequemur proinde claritatis gratia ordinem temporum ; nihil iam de caſtitate, paupertate, obedientiave ipſorum expendentes : cum ſole clarius ſit de his quæ ad eſſentiam Monachatus ſpectant Monachorum omnium hiſce ſæculis præcipuum fuiſſe ſtudium, ſed de cæteris inſtitutis ad Monaſticem pertinentibus: vt videamus eadem prorſus ab antiquis & modernis, eodem per omnes ætates afflante Diuino ſpiritu fuiſſe ſeruata. 1.

Secundum ſæculum illuſtraſſe diximus S. Eugeniæ Monaſterium in Ægypto, cui pridem præfuerat S. Helenus, poſtmodum Heliopolitanus Epiſcopus. Huic ſucceſſerat S. Theodotus Preſbyter, magnarum virtutum operator, ſub quo S. Eugenia cum ſociis Protho & Hyacintho ſchema ſuſcepit Monaſticum. Verùm Abbatis nomine Præfecti dignabantur, vt illa verba indicant c. 10. Hiſtoriæ S. Eugeniæ. *Tertio igitur anno conuerſionis eius Abbas qui præerat fratribus in Monaſterio* (is erat Theodotus, ex cap. 5.) *migrauit ad Dominum. Poſt cuius abſceſſum omnibus viſum eſt, vt ſibi B. Eugeniam eligerent Abbatem.* Monaſterij autem totius œconomia illis indicatur, quæ de eadem Abbatis gerente munus ſcribuntur. *Ipſa ante omnes opus Monaſterij, quod infima ſolebat exercere perſona, ſuſcepit.* (en coqui officium) *in omnibus aquam portare, ligna concidere, munditias adhibere. In eo denique loco habitaculum ſibi elegit, vbi oſtiarius Monaſterij manebat.* Ecce quem Benedictus *Portarium* vocat ad portam Monaſterij cellam habentem) *ne vel ipſo ſe ſuperiorem oſtenderet.* Porrò Diuinum ſolertiſſimè officium horis conſuetis fratres perſoluere iam tum ſolitos, ſignificatur, cum dicitur cap. 3. *Heleni eſt habitatio, in qua die noctuque audiuntur Deo ſuo cantare, quos etiam nos, quoties tranſimus, pſallentes audimus.* Et explicatius cap. 7. *Perfectis itaque Matutinis laudibus paululum requieuit Epiſcopus, & iuſſit ſibi ad ſextam præparari, vt Diuina myſteria celebraret* (en Miſſæ ſacrificium poſt ſextam celebrari ſolitum) *vt dum ſextam cœpiſſet, Nona ad refectionem ieiunantium opportunè perueniret.* Vide in diebus ieiuniorum prandium poſt Nonam fieri. Cap. 10. etiam veſpertinarum horarum auctor meminit : *Sanè refectionem fratrum ſolicitè curabat* (Eugenia) *& pſallendi Deo ordinem fortiter cuſtodiebat: Tertia, Sexta, Nona, Veſpertinis, vel Nocturnis, atque Matutinis horis cautiſſimè inſiſtebat.* Sed & mos ille hoſpites ſuſcipiendi illo Pſalmi 47. cantato verſu:

2.
S. Eugeniæ. Monachatus œconomia.

Suſcepimus

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam &c. præclarè nitet; nam cap. 6. dicitur: *Cum appropinquaſſet* [Helenus] *Monaſterio ad quod pergebat, ecce & illi egrediuntur obuiam Patri hymnum Deo dicentes: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.* Quod ab his fontibus petitum poſtea conſtituit Benedictus cap. 53. Regulæ, inquiens. *Aquam in manibus Abbas hoſpitibus det; pedes hoſpitibus omnibus tam Abbas, quam cuncta congregatio lauet: Quibus lotis hunc verſum dicant: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam &c.* Quomodo vero Epiſcopi Monaſteria viſitarent, præbet exemplum quod dicitur: *Mos eſt apud Ægyptum, quando circumeunt Monaſteria Epiſcopi, pſallentium eos ſequatur exercitus.* De quo cap. præcedenti nu. 15. egimus. Denique ſacrarum literarum ſtudium ita in eo cœnobio vigebat, vt Eugenia *intra ſecundum annum omnes ſcripturas, Dominicas memoria retineret.* c. 9.

3. S. Frontonis Monachatus

In hiſtoria autem S. Frontonis, qui eodem ſæculo vixit, morem videmus à Cœnobitica ad Anachoreticam vitam Monachos tranſeundi. Et vt inibi olera ederent, & legumina, cap. 1. dicuntur *detuliſſe ad eremum ſecum olerum ſemina, & bis acutos, paruóſque ſurculos, vnde humum foderent.* Submurmurantibúſque nonnullis præ fame deficientibus, atque dicentibus cap. 2. *Anachoretarum vita duriſſima eſt, & nemo eam poteſt ſufferre: Ecce morimur fame, defectus vigiliarum non capit labor, ſed acriora nos frangunt ieiunia, fiuntque debilia genua, vt vnuſquiſque noſtrûm non poſſit ſtare:* Fronto reſpondit inter cætera cap. 3. *Vobis quoque in eremo nunquam defuerunt radices arborum, nec manſiſtis aliquando ieiuni.* De Diuinis officiis dicitur cap. 8. *Quarto die confecto itinere hora Nona agentibus Opus Dei fratribus* (Sic Benedictus illud nuncupat cap. 37. & alibi perſepè) *ecce primus ante fores accubauit camelus, ſed campana ſonitum* (ad cameli collum pendentis) *audire non potuit perſtrepens ſonus hymnorum.* Et ruſus: *Tunc completo hymnorum ordine aduocatis fratribus &c.* Morem vero hoſpitum lauandi pedes, in camelis ipſis [quod humilitatis mirabile exemplar fuit] executi ſunt. *Abluentes igitur animalium pedes, de ſtratu eorum fecerunt præſepia, & appoſuerunt eis eſcas, quas ipſi ſibi apportauerant. Necnon & ipſi etiam diſcurrebant per omnes montis anfractus notas inquirere herbas, vt laborantia animalia eſcis pluribus reficerent.* Erat ibidem ab eis extructum Monaſterium, ſed ita humile, vt *ſolus Abbas fores Monaſterij ſuo ſtatu clauderet:* nimirum oſtium humano corpore occupabatur. Nota & Abbatis nomen iam in vſu fuiſſe; & Eulogiarum fieri mentionem cap. 9. de quibus B. Benedictus cap. 54. egit. Demum de collatione ſpirituali quotidiana cap. 10. *Vigilabant in Operibus Dei filij cum Patre, ſpiritualibúſque eos admonens dapibus implebat quotidie ſermone cæleſti.*

4. Epitecti Monachatus.

Iam in tertio ſæculo in Epitecti Veteris Monachi & Præsbyteri hiſtoria cellæ fit mẽtio, & laudũ in ea perſolutarum c. 2. *Igitur vna è diebus dum ſolus in ſua cella reſideret, ac ſolitas orationes Chriſto exhiberet &c.* Et cap. 11. mirus texitur caſus de diſcipulo Aſtione grauiter ab immunda cogitatione tentato, quod nimirum *ad hauriendam aquam ex flumine Danubio, ipſe beatiſſimus Aſtion ſine iuſſione vel commendatione ſenis perrexiſſet: quam tum per triduum hic talis ac tantus vir* (qui prius ad hauriendam itidem aquam pergens Dæmoniacum ſigno crucis curauerat) *non potuit de ſuo pectore eam extrudere,* quouſque nimium triſtis effectus, & confuſus, ſeniori ſuo rem totam cum humilitate patefecit. Tunc vero *vidit puerum quemdam nigrum cum ignea facula de ſuo ſinu egredientem, ac talia ſibi dicentem: Confeſſio tua Aſtion magnas meas contriuit hodie vires.* Quod ea de cauſa magnopere commendauit ſanctus Legiſlator cap. 7.

Anachoreticæ tertij ſæculi Paulus exemplar. 5.

Anachoretarum dein Paulus præſtantiſſimum ſe præbuit exemplar, cui nimirum ſpelunca habitaculum, cibum & veſtimentum palma præbebat: *omnem ibidem in orationibus & ſolitudine ducens ætatem:* annis etiam non minus 60. coruo cœlitus miniſtrante quotidie accepit *dimidij panis fragmentum.* Ita Hieronymus cap. 5. & 9. qui 13. addit: Antonius *ne quid ex inteſtati bonis non poſſideret, tunicam eius ſibi vendicauit; quam in ſportarum modum de palmæ foliis ſibi ipſe contexuerat. Ac ſic ad Monaſterium reuerſus diebus ſolemnibus Paſchæ & Pentecoſtes ſemper Pauli tunica veſtitus eſt.*

Monaſteriũ in Hiſpania ſub Deiparæ patrocinio. 6.

In Hiſpanorum Abbatem memoria illud eſt ſpeciale quod Monaſterium ſub Deiparæ Virginis patrocinio conſtruxerint; quod etiam in Galliis pridem fecerat ſancta Martha.

Galationis mores. 7.

In Galationis hiſtoria de habitu Monaſtico mentio fit, quem Honuphrius Monachus tempore perſecutionis alba veſte tegebat. De Galationis autem ſtudiis hæc ſcribit Metaphraſtes: *Ita ei curæ fuerunt ieiunia, vt duos annos ſemel in hebdomada pane ſolo veſceretur, eóque modico, & quantum ſatis eſſet ad viuendum. Cum inedia vero ſe etiam exercebat in vigiliis, & in perpetuo ſtudio orationis. Pudicitiæ autem tantam curam geſſit, vt nec venire quidem in conſpectum mulierum vnquam induxerit in animum, ex quo fuit ad vitam adſcriptus Monaſticam.* Meminit deinde Auctor œconomi Monaſterij Virginum, in quo Epiſtemes ſe exercebat ad pietatem.

Vultus occultatio virginibus perantiqua. 8.

Virginum Sanctimonialium mira cuſtodia, & pudiciſſima vultus occultatio grauiter commendatur in Actis S. Domnæ; vbi Galerij iuſſu *Sacra quidem Monaſteria crudeliter diruebantur; virgines vero turpiter probris afficiebantur; virgines* [*proh dolor*] *quas ne maſculorum quidem oculis videri erat vnquam tolerandum.* Ibi Theophila virgo ſanctiſſima ad lupanar nequiter adducta facta ad Deum prece, ad conſuetum legendi Sacram Scripturam ſtudium accurrens à lenonibus libera euaſit Angelico munere. *Illa vero etiam in tali loco & tempore non eſt oblita eorum quæ oportuit; ſed protinus eiiciens id quod habebat in ſinu, id autem erat ſacroſanctum Euangelium, aperuit, & dabat operam lectioni &c.*

D. Antonij tyrocinium. 9.

Rurſus Monachorum illorum, quorum ſeſe Antonius addixit magiſterio, morem fuiſſe non longè à villa ſeparatos inſtitui, & exerceri, ſcribit Athanaſius: & quod Antonius *tali ibidem inſtitutus exordio in locis paululum è villa remotioribus manebat, & operabatur manibus ſuis, ſciens ſcriptum eſſe; Qui non laborat, non manducat. Mercedem tamen operis ſui pretio panis accepto egentibus largiebatur. Orabat frequẽter.* Inter cætera vero exercitia, quib. Monachi illi ſe affligebant, Athanaſius refert legendi induſtriam ieiunium, & humicubationem. *Alterius legendi induſtriam æmulabatur, iſtum ieiunantem, illum humi quieſcentem mirabatur:* nimirum Antonius ſic omnium flores legens, vt de eo dictum credens illud Claudiani libr. 2. de Raptu Proſerp.

Quidquid thuriferis ſpirat Panchaïa ſyluis,
Quidquid odoratus longè blanditur Hydaſpes,
Quidquid ab externis ales longæua colonis

Colligit, optati referens exordia ſacli,
In venas diſpergit ſuas.

10. Vnius Honuphrij acta, non Anachoreſis duntaxat, ſed & veterrimæ, Monaſtices produnt mores. *Videmus in iis* (cap. 5.) Monaſterium *ædificiis lucidè conſtructis*, inſigne, *in quibus & ab æſtu ſolis, cooperti, & ab inundatione pluuiæ, & à turbine venti & tempeſtate manebãt defenſi ſimul penè centum Monachi. Porro* (cap. 3.) *vita illorum talis extitit, vt more & actione æquanimiter omnes viuerent, & vno corde, & vno ſpiritu iugo diſciplinæ Sanctæ Regulæ colla ſubmitterẽt, atq; fluctus huius ſæculi omnino nõ formidarent. Quod vni placebat, cũctis placebat. Mẽte ſancta, Fide pura, Charitate perfecta ante Deum incedebant, cui die, noctuque omni manſuetudine & patientia miniſtrare non ceſſabant. Tanta iis erat taciturnitas cum abſtinentia, vt nullus accederet, niſi cum iuſta interrogatione, vel recto reſponſo reddere verbum.* Quod poſtea D. Benedictus in Regulam ſuam tranſcripſit cap. 6. & 7. De diuino autem opere, & Monaſterij bene diſpoſita œconomia ipſimet fratres Honuphrio protuliſſe dicuntur cap. 5. *Nos itaque alter ab altero conſpicimur, paritérque diuinum officium à nobis celebratur. Si quando cibum cupimus, paratum reperimus* (hora ſcilicet competenti; nam id dictum ad differentiam Anachoretarum, qui herbis, & pane ſicco veſcebantur.) *Si quando infirmitas, aut aliqua corporis imbecillitas irrepſit, ſtatim cura fratrum cum omni ſolicitudine nos adiuuat.* Hæc de Cœnobitis, noſtris modernis conſuetudinibus apprimè conſentientia. Vbi cum de Regula ſermo fit, non debet ſcripta intelligi (quod ſciamus) ſed voce, & moribus in mente, & actibus Monachorum viuens.

Cœnobitarũ mores ſub Honuphrio.

11. Anachoretarum labores pulcherrimè iidem Monachi Honuphrio eam vitam meditanti his expoſuerunt cap. 5. *Monachi qui in deſerto ſunt, nihil conſolationis niſi à Deo recipiunt. Si quando anguſtias, aut tribulationes perpeſſi fuerint, vel cum diabolo antiquo humani generis inimico pugnare cœperint, quis eis aſtat? Sed quibus humanum deeſt ſolatium, conſtat eos habere diuinum. Si eſuriunt, quis eis panem dabit? Si ſitiunt, quis eis aquam tribuet, vbi panis & aqua non eſt? Maximus labor in deſertis locis eſſe non dubitatur, vbi nihil neceſſarium reperitur. Primum ergo quando in ſolitudine deſinunt habitare, in Dei timore certant firmiter ſtare. In fame, & ſiti, in labore, & paſſione corpora ſua cruciant, contra diabolicas inſidias viriliter dimicant; & vt vincant, contra tela nequiſſimi ignea gladiis ſpiritualibus pugnant, protinus ſurgunt, manus ſuas ad Dominum expandunt, preces ante Diuinam maieſtatem fideliter fundunt, mox auxilio cœleſti ſubleuantur. Quapropter ad eos Angeli Dei iugiter mittuntur, & per manus illorum quæcunque neceſſaria crebriùs eis adminiſtrantur. Certiſſimè Angeli Dei ſanctis ac iuſtis viris quotidie famulantur; atque virtute ſuperna corpora, & animæ illorum iugiter illuminantur.* Nihil minus Honuphrius in ſolitudine expertus eſt, vbi *per diem æſtu, & igne ſolis vrebar* (ita ille poſtea referebat Paphnutio) *rore, & pruina infectus, fame & ſiti defectus. O quanta & qualia paſſus ſum! Talia in deſerto ſuſtinui, vt ſæpiùs putarem me morte ſuperari. Abſpes eram multoties vitæ, & vix halitum in corpore ſentirem remanere.* Verùm *ſanctus Angelus Dei quotidiè mihi panem offerebat, & aquam pro menſura miniſtrabat, vt corpus meum confortaretur, ne deficeret, & iugiter in Dei laude perſeueraret.* Id verò non ſemper accidere neceſſum fuit, ſed dum aliquoties fame periclitaretur; aliàs ſiquidem, vel ipſo teſte, *arbores palmarum ibi conſtitutæ erant, quæ duodecies in anno dactylorum fructus germinabant, quos per ſingulos dies colligens pro pane edebat mixtos herbarum foliis.* Rurſus, *omni die Dominico, vel Sabbatho, Angelum Domini paratum inueniebat ſacroſanctum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti deferentem*: perſuaſúmque habebat vir Dei, quod *omnes quia vitam ſpiritualem ducebant in eremo Monachi, tali participabant gaudio.* Nimirum præbuerat olim fidem ſibi dicentibus certiſſimè Angelos Dei viris iuſtis quotidie famulari: quos ſanè ſibi comites perpetuò fuit expertus.

Anachoreticæ vitæ labores.

Honuphrius Anachoreta quanta perpeſſus.

Quod ſi de moribus ad eremum commigrantium ſermo ſit, occurrit ipſe: *Nocte ſilenti comitus ſurrexi, paruum panem meum detuli cum exiguis leguminibus.* Si de hoſpitalitate Anachoretarum; addit: *Ad quandam ſpeluncam venimus nimis decoram. Appropriaui volens ſciſcitari, ſi fortè quiſpiam intus maneret. Secundum conſuetudinem Monachorum clamare cœpi* (vt reor, voce exprimens, *Deo gratias*) *benedictionem humillimè petij* (nihil frequentius in Vitis Patrum, quam vt hoſpes à ſuſcipiente petat benedictionem.) *Inde virum Sanctum exire vidi, quem proſtratus humo tenus adoraui. Ille vero manus ſuas mihi porrexit, de terra me eleuauit, oſculum mihi pacis tribuit.* Fuit hic Honuphrij magiſter, à quo totam Anachoreſis rationem per dies aliquot edoctus eſt. Sed cum eo Deus ſimul agere non permittat, poſt dies aliquot ad vlteriorem ſpeluncam mittitur, triginta cum eo dies confecit probè eum in Dei timore inſtructum relinquens: quem ex more per annos ſemel ſingulos viſitabat. Cum vero poſtmodum Paphnutium Abbatem Honufrius ſuſcepit, poſtquam preces Domino fuderant, *in terram ſedimus* (ait ille cap. 12.) *in Diuinis altercantes eloquiis, Sole iamiamque ad occaſum verſo, vidi panem poſitum cum aqua exigua. Vir etenim Dei ſentiens me fatigari, dixit mihi. Profecto, fili, cerno te periclitari, niſi cibum capias.* Sed eo renuente, factum eſt, *vt ille panem fregerit, tribueritque mihi; manducauimus, & ſaturati ſumus, nobiſque fragmenta ſuperfuerunt edentibus.* Denique quod præcipuum fuit; *Noctem illam inſomnem penè duximus, diuiniſque laudibus immorati ſumus.* Nec omittendum iam tunc morem fuiſſe Monachis ſanctis ſanctorum cellas circuire doctrinæ & exempli capiendi gratia: ait ſiquidem Paphnutius de ſe cap. 1. *Cum ſolus ſederem, cogitaui in corde meo quod deſerta peterem, & vniuerſa loca ſanctorum Monachorum, piæque conuerſationis habitum luſtrarem, ac qualiter Deo miniſtrarent, conſiderarem.* Quod & fecit. Meminit etiam Veteris Inſtituti Monaſtici Synaxim celebrandi Sabbathis, & diebus Dominicis ita rogans Honuphrium cap. 11. *Pater benigne; Die Dominico, vel Sabbatho communionem percipiebas ab aliquo?* Cui ille, iis diebus ſe ab Angelo diuinis refici dapibus dixit.

12. Anachoretarum huius ſæculi mores.

In vita Malchi illud occurrit, quod ille eorum ſe tradiderit magiſterio, *manuum labore victum quæritans, laſciuiámque carnis refrænans ieiuniis*: & quod dum ille ad patriam regredi cogitaret, *vt matris ſolaretur viduitatem, exinde venundata poſſeſſiuncula, partem erogaret pauperibus, & ex parte Monaſterium conſtrueret: clamare occœpit Abbas ſuus, diaboli eſſe tentationem, & ſub honeſta rei occaſione antiqui hoſtis aſtutias: hoc eſſe reuerti canem ad vomitum ſuum. Sic multos Monachorum eſſe deceptos.* Quod & ipſe miſerè expertus eſt. 13.

Malchi mores.

Multa, valdéque præclara Syrorum Monachorum

Digitized by Google

14. Iacobi Niſibitæ mores. rum inſtituta Theodoretus expreſſit, nimirum cap. 1. Hiſtoriæ Religioſæ, Iacobi Niſibitæ Anachoretæ mores, ſic depingit. *Magnus ille Iacobus ſolitariam vitam & quietam eſt amplexus: & altiſſimorum montium occupatis verticibus in eis vitam egit* (prope vrbem Niſibim in confinio regni Romanorum & Perſarum) 1. cellula *Verè quidem & æſtate, &* 2. victus *autumno vtens ſyluis, & pro tecto habens cœlum: tempore autem hyemis antrum ipſum excipiebat, quod ei paruum præbebat tegumentum. Habebat autem alimentum, non quod cum labore naſcitur, & ſeritur, ſed quod ſua ſponte producitur: nam ex ſylueſtribus colligens arboribus fructus, qui ſponte naſcuntur, & ex herbis eas, quæ ſunt eſculentæ, & habentur inſtar olerum, ex iis dabat corpori ea quæ ſatis erant* 3. veſtitus *ad viuendum ignis vſum recuſans. Vſus quoque lanæ erat ei ſuperuacaneus: aſperrimi enim caprarum villi eius vſum implebant. Ex eis ipſi fiebat & tunica, & ſimplex amiculum. Ita corpus affligens ſpirituale alimentum aſſiduè exhibebat corpori; & cogitationis facultatem expurgans contemplantē, & Diuini Spiritus perſpicuum efficiens ſpeculum reuelata facie gloriam Domini ſpeculans, in eandem transformabatur imaginem, à gloria in gloriam, tanquam à Domini ſpiritu.*

15. Iuliani Sabæ Monaſtici mores. 1. cellula Iulianus cognomento Sabas, *in regione Oſrenorum* (cap. 2.) *fixit ad exercitationem Monaſticam tugurium. Ad extrema huius ſolitudinis cum hic vir Diuinus perueniſſet, & antrum non manufactum, neque benè & pulchrè effoſſum inueniſſet, ſed quod poſſet exiguum aliquod tegumentum præbere iis, qui ad ipſum confugiebant, locum lubenter habitauit.* victus 2. *In eo autem degebat in hebdomada ſemel cibum capiens; cibus autem erat panis hordeaceus, iſque furfuraceus; obſonium autem ſales, potus autem ſuauiſſimus per ſe natiuum aquæ fluentum, idque non ſatietate dimenſum, ſed vſu demiſſi prius ſibi definitum.* Quis neget hunc ex Therapeutica deſcendiſſe diſciplina? 3. Hymnus decantatio. *Erant autem ei deliciæ, opiparumque & lautiſſimum epulum Dauidicorum hymnorum decantatio, & aſſidua cum Deo conuerſatio. Allata fama multi accurrebant, ſupplicantes vt eſſent palæſtræ participes.* Facti eius diſcipuli, *Veſcebantur ipſi quoque ſimiliter atque pædotri ab hordeaceo pane, ſale condito. Aliquo autem poſt tempore & olera ſponte naſcentia colligentes deinde dolia implentes, & muria quantum* 4. Infirmantium cibus. *ſatis erat miſcentes* (eſt vero *muria*, quam Hiſpanè *ſalmuera* dicimus) *id habebant obſonium qui opus habebant curatione. His autem oleribus humida habitacula ſunt maximè infeſta; ſolent enim natura ſua eis ingenerare ſitim, & putrefactionem.* Inde extra condendi cœnobium occaſio orta eſt. *Cum enim huic obſonio id accidiſſet (erat enim antrum vndequaque valde humidum) ſupplicarunt ſeni ſodales, vt ſibi paruam aliquam domunculam liceret extruere, quæ ſufficeret obſonij vaſis accipiendis. Ille autem primò quidem poſtulatum minime admittebat, tandem autem perſuaſus, dedit quidem domunculæ breuem quandam, & exiguam menſuram. Abijt autem procul ab antro ſolitus oblaturus Deo ſupplicationes.* 5 Solitudo orationis. *Solitus enim erat ſæpe quidem 50. ſtadia* (vide morem ſolitudinis quærendæ ad orationem) *nonnunquam autem etiam bis totidem in deſertum proficiſcens; & ſe ab omni humana conſuetudine ſeparans, per ſe cū Deo congredi, ac conuerſari.* Tū quid Monachi? 6. Ædificij humilitas. *Hoc otium cum ſumpſiſſent vſui quidem iuſta ſymetria reſpondentem, ſed maiorem quam iuſſi fuerint extruxere domunculam. Decimo autem die velut quidam Moyſes reuerſus à monte cum vidiſſet maius factum quam volebat ædificium. Vereor, inquit, ô viri, ne dum terrena dilatamus habitacula, minuamus cœleſtia. Et hæc quidem dixit chorum docens ea quæ ſunt perfectiora; tolerauit tamen, cum vocem audiſſet Apoſtolicam* 1. Cor. 10. *Non quæro quod mihi vtile eſt, ſed quod multis.*

Sed ſingularem canendi Diuinas laudes cæremoniam ab eo excogitatam attende. 16. 7. Singularis eiuſdem canendi Diuinas laudes cæremonia. *Illos quoque docuit intus quidem communem Deo offerre hymnodiam* (id eſt in Conuentu) *poſt auroram autem duos ſimul exire in ſolitudinem, & vnum quidem flexis genibus offerre eam, quæ Domino debetur adorationem, alterum verò ſtantem Dauidicos Pſalmos canere quindecim. Deinde operis facta commutatione, alterum quidem ſurgentem canere, alterum vero humi procumbentem adorare, & id à mane vſque ad crepuſculum aſſiduè faciebant. Ante occaſum autem ſolis in antro paululum quieſcentes, hi quidem hinc, illi vero illinc, omnes vero vndequaque in antrum conueniebant, & hymnos veſpertinos ſimul Domino offerebant. Solebat autem ipſe quoque ſenex vnum aliquem ex inſignioribus aſſumere ſocium officij:* præcipuè vero Iacobum illum cognomento Perſam, *qui fuit inſignis & illuſtris, non in iis ſolum quæ illinc erant, ſed in iis etiam quæ erant in Syria* (ait Theodoretus) *Philoſophia gymnaſiis, aut Monaſteriis.*

Porrò S. Iuliani dies celebris habetur in Romano Martyrol. ad 14. Ianuarij, commendaturque à D. Chryſoſtomo hom. 21. in Epiſt. ad Epheſ. aiente: 17. Commendatur Iulianus Sabas. *Scitis, & audiſtis, quidam verò veſtrûm viderunt etiam virum illum, de quo dicturus nunc ſum, Iulianum dico admirabilem ac celebrem. Hic erat vir rudis, & agreſtis, humili ſorte, & ex obſcuris parentibus ortus, neque omnino externæ eruditionis peritus, ſed ſinceræ philoſophiæ plenus. Iſto in ciuitates introeunte* [rarò autem hoc fiebat] *ita cateruatim colligebatur populus, vt nihil tale factum ſit vel Rethoribus, vel Sophiſtis, aut aliis quibuſque ingredientibus. Quid dico? Annon & nunc quidem nomen eius cunctis Regibus illuſtrius, ac venerandum magis habetur?* Referamus itidem ad Monaſticos mores raro 8. Rarus ad vrbem exitus. eos ad vrbes accedere ſolitos, vt de Iuliano profert Chryſoſtomus; Iulianum vero cauſa Fidei (quod prodit Theodoretus) aliquoties vrbes ingreſſum, vt videlicet mentitos fore monſtraret Arij ſectatores, qui ſuæ hæreſis patronum Iulianum publicè vociferabantur, rati eum nunquam ad vrbes acceſſurum, vtpote Monachum. Sed diuino nutu Acacius Beræenſis Antiſtes eius diſcipulus ab eremi latibulis erutum Antiochiæ viſendum reddidit.

18. Acacius Epiſcopus factus non deſerit Monaſticem. Nec ſilendum (id ad mores Monaſticos ſpectat) quod de eodem Acacio prodit Theodoretus ibidem inquiens. *Fuit quidem egregius in vita Monaſtica:* Et, *cum 58. annis ei fuiſſet cura gregis credita Beræenſis, non reliquit quidem formam vitæ Monaſticæ: Monaſticam autem & ciuilem ſimul temperauit virtutem, & illius quidem ſumens exactam perfectionem huius autem œconomiam & diſpenſationem, in vnum coëgit ea quæ erant inter ſe disiuncta.* Quo videas veteriimos Monachos ad ſedes Epiſcopales aſſumptos nihil de priſtinæ vitæ rigore relaxaſſe.

19. Marciani mores. Rurſus Marciani Archimandritæ mores ſic Theodoretus refert cap. 3. *Omnibus valere iuſſis ſolitudinis occupat vmbilicum, & parua extructa domuncula, quæ ne eius quidem corpori iuſta reſpondebat proportione, cum eam alio quodam paruo ſepto circumdediſſet, incluſus erat aſſiduè: ſeparatus quidem ab omni humana conſuetudine, differens autem cum Domino vniuerſorum, & dulcem illum vocem exaudiens,*

Digitized by Google

Cellula.

exaudiens; Diuina verſans eloquia. De cellula itidem inferiùs : *Non ei ſoli ſufficiebat domuncula, vt quæ eſſes valde parua, & quæ ipſi ſtanti & recumbenti multum afferret laboris. Neque enim ſtans rectus ſtare poterat, cum tectum caput & collum tangeret, neque recubans poterat pedes extendere, cum domus non haberet longitudinem æqualem longitudini corporis.* At quæ hominis erant exetcitia? *Orationem quidem pſalmodia, pſalmodiam autem excipiebat oratio, & vtramque rurſus Diuinorum eloquiorum lectio.*

Oratio.

Ieiunium.

Quæ ratio victus? *Cibus ei erat ſolus panis, iſque certa præbebatur menſura. Ea autem erat menſura, vt nec puero quidem nuper ablactato ſatis eſſet, Aiunt enim panis libram in quatuor partes diuiſam, quatuor diebus fuiſſe diſtributam, atque vnicuique diei attributam eſſe partem vnam. Statuerat enim veſpere comedere quotidie, nunquam autem ſatiari, ſed ſemper quidem eſurire, ſemperque ſitire; corpori autem ea exhibere, quæ ad viuendum ſufficiunt. Dicebat enim* (vide ſancti viri diſcretionem) *quod qui poſt multorum dierum inediam capit cibum, in diebus quidem inediæ officia Diuina exequitur imbecilliùs; quo autem die rurſus capit cibum, plura (vt eſt conſentaneum) exhibens ventrem onerat : iis autem grauatus tardiorem reddit animam ad vigilandum. Dicebat igitur eſſe melius veſci quidem quotidie, nunquam autem expectare ſatietatem : verum enim ieiunium eſt perpetua indigentia.* Pergit Theodoretus quomodo cum multi ad eum conuenirent Epiſcopi eruditionis ſpiritualis gratia, Marcianus verecundiſſimè ingemiſcens reſponderit. *Deus vniuerſorum quotidiè loquitur per creaturas, & per Diuinas Scripturas diſſerit & monet ea quæ oportet, & inducit ea quæ ſunt vtilia, terretque minis, & adhortatur promiſſis, & ex his nullam capimus vtilitatem. Quemadmodum ergo loquens profuerit Marcianus, qui tantam vtilitatem amittit cum aliis, & commodum non vult ex eis capere?* modeſtè Patribus obediens, & monens, aliter profecto cæteris loquuturus.

Modeſtia.

20\. Quam vero charitatis hoſpitalitas ieiunio præferenda ſit (quod poſtmodum B. Benedictus præſcripſit cap. 53. Regulæ) pulchrè Marcianus ipſe verbo & facto monſtrauit. Cum enim Auitus Anachoreta *qui Marciano erat & tempore, & labore antiquior, vir autem Philoſophus, & in vita dura, & aſpera educatus*; fama virtutis motus ad eum accederet, *oſtio eum aperto ad ſe admiſit, iuſſitque Euſebio* diſcipulo, *vt & legumen coqueret, & olus ſi haberet. Poſtquam verò mutuum inter ſe colloquendi expleſſent deſiderium, Nona ſimul peregerunt officium. Venit autem Euſebius menſam ferens, & panem afferens.* Marcianus dixit Auito, vt fierent ſimul menſæ participes. Auitus vero : *Neſcio, inquit, me vnquam cibum ſumpſiſſe ante veſperam. Sæpe autem duos aut tres dies ſimul maneo ieiunus.* Marcianus vero : *Mea ergo cauſa hodie mutetur conſuetudo; nam cum ſim corpore imbecillo, non poſſum expectare veſperam. Poſtquam autem hæc dicens non perſuaſit Auito, ingemuiſſe dicitur, & dixiſſe : At ego animo angor, & valde crucior, quod tantum laborem ceperis, vt virum aliquem laborioſum videres, & Philoſophum : ſpe autem falſus cauponem videris aliquem profuſe, & delicate viuentem. Cum ex his autem moleſtia eſſet affectus Auitus, & dixiſſet ſe malle veſci carnibus, quam hæc audire, dixit Marcianus: Nos quoque, ô amice, eandem quam tu vitam perſequimur, & amplectimur eandem viuendi rationem, & quieti labores præferimus, ieiunium magis expetimus, quam cibum; eumque nocte adueniante capimus; ſed ſcimus charitatem eſſe ieiunio præſtantiorem. Charitatis enim opus à lege Diuina præcipitur, ieiunium autem eſt poteſtatis noſtræ, & arbitrij.* Sic tandem ſenex victus cibum cum eo accepit, & tres dies ſimul egerunt.

Hoſpitalitatem ieiunio prætulit.

Tanta etiam continentiæ Marcianus fuit, vt ſororem ad ſe cum filio venientem videre renuerit, filium admiſerit. Cumque multa ei ſoror offerret, nihil voluit accipere; quod ſciret eam nihil eorum aliis Monaſteriis per quos tranſiiſſet impertiiſſe, inquiens : *Abite cum his quæ attuliſtis: nos nullo horum egemus, nec ſi egeremus, acciperemus. Naturalis enim cognationis, non autem Diuinæ pietatis, & ſeruitij curam gerentes hanc exercetis in nos beneficentiam : ſi enim non honoraretis ſolam generis neceſſitudinem, non ea quæ attuliſtis nobis ſolis impertiiſſeris.* Iure hoc loco exclamat Theodoretus : *Ita erat extra naturam, & in cæleſtem migrarat viuendi rationem.* Qui & de eius diſcipulo Sabino ſubdit. *Corpus conſumpſit laboribus innumerabilibus : neque enim panis, neque obſonij fuit alicuius particeps. Cibus autem erat ei farina aqua madefacta. Conſueuerat autem is totum vnius menſis miſcere nutrimentum, vt ſitum contraheret, & tetrum odorem emitteret. Volebat autem hoc genere alimenti hebetare ſui corporis appetitiones, & efficere vt fœtore nutrimenti flacceſceret voluptas.* 21.

Marciani cõtinentia.

Sabini abſtinentia.

Euſebij Marciani nepotis, ac diſcipuli mores cap. 4. proſequitur Theodotetus. *Permanſit toto tempore vitæ patrui in quodam valde paruo habitaculo, & quod nec feneſtras habebat, inclusus; neque cum vllo loquens, neque lucem intuens. Cibum autem ipſe quidem capiebat tertio, & quarto quoque die : iis autem qui ſecum habitabant* (nam patruo in præfectura ſucceſſerat) *iubebat veſci alternis diebus. Præcipiebat autem cum Deo aſſiduè colloqui, & nullum tempus relinquere vacuum ab hac operatione, ſed communiter quidem præfinita exequi Officia, partes autem diei quæ intercedunt, vnumquemque per ſe, vel ſub alicuius vmbra arboris, vel propè petrã aliquam, vel vbicumque quieſceret aliquis, vel ſtantem, vel humi iacentem, rogare Deum, & petere ſalutem.* Audi & ſingulariſſimam tanti viri exercitationem, & eius præclariſſimam Philoſophiam. *Suis oculis legem tulit, vt neque campum vnquam contemplarentur, neque cœleſti pulchritudine, & chori aſtrorum aſpectu fruerentur, ſed anguſtiſſima vtens ſemita, cuius menſuram aiunt fuiſſe vnius palmi, ferente ad oratorium, extra eam deinceps egredi non eſt paſſus. Dicitur autem eum pluſquam 40. annis vixiſſe poſt hanc legem. Vt autem cum animi ſui ſententia, ad hæc quoque eum traheret aliqua neceſſitas, cum lumbos zona ferrea alligaſſet, & grauiſſimum collare collo impoſuiſſet, aliquo alio ferro coniunxit zonam collari, vt hoc modo inclinatus conaretur aſſiduè in terram aſpicere.* Sed quod magis miteris, præcedenti cap. Theodoretus eiuſmodi ponderis Euſebij ferrum fuiſſe ſcribit. *Cum centum & viginti ferri libras corpori haberet impoſitas, ſibi quoque impoſuit alias Diuini Agapeti quinquaginta* [fuerat hic eius condiſcipulus] *adiecit autem magni Marciani alias octoginta*, per omnes videlicet 250. & hoc toto pondere ſimul totis tribus animis preſſus fuit. Arbitror autem *libras* non Hiſpanarum more 16. vnciarum fuiſſe, & 12. quæ conficiunt ſeptem quas *arrobas* vacitamus, alias 10. excederent, quod eſt incredibile. Itali libras 11. vnciarum habent, & aliæ ſimiliter gentes. Id vero ab Acacio oculato teſte ſanctiſſimo Berxæ Epiſcopo aſſerit ſe didiciſſe; qui eius 22.

Euſebij mores.

Incredibili ferri pondere incedebat oppreſſus.

exercita

Digitized by Google

exercitationis, cum ab eo rationem quæreret, *quamnam cupiens vtilitatem, neque cælum pateretur aſpicere, neque campum ſubiectum contemplari, neque ex anguſta illa via egredi? Reſpondit ſe hæc moliri aduerſus maligni dæmonis machinationes. Nam ne, inquit, de magnis bellum gerat conor hoſtem ad hæc parta traducere, in quibus etiamſi vicerit, non magnum affert detrimentum, & ſi victus fuerit, euaſit magis ridiculus, vt qui ne in paruis quidem poſſit euadere ſuperior. Quoniam ego noui hoc bellum minus periculoſum, non valde enim feritur qui in his damnum aliquod accipit. (Quod enim damnum eſt vel videre campum, vel in cælum oculos attollere?) Ad hoc me genus pugnæ tranſtuli: in hac enim me nec ferire poteſt, nec perimere.* Iure *ſubtiliſſimi ſpiritus Philoſophum* Euſebium iſtum dixerit. Hinc tamen obiter infero, totam hanc Monachorum palæſtram ferreis vſam catenis & ponderibus, cum legam Marcianum magiſtrum eis conſtringi ſolitum, & diſcipulos Agapetum, & Euſebium, qui tamen in ea præclarior extitit exercitatione. Quod & de eius diſcipulis ſuo loco videbimus.

23. Publij Monachi mores.

In eadem Syriæ regione, non longe ab vrbe Zeugma, propè Euphratem, fuit olim quoque Aſceticam palæſtram magnus Publius, cuius hos Theodoretus recenſet mores cap. 5. *Ex ea vrbe ortus, & Senatorio genere procreatus altum locum occupat, qui diſtabat ab vrbe non pluſquam 30. ſtadiis* (planè more Therapeutarum priorum) *In eo cum quandam paruulam extruxiſſet domunculam, omnia quidem vendidit, quæ à patre acceperat, domum inquam, & poſſeſſiones, & greges, & veſtes, vaſaque argentea, & aurea, & ſi quid erat cum his aliud. Et cum ex Diuina lege ea diuiſiſſet iis quibus oportebat, & ſe ab omni terrena liberaſſet, illam vnam curam ſuſcepit præ omnibus nempe vt ei ſeruiret, qui eum vocauerat: eamque animo perpetuo verſabat, noctu, diuque conſiderans, & perſcrutans quemadmodum eam augeret. Ea de cauſa ei labor creſcebat quotidie, ampliorque & intenſior euadebat in dies. Nemo eum vnquam vidit quieſcentem, vel minima parte diei: ſed pſalmodiam quidem oratio, orationem verò pſalmodia, vtrumque autem excipiebat Diuinorum eloquiorum lectio. Deinde cura hoſpitum venientium; deinde fiebat aliquid ex operibus acceſſoriis. In his vitæ iter ingrediens, & iis qui imitari volebant exemplar virtutum propoſitum veluti quadam auis canora multos ſui generis in hæc retia coëgit ſalutaria.*

Mira vigilia.

Abſtinentia.

De victu verò hæc inferiùs cum Gregorio diſcipulo agit. *Perſtitit vitis fructum perpetuò recuſans, & nec aceto quidem, vel vuis paſſis veſcens* (more Nazaræorum) *non lacte, neque recenti, nec concreto* (butyrum, & caſeum recuſans) *olei autem vſum agnoſcentes in tempore Pentecoſtes, rurſus recuſant eius eſſe participes. Accedens ad trutinam aiunt eum panis menſuram diligenter perpendiſſe; & ſi quando inueniſſet pluſquam eſſet definitum, ægrè tuliſſe, & eos qui hoc faciebant, belluones appellaſſe. Iubebat enim neque comedentes, neque bibentes expectare ſatietatem, ſed tantum capere, quantum ſatis eſſet ad tuendam vitam corporis. Si quando autem vidiſſet farinam etiam opertam furfure* (pultes videlicet) *eos qui hoc feciſſent impetebat opprobriis, vt qui Sybariticis fruerentur deliciis.* Fuerunt Sybaritici magnæ Græciæ populi, omnium voluptatum, & deliciarum ingenioſiſſimi architecti, adeo effæminati, vt Sybaritica menſa in prouerbium abierit. Vnde illud Martialis lib. 12. Epigr.

Sybaritici populi qui.

Qui certant Sybariticis libellis.

Et Ouidius lib. 2. Triſtium ad Auguſtum.

Nec qui compoſuit nuper Sybaritida fugit.

De quibus Ariſt. lib. 1. Ethic. ad Eudemum. Plutarchus in conuiuio ſeptem ſapientum, Athenæus in Dipnoſophiſtis lib. 12. & alij.

Sed ad Publium: qui principio quidem *nullum* 24.
Duo cœnobia ædificat.
habere paſſus eſt, qui ſecum habitaret, ſed paruas domunculas foris vicinas ædificans vnumquemque iubebat per ſe degere. Porro autem noctu quoque ex improuiſo veniens ad oſtium vniuſcuiuſque ſi aliquem quidem inueniſſet vigilantem, & Deum laudantem, recedebat tacitus; ſi quem autem ſenſiſſet dormientem, manu quidem pulſabat oſtium, lingua autem in eum qui iacebat inuehebatur, vt qui corpus pluſquam oporteret curaret. Hunc eius laborem cum conſideraſſent aliqui, qui erant eiuſdem animi & ſententiæ, ad eum retulerunt, vt omnibus vnum ædificaret habitaculum: eos enim qui erant diſperſi exactiùs & accuratiùs ſe eſſe victuros, eumque fore liberum a magna parte ſolicitudinis. Probauit conſilium vir ſapientiſſimus, & cum omnes ſimul coëgiſſet, paruas illas diruit domunculas. Extruxit vero duo Cœnobia, Græcis quidem vnum, eis vero qui lingua vtebantur regionis alterum, & omnibus ſimul vnum idemque templum: *in quod iuſſit & hos & illos conuenire incipiente die, & deſinente, vt veſpertinos, & Matutinos hymnos Deo ſimul offerrent, in duas quidem diuiſi partes, & ſinguli ſua voce vtentes, ex ſucceſſione autem canticum emittentes.*

Demum Theodoſij inſtituta, qui Roſi in Cilicia 25.
Theodoſij mores.
Scholam Monaſticam habuit, hæc erant, vti idem Theodoretus refert cap. 10. *De eius quidem à cibo abſtinentia, & quomodo humi cubaret, & cilicio indueretur, ſuperuacaneum eſt dicere iis, qui eius vident diſcipulos, & ſodales, & in eis eandem cernunt viuendi formam. His autem adyciebat ferreum onus collo, & lumbis, & ambabus manibus. Porrò autem geſtabat quoque comam ſordidam, & quæ ab ipſos vſque pedes pertingebat, & vlteriùs etiam progrediebatur, & ideo erat lumbis eius alligata. Deprecatione autem, & hymnodia vtens aſſiduè, cupiditatem, & arrogantiam, & alias animi belluas ſopiebat. Labores autem ſemper augens laboribus perſequebatur eam quoque, quæ manibus fit, operationem: nunc quidem ſportelas, quæ vocantur, & vimineas crates contexans, nunc autem parua prædia in ſaltu efficiens* (arans terrã, ſeu fodiens) *& ſemina deiiciens, & illinc quantum victui ſatis eſſet colligens. Et videre licebat diſcipulorum alios quidem vela, alios vero ſagum ex pellibus texentes, alios vero crates vimineas, vel ſportelas connectentes, alios verò terram colentes. Et quoniam locus erat maritimus, ad tranſmittendum quoque quadam conſtructa nauicula, quæ Ponto appellatur, ea vtebatur ad ea quæ erant inferenda, & exportans opera eorum qui ſimul habitabant, & importans ea quæ erant neceſſaria. Itaque hortabatur ad operandum, in tempore quidem Diuina peragens Officia; id autem quod intercedebat temporis, impendens operi. Non leuem autem curam gerebat hoſpitum, viris lenitate, & morum manſuetudine ornatis, & in proximum charitate præditis, vt eis prouiderent committens: ipſe autem viſebat, & inſpiciebat omnia, perſcrutans, an ex latis legibus vnuſquiſque ſuo fungeretur officio.*

Vnum nihilominus non permittam præterire 26.
Mucij Ægyptij Patris conuerſio & mores.
Patrem Mucium, quem in Ægypto, vt in Syria prædicti, antequam Antonij magiſterio imbui quirent floruiſſe conſtat. Fuerat is (auctore Rufino) latro nominatiſſimus, qui cum domui Sanctimonialis Virginis applicuiſſet ſcalas ſpoliandi cauſa, repente è Saulo Paulus effectus, in exceſſum

mentis

mentis rapitur, & abdicare iubetur retroactam vitam, & ſuſcipere cœleſtem, Angelicamque militiam, & ſuper exercitum Monachorum tenere principatum. Exhinc ad Eccleſiam à Virgine prædicta deductus, & Baptiſmo initiatus, rogat Præsbyteros præcepta ſibi dare, quibus viam ſalutis incederet. At illi tres ei primi Pſalmi verſiculos tradunt beatitudinem eum aſſequuturum dicentes, *Qui non abyt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Quibus ille diligenter conſideratis, *ad eremum illico proficiſcitur, vbi plurimo tempore demoratus, & die ac nocte in oratione cum lachrymis perdurans, cibum ex radicibus accipiebat herbarum* Conuerſus ad Præsbyteros tres verſiculos Pſalmi non ſolum verbis, ſed & rebus, atque operibus reddidit: à quibus plenius de ſcripturis inſtructus ad eremum reuerſus ſeptem annos in ea abſtinentia egit, vt panem Dominica tantum die ſumeret, & hunc Diuinitùs delatum. Ita planè multos ad ſui imitationem attraxit, quos non aliis veſtibus, quam veteres vterentur Monachi induebat: ait enim Rufinus: *Cui ille* (adoleſcenti tyroni) *cum habitum Monachorum, hoc eſt lebetam, & cucullam, ac melotem, quæ eſt caprina pellis, impoſuiſſet, docere eum de cæteris Monachorum inſtitutionibus cœpit.*

Atque hæc quidem ſunt (Lector) inſtituta, quæ priſtini illi Aſcetæ ſectabantur, omnino recentioribus conſonantia: reliquorum autem eodem æuo in Meſopotamia & Syria degentium mores lib. 4. cap. 10. trademus: ex quibus liquido conſtat, non hæc ab Antonio fuiſſe recens inuenta, ſed potius ab Apoſtolis ortum duxiſſe, cum perpetuis ſæculis apud omnes nationes eadem Monachis in vſu fuiſſe monſtrauerimus.

Finis libri Secundi de Veteri Monachatu

D E

DE VETERI
MONACHATV.
ET
REGVLIS MONASTICIS.

LIBER III.

DE MONACHATV ÆGYPTI VNIVERSÆ,

Doctoribus, Sanctis Patribus Antonio, Machariis, Poſthumio, Athanaſio, Ammone, Pachomio, Arſenio, & aliis.

CAPVT PRIMVM.

Quatuor præcipuè in Ægypto extitiſſe Monachorum paleſtras, ita diuerſas, vt niſi vocis tunc obſiſteret inſolentia, quatuor Ordines dici poſſent.

I. Modus procedendi.

EMERSIMVS, Deo fauente, è tenebricoſis ſæculis, & ab his qui trans Lethem inhabitant in ſplendidiſſimam lucis regionẽ: peruenimus ad notiſſimam Monaſticæ diſciplinæ ætatem, cuius nemo hactenus ignorantiam prætendit. Ne tamen eius geminatus fulgoribus acies mentis noſtræ iterum offuciſcari contingat, pedetentim incedendum nobis erit; & duo præ oculis perpetuò habenda; videlicet quis, quæ inſtituta Monaſtica, & quo tempore, quavè Orbis prouintia Monachos inſtituerit: vt inde liqueat, non omnes leges ab vno, eodemque Archimandrita manaſſe; tametſi vniuerſi eodem acti fuerint ſpiritu, eandemque agnouerint magiſtram veritatem Chriſti Domini, & diſcipulorum ſuorum ore prolatam. Proferemus igitur debito ordine ſeruato, omnes Monaſticas regulas, quæ ab Antonio temporibus, ad ſanctum Benedictum in Eccleſiá emerſerint; curabimuſque ea breuiter, dum luſtrabimus, illuſtrare; vniuerſas ſanctorum Aſcetarum paleſtras, quoad nobis deſuper datum fuerit, diſcurrentes.

Quæris quot, & quas? Quatuor intra Ægypti anguſtias non longo temporis, & loci interuallo diſtantes extitiſſe repetio. Diceres Ordines Monaſticos quatuor, ſi nouatis vocibus res veteres explicare velles *Arſinoitas* Antonij diſciplinis illuſtres, ab Arſinoe vrbe, propè quam degebant plures eorum, ſic dictos. *Mitriotas*, quibus S. Amon Magni Athanaſij alumnus in Mitriæ montibus leges dabat. *Thabenneſiotas* Pachomij angelicá regula inſtitutos, quibus nomen dedit præcipuum eorum monaſterium in Tabenna Nili inſula ſitum. Et *Scithiotas*, quos Machariorum alter, & Arſenius inſignes reddiderunt. Paleſtina palæſtras agnouit plures: celebriores tamen Hilarion, & Hieronymus erexere. Syria Marcianenſes, ſeu Euſebianos, Publitanos, & Theodoſianos præcipuè tenerita eſt: quibus magnus Chryſoſtomus tandem leges dedit. His acceſſere Indica, Perſica, Aſſyriaque gymnaſia, quæ, vt abſque numero, ita & abſque magiſtro, qui nomen ſuum ad poſteros tranſmiſerit, fuere: tametſi non modicum Monachis docendis Sanctus Barlaamus inſumpſerit, Damaſceno teſte. Aſia præcipuos Monaſtices magiſtros habuit Baſilium, & Gregorium, cui à Theologia iure cognomentum obtigit: vtriuſq; ſiquidem ſunt quæ Aſceticæ circunferuntur regulæ, vt ſuo loco monſtrabo. Italiam (vt ad occidentem graduum faciamus) in Monaſticis illuſtrarunt, Euſebius vercellenſis, Ambroſius, & Athanaſius, cũ ab Ægypto fuga lapſus Romã diuertit. Auguſtinus Monaſticẽ

2. Quatuor in Ægypto Monachorum paleſtræ.

Aſiæ orbis paleſtræ.

in Africam inuexit, Galliam Ioannes Caſſianus Martinus, & Honoratus, ac cæteri Lirinenſes Patres Monachis repleuerunt. Hiſpania denique Victorianum, & Æmilianum, ſuorum Monachorum doctores vidit: verùm iiſdem penè diebus, quibus Italiam Benedictus ſuis fulgoribus illuminabat, cui coæuus Equitius fuiſſe probatur, & nonnulli, quos S. Gregorius libris Dialogorum Commendat. Eodem penè ordine temporis prædicti omnes Monachorum Ductores, Doctoreſve floruerunt, quo penes regiones, quas incoluerunt diuerſas, à me modo recenſiti ſunt; quare eundem ſequentes, oratio de eis a nobis inſtituenda eſt; & cum cæteros tempore præceſſerit Antonius, ab eo exordium ſumendum. Tempora, quibus quique floruerunt, ſuis locis aperiemus.

CAPVT II.

De Arſinoitis Sancti Antonij diſcipulis.

§. I

Sancti Antonij inſtituta moralia, quibus Monachos ad virtutem formabat.

1. Antonius regulam ſcripto non tradidit.

MAgnum Antonium Monachis ſuis regulas viuendi ſcripto nunquam edidiſſe, perſpicuum eſt: quin potius *quadam die, cum à congregatis fratribus rogaretur, vt eis inſtitutoria largiretur præcepta* (ſic narrat Athanaſius cap.16.) *cum prophetica fiducia exaltans vocem aiebat: ad omnem quidem mandatorum diſciplinam ſcripturas poſſe ſufficere; ſed & hoc optimum fore, ſi mutuis ſe inuicem fratres ſermonibus conſolarentur.* Verum quod ipſe minus præſtitit, præſtitiſſe Athanaſium, nec alio quàm eius vitæ ſcripto, perſpicuis faſſus eſt verbis Theologus orat.21.de laudibus Athanaſij, inquiens: *Illius vitam poſteris documento atque oblectationi futuram proprio ſcripto mandare cum primis optarem: quemadmodum D. Antonij vitam conſcripſit, cum VITÆ MONASTICÆ LEGES ſub narrationis ſpecie promulgaret.* Et ei ſubſcribens, Rufinus lib. 1. hiſt. Eccl.c.8. *De virtutibus Antonij, atq; inſtitutis volentem aliqua exponere ille libellus excluſit, qui ab Athanaſio ſcriptus, etiam Latino ſermone editus eſt.* Et Nicephorus lib.8.c.40. ita vitam Antonij illum exaraſſe 4.t: *Vt liber is Monaſtici inſtituti ceu finis quidam eſſet.* Et rurſus: *Itidem idem Athanaſius in vita Syncletices fecit, vt ſicuti in hoc mulieres, ita in illo ſcripto viri, quod ſequeretur Inſtitutum, tanquam in commentario expreſſum haberent.* At vbinam vitæ Antonij, quæ extat, Monaſticæ leges editæ reperiuntur? Hinc eius auctoritate eleuandi anſam ſumpſere vaniſſimi ſectarij Heſpinianus, & Sculterus, ille præfation. lib 3.de orig. Monach. c.1. hic effrons in Medulla Theolog.pag.2. Sed mentita eſt iniquitas ſibi; non enim Nazianzenus aſſeruit in vita Antonij ab Athanaſio deſcripta Monaſticarum legum elenchum reperiri: ſed quòd eas *ſub narrationis ſpecie promulgarit*, vti vere reperire licet, idque à nobis modo præſtandum breuiter eſt: Verum quædam eius exemplis prædicata, quædam vero etiam verbo oſtenſa ab ipſo ſunt.

Eius vita Monachorũ regula

2. Monaſticæ Antonij inſtitutiones. Paupertas

1. Primum omnium Monaſticem arripienti, oportere rebus vniuerſis venditis, ac diſtributis ſæculo abrenuntiare, exemplo ſuo Antonius firmauit c.2. *Poſſeſſiones, quas habebat, vendidit, Aurura erant, ei trecenta vberes* (*Hiſpanè terras aradas*) *& valde optima, quas vicinis largitus eſt. Cætera, quæ in mobilibus poſſidebat, vniuerſa vendidit; & aggregato non exiguo pretio indigentibus dedit; paucis tamen ob ſororem reſeruatis, quæ ſexu, & ætate videbatur infirmior. Rurſus autem Eccleſiam ingreſſus* (cap.3.) *cum audiſſet Dominum in Euangelio dicentem: nolite cogitare de craſtino; reliquam quoque portionem pauperibus diſtribuit, neque ſe verſari paſſus eſt domi, ſed ſorore fidelibus, ac notis virginibus commendata, vt earum nutriretur exemplo; ipſe iam omnibus ſæculi vinculis liber, aſperum, atque arduum arripuit Inſtitutum.* In quo planè caſtitatis, ac cœlibatus ſtatus includitur.

2. Obedientiæ, perito magiſtro ſubmittendum deinde eſſe tyronem, etiam docuit exemplo, cap.3. 3. Obedientia
Erat in agello vicino ſenex quidam vitam ſolitariam à prima ſectatus ætate. Hunc Antonius cum vidiſſet, æmulatus eſt ad bonum: cui & totos quindecim annos, mirè detulit, id eſt à 20.ætatis ad 35.ex c.9. quo tempore eius gratia obtenta in ſolitudinem Anachoreſim ſectatus ſe contulit: c. c. *Erat autem tunc Antonius annos natus 35. Exinde cum voluntate prompta per merita religioſa ſuccreſceret, videns ad ſupradictum ſenem precabatur, vt in deſerto habitarent pariter. Cauſante illo ſenile æuum, & rei nouitate, ſolus contendit ad montem.*

3. Aliorum virtutes in ſe tyro curet exprimere. 4. Omniũ virtutes in ſe exprimebat.
Ita Antonius iuuenis, ſiquidem vigilantem in hoc ſtudio Monaſtico *compererat* (c.3.) *procedens quærebat, vt apis prudentiſſima; nec ad habitaculum ſuum ante remeabat, niſi eius quẽ cupiebat frueretur aſpectibus, & ſic tanquam munere mellis accepto, abibat ad ſua. Et omnibus, ad quos diſcendi pergebat obediens, proprias ſingulorum gratias hauriebat: huius continentiã, iucunditatem illius ſectabatur, iſtius vigilantiam, alterius legendi æmulabatur induſtriam; iſtum ieiunantem, illum humi quieſcentem mirabatur; alterius patiẽtiam, alterius manſuetudinem prædicabat, ſic ad ſedem propriam regrediebatur, ibi ſecũ vniuerſa pertractans, omnium in ſe bona nitebatur exprimere.*

4. Exercitia Monachi ita expreſſit c.2. *Tali ibidem inſtitutus exordio, cum per dies ſingulos ita animũ roborarent, vt nec opum paternarum, nec ſuorum meminiſſet affinium, omne etiam deſiderium erga id quod cœperat exerceret, operabatur manibus ſuis, ſciens ſcriptum eſſe: qui non laborat non manducet. Mercedem tamen operis ſui, pretio panis excepto, egentibus largiebatur.* Cap.26. mentio fit ſportularum, quas texere ſolebat, & c. 25. agri in eremo à ſe ſeminati, & hortuli exculti: *Nam cum fratres, agnito loco* (in quem ſeceſſerat) *tanquam ad patrem filiis, ſolicitè alimenta tranſmitterent, videns Antonius quod ob ſuum refrigerium multis onerosus labor indiceretur, & parcens etiam in hoc Monachis, rogauit vnum de aduenientibus, vt ſarculum ſibi bis acutum cum frumento deferret. Quibus allatis, circumiens montem haud grandem cultura aptum reperit locum, ad quem deriuata aqua de ſuper poterat influere, ibique ſeminauit; atque exinde annuum ſibi panem laborans, gaudebat, quod ſine cuiuſquam moleſtia ex propriis manibus viueret in deſerto. Sed cum rurſus illuc quidam venire cœpiſſent, miſertus eſt laſſitudini eorum, & olus in paruo terræ ceſpite coluit, vt poſt aſperũ iter, aliquo veniente ſolatio refoueretur.* Hæc de opere manuũ.

5. Opus manuum quo vitam alebat.

5. Alterum præcipuumque Monachi exercitium oratio eſt, tum peculiaris, tum communis: De priori dicitur cap.3. *Orabat frequenter; quippe qui didicerat, quòd oporteret ſine intermiſſione Dominum orare.* 1. Theſ.5. Et verè nihil fuit Ant. familiarius oratione. 6. Oratio.

Digitized by Google

oratione. De communi cap. 22. *Monachis in commune præcipiens aiebat: orate ſæpiſſimè: Pſallite veſpere, & mane, & meridie.* Et cap. 6. *Pernoctabat in oratione ſæpiſſimè.* Refertque Caſſianus coll. 9. cap. 31. ſæpe à diſcipulis quæritantem auditum fuiſſe: *quid me impedis ſol, qui ad hoc oriris, vt me ab huius veri luminis abſtrahas claritate?*

7. Sacræ Scripturæ ſtudium.

6. Sanctarum ſcripturarum frequens meditatio, illi pro exercitio fuit. cap. 3. *Auditioni etiam ſcripturarum ita ſtudium commodabat, vt nihil ex eius animo laberetur; ſed vniuerſa Domini præcepta cuſtodiens, memoriam pro libris haberet.* Euaſit inde, alias illiteratus exiſtens, in ſanctarum ſcripturarum ſcientia peritiſſimus, vt iurè de eo Trithemius lib. de ſcript. Eccleſ. protulerit: *Etſi litteras non didicerit, in Diuinis tamen ſcripturis adeo eruditus fuit, vt nullus Doctorum ſe ei præferre præſumeret.* Nec id mirum, cum de eo ſcribat Athanaſius cap. 38. *Habebat iſtiuſmodi donum: ſi cuius rei ſedens in monte ignarus fuiſſet, & eius ſecum inquireret notionem, oranti ei à Domino reuelabatur: & erat, ſecundùm quòd ſcriptum eſt, à Deo doctus.*

8. Veſtis.

7. Quod ad veſtem Monaſticam ſpectat cap. 23. *veſtimento ſilicino intrinſecus, deſuper pelliceo vtebatur*: id eſt tunica aut ſago, melote, & ependite contentus. De ependite hoc ipſo cap. 23. *Lanis ependitem ſuum*: id eſt ſcapulare. De cæteris cap. 58. in teſtamento. *Veſtimentorum autem meorum ſit iſta diuiſio: melotem, & pallium tritum, cui ſuperiaceo, Athanaſio Epiſcopo date, quod mihi nouum ipſe detulerat. Serapion Epiſcopus aliam accipiat melotem: vos cilicinum habetote veſtimentum.*

9. Victus.

8. At qualis victus Antonij? *Edebat ſemel in die, poſt ſolis occaſum: nonnunquam biduo, triduoque ſic permanens, quarta demum die reficiebatur. Sumebat verò panem, & ſal, potumque aquæ perparuum: De carnibus vero, & vino tacere melius puto, quàm quicquam dicere, quando nec apud plurimos quidem Monachorum iſtiuſmodi aliquid reperiatur.* Verum bidui, triduive ieiunium non pro communi diſcipulorum regula proponitur ab Athanaſio, ſed eſus ſingulus in die poſt ſolis occaſum. Atque hæc fuerat Antonio victus ratio priuſquam in deſertum ſecederet: ibi tamen (cap. 11.) *panes menſium ſex, vt Thebais mos eſt, ſecum recondens (non crebro per annum incorrupti durare ſolent) nec non & exiguum habens aquæ, ſolitarius perdurabat.* Nonnunquam fructibus palmarum vſus dicitur cap. 24.

10. Silentium & ſolitudo.

9. Silentij, ac ſolitudinis cuſtos eximius fuit, idcirco cap. 7. nonnunquam *ad ſepulchra non longe à villa conſtituta ſeceſſit, vni de cognitis mandans, vt ſtatutis diebus ſibi alimenta deferret. Et cum in vna memoria ſupradictus frater eum clauſiſſet, ſolus ibi morabatur.* Sepulchrum *memoria* vocari conſueuerat. Et cap. 11. *Ad montem vſque perrexit: ibique flumine tranſuadato inuenit caſtellum deſertum plenum venenatorum animalium: in quo ſe conſtituens nouus hoſpes habitauit: obſtructoque lapidibus introitu nuſquam inde procedens, nuſquam aliquem ſuſcipiens, in tantum vt cum bis in anno per tectum deſuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium.*

11. A ſecularibus abſtractio.

10. Huic inſtituto proximum eſt, quod iudici cuidam paulo largius, vt ei ſuam præſentiam indulgeret, rogitanti reſpondit: *Non poſſe diutius ibidem morari, grato vſus exemplo* (cap. 53.) *quòd ſicut piſces ab aqua extracti, mox in arenti terra morerentur, ita & Monachos cum ſecularibus retardantes, humanas ſtatim reſolui confabulationibus. Ob id ergo, inquit, conuenit, vt piſces ad mare, ita nos ad montem feſtinemus retardantibus nobis, aliqua propoſiti* (id eſt profeſſionis) *ſuccedat obliuio.*

11. De lecto, & de mollitudine corporis ablegãda habes cap. 6. *Quieti membra concedens, iunco contexto, atque cilicio vtebatur; nonnunquam etiam ſuper nudam humum iacebat. Vnguenta penitus repudians, dicebat enim, minime poſſe vtentium, & præcipuè iuuenum corpora roborari, ſi olei eſſent lenitate mollita: oportere verò aſperos carni labores imperari, ſecundum Apoſtoli præceptum dicentis: Quando infirmior tunc fortior ſum. Aſſerebatque ſenſum animi ſic poſſe reuiuiſcere ſi corporis fuiſſet impetus fatigatus.* Et cap. 23. *Nunquam corpus lauans, nunquam pedibus ſordes abluens, niſi cum per aquas tranſire neceſſitas compuliſſet.* Et cap. 60. *Nec veſtimentum mutauit, nec pedes lauit, nec eſcam ſectatus eſt molliorem. Et à pueritia vſque ad ſenectutem omni ſemper dubitatione calcata, nec languori, nec longæuæ quidquam ætati aliquando conceſſit: magis autem æqualitatem propoſiti tenuit.* Cui affine eſt quod cap. 13. ſcribitur: *Nunquam hilaritate nimia reſolutus in riſum eſt: nunquam recordatione peccati triſtia ora contraxit: non magnis ſtupentium ſe elatus eſt laudibus: nihil in illo indecens ſolitudo, nihil aſperum quotidiana cum hoſtibus bella contulerant; ſed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine.* 12. Lectus.

Corporis afflictio.

12. Hactenus exemplo ſuo Monachis præfixit inſtituta viuendi: verbo verò ter itidem ſe feciſſe, idem ipſe refert Athanaſius, ipſiſſimas illius conciones ad verbum interſerens: quas his quoque ſubiacere neceſſum eſt. 13. Ex eius concionibus inſtituta Monaſtica.

13. *Hoc ſit primum cunctis in communi mandatum; nullus in arrepti propoſiti vigore laſſeſcere, ſed quaſi incipientem agere ſemper debere quod cœperit: præſertim cum humana vitæ ſpacia æternitati comparata breuiſſima ſint, ac parua.* Ita ille cap. 16. & in eundem ſenſum cap. 6. de eo inquit Athanaſius: *Nec temporum longitudine laborum merita penſabat, ſed amore, ac famulatu ſpontaneo: ſemper tanquam in principiis conſtitutus, ad profectum diuini timoris deſiderium concitabat.* Feruor ſemper incipientium.

14. Rurſus Antonius cap. 16. *Nemo cum deſpexerit mundum reliquiſſe ſe arbitretur ingentia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cœlorum, breuis, ac parua eſt. Nihil eorum cura ſit Chriſtianis, quæ ſecum auferre non poſſunt: illud potius debemus expetere, quod nos ducat in cœlum, ſapientiam ſcilicet, caſtitatem, iuſtitiam, virtutem, ſenſum peruigilem, pauperum curam, fidem in Chriſto robuſtam, animum iræ victorem. Hæc ſectantes manſionem nobis in terra quietorum, ſecundum Euangelium præparabimus. Conſideremus nos eſſe famulos, & ſeruitutem debere ei, à quo creati ſumus.* 14. In quo vera ſit abnegatio?

15. *Ad inertiam autem calcandam, Apoſtoli præcepta replicemus, quibus ſe mori quotidie teſtabatur; ſimiliter & nos humanæ conditionis vitam ancipitem retractantes, non peccabimus. Cum enim excitati à ſomno ad veſperam nos peruenire dubitemus: & quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus aduentu; & vbique naturæ, ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus prouidentia gubernari; hoc modo non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur; ſed nec iraſcemur quidem aduerſus aliquem, ceſſabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium.* 15. Inertiæ aliorumque vitiorum remedia.

16. *Nolite, quæſo, virtutis tanquam impoſſibile nomen pauere, nec peregrinum vobis, aut procul poſitum videatur hoc ſtudium; quod ex noſtro pendet arbitrio: huius operis homini inſerta natura eſt, & eiuſmodi res eſt, quæ noſtram tantummodo expectat* 16. Virtutem commendat.

Digitized by Google

voluntatem. Græci ſtudia tranſmarina ſectentur, & in alieno orbe conſtitutos inanium litterarum quærant magiſtros: nobis vero nulla proficiſcendi, nulla tranſfretandi fluctus neceſſitas imminet; in omni ſede terrarum conſtituta ſunt regna cœlorum. Vnde & Dominus in Euangelio ait: Regnum Dei intra vos eſt.

Fidem.

17. Rurſus quoque cap. 28. *Monachis in communi præcipiens aiebat. Credite in Ieſum fideliter: mentem à malis cogitationibus, carnem ab immunditiis ſeruate puram: & iuxta eloquia diuina ne ſeducamini in ſaturitate ventris: odite vanam gloriam. Orate ſæpiſſimè. Pſallite Veſperò, manè, & meredie, & mandata ſcripturarum reuoluite.* Vide opus Dei, & ſtudium Sacræ Scripturæ. *Recordamini geſtorum, quæ ſancti quique fecerunt, vt exempli memoria animam incitet ad virtutem, refrenet à vitiis,* Idem habet cap. 56. *omnem æmulationem ad ſanctos quoque conuertere.*

Manſuetudinem.

18. *Suadebat etiam iugi meditatione retinendum Apoſtoli ſermonem, quo ait: ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Non tantum autem ſuper iracundiam ſolem occidere non debere interpretabatur, ſed & ſuper omnia delicta hominum: ne peccatorum vnquam, noſtrorum, aut in nocte luna, aut in die Sol teſtes abſcederent.*

Examen cõſcientiæ.

19. Porro examinandæ conſcientiæ rationem diu, noctuque præclare docuit. *Illius quoque admonebat præcepti memores eſſe: dijudicate vos metipſos, ac probate: vt rationem diei, noctiſque facientes, ſi in ſe delictum deprehendiſſent, peccare deſiſterent; ſin autem nullus error decepiſſet, perſeuerantes inſtarent potius incœpto, quàm arrogantia tumidi, aut alios contemnerent, aut ſibi iuſtitiam vendicarent: iuxta domini eloquium dicentis: Nolite iudicare ante tempus ſæpe noſtra non poſſe non intelligere peccata, ſæpe falli in ratione geſtorum: aliud eſſe Dei cuncta cernentis iudicium.*

17.
Monet ſcribenda ſingula per diem peccata.

20. *Nec non dicebat; Magnam eſſe ad virtutem viam, ſi ſinguli vel obſeruarent quod gererent* (ita vt peccata quotidiana ſcripto notarent) *vel vniuerſis mentium cogitationes fratribus referrent. Non enim poſſe aliquem peccare, cum relaturus eſſet ad alium quæcunque peccaſſet; & ſubire pudorem in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem coram alio audere peccare; etiamſi peccet, tamen teſtem vitare peccati: mentiri magis, & negare, & vetus delictum nouo inficiandi augere delicto. Igitur quaſi ſub oculis, aiebat, noſtris, & cogitatu confundimur, & actu, ſi omnia referenda faciamus. Multo autem magis, ſi peccata noſtra fideliter deſcribentes, digeramus in ordinem; tunc verò annotatio delictorum fratrum videbitur oculis, Tunc timebimus peccati maculas, conſcientia ipſi nos arguent apices: & quomodo meretricibus membra miſcentes confunduntur ad præſentiam cæterorum; ita & nos erubeſcemus ad literarum ſcripturas. Hæc agamus hanc virtutis gradiamur viam, & corpora menibus ſubiugantes, pernicioſas diaboli conteramus inſidias.* Subdit denique Athanaſius eo cap. 28. *Talibus ſermonibus, hortamentiſque venientes ad ſe Monachos incitabat ad ſtudium.* Quaſi iuſtam clauſulam regulis ſancti Antonij apponens. Sed alias itidem hinc inde ex verbis ſeniorum expiſcari licet, quæ apud eos traditione celebrabantur: & eas his ſubiicere operę pretium fore iudicamus.

Aperienda viro ſpirituali.

18.
Antonij præcepta Monaſtica traditione habita.
Humilitatis.

21. Rufinus libro ſecundo de vit. Patrum cap. 30. *Docebat B. Antonius, quòd ſi quis velit ad perfectionem velociter peruenire, non ſibi ipſe fieret Magiſter, nec propriis voluntatibus obediret, etiam ſi rectum videatur eſſe quod vellet.*

Obedientiæ, probatio.

22. Tyrones in omni obedientia probari oportere, exemplo S. Pauli ſimplicis oſtendit, de quo idem Rufinus: *Multa eum docere volens ſanctus Antonius de obedientia, præcipere ei ſolitus erat, etiam quæ ratio & cauſa non poſceret; in quibus eius animus erga obedientiam probaretur. Haurire namque aliquando eum aquam iuſſit ex puteo, & in terram tota die effundere: & contextas ſportellas reſoluere, ac denuò contexere: & veſtimentum diſſuere, atque iterum reſuere, & rurſus reſoluere.* Cum primùm ad eum acceſſit Abbas Macarius, probauit eius patientiam claudens ei oſtium, & ſic probatum intromiſit. Pelagius libello 7. num. 9. qui etiam libel. 8. num. 2. refert, quòd laudatum apud eum quemdam fratrem tentauit, ſi portaret iniuriam.

Patientiæ.

Circumſpectionis.

23. Idem Ruffinus de verbis ſeniorum num. 176. *Beatus Antonius dicebat: ſi poteſt fieri, quantos paſſus ambulet Monachus, vel quot calices aquæ bibit in cella ſua, debet ſenioribus declarare, vt non deuiet in ipſis.*

19.
Probatio ſpirituum commendatur.

24. Mira fuit Beati Antonij probatio erga eum, qui renuntians quidem ſæculo, & dans quæ habebat pauperibus, quædam ſibi retinuit. *Quod cum cognouiſſet ſenex, dixit ei: ſi vis Monachus fieri, vade in illum vicum, & eme carnes, & impone corpori tuo nudo, & ſic veni huc.* (refert hæc Pelagius lib. 6. num. 1.) *Et cum ſic feciſſet frater ille, canes & aues corpus eius lacerabant. Cum perueniſſet autem ad ſenem interrogauit; ſi feciſſet quod ei dixerat? illo autem oſtendente corpus ſuum laceratum, dixit ſanctus Antonius: Qui renuntiant ſæculo, & volunt habere pecunias, ecce ita impugnati à dæmonibus diſcerpuntur.*

Humilitas.

25. Humilitatem ſic commendabat, vt Abbati Paſtori diceret: *Hoc eſt magnum opus hominis, vt culpam ſuam ſuper ſe ipſum vnuſquiſque ponat coram Domino, & expectet tentationem vſque ad vltimum vitæ ſuæ tempus.* Sic Pelagius libel. 15. num. 2. Cum etiam aliquando de ſcripturis ſanctis diſſerentes alius alio interpretando diceret, & requiſitus de ea dubitatione Abbas Ioſeph neſcire ſe fateretur, ſubintulit Antonius: *verè Abbas Ioſeph ſolus inuenit viã, qui ſe neſcire reſpondit.* Ibidem n. 4. Rogatus item: *Quid eſt pro nihilo ſe ipſum homo æſtimare? reſpondit: ſimilem ſe iumentis irrationabilibus æſtimare, pro eo quod nihil diiudicant: ſicut ſcriptum eſt: Ego autem velut iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Hæc refert ſanctus Martinus Damienſis in ſententiis n. 53.

Abſtinentia

26. Pamboni quoque conſuluit: *Non ſis confidens in merito iuſtitiæ tuæ: & non cogites de rebus tranſitoris: & eſto tenens linguam, & ventrem.* Ita Martinus num. 54. Paulo vero ſimplici: *præcepit ne vnquam ad ſaturitatem vſque perueniret & præcipuè in potu: confirmans non minus per aquæ abundantiam phantaſias fieri animi, quam per vinum calorem corporis creſcere.* Apud Rufinum libr. 2. cap. 30.

20.
Opus manuum.

27. *Antonius Paulum inſtituere, & docere cœpit, quomodo opere manuum ſolitudinem ſolaretur; & digitis quidem corporis opus carnale, cognitione vero mentis & animi intentione operaretur, quæ Dei ſunt.* Ibidem. Sic ipſe Antonins ab Angelo fuerat edoctus, vt refert idem Rufinus lib. 3. num. 105. & Pelagius libel. 7. num. 1.

Dei præſentia.

28. Eiuſdem Antonij eſt hoc monitum. *Quocumque vadis, Deum ſemper habeto præ oculis tuis*

& quod

Digitized by Google

& quodcumque opus exerces, ſume ex diuinis ſcripturis exemplar; & in quocumque loco reſederis, ne inde citius mouearis, ſed patienter in eodem loco conſiſte: Hac tria cuſtodiens, ſaluus efficieris. Refert Rufinus lib. 3. num. 108. & Pelagius libr. 1. numer. 1.

Damnat indiſcretas mortificationes.

29. Indiſcretas mortificationes ita damnabat. *Sunt quidam conterentes corpora ſua in abſtinentia; ſed quia non habuerunt diſcretionem, longe facti ſunt à Deo.* Apud Pelagium libel. 10. num. 1. Improbabat & indiſcretas, ſeu immiſericordes correctiones dicens: *Nauis naufragium tulit in pelago, & perdidit onus, quod portabat, & cum labore vacua nauis perducta eſt ad terram: vos ergo liberatam nauim in terram vultis ſubmergere?* Pelag. libr. 9. num. 1.

Et correctiones.

Silentium commendat.

30. De ſilentij intentione aiebat: *Si affectaueris ſilentium, ne arbitreris te exercere virtutem, ſed indignum te proloqui confitere.* Paſchaſius cap. 32.

Lachrymas.

31. De lacrymis: *Qui vult liberari à peccatis, fletu, & planctu liberabitur ab eis; & qui vult adificari in virtutibus, per fletum lacrymarum adificatur.* Paſchas. cap. 38.

Perſeuerantiam.

32. De perſeuerantiæ neceſſitate: *Monachus ſi paucis diebus laborat, & iterum relaxatur: & rurſus laborat, & inde negligit, hic nihil agit, nec patientia perſeuerantiam poſſidebit.* Paſchas. c. 27. Et huic ſimilis eſt illa eiuſdem ſententia, quam is ipſe Paſchaſius refert cap. 40. *Qui necdum guſtauit dulcedinem caleſtium, vt ex toto corde exquirat Deum, ideo ad immunda reuertitur.* Atque hactenus de moralibus ſancti Antonij inſtitutis.

§. II.

Sancti Antonij inſtituta militaria aduerſus varias verſutias Dæmonum.

21\. Cur militaria inſtituta ſcripto tradiderit?

EXactiſſimi magiſterij leges ſuis indixiſſe diſcipulis Antonium vidimus, quibus eos ad altiſſimum virtutis, ac ſanctitatis culmen eueheret. Sed cum in his alij quoque Monachorum anteſignani inſudaſſe noſcantur, in eis nihilominus edendis cæterorum ſibi facile principatum promeruiſſe liquet, quæ militiam ſpiritalem ſpectant; vtpote quam Aſcetarum, ſeu piorum pugilum doctrinæ partem reliqui, aut ex toto prætermiſerunt, aut leuiſſime duntaxat tangere viſi ſint. At vnius Antonius præ cæteris omne genus pugnarum aërearum expertus, egregius σκιαμαχηκων, ſemper victor, cum à ſcribendis mirabilibus inſtitutionibus Monachorum abſtinuiſſet, (ſufficere ad id, ratus, Domini & Apoſtolorum eius Doctrinam noua pagina contentam) ad militiam tamen ſpiritualem, contra nequitias, ac poteſtates huius aëris inſtruendam, erudiendamve, non ſemel animum applicuiſſe contentus, & verbo primum publica concione ad vniuerſos fratres habita, quam ad verbum Athanaſius refert quinque continuis capitibus, id eſt 16. 17. 18. 19. & 20. & ſcriptis deinde ad fratres & Arſinoitas ſuos duabus epiſtolis Apoſtolico ſenſu, & dictione exaratis, rem totam in propatulo poſuit: nimirum ad diuerſas dæmonum vires, & artes nocendi, & arma quibus ipſi debilitati, victique diſcedunt. Mirum eſt quàm omnes diaboli verſutias expreſſerit, quibus nunc palam ad aliquem hominis ſenſum, nunc clam ſecretis inſtigationibus nullum non mouere lapidem curent, vt Monachi laqueis ſuis irretiri videantur; nam in ipſos præcipuè arma eos mouere, expreſſit Antonius, inquiens: *Hoſtile illis* (Dæmonibus) *contra omnes Chriſtianos, maximè verò contra Monachos, & virgines Chriſti, odium eſt. Eorum ſemitis laqueos pratendunt &c.* Verùm ne bis eadem inculcaſſe videar, ipſiſſimis Antonij verbis totam artem prætendere, cùm nihil puriùs, nihil ſignificantiùs dici poſſit, operæ pretium duxi; quæ ſic apud Athanaſium ſe habent.

Sancti Antonij ad Monachos ſermo.

DIuinæ vocis præceptum eſt, vt iugi cuſtodia tueamur animam noſtram quia exercitatos ad ſupplantandum habemus inimicos, dæmones ſcilicet; contra quos nobis, ſecundùm Apoſtolicam conteſtationem, pugna ſine intermiſſione eſt: ait enim. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates huius mundi, aduerſus ſpiritualia nequitia in caleſtibus. Ingens eorum turba iſtum peruolat aërem; non procul à nobis hoſtium caterua diſcurrit. Et diuerſitatem quidem eorum non eſt meæ paruitatis exponere, ſed hanc maioribus (id eſt Theologis) *concedo rationem. Quod autem in promptu eſt, & ignorare non expedit, dolos ſcilicet eorum aduerſum nos compoſitos breuiter indicabo.* 22.

Dæmonum multitudo & diuerſitas. Prou. 4. Epheſ. 6.

Hoc primùm debemus mentibus affigere, nihil Deum feciſſe, quod malum eſt, nec ab eius inſtitutione Dæmonum cœpiſſe principia: peruerſitas iſta non natura, ſed voluntatis eſt vitium: boni etenim, vtpòtè à Deo conditi, ex proprio mentis arbitrio, ad terras ruere de cœlis; ibique in cœni ſordibus volutari, Gentilitatis impias conſtituere culturas, & nunc de nobis torquentur inuidia, atque vniuerſa mala commouere non ceſſant, ne priſtinis eorum ſedibus ſuccedamus. 23.

Vnde mali?

Diuerſa autem eorum, & partita nequitia eſt; quidam enim ad ſummum nocendi verticem peruenere: alij ex comparatione peiorum videntur eſſe leuiores (eiuſmodi ſunt, qui domos infeſtare ſolent Hiſpaniæ *Duendes*) *atque omnes pro poſſibilitate virium, diuerſa contra ſingulas cauſas ſumpſere certamina. Idcirco neceſſarium eſt donum ſpirituum diſcernendorum à Domino petere, vt poſſimus tam fraudes eorum, quàm ſtudia peruidentes, aduerſus diſparem pugnam vnum Dominicæ Crucis eleuare vexillum. Hoc munere Paulus accepto docebat dicens: Non enim eius ignoramus aſtutias. Ad cuius exemplum etiam nos oportet, ex his, quæ paſſi ſumus, mutuis nos inuicem inſtruere ſermonibus.* 24.

Diſpar in nocendo nequitia. 2. Cor. 2.

Hoſtile illis contra omnes Chriſtianos, maximè verò contra Monachos, & virgines Chriſti, odium eſt. Eorum ſemitis laqueos pratendunt, eorum mentes impiis, atque obſcœnis cogitationibus nituntur euertere: ſed nihil nobis in hoc terroris incutiant. Fidelium enim orationibus, atque ieiuniis ad Dominum ſtatim corruunt: nec tamen ſi paululum ceſſauerint, prorſus plenam puteris eſſe victoriam. Solent enim ſaucij grauius aſſurgere, & mutata arte pugnandi, cum in cogitatione nihil egerint, pauoribus terrent; aſſumentes nunc mulierum, nunc beſtiarum, nunc ſerpentium formas, nec non & ingentia quadam corpora, & vſque ad tectum domus porrectum caput, infinitas ſpecies, & militum cateruas 25.

Monachis & Virginibus præcipuè infenſi.

Digitized by Google

(vtrumque ſæpè ipſe expertus fuerat, vt refert Athanaſius cap. 4. 7. 8. 10. 11. 12. 15. 35. 37.) *Quæ omnia ad primum quoque Crucis ſignum euaneſcunt.*

26. Variæ nocendi artes. *His quoque agnitis fallaciarum modis, incipiunt præſagire, & futurorum dierum euentus velle prædicere, cúmque & in his contempti fuerint, ipſum iam ſuæ nequitiæ Principem, ac totius mali ſummitatem, ad ſubſidium ſui certaminis vocant* (crebro viſus ab Antonio fuit, vti Iobi 41. depingitur) *cum huiuſmodi terroribus viſus eſt Princeps Dæmonum, & ingentia ſæpe promittens impietatis ſuæ defurit lingua magniloqua. Sic iniquus funereas euomens voces benè viuentium aliquos frequenter illaqueat. Sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus; fallit enim frequenter, nihilque verum promittit. Nam ſi non mendacia cuncta loqueretur, quomodo talia, & tam infinita promittens, hamo Crucis, vt draco, aduncatus à Domino eſt, & capiſtro ligatus vt iumentum, & quaſi mancipium fugitiuum vinctus circulo, & armilla labia perforatus, nullum omnino Fidelium deuorare permittitur? Nunc miſerabilis, vt paſſer, ad ludum irretitus, à Chriſto eſt; nūc comites ſuos quaſi ſcorpiones, & ſerpentes calcaneo Chriſtianorum ſubſtratos gemit: ille qui vniuerſa maria à ſe deleta plaudebat; ille qui orbem terrarum manu ſua teneri pollicebatur; ecce à vobis vincitur: ecce me aduerſum ſe prohibere non po-*
Contemptu vincitur. *teſt diſputantem. Contemnenda eſt, filioli, penitus cum inanibus verbis ſuperba iactantia; fulgor ille, qui lucere ſe ſimulat, non veri ſplendor eſt luminis, ſed quibus arſurus eſt, indicat flammas; nam dicto citiùs recedens, ſuarum ſecum refert ſimulacra pœnarum.*

27. Sub pietatis ſpecie doli. *Solent etiam cum modulatione nonnunquam apparentes pſallere (proh nefas!) Ad hæc & impuro ore ſacra ſcripturarum eloquia meditantur. Frequenter enim ſequentibus nobis, quaſi Echo ad extrema verba reſpondēt. Dormientes quoque excitant ad orādum, vt totius noctis ſomnum eripiant. Pleroſque etiam, dum ſe in Monachorum nobilium habitu transferunt, Monachos coërcent, & priſtina, quibus conſcij ſunt, peccata imputant; ſed ſpernenda ſunt eorum increpationes; & admonitiones ieiunandi, vigiliarum quoque fraudulenta ſuggeſtio. Ob id enim familiares nobis ſpecies aſſumunt, vt affinitate virtutum nocentes faciliùs virus interſerant, & innocentes quoſque per ſpeciem pietatis allidit. Impoſſibile, poſtea, duramque hoc ſtudium prædicant; vt dum oneroſum eſſe videtur, quod cœptum eſt, ex deſperatione tædium; & ex tædio ſuccedat ignauia.*

28. Eorum non capeſſenda conſilia. Abac. 2. *Idcirco Propheta miſſus à Domino. Luctuoſa denuntians, ſublimi voce dicebat: væ qui potat proximum ſuum ſubuerſione turbida. Huiuſmodi enim exhortamenta deprauatoria ſunt itineris, quod ducit ad cœlum. Idcirco cum veniſſet Dominus ad terras, & vera de eo Dæmones inuiti prædicarent.* Luc. 1.
Luc. 1. (*vere enim dicebant: Tu es Chriſtus filius Dei viui*) *vociferantium ora claudebat, qui vinctas hominum linguas ſoluebat: ne cum præconio veri, peruerſitatis venena miſcerent. Et vt nos eius exemplo etiamſi profutura ſuaderent, in nullo his commodaremus aſſenſum. Quia profectò non congruit nos poſt libertatem à Domino conceſſam, & ſcripturarum præcepta vitalia à Diabolo viuendi capere conſilia: quos ſuum deſerens ordinem, ſacrum Chriſti temerauit imperium.* (En hoc loco à ſancto Antonio repulſum quem nuper Toletanum ſanctæ Inquiſitionis officium damnauit errorem.) *Propterea enim Dominus eum de ſcripturis loquentem iubebat tacere: quia peccatori dicit Deus* Pſ. 49. *Quare tu enarras iuſtitias meas; & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Pſal. 49.

29. Monachi debilitas. *Omnia Dæmones ſimulant: colloquuntur ſæpè cum fratribus; ſæpe cum turba inconditos excitant ſonitus; manus apprehendunt, ſibilant: inſipienter cachinnāt; vt vel in puncto peccati Chriſtianum pectus intrudant: cumque ab vniuerſis fuerint repulſi, ad extremum debilitatem ſuam lamentatione teſtantur. Et Dominus quidem quaſi Deus, & ſuæ conſcius maieſtatis obmuteſcere his imperabat: nos autem veſtigiis ſanctorum inhærentes eandem gradiantur viam, qui memoratas ſubtilius fallacias peruidentes canebant* Pſ. 38. *Cum conſiſteret aduerſum me peccator, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Et iterum* Pſ. 37. *Ego verò tanquam ſurdus non audiebam, &c. ſicut mutus non aperiens os ſuum: & factus ſum vt homo non audiens. Chriſtus ſilentium, vt Dominus, imperauit: nos diabolo nihil credamus, & vincemus. Si orare cōpellunt, ſi ieiunia ſuadent, nō ex eorum nos monitis, ſed ex noſtra conſuetudine id agamus. Denique etiamſi irruentes mortem nobis inferre videantur, ridendi potius ſunt, quam timendi, quia cùm ſint debiles, minantur cuncta, nec faciunt. Equidem de iſtis tam tranſitoriè me dixiſſe memini, tamen eadem nunc explicanda ſunt latius, quia non mediocrem afferet repetitio cautelam.* Pſal. 38. Pſal. 37.

30. Tametſi non ſint corporales, adhuc ſunt imbecilles. *Aduentente Domino deſtructus eſt inimicus, & omne penitus eius robur elanguit. Propter quod priſtinæ virtutis memor, quaſi tyrannus iam ſeneſcens, cum ruiſſe ſe videat, in perniciem graſſatur humanam; nec tamen poteſt firmum Deo pectus cogitationem, & cæterarum fraudum arte peruertere. Nam hinc clarius eſt, quoniam aduerſarij noſtri, cum nec humana carne ſint ſepti, vt cauſari valeant, idcirco nos à ſe non poſſe ſuperari; quia clauſo oſtio interiore intrare non valent. Et re vera ſi fuiſſent hoc fragili corpore colligati, obſeruato introitu, iiſdem negaretur acceſſus. Cum autem (vt diximus) hoc impedimento ſint liberi, & obſtructa penetrent, atque in omni licenter volitent aere, manifeſtum eſt, ob enarrationem eorum manere Eccleſiæ corpus illæſum. Denique ſatellites impij, cum Principe ſuo diabolo, quem ſaluator in Euangelio* Ioan. 8. *homicidam, & fratrem malitiæ ab initio fuiſſe firmat, nobis aduerſum ſe dimicantibus fortiter, nullo modo ceſſiſſent, ſi poteſtas eorum non fuiſſet ablata. Nam ſi mentior, cur nobis Sathanas parcis, qui vbique diſcurris? Cur qui nullo clauderis loco, aduerſum te bene viuentium, & diſputantium non potes labefactare conſtantiam?* Ioan. 8.

31. Pulchrè probat imbecillitatem dæmonum. *Sed fortaſſe nos diligis, quos quotidie conaris obruere; aut credibile eſt te eſſe bonitatis magiſtrum, & fauere magis optimis, quàm nocere? Et quid tam charum tibi eſſe poteſt, quàm lædere, maximè eos, qui tuis ſceleribus viriliter repugnant, ſecundùm quod ſcriptum eſt:* Eccli. 1. *Quia abominatio eſt pietas peccatori? Quis tam fœcundum ad malitiam poſſidet pectus? Quis tam meditatas implere conatur inſidias? ſcimus te impuriſſimum cadauer; ſcimus quia ſicirco viuimus Chriſtiani; & contra te nobis eſt ſecura congreſſio, quia infirmatus es à Domino. Ideo de tuis confoderis iaculis, quia minationem tuam non ſequitur effectus; quòd ſi fallimur, cur cum terrore ſimulato, cur magnitudine corporum noſtram aggrederis fidem? ſi voluntatem ſequitur poſſibilitas, tantum tibi velle ſufficiat. Is enim potentiæ mos eſt, non extraneæ fallaciæ adiumenta conquirere, ſed ſua virtute implere, quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatione formarum quaſi rudem infantiam, ſcænica niteris* Eccli. 1.

niteris ſimulatione deludere, exhauſtas vires manifeſtius probas. Nunc quidnam verus ille Angelus contra Aſſyrios miſſus à Domino 1.Reg.19.aut populorum eguit ſocietate, aut ſonitus quæſiuit, aut plauſus, (1.Reg. 19.) & non potiùs tacitam exercens poteſtatē 185V000. hoſtium, ſermone velociùs iuxta iubentis Domini proſtrauit imperium? vos ergo, cum fragiles ſitis viribus, perpetuus vos conſequitur interitus.

32. Idem proſequitur. Iob.1.

At dicet aliquis: Cur Diabolus egrediens Beati Iob.Iob.1.omnem in ruinam impulit domum? Cur eius opibus penitus diſſipatis parietum quoque fundamenta ſubuertens vnum numeroſæ ſobolis coaceruauit ſepulchrum? Cur ipſum ad extremum diri vulneris nouitate percuſſit? Qui hoc opponit, audiat è diuerſo non diabolum potuiſſe hoc, ſed Dominum, à quo poteſtas aduerſum nos dupliciter datur: vel ad gloriam ſi probamur, vel ad pœnam ſi delinquimus: quin potius ex hoc animaduertat, ne contra vnum quidem hominem diabolum quidquàm potuiſſe, ſi non poteſtatem accepiſſet à Domino: Illuſtris enim, quod ſuæ ditionis eſt, ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro, quem nec expetitum potuit vincere? Sed nec contra iumenta quidem eius, nec contra oues ſuas, ſine conceſſu Dei proprium robur exercuit. (Matth. 8.) Sic etiam in in Euangelio ſcriptum eſt: Dæmones autem rogabant eum dicentes: ſi eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Quomodo igitur, qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei, hominem, & tam charum Conditori animal ſuo valebunt iure peruertere?

33. Arma fortiſſima contra dæmones quæ?

Magna dilectiſſimi, aduerſum Dæmones arma ſunt, vita ſincera, & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto, pertimeſcit Sathanas rectè viuentium vigilias, orationes, ieiunia, manſuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, miſericordiam, iræ dominatum, & præcipuè purum cor erga Chriſti amorem. Mouit teterrimus (Luc.10.) coluber, ex præcepto Domini, ſub Iuſtorum ſe iacere veſtigiis, qui ait: Ecce dedi vobis poteſtatem calcare ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.

34. Qualiter futura prænuntient?

Si autem & diuinationem ſe habere ſimulantes, venturos fratres nunciauerint, & adfuerint, quos venire prædixerat, nec ſic fides eſt commodanda mendacibus: ob id enim præceſſere venientes, vt credulitas ſibi paretur ex nuntio, & poſtea aditus ex credulitate fallaciæ. Verùm in hoc nullum Chriſtiano debet eſſe miraculum, cùm non tantum qui leuitate naturæ per cuncta diſcurrunt, valeant præuenire gradientes, ſed homines quoque equorum velocitate prouecti nuntiant adfuturos. Non enim ea, quæ nondum fieri cœpta ſunt referunt; quia Deus ſolus conſcius eſt futurorum, ſed quorum conſpiciunt in actu initium, eorum ſibi tanquam apud ignaros vendicant de futuris fieri notionem. Nam quantos nunc putatis, qui poſſunt velocitate puerili iſtum cœtum, noſtroſque contra ſe ſermones, ante relatum alicuius hic poſiti lōgè manentibus indicare? Hoc, quod dico vobis, perſpicuum fieri poteſt exemplis. Si quis à Thebaide, aut alicuius regionis oppido cœperit proficiſci, & hunc dæmones viderint in itinere ambulantem, pernicitate memorata poſſunt prædicare venientem. Ita & de Nili inundatione ſolemni, cum multas in Æthyopia (2.Reg. 18.) viderint pluuias, è quibus fluuius intumeſcens vltra alueum fluere conſueuit præcurrentes ad Ægyptum nuntiant amnis aduentum. Hoc autem & homines, ſi illis celeritas eſſet tanta naturæ, facilè nuntiarent. Vt enim ſpeculator Beati Dauid ad verticem loci celſioris aſcendens, prior, quàm hi, qui in terra erant, proſpiciens venientes, non quædam incerta de futuris, ſed de his, quæ venire cœperant, nuntiabat. Sic & dæmones cura peruigili omnia conſiderantes rapido curſu ſibi inuicem nuntiant. Sed ſi fortè contigerit, vt Dei nutu ad finem cœpta non veniant; hoc eſt, ſi aut viator è media regrediatur via, aut ſuſpenſa nubibus aqua ad altum cœli cardinem deferantur: tunc decipientium vna cum credentibus error aperitur. Hæc gentilitatis fuere principia, his præſagatorum dolis apud delubra dæmonum quondam credebantur oracula; quæ aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, indicto ſibi ſilentio, obmutuerunt, ſuoſque perdidere captiuos. Quis rogo, medicum ex obſeruatione morborum, cum animæ æſtuantis incendium de venarum pulſu leui digitorum ſcrutatur attactu, diuinam arbitratur habere notitiam? Quis gubernatorem nauigationis ſuæ viam inter cœli ſydera requirentem maieſtatis honore veneratur? Quis agricolam de aridis æſtatis feruoribus, aut de hyemali aquarum largitate, vel frigore diſputantem, non potius experientia laudat, quàm Dei conſecrat nomine?

35. Futura præſcire inutile.

Verùm vt concedamus paulisper vera dæmones nuntiare, reſpondete mihi, quis fructus eſt noſſe venientia? nunquid aut ſciens hæc aliquando laudatus, aut punitus eſt neſciens? In hoc vnuſquiſque, ſibi præparat ſeu tormenta, ſeu gloriam, ſi vel negligat ſcripturarum mandata, vel faciat. Nullus ob id noſtrum hanc arripuit vitam, vt habeat præſcientiam futurorum; ſed vt præceptis Domini parens, amicus eſſe incipiat de ſeruo. Curandum eſt, non præſcire quæ veniunt, ſed implere quæ iuſſa ſunt: nec inſtitutionibus bonis hanc flagitare mercedem, cum magis debeamus victoriam contra diabolum ab auxiliatore Domino poſtulare. Sed ſi forte aliquis hoc libenter aſſumat, vt futura cognoſcat, habeat purum cor, quia credo animam Deo ſeruientem, ſi in ea perſeuerauerit integritate, qua renata eſt, plus ſcire poſſe quàm Dæmones. Talis erat Eliſei, quæ aliis incognitas virtutes faciebat.

36. Aliæ dæmonum verſutiæ.

Nunc iam cæteras vobis dæmonum explicabo fallacias: ſolent nocte venientes Angelos Dei ſe fingere, laudare ſtudium, mirari perſeuerantiam, futura præmia polliceri. Quos cum videritis, tam vos, quàm Domos veſtras Crucis armate ſignaculo, & confeſtim ſoluentur in nihilum; quia metuunt iſtud trophæum, in quo ſaluator aëreas expolians poteſtates, eas fecit oſtentui. Solent enim variis ſimulationibus membra torquere, & noſtris procaciter offerri ſe viſibus, vt mentem pauore, & corpus horrore concutiant. Sed & in hoc fides Deo tuta fugat eos, quaſi infirma ludibria.

37. Quibus ſignis boni ſpiritus à malis diſcerni queant.

Non eſt autem difficilis bonorum ſpirituum, malorumque diſcretio, quæ ſic Deo tribuente penditur. Sanctorum Angelorum amabilis, & tranquillus aſpectus eſt, quia non contendunt, neque clamant, neque audiet aliquis vocem eorum; verùm tacitè, leniterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt: ſiquidem cum illis eſt Dominus, qui eſt fons, & origo lætitiæ. Tunc mens noſtra non turbida, ſed lenis, & placida Angelorum luce radiatur: tunc anima cœleſtium præmiorum auiditate flagrans, effracto (ſi poſſet) humani corporis domicilio, & membris exonerata mortalibus, cum his, quos videt, abire feſtinat ad cœlum. Horum tanta benignitas eſt, vt ſi quis pro conditione fragilitatis humanæ, miro fuerit eorum fulgore perterritus, omnem continuo ex corde auferat metum. Ita Gabriel cùm Zacharia loqueretur in templo, (Luc.1.) & Angeli cum Diuinum Virginis (Luc.2.) partum paſtoribus nuntiarent, & qui Dominici corporis agebant excubias, (Matth.28.) ſecuris ſe mentibus videntium oſtendentes, ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi, quantum ex magnarum

rerum ſapè incutitur aſpectu. Peſſimorum verò vul-
tus truces, ſonitus horridi, ſordicti cogitatus, plauſus,
motuſque indiſciplinatorum adoleſcentum, vel latro-
num, ex quibus confeſtim timor animi, ſenſibus torpor
incutitur; odium Chriſtianorum, Monachorum mœ-
ror, & tædium, ſuorum recordatio, metus mortis, cupi-
do nequitiæ, laſſitudo virtutis, cordis hebetatio. Si ergo
poſt timorem horrore conceptum ſucceſſerit gaudium,
& ad Deum fiducia, atque ineffabilis charitas, veniſſe
ſciamus auxilium; quia ſecuritas animæ præſentis
Maieſtatis indicium eſt. Sic namque & Abraham
Ioan 8. Patriarcha videns Deum gauiſus eſt, & Ioannes
Luc.1. cùm Mariam ſuperueniſſe ſentiret, quæ in ſacri ven-
tris hoſpitio vniuerſitatis geſtabat parentem; exulta-
uit necdum natus in gaudium. Si autem incuſſa for-
mido permanſerit, hoſtis eſt, qui videtur, quoniam nec
refouere nouit, vt Gabriel parentem virginem ne ti-
meret iubet; & ſicuti paſtores nuntio conſolati ſunt,
quinimo pauorem duplicat, & vſque ad profundam
impietatis foueam, vt ſibi homines proſternantur im-
pellit. Exinde miſera Gentilitas Dominicæ interdi-
ctionis ignara, falſo dæmone, Deos opinata eſt; Chri-
ſtianorum autem populos his fallaciis irretire non
paſſus eſt Dominus, qui diabolum in Euangelio auda-
cter ſibi principatum omnium præſumentem repu-
Matth. 4. lit dicens. Vade retro Sathana; ſcriptum eſt enim:
Deuter 6. & 10. Dominum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Ho-
rum verborum etiam nobis licentia eſt tributa, quia
idcirco loquutus eſt talia, vt ſimilitudo tentamento-
rum autoris noſtri frangeretur eloquiis. Hoc ergo
magnopere poſtulemus, vt donum ſpirituum diſcer-
1.Ioan. 4. nendorum mereamur accipere, quo ſecundum ſenten-
tiam ſcripturarum omni ſpiritui non credamus. 1.
Ioann.4.

38. Quanta eaque diuerſa à dæmone paſſus.

Volueram quidẽ iam finire ſermonem, & ſilentio pre-
mere quæcunq; mea acciderant paruitati; ſed ne puteris
me fruſtra commemoraſſe, quæ euenire non poſſent, id-
circo (licet inſipiens fiam, tamen Dominus, qui ſecreta
mentis eſt inſpector, nouit non me cauſa iactantiæ, ſed
veſtri gratia profectus hoc facere) pauca replicabo
de plurimis. Quoties me nimis laudibus efferre cona-
ti ſunt, cum a me in nomine Domini maledicta re-
ciperent? Quoties augmenta Nili fluminis futura di-
xerunt, cum à me audirent: Et hoc ad veſtram quid
pertinet curam? Quoties minitantes vt milites arma-
ti, ſcorpionibus, equis, belluis, & variis ſerpentibus
circumdederunt me, & domum, in qua eram, reple-
uerunt; cum ego è contra pſallerem: Hi in curri-
bus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini
Dei noſtri magnificabimus, & ſtatim miſericordia
Pſal. 19. Chriſti fugabantur. Quodam autem tempore cum
ingenti luce venientes dixerunt: venimus, Antoni,
noſtrum tibi præbere fulgorem: & ego clauſis oculis,
quia lucem diaboli dedignabar aſpicere, orabam: &
dicto citius impiorum lumen extinguebatur. Poſt
menſes autem paucos cùm coram me pſallerent,
& de ſcripturis ſibimet ſermocinarentur; ego tan-
quam ſurdus nam audiebam. Commouerunt aliquan-
do monaſterium meum; & ego mente immobili Do-
minum deprecabar. Sæpè ſtrepitus, ſæpè ſaltatio-
nes, ſæpè ſibilos ingeſſerunt: & me pſallente, ſonus
eorum in voces flebiles vertebantur.

39. Idem proſequitur.

Creditis ne, filioli, quod dicturus ſum vobis? vi-
di aliquando diabolum excelſum corpore, qui ſe
Dei virtutem, & prouidentiam auſus eſt dicere;
& ait ad me: Quid vis, vt à me tibi donetur? At
ego ſputaculum maximum in os eius ingeminans, to-
tum me in eum, Chriſti nomine armatus ingeſſi;
& ſtatim ille procerus aſpectus inter medias ma-
nus exoleuit. Ieiunanti etiam mihi viſus eſt vt Me-
nachus, & panes offerens, his ſermonibus ſuadebat,
vt veſcerer: Et tu, inquit, homo es, & humana fra-
gilitate circumdaris: labor paululum quieſcat, ne
ægritudo ſubripiat. Ilico luridam faciẽ ſerpẽtis agno-
ui; & cùm ad conſueta Chriſti munimenta confugerẽ,
tanquam per feneſtram fumus laberetur, euanuit.
Auri quoque decipulam mihi in deſerto frequenter
tetendit (nunc ficti, nunc etiam veri aliunde il-
luc allati, cap.10. & 11.) quod ideo offerebat, vt
aut viſu irretiret me, aut tactu commacularet. Sæ-
pè quoque me a demonibus non de nego verberatum; Rom. 8.
canebam autem ſic: Nullus me ſeparabit à charitate
Chriſti: ad cuius vocis auditum in ſe inuicem deſu-
rentes, non meo, ſed Domini fugabantur imperio, qui
ait. Vidi ſathanam quaſi fulgur cadentem de cœlo. Luc.10.
Hæc ergo, filioli, Apoſtolici memor eloquij, in me
transformaui, vt propoſitum veſtrum, nec dæmonum
terror, ne aliqua laſſitudo diſſolueret.

40. Sathanæ querela.

Sed quoniam ob veſtram vtilitatem multa me-
morando inſipiens factus ſum; & huius rei vobis im-
pertiri cupio rationem, quam veram eſſe nullus ambi-
gat audientium. Pulſauit aliquando dæmon mona-
ſterij oſtium, egrediens video hominem enormi ſu-
blimitate, porrectum caput vſque ad cœlum. Cum ab
hoc quiſnam eſſet inquirerem, ait: Ego ſum ſatha-
nas. Et ego: Quid, inquam, hic quæris. Reſpondit:
Cur mihi fruſtra imputant Monachi? cur mihi om-
nes Chriſtianorum populi maledicunt? Et ego:
Iuſtè faciunt: tuis enim frequenter moleſtantur in-
ſidiis. At ille ait: nihil ego facio, ſed ipſi ſe inuicem
turbant: nam ego miſerabilis factus ſum. Rogo, non-
ne legiſti; quia defecerunt inimici framea, in finem,
& ciuitates illorum deſtruxiſti? En nullum iam ha- Pſal. 9.
beo locum, nullam poſſideo ciuitatem, cum mihi nul-
la ſunt arma: per omnes nationes, cunctaſque Pro-
uincias Chriſti perſonat nomen; ſolitudines quoque
Monachorum ſtipantur choris. Ipſi ſe, quæſo, tuean-
tur, & me ſine cauſa non lacerent. Tunc ego Dei
gratiam cum alacritate miratus, ſic ad eum loquutus
ſum. Non tuæ veritati, quæ nulla eſt, tam nouam, &
tam inauditam adſcribo ſententiam; nam cum fallaciæ
caput ſis, hoc ſine mendacio coactus es confiteri. Ve-
re enim Ieſus tuas funditus ſubruit vires, & honore
nudatus Angelico, volutaris in ſordibus, vix dum
verba compleueram, & ille ſublimis aſpectu, Salua-
toris nominatione deiectus eſt.

Quæ ergo iam, ô filioli, poterit reſidere cunctatio?
quæ trepidatio manebit vlterius? Quis nos eorum
turbo poterit conuellere? ſecuræ ſunt animæ ſingulo-
rum; non ſibi fingat vana cogitatio, vana diſcrimina;
non aliquis timeat à diabolo ſublatum ad præcipitia ſe
poſſe deferri. Pellatur omnis anxietas, Dominus, qui
noſtros proſtrauit inimicos, manens, vt promiſit in
nobis, à variis nos ſathanæ muniuit incurſibus. Ioan.14. Ioan.14.
En ipſe diabolus, qui eiuſmodi cum ſuis ſatellitibus
exercet aſtutias, nihil ſe poſſe contra Chriſtianos fa-
tetur.

41. Inertia noſtra dæmonis arma.

Iam curæ Chriſtianorum, & Monachorum ſit, ne
per eorum inertiam vires dæmonibus præbeãtur. Nam
quales nos, & noſtras repererim cogitationes, tales ſe
nobis præſtare conſueuerunt. Et ſi quod in pectori-
bus malæ mentis, & pauoris ſemen inuenerint; quaſi
latrones qui deſerta obtinent loca cœptos cumulant ti-
mores; & crudeliter imminentes infelicem puniunt
animam. Si autem alacres fuerimus in Domino, &
futurorum bonorum cupido nos ſuccenderit; ſi ſem-
per manibus Dei committamus, nullus dæmon ad ex-
pugnandum valebit accedere; magis enim cum mu-
nita in Chriſto corda conſpexerint, confuſi reuerten-
tur. Ita & Iob firmatum in Domino diabolus refu-
git;

Digitized by Google

git; & infeliciſſimum Iudam expoliatum fide vinculis captiuitatis innexuit. Vna eſt ergo ratio vincendi inimicum, lætitia ſpiritualis, & animæ Dominum ſemper cogitantis iugis recordatio; quæ dæmonum ludos, quaſi fumum expellens, perſequetur aduerſarios potius quam timebit. Non eſt enim neſcius ſathanas ignium futurorum, & æſtuantis gehennæ copioſa nouit incendia.

42. Quid viſo dæmone nobis faciendũ. *Sed vt mea iam claudatur oratio illud in fine commemoro: Cum aliqua ſe nobis obtulerit viſio, audacter requirite, quis ſis ille, & vnde veneris? ac ſine mora, ſi ſanctorum fuerit reuelatio, Angelica conſolatione timor vertetur in gaudium; ſi verò diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis anima percunctationibus euaneſcet, quia maximum eſt ſecuritatis indicium, interrogare quiſnam eſt, & vnde. Sic & Naue filius auxiliatorem ſuum interrogando cognouit. Nec Danielem percunctantem latere potuit inimicus. Daniel. 10.* Ioſ. 5.

De eiſdem diaboli technis iterum diſſerit Antonius epiſtola ſecunda, quam mox ſubiiciam. Et nonnihil etiam in prima.

§. III.

Sancti Antonij Abbatis Epiſtolæ.

43. Epiſtolarũ Antonij ſtylus Apoſtolicus. NOn abs re facturum me arbitror, ſi eiuſdem Magni Antonij quaſdam epiſtolas ſubnectam, quòd vehementer faciant in gratiam Monaſticæ inſtitutionis, ob quam, & verè Apoſtolico ſpiritu, & dictione dictatæ fuerunt, vel ipſo Hieronymo teſte, qui lib. de ſcript. Eccleſ. in Antonio ait: *Antonius Monachus, cuius vitam Athanaſius Alexādrinæ vrbis Epiſcopus inſigni volumine proſequutus eſt, miſit Ægyptiacè ad diuerſa Monaſteria, Apoſtolici ſermoniſque Epiſtolas ſeptem, quæ in Græcam linguam tranſlatæ ſunt; quarum præcipua eſt ad Arſineotas.* Subſcribunt Hieronymo Honorius c. 78. & Trithemius de ſcript. Eccleſ. Verùm non ante multos annos latinitate donatę ſunt à Valerio de Saraſio, Hectore forſan Dallo procurante; à quo acceptas Symphorianus Camperius communis iuris fecit; & cuſæ ſunt Coloniæ apud Quentelium. A.C. 1536. vnde acceptas iterum recudit eas Margarinus in ſua veterũ Patrũ Bibliotheca. Verùm parum feliciter ceſſit Saraſio ſua interpretatio, cum obſcuriſſima dictione vſus ſit: quare **Obſcurus ex praua interpretis dictione.** cogor è regione expoſitionem apponere, & quaſdam paraphraſticas reddere, ne faſtidio ſint lectori; & vt facilè Antonij ſpiritus hauriri queat. Vtinam autem vt centonem primæ totas ſeptem Pelagius è Græco Latinas faceret; nam facili, ac ſuaui ſermone eas redidiſſet. Illum verò inſeruerat Græcus Hieronymus de verbis ſeniorum libello 5. num. 1. vbi & nunc à Pelagio S.R.E. Diacono tranſlatus reperitur his verbis: *Dicebat Abbas Antonius: Exiſtimo quod habeat corpus motum naturalem conſperſum in ſe, qui nolente animo non operatur: ſed tantummodo ſignificatur in corpore quaſi impaſſibilis motus. Eſt autem & alius motus ex eo quòd nutritur, & fouetur corpus cibis, & potibus, & ex quibus calor ſanguinis excitat corpus ad operandum. Propter quod dicit Apoſtolus Epheſ. 5. nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Et rurſum Dominus in Euangelio diſcipulis mandans dixit: Luc. 21. videte ne quando grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate. Eſt autem & alius quidam motus certantibus in conuerſatione, ex inſidiis & inuidia dæmonum veniens. Itaque ſcire conuenit; quia tres ſunt corporales motus: vnus quidem naturalis, alius autem ex plenitudine ciborum, tertius verò ex dæmonibus.* Porro libri huius magna fuit ſemper auctoritas in Eccleſia, vt ex Photio Conſtantinopol. Patriarcha liquet, qui in ſua Biblioth. cod. 198. eum Græcè loquentem commendat, & ex Sigiberto tranſlationem Pelagij commendante lib. de Illuſtrib. Eccleſ. ſcript. cap. 116. Atque ideo pro veritate, & germanitate harum epiſtolarum inde irrefragabile deducimus teſtimonium; cum locus is totus ad verbum extet in prima vt mox videbis. Quod ad earum titulos ſpectat, perperam Margarinus vniuerſis appoſuit *Ad Arſenoitas*, cũ teſtetur Hieronymus præcipuam duntaxat ad eas fuiſſe ſcriptam: in quo ferè errore Quentelius ſe inuoluit, dum à ſecunda, & deinceps in capitibus foliorum excuſſorum attexuit (etiam voce deprauata) *Ad Arſeonitas.*

BEATISSIMI

Digitized by Google

BEATISSIMI PATRIS ANTONII, MERITO MAGNI, ABBATIS SANCTISSIMI, *AD FRATRES SVOS* EPISTOLA PRIMA.

Textus.

1. *PRIMVM ſaluto vos in Domino. Exiſtimo autem animas quaſcunque apprehenderit gratia Dei vocantis ad prædicationem ſui, habere tres modos, ſeu maſculos, ſeu fœminas. Quidam enim per teſtamentariam legem, & inditum in eis ſemel bonum à prima ſui conditione, pertingere verbo Dei ad eos morati non ſunt, ſed perrexerunt parati cum eo, ſicut & noſter progenitor Abraham; cui primo quia porrexit indaginem Deus per teſtamentariam legem apparuit dicens: exi de terra tua, & de*
Gen.12. *cognatione tua & de domo patris tui, & veni in terram, quam oſtendero tibi. At ille in nullo hæſitans, paratus fuit in vocatione. Hic autem figura erat prima viæ huius inſtitutionis, quæ nunc vſque perſiſtit in eis, qui eius ſequuntur veſtigia. Vnde & iterum ſi animæ ſic ſuſtineant, & ita egerint, facilè eaſdem virtutes aſſument, eo quòd paratæ ſint corda earum repleri ſpiritu Dei. Et hæc inſtitutio prima.*

45. 2. *Huic verò ſecunda exiſtit de iis, qui audiunt*
Secundus. *ſcriptam legem teſtificantem eis vniuerſa ſupplicia, quæ peccatoribus præparantur; & annuntiantem de ſanctis promiſſionibus ad eos qui proficiunt, quibus & per teſtimonia inſcripta legis ſobria voluntas exiſtit, & per hanc quæſierunt intrare in vocationem vocantis. Sic & Dauid teſtificatus dicens. Lex Domini immaculata conuertens animas. Et declara-*
Pſ. 118. *tio, inquit, ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Sed & alia quàm plurima, de quibus modò non poſſumus enarrare.*

3. *Porro tertia inſtitutio eſt, in qua duris cordibus ſæpè inter vitia, in peccati operibus permanentibus aliquoties benignus Deus infert labores ad increpandum, donec ſentiant per ærumnam, & pœnitentes ex toto accipientes & ipſi virtutes, quemadmodum & illi de quibus prædixi. Hæ igitur ſunt introductiones tres in animalibus, quæ ad pœnitudinem veniunt, donec adipiſcantur gratiam, & vocationem filij Dei.*

46. 4. *Sed puto quod eos priùs vocet ſpiritus, qui*
Tertius. *ingrediũtur ex toto corde certamen, & ordinant ſemetipſos ad ſuſtinendum in omni luctatione aduerſarij, donec deuincant: cum præſtant verò eis & lenitate in omnibus iuuans eos ſpiritus, vt indulcentur in illis opera pœnitentiæ, ponit eis terminos modum quendam pœnitudinis in corpore, & anima eorum, vſquequo doceat eos etiam conuerſationis modum ad conditorem propriũ Deum. Necnon & præbet eis violentiæ compulſionem in anima diſcurrentem, & corpore; vt vtraque ſanctificari queant, vt eodem modo hæreditatem vtraque ſumant; corpus quidem in ieiuniis crebris, & vigiliis, anima in ſpiritus, atque ſolertia, miniſteriis quoque, quæ facit in corpore. Conandum hoc in omni fructificatione carnali.*

Notæ, & Paraphraſis.

1. P*Primum ſaluto, &c.* Intentum Epiſtolæ huius ex calce ipſius 44.
num. 13. manifeſtum eſt: animæ Gratiæ vo-
ſcilicet aperire & diſcernere ægri- cantis tres modi.
tudines, eaſque curare Apoſtolicum autem Primus.
ſalutandi morem imitatur ibi *Primum ſaluto*, &c. Omneſque vtriuſque ſexus alloquitur *ſeu maſculos, ſeu fœminas*: In ſpiritualibus enim iuxta Apoſt. Galat. 3. *non eſt maſculus neque fœmina: Omnes enim vnum eſtis in Chriſto Ieſu*: atque Antonius ipſe epiſt. 2. num. 1. *in ſpirituali extantia*, inquit, *non eſt maſculus neque fœmina ſed ſubſtantia tantum immortalis exiſtit*, ideſt anima. Vbi nota non ſolum Monachorum, ſed & ſanctimonialium ei curam fuiſſe, vt patet ex Athan. cap. 27. vitæ eius. Gratiæ autem vocantis efficaciam in anima inquit *habere tres modos*. Quibuſdam enim *ad prædicationẽ ſui*, ideſt ad hoc vt diuinis laudibus vacent confertur *in prima ſui conditione*, id eſt iuſtificatione, quæ noua hominis in Chriſto conditio eſt. Aptum autem exemplum ponit in Abraham ad perfectionem vitæ vocato à D. Th. 2. 2. q. 186. a. 4. ad 2. qui *ſemel inditum* gratiæ *bonum* vſque ad mortem conſeruans tota vita cum Deo ambulauit. *Inditum* autem dicitur *per teſtamentariam legem*: quia iuxta eumdem ibidem ad 3. & q. 107. ar. 1. ad 2. Omni tempore fuere aliqui pertinentes ad nouum teſtamentum: omnes ſcilicet vocati ad perfectionem vt Abraham (qui Monachorum more, relictis omnibus iuxta conſilium Chriſti. D. Matth. 19. *Exiit de terra ſua, &c. figura* exiſtens *inſtitutionis huius*, vitæque Monaſticæ, *quæ nunc vſque perſiſtit in eis qui eius ſectantur veſtigia.* Conſule dicta lib. 1. cap 5. num. 8. Et hæc eſt prima inſtitutio ſcilicet perfectorum.

2. *Huic vero, &c.* ſecunda vocatio ad gratiam in eis ſplendet, qui à vanitate ſæculi ad Aſceticam vitam Euangelica prædicatione, amore præmij, & formidine pœnæ conuerſi, dicunt cum Propheta *Declaratio ſermonum, &c.* Addit *& per hanc*, id eſt per veram vocationem quæ iuxta D. Th. A. q. 113. a. 1. ad. 3. dicit auxilium Dei mouentis interius, & excitantis ad deſerendum peccatum, *quæſierunt intrare in vocationem vocantis*, ſin quod hic vocatio ſumitur pro *ſtatu*; qua acceptione Monachatus *vocatio* Monachi, & matrimonium *vocatio* dicitur coniugati: & hæc eſt inſtitutio ſecunda ſcilicet illuminatorum.

3. *Porro tertia, &c.* Conſonat Auguſtinus ſuper illud Pſ. 98. *Deus tu propicius fuiſti eis, & vlciſcens, &c.* Vbi notat Deum propitium pariter & punitorem ſe peccatoribus præſtitiſſe, vt eos per

Digitized by Google

Paraphraſis.

per labores & pœnas temporales ab omnibus culparum maculis expiaret. Et Iudith 8. dicitur. *Flagella Domini quibus quaſi ſerui corripimur, ad commendationem noſtram; & non ad perditionem eueniſſe credamus.* Et hæc eſt inſtitutio tertia. Quas omnes Antonius cum myſticis omnibus aſſignat.

47. **Indiſcretio in pœnitentia cauenda.**

4. *Sed puto quod, &c.* Therapeuticum gerit morem verus Therapeutarum ſucceſſor, de quibus Philo. *Huic vero inſtituto qui ſe addicunt non ex amore aut rogati faciunt, ſed amore correpti rerum cœleſtium, & quaſi diuino furore perciti, &c.* Conſule dicta libro ſecundo, capite duodecimo, numero quarto & decimo Agnoſcit neceſſitatem gratiæ vocantis, ibi: *Puto quod prius, &c.* Ne autem ad perfectionem à peccatis tranſeuntes pœnitentia dulcorati ad indiſcretam deueniant, *ponit eis modum, &c.* Adſtruit etiam gratiæ auxiliantis neceſſitatem & efficaciam, ibi: *prabet ei violentia compulſionem, &c.* Vbi *Violentia*, & *compulſio* non coactionem potentiæ, vel libertatis euerſionem, ſed infallibilitatē actus ſeu euentus liberi pœnitentiæ, ſiue corporalis, ſiue ſpiritualis importat, ex communi S. Scripturæ phraſi: Cant. 1. *Trahe me poſt te, &c.* & Luc. 14. *Exi in vias & ſepes, & compelle intrare.* Hæc autem compulſio Matth. 22. vocatio eſt; ibi *Ite ergò ad exitus viarum & quoſcumque inueneritis vocate, &c.* Tandem *Conatur dum* vtramque pœnitentiam coniungi: nam iuxta Apoſt. Tim. 4. *Exercitatio corporalis ad modicum vtilis eſt: pietas autem ad omnia, &c.*

48. **Deus pœnitentium deductor & moderator.**

5. *Spiritus quoque, &c.* Id eſt Deus vocans & auxilians in his quibus auxiliatur ſpiritus pœnitentiæ deductor efficitur, eumque tentat, ne forte amicitia ſeu amore creaturæ Deum & deſerat deductorem ſui, & retrorſum abeat. *Tum vero* Deus qui ſpiritus illius deductor eſt, *incipit, &c.* Vel ſi mauis: *Tum vero* Spiritus S. pœnitētis auxiliator, & deductor *incipit, &c.* Addit: *& vt ſanctificetur etiam ſenſus*; id eſt intellectus nomine *ſenſus* antonomaſtice ſignificatus, *diſtrictionem intermediam*, id eſt diſcretione moderatam *prabens, &c.* ſpiritus & carnis miſcentur fructus, & fiunt inſtrumenta pœnitendi, quæ fuerant arma peccandi, iuxta Apoſtolum Rom. 6. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra, &c.* Subdit: *Et adducit vnumquodque corporeum, &c.* id eſt vnamquamque corporis partem *ad priorem conditionem*, id eſt ad obediendum rationi ſicut in ſtatu iuſtitiæ originalis, in quo conditus eſt homo primus. Atque hoc pacto corpus totum eiuſque motus & partes ſubiacent ſenſui ideſt rationi, quæ ſuperior vtpotè portio inferiorem obculcat, & ſanctificat ſe à motibus corporis per ſegregationem ſpiritualem ab ipſis.

49. **Motus inordinatus corporis triplex.**

6. *Reor autem, &c.* Inſere hic Lector centonem à Pelagio latinitate donatum, quam dedimus num. 43. huius capitis. At nec ipſius tranſlatio obſcuritate vacat. Primum corporis motum corpori coniūctum dicit Saraſius: nec obſcuriùs Pelagio, qui *corpori conſperſum* appellat, & nolente animo non operantem. Quiquid autem de hoc ſit, ſermo eſt Antonio de inordinatis corporis motibus; quorum primus eſt à natura ipſa ex peccato primi parentis ad nos per originem transfuſo, ad bonum impotente, & ad malum prona, vt dicitur Geneſ. 8. Cætera

Textus.

5. *Spiritus quoque pœnitentia deductor efficitur in iſtis, & tentat eum in his, ne qua ſit in amicitia ad conuertendum forte retrorſum. Tum verò ille deductor ſpiritus incipit adaperire anima oculos ad pœnitentiam exhibendum; & vt ſanctificetur etiam ſenſus, diſtrictionem intermediam prabet, incipiens doceri à ſpiritu ſanctificare corporis, eſt anima pœnitentiam, ſenſu per ſpiritum edocto deducentem nos; ad illud anima, corporiſque agendum, qui ſanctificans omnia, ac diſtrictionem prabens; vt & carnis miſceatur fructus ad vniuerſa corporis naturalia, ex quibus tranſgreſſio fuit: & adducit vnumquodque corporum naturalium ad priorem conditionem, non habens aliquid alienum, aut hoſtile ſpiritus. Corpus ſiquidem redigitur ſub poteſtatem ſenſus, doctum à ſpiritu ſecundum eloquium Pauli obculco corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* 1. Cor. 9. *Quoniam verò ſenſus antea ſemetipſum ſanctificat in eſcis, & potationibus à ſopore, & ſemel, ac ſimpliciter iunctis motibus ſuis, quique & naturalem copulam ſegregauerat ſanctificationi propria.*

6. *Reor autèm tres corporis exiſtere motus; in ipſo enim eſt naturale corporis concretum illi; quod tamen non operatur, aut efficit aliquid ſine anima voluntate, niſi quod indicat in corpore ſolùm. Nam & alius motus exiſtit ex paſtu corporis multorum ciborum, ac potuum, ex quibus adinflatio ſanguinis orta per eſcas oppugnat totius anima corpus epularum ſumptione permotum. Ob hoc & Apoſtolus ait; Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Deinde Domino nuntiante diſcipulis ſuis in Euangelio dicitur, videte ne quando grauentur corda veſtra in* Epheſ. 5. *eſca, & potu ſiue delitiis. Inquirentibus præſertim menſuram ſanctificationis, debitum eſt iſtud afferre.* Luc. 21. *caſtigo corpus meum; & in ſeruitutem redigo. Tertius verò motus eſt ſpirituum malignorum tentantium per liuorem, ac volentium flaccidiores efficere eos, qui conantur ſanctificare ſemetipſos. Verumtamen ſi in iiſdem tribus modis ſuſtineat anima ſemetipſam teſtimoniis, quibus ſpiritus docuerit ſenſum, ſanctificabitur in vtroque ab illo languore triformi. Sin verò dimiſerit ſemetipſum ſenſus à teſtimoniis, quibus ſpiritus teſtificatur ei, tunc maligni ſpiritus ſuperſerunt congregationi corporis, & oppugnant illo motus, vſque dum anima fatigetur, & incipiat requirere vnde auxilium veniat, conuerſaque reprehendat ſpiritus teſtimonia, ac ſanetur. Tunc etiam ei dat, quod vnica ſit requies poſtulanda à Deo, & qui ſit pax eius.*

50. **Animalium motuum mortificatio.**

7. *Hac autem aſſerui ad pœnitendum in corpore, & anima; & qualiter oportet mundari eam: cùmque ſumpſerit tale certamen, tunc nuncia ſpiritus adſunt, & incipit diſcernere etiam ægritudines animales, qua accedunt & per proprias voluptates. Tunc ſiquidem erit participatio ſpiritus, cùm ſenſum per cuſtodiam mandatorum, qua ei tradidit; & docet curare eum omnem languorem propria anima; vnumquodque eorum diſcernens ei permixtione accepta in corpore, naturalium, ac reliquorum, qua ſunt peculiariter ei extra corpus à capite vſque ad pedes; propriam voluntatem permixtam habens in illis; & oculis quidem terminum; vt rectè & confidenter conſpiciatur, nihil vltra peregrinum gerentes. Deinde vt aures audiant in pace, nec oblectentur amplius obtrectationem, ac contumelias ſpiritales audire, ſed potius vt omnium e-*

ſectio

Digitized by Google

Textus..

rectionẽ & miſerationem inceſſuram, ora omni deſiderent poſſeſſione, quoniam in illis ægrotabat prius.

8. Deinde rurſus vt linguam propriam doceat ſanctitatem, quoniam huiuſmodi languor inſederat ei dudum, vt quibus ægrotabat, ex ipſis ſemper aliquid loqueretur, tradens lingua promenda organo vt potè extanti ſibi. Hic ergo languor abundantius magnificatus eſt illi, in hoc membro, quod eſt lingua. Vnde
Iac. 2. *& Iacobus Apoſt. teſtificatur. Si quis videtur religioſus eſſe, non reſtrenans propriam linguam, ſemetipſum fallit, & huius religio vana eſt. Idemque ait: Et lingua parua pars eſt, maculans totum corpus. Et alia multa, quæ non poſſum adiicere cuncta. Quod ſi præualuerit ſenſus ſumere à ſpiritu, ipſe prius ſanctificabitur, & tandem perſcrutans ſermones tradet quidem propria lingua: ſed nihil habentes*
Prou. 8. *paruum aut animæ voluntarium, per quæ verbum Salomonis implebitur dicentis. Mei ſermones dicti ſunt à Deo, nec eſt in illis aliquid paruum, aut*
Prou. 12. *perplexum. Idem rurſus in alio loco ait. Lingua ſapientium ſanat: & alia quamplurima.*

9. Deinde iterum manuum motus intra me ſi erant aliquando mota, in quibus non oportebat animæ voluptatibus; ſed nunc ei ſpiritus vnus terminat ſenſum, vt in ſanctitate, in orationibus, & miſericordiis moueantur, huiuſmodique opera perficiant:
Pſ. 140. *quin etiam in his illud eloquium compleatur, orationum cauſa prolatum. Eleuatio manuum mearum*
Prou. 12. *ſacrificium veſpertinum. Item Salomon. Et quia manus fortium ditantur.*

53. *10. Sicque poſtmodum vt ipſam eſcam ventris*
Ingluuies libidinis mater dæmonis arma. *& potum emundet, etiamſi ad ſatietatem eis vtatur; aut ſi aliquando in illis anima voluptas paululum in deſideriis fuerit; conſiderans quod nonnulli in ſatietate eſcæ, vel potus dæmonibus obtemperarint; de quibus ſpiritus per Dauid ait. Superbo oculo, & inſatiabili corde cum hoc non edebam. Nam & iſti*
Pſ. 100. *ſi iterum Domini inquiſierint ſanctitatem, etiam ſpiritus rurſus terminat eis eadem ſanctimonia, vt moderatè, & ſufficienter ad ſuſtentandum corpus vtantur, & vltra non habeant in eo concupiſcentiam,*
1. Cor 10. *aut voluptatem. Sicque eloquium Pauli complebitur dicentis. Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

54. *11. Deinde & his, quæ per cogitationem coitus*
Luxuria cũctis infeſtiſſima. *ſub aluo metitur, rurſus ſenſus ab ſpiritu doctus diſcretionem tribuit motibus eorum in ſupradictis tribus modis, & innititur ad ſanctificationem, auxiliatorem ſpiritum habens. Extinguitur etiam motus ille per virtutem ſpiritus pacificantis totum corpus, & perimentis totum illum motum. Vnde eſt illud eloquium, quod à Paulo prædictum eſt. Mor-*
Colos. 3. *tificantes membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, concupiſcentiam malam: & quæ deinceps.*

55. *12. Sic denuò pedes, qui licet aliquando non*
Animæ ægritudinum medela. *erant habentes incolumen greſſum, nec ſecundum Deum ambulabant, hos iterum ſenſus, qui ſub ſpiritus fuerit voluntate, ad pergendum miniſtrare operibus optimis cogit; vt immutatum corpus fiat ſub ſpiritus poteſtate. Sed æſtimo quòd talis habitatio iam acceperit etiam in hoc partem quandam ſpiritualis corporis, quam accepturа erat in reſurrectione Iuſtorum.*

13. Hæc verò dixi propter animæ ægritudines, quæ vſurpant permixtionem inter naturalia corporis: cum inde anima mouetur in illis, ſectatrix effecta malignorum ſpirituum, vt operentur in membris.

Paraphraſis.

apud Pelagium perſpicua ſunt. Addit. *Verumtamen ſi ſuſtineat anima ſemetipſam teſtimoniis, &c.* id eſt obſeruatione eorum teſtimoniorum, quibus Spiritus S. intellectum inſtruit, *ſanctificabitur, &c.* Tandem: *Tunc etiam ei dat,* ſcilicet Spiritus ſanctus ſcire & intelligere, *quod vnica ſit, &c.*

7. *Hæc autem aſſerui, &c.* Documenta tradidiſſe ait ad frugaliter pœnitendum corpore & anima, motuſque ſupradictus corporis naturales cohibendos. Tranſit nunc ad mortificationem animalium, quos *extra corpus* appellat propter maiorẽ, licet non omnimodam eorum immaterialitatem, ibi: *Tum ſiquidem, &c.* atque omnibus pulchrè conſonat Bernardus de Conuerſ. ad Cleric. cap. 8. *Non eſt in me ſanitas à planta pedis vſque ad verticem. Itaque fauces, & quæ obſcœna ſunt corporis, aſſignata ſunt voluptati curioſitati pes vagus, & indiſciplinatus oculus famulantur. At vanitati quidem aures & lingua ſeruiunt, porro manus ipſæ quibus eſt vndique motus, modo vanitati, modo curioſitati, modo voluptati ſedulum ſatis exhibent famulatum.* Horum autem languorum curationem in mandatorum cuſtodia conſtituit Antonius.

8. *Deinde rurſus, &c.* Solertet admodum notat organo linguæ ea quibus ægrotamus neceſſario depromi, niſi ſpiritus loquenda tradiderit. Vnde Bernard. de inter. domo cap. 43. *Mores* (inquit) *hominis lingua pandit, & qualis ſermo oſtenditur, talis animus comprobatur; quia ex abundantia cordis os loquitur.* Et ſerm. de Triplici cuſtodia. *Modicum membrum lingua eſt, ſed niſi caueas, magnum malum: tenuis, & lata, aptiſſimum vacuandis cordibus inſtrumentum.* Addit: *Quod ſi præualuerit ſenſus,* id eſt ratio quæ per antonomaſiam ſenſus animæ eſt: de quo n. 5. huius Epiſt. 51. Lingua cordis ſecreta depromit.

9. *Deinde iterum, &c.* opera in vniuerſum tam interna quam externa nemini dubium eſt ſignificari per manus, per peccatum ad virtutum opera languidas, ſtupidas, & emortuas, ac ſola Dei gratia ſanas, atque expeditas. De quibus Chryſoſt. ſer. 32. ſuper illud Marc. 3. *Erat homo habens manum aridam:* Vbi: *Aruerat* (inquit) *manus hominis, magis ſtupore fidei, quam ſiccitate neruorum. Dixit illi Dominus: Extende manum tuam, & extendit: Eam in opera pietatis extendat, relaxet, & in miſericordia, in eleemoſynis porrigat.* 52. Manus hominum ad bona opera languidæ.

10. *Sicque poſtmodum, &c.* Ingluuiem vehementer taxat libidinis matrem, dæmonis arma: de qua pulchrè D. Greg. 3. parte paſtor. cap. 20. *Homines plerunque edacitas vſque ad luxuriam pertrahit, quia dum ſatietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Vnde & hoſti callido, qui primi hominis ſenſum in concupiſcentia pomi aperuit, ſed in peccati laqueo ſtrinxit, diuina voce dicitur: Pectore, & ventre repes. Ac ſi apertè diceret; cogitatione, & ingluuie ſuper humana corda dominaberis.*

11. *Deinde & his, &c.* Saturitatis pediſſequã inſectatur luxuriam, Dei auxilio, & carnis maceratione perimendam: de quà Bernardus cap. 26. de inter. domo. *Quid ſi pudibunde illa (velato ſemper nomine appellantur à pudicis & caſtis labiis) motu inordinato rempublicam infeſtauerint? Certe abſcindantur, non ferro, ſed ieiunio, nõ detruncatione, ſed mortificatione.* Et cap. 29. *Reuera difficile eſt libidinis incendia extinguere: impuberes ſtimulat, iuuenes inflammat, viros eneruat, ſenes & decrepitos fatigat. Adiuua me Domine Deus meus vt huic tam peſtifero & mortifero vitio reſiſtere poſſim.*

12. Sic

Paraphraſis.

12. *Sic denuo poteſt, &c.* Fragmenti huius, atque totius ferè epiſtolæ doctrinam de languorum animæ curatione accipè lector ab incerto autore ſermonis 3. de Natiuit. eorum quæ ad calcem operum Bernardi reiiciuntur: *cohibete* (inquit) *extollentiam ab oculis, loquacitatem à lingua, crudelitatem à manibus, voluptatem à lumbis, pedes ab itinere non recto, & venite, & arguite Deum, ſi non deſcenderit ad vos, &c.* Concludit: *ſed æſtimo, &c.* Cohibitis inordinatis motibus, tam naturalibus, quam animalibus, *corpus ſpirituale* reſurgere inquit iuxta Apoſt. 1. Cor. 15. partemque accepturum in reſurectione iuſtorum, quæ vt inquit D. Th in 4. diſt. 44. q. 3. a. 4. c. non eſt futura in vita animali.

56. Aliæ animi ægritudines. 13. *Hac vero dixi, &c.* En Epiſtolæ totius ſcopum n. 1 annotatum, animi ſcilicet ægritudines aperire, diſcernere, eiſque mederi. Ad alias autem breuiter tranſitum facit, quas extra corpus etiam appellat; & quidem potiori iure: nam ſuperbia, iactantia, inflatio, odium inuidia, & aliæ huiuſmodi, ęgritudines ſpirituales ſũt, quę in ſuperiori animæ parte cõſũmãtur. *Propter qua aduerſary, &c.* Vbi nota cũ Margarino dæmones impedire pœnitentiã. Cætera ex ſupradictis perſpicua ſunt.

Textus.

Sed etiam prædixi, vt habeat propriè etiam ipſa diſcretionem horum. Nam ſuperbia languor eſt eius, & corporis iactantia; idem ægritudo eſt ei extra corpus: Item inflatio, odium, inuidia, ira atque puſillanimitas, impatientia quoque, ac reliquæ, minutiæ horum. Quod ſi vero crediderit ſe Deo ex toto corde, tunc benignus Deus tribuit ei ſpiritum pænitentiæ, & teſtificatur illi, vt de vnoquoque languore pæniteat: propter quæ aduerſary prohibent, eum tentantes vſurpare ſibi, nec ſinunt pæniteri obediens, hortantem ſe ſpiritum ad pænitendum, Creator quoque illius miſerationis viſceribus motus, ſupra labores eius, quibus in egeſtatibus corporeis, id eſt Ieiunijs plurimis, in vigilijs in meditationibus multis, in Verbo Dei, ac precibus largis, vel in abdicationibus mundanis, in humilitate, in paupertate ſpiritus, in quibus cunctis ſuſtinentem Deus benignus aſpiciens, & conſiderans; & patientiam eius in tentationibus perdurantem miſerans adiuuabit eum.

EPISTOLA SECVNDA AD ARSINOITAS.

Paraphraſis.

1. ANtonius omnibus, &c. Expertus Magnus Antonius dæmonum verſutias, atque decipulas, quibus Dei athletas perdere inceſſanter conantur, hoſtium laqueos fidelibus monſtrare intendit in hac Epiſtola: Deique potentiam prædicat in verbo incarnato pro ſalute noſtra, cuius ſapientia laqueus contritus eſt, nos liberati ſumus; ac tandem vincendum victoria noſtri, virtutumque exercitio. Scribit autem Apoſtoli more non quidem iam ad fratres ſuos tantum, ſed ad vniuerſam Paræciam, & viciniam Arſinoe vrbis. *In generatione veſtra* ſcilicet ſpirituali, iuxta Apoſtolum 1. Corinth. 4. *In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.* Laudat etiam Arſinoitarum religionem, eo quod eum percontaſſe videntur de cõgnatione *ſpiritualis extantiæ*, id eſt de eminentia & perfectione ſpiritualis hominis, & quo pacto anima deciderit in confuſionem peccati originalis à Protoparente Adamo in omnes homines corporea generatione transfuſum.

57. Epiſtolæ intentum.

2. *Igitur quando ſubſtantia, &c.* Vbi aduerbium *quando* coniunctio cauſalis eſt, vt apud Terentium in Adelph. *Quando* (id eſt quoniam) *conſcia ſum à me hanc culpam eſſe procul, &c.* Et ſenſus eſt. Quoniam ſubſtantia, id eſt anima, immortalis exiſtit, non corrumpenda ad corporis corruptionem: *hanc ob cauſam Deus eandem* peccati originalis *plagam irremediabilem* viribus hominum *aſpiciens, &c.* Subdit: *Et Moyſes quidem, &c.* Nec Moyſes quidem *ædificium domus*, id eſt redemptionis opus perficere potuit. Quapropter *& omnis ſanctorum* Prophetarum & Patriarcharum Veteris Teſtamenti *Chorus periit.* Verbi Diuini Incarnationem, qui ſolus ſanare potuit originalis Peccati enormem plagam, & opus redemptionis hominum perficere, factus homo.

59. Qualiter obediendum. 3. *Quamobrem dilectiſſimi, &c.* Scitè admodum loquitur de Incarnationis myſterio. *Pro noſtra* (inquit) *ſtultitia elegit ſtulta*, id eſt carnis aſſumptionem, *gentibus quidam ſtultitiam* 1. Cor. 1. *Ergo quia in omnibus, &c.* obedientiam nobis vſque ad mortem commendat Chriſti D. exemplo, qui pro nobis factus eſt obediens vſque ad mortem

Textus.

1. A*Ntonius omnibus dilectiſſimis, qui ſunt in Arſinoite, & in parocchia eius, vel qui cum illis, in Domino ſalutem.*

Vniuerſos vos paratos abire ad Deum ſaluto in Domino chariſſimi à minori vſque ad ad maximum, & à maſculis vſque ad fœminas. O filij Iſraëlitæ ſecundum ſenſualem veſtram extantiam. Verè etenim, filioli, grandis nobis in generatione veſtra promiſſio. Decebat quippe vos propter eum qui viſitationem veſtri fecit nequaquam fatigari certantes; donec voſmetipſos offerretis ſacrificium Deo in omni ſanctimonia, ſine qua nemo poterit hæreditare Deum. Nam pro certo, chariſſimi, magnum eſt vobis iſtud, vt percontemini de cognatione ſpiritualis extantiæ, in qua non eſt maſculus, neque fœmina; ſed ſubſtantia tantum immortalis exiſtit habens quidem principium, finem verò nequaquam: debitumque vobis erat cognoſcere, & de eo quomodo omnino acciderit in tantam humilitatem, & in confuſionem eximiam, quæ pertranſiens in omnibus vobis aduenit.

2. *Igitur quando ſubſtantia immortalis exiſtit,* 58. Incarnatio Verbi ad redemptionem neceſſaria.
non conſoluenda corporibus: hanc ob cauſam Deus eãdem plagam aſpiciens irremediabilem effectam; & quia magnificata eſſet vehementer; per ſuam indulgentiam viſitationem eorum faciens propter propriam bonitatem, poſt aliquantum temporis, legem poſuit eis: vnde & operatus eſt per Moyſem, præbendo legem. Et Moyſes quidem fundauit eis veritatis domum, Exod. 31.
curare volens eandem validam plagam. Sed perficere nequiuit ædificium domus; in ſuper autem & omnis Sanctorum chorus collectus in vnum, petiit Patris bonitatem de ſalutari noſtro, vt calcaret in terris pro noſtra cunctorum ſalute. Ipſo vt potè extante noſtro magno, & fideli Pontifice, ac medico vero, qui ſolus ſanare poteſt hanc enormem plagam: vnde & voluntate Patris exinaniuit ſemetipſum Philipp. 2 *propria* Philipp. 2.
gloria; Deuſque exiſtens, formam ſerui aſſumpſit, tradensſe propter noſtra peccata. Et delicta quidem noſtra humiliauerũt eum, ſed liuore eius ſanati ſumus. Iſai. 53.

3. *Quamobrem, dilectiſſimi filioli in Domino, ſcire vos volo; quòd pro noſtra ſtultitia elegit ſtulta, & pro* 1. Cor. 1.
noſtra infirmitate formam infirmitatis aſſumpſit. Ob quę noſtrã pauperiẽ effectus eſt pauper, & ob noſtram

Digitized by Google

Textus.

1 Cor. 1. 8.

mortem ſi ſiguram induit mortis. Ergo quia in his omnibus ſuſtinuit propter nos, verè dico, dilectiſſimi in Domino) quia non debemus dare ſomnum oculis noſtris, neque palpebris noſtris dormitationem. Poſtulantes, ac perurgentes Dei patris inæſtimabilem bonitatem, vſquequo egrediatur nobiſcum; & in hoc requiem habeamus aduentus ſui atque virtutis, vt obſequantur ſanctis, qui nos excolere feſtinant tempore negligentiæ noſtræ alacritatem animorum dantes ei, ad iuuandum nos in tempore tribulationis noſtræ. Tunc enim ſeminans pariter cum metente gaudebit.

Pſ. 125.

Pſ. 125.

4. Noſſe etiam vos cupio (filioli) quàm plurimum dolorem meum, quem habeo pro vobis, aſpiciens grandem illam confuſionem, quæ ſuper vniuerſos aduenit; & conſiderans multum illum laborem proprij conditoris; omneſque malitias parui pendentes, nec non & diſcipulas diaboli, & angelorum eius inſidiantium iuges ad perditionem noſtram: Quoniam enim portio eorum in infernum habet ire, idcirco & illi volunt noſtrum quoque excidium vnà ſecum attrahere, verè igitur (chariſſimi in Domino) ſicut prudentibus loquor, vt cognoſcatis cunctas opificis noſtri diſpenſationes pro nobis factas, quæ & viſitationem noſtri faciunt, per manifeſta, & occulta præconia.

61. Dæmonum malitia manifeſtæ.

5. Nos ſumus rationabiles nuncupati, ſed gerimus irrationabilem ſenſum, dum ignoramus occultas calliditates, & artes diaboli multiformes quæ ſint, qualeſque noſcantur. Quando enim comperérint conari vos confuſionem noſtram cognoſcere, & quod quæramus modum efficaciæ illorum operantes in nobis, & noti tantum, vt odiamus malitiis eorum, aut hortamentis, quæ diſſeminant in cordibus noſtris; ſed & ne quam plurimi noſtrorum profiteantur ſtudia eorum, ipſi quoque cognoſcentes indulgentiam Conditoris, quod mors his fiat in terris, illis verò ſit præparatam hæreditate gehennam, propter negligentiam ſuam.

62. Dæmonum malignitas.

6. Scire autem vos volo (filioli quòd non deſino obſecrans pro vobis Deum, vt vobis oculos cordis veſtri, ad peruidendum crebrius occultam malignitatem eorum, quam per ſingula ſupra nos effundunt, in iſto nunc tempore aperiat. Quæſo etiam vt concedat vobis ſcientiæ cor, ac diſcretionis ſpiritum præſtet, vt poſſitis offerre proprium cor, hoſtiam ſanctam, in conſpectu Patris in multa ſanctitate, & ſine quærela. Verè enim (Filioli) inuident nobis per omnem horam in quo maligno conſilio, & perſecutione quam plurima, & malitia ſua, nec non ſpiritibus erroris, ſiue cogitationibus blaſphemis, infidelitatibus, noſtris quoque, quæ ſeminantur ab ipſis, in cordibus; ac doloribus multis, quæ irrogant nobis per omnem horam: Animi etiam defectionibus, in quibus per ſingula labefacere animum non deſiſtunt; in vniuerſis quoque iracundiis ſuis, & obtrectationibus, quas docent nos habere, & aduerſus alterutrum; & vt iuſtificemus noſmetipſos in his, quæ facimus; & condemnationem, quæ ſeminatur ab ipſis in mentibus noſtris, etiam cum exiſtimus ſingulares: Cumque faciunt nos proximum iudicare, nec tamen ipſo extante nobiſcum; præſumptionibus ſiquidem, quas ingerunt cordibus noſtris; in ſuperbia duri cordis extantes, & inuicem ſpernentes; amaritudinem habentes; omni hora vituperantes alterutrum, & non noſmetipſos; opinantes laborem noſtrum & propria conſtare virtute; iudices exiſtentes manifeſtorum; totam intra domum noſtram inuitante latrone; & in iurgiis atque ſimultatibus, aduerſuſque alterutrum affectibus, donec ſermonem proprium conſtare faciamus, vt pareamus in conſpectu noſtro iuſtificati, animoſitatem nobis præbentes, ac facientes ſtudia, quæ tamen impoſſibile eſt geri: intempeſtiue enim facientes nos reſolui, ob id quod ſumus ex illo, quod emolumenti eſt nobis?

Rom. 12.

Concilia.

Paraphraſis.

crucis. *Et in hoc requiem habeamus, &c.* Et quidem erudite requiem in obedientia conſtituit, quæ (vt elegantiſſimè Caſſianus grad. 4. *eſt vita ſine ſollicitudine, nauigatio ſine damno iter facere dormiendo ſub onere aliis impoſito, & ſuper aliorum vlnas ne mergaris natare:* ſuper vlnas ſcilicet *ſanctorum*, id eſt Prælatorum, *qui nos excolere, &c.* Alacritatem autem exigit in animis obedientium, quia iuxta Bernardum ſer. de obedientia, *ſerenitas in vultu, dulcedo in ſermonibus, multum colorat obedientiam obſequentis. Quis enim locus obedientiæ, vbi triſtitiæ cernitur ægritudo?* Arma tandem obedientiæ aduerſus diaboli commendat incurſus, quos ſtatim refert, & quidem nulla fortiora, neque enim ſine militum obedientia aut caſtra locantur, aut acies ordinatur, aut prælium initur.

4. *Noſſe etiam,* Doler originalis peccati vicem & confuſionem, atque Conditoris mundi pro illius redemptione toleratos labores. Gratulatur etiam diuinæ gratiæ auxilia, quibus diſpenſante opifice noſtro, tum manifeſtis ſcripturis, tum inſpirationum occultis præconiis dæmoniis decipulas parui pendere poſſumus. *Inſidiantium iuges, &c.* Pro iugiter ad perditionem noſtram; Nam vt notat Bernardus ſer. 7. in Pſ. Qui hab. *Dæmones quidem ſuperna nobis & æterna inuidere noſcuntur, non tamen vt ſibi cedant quod irreparabiliter amiſerunt, ſed ne illuc pauper de puluere ſuſcitatus accedat, vnde ipſi reparabiliter ceciderũt. Indignatio, & liuore tabeſcit obſtinata malignitas, humanã fragilitatẽ obtinere, quod retinere ipſa non meruit. Patimur autem ab his qui in infernum habent ire & nondum in inferno ſunt detruſi.* de quibus ipſe ib. ſerm. 11. *Dæmones* (inquit) *in pendulo huius aëris vagi, ventoſque vagantur:* & Antonius ipſe ſupra n. 24. huius cap. 60. Dæmonum inuidia.

5. *Nos ſumus, &c.* Manifeſtas eſſe docet his qui ſpiritu Dei aguntur dæmonũ calliditates, quantũuis in occulto ſagittent rectos corde: ac proinde, etiamſi intellectu præditi, irrationabilem gerimus ſenſum eas ignorantes iuxta Apoſt. 2. Cor. 1. *Vt nõ circumueniamur à Sathana: nõ enim ignoramus cogitationes eius.* Vnde Bern. ſer. 11. in Pſ. Qui hab. *Conſiderate* (inquit) *viarum dæmonis principia, ſi non manifeſtè in immaniſſimam ſtatim præſumptionem proſilierit, dicens ſedebo in monte teſtamenti, &c.*

6. *Scire autem, &c.* Breui equidem, grauique compendio nocendi artes complectitur quibus animo hoſtis carnis adiutorio confiſus, ac fœdere cum ipſa inito, nunc quidem apertè, nunc vero occultè animam ſubuertere tentat. His affinis eſt Bern. meditatio c. 15 ſuarum, vbi hæc habet: *Huic* (carni) *accedit diabolus, hanc adiuuat, hac vtitur tortuoſus ille ſerpens hoſtis humani generis, cui nullum aliud eſt deſiderium, nullum negotium, nullum ſtudiũ, niſi perdere animas noſtras. Hic eſt qui iugiter malũ machinarũ, argutè loquitur, artificiosè ſuggerit, callidè decipit, illicitos motus inſufflat, & venenatus cogitationes inflammat, mouet bella, nutrit odia, incitat gulã, mouet libidinem, deſideria carnis inſtigat & peccati occaſiones parat, & mille nocendi artibus corde hominum pulſare non ceſſat.* Idem ad verbum repetit ſer. 5. in Quadras. Vide Antonium ipſũ n. 26. & 29. huius cap. *In ſuo maligno concilio, &c.* Vide D. Gregorium l. 3. Dialog c. 7. vbi plura de Concione dæmonum coram Iudæo habita, & D. Th. 1 p q. 109. ar. 2. ad 2. vbi notat, quod dæmones non diligunt ſe inuicem, licet concordiam habeant in malo. *Et aduerſus alterutrum, &c.* Vnde Auguſt. de Verbis Domini c. 2. *Spiritus auaritiæ, & ſpiritus luxuriæ diuiſi ſunt aduerſum ſe, & ambo pertinent ad regnum diaboli. Apud idolorum cultores ſpiritus Iunonis, &* Pugna alterutrum.

ſpiritus

Digitized by Google

Paraphraſis.

ſpiritus Herculis diuiſi ſunt aduerſum ſe, & ambo pertinent ad regnũ diaboli: Pluraq; ibi ad rem exẽpla proſequitur. *Sibimet in famulos, &c.* Non quia ipſe diabolus dominus eſt mũdi huius, vt inquit Aug. l. de Agone Chriſtiano c. 1. *ſed Princeps cupiditatum earũ, quibus cõcupiſcitur omne quod tranſit: vt ei ſubiaceant qui negligunt Deum.* Sequitur: *Quorũ tempus, &c.* de quo late & luculenter Auguſt. c. 20. de Ciuit. c. 8. Vbi inter alia de alligatione & ſolutione dæmonum: *Tunc* (inquit) *ſoluetur, quãdo & breue tempus erit. Nam tribus annis & ſex menſibus legitur totis ſuis, ſuorumque viribus ſæuiturus.* Nunc autẽ, etiamſi à diabolo multa quotidie patiamur, alligatus tamen eſt, quia non permittitur totam ſuã malignitatẽ exercẽre: *Quod ſi permitteretur* (inquit Aug. ib.) *in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum, plures fideles deiiceret, & ne crederent, impediret.* Attamen etiam ſi modo alligatus ſit, *tunc* ideſt hora mortis, in qua corpus relinquimus, eiuſque fit reſolutio, *maligna opera, quæ gerebamus* in vita, reuelat. Quod optimè notauit D. Greg. lib. 22. Moral. c. 16. vbi: *Sciendum* (inquit) *quod plerumq;* (diabolus) *eis quos cœperit tunc grauiores culpas ingerit, cum præſentis vitæ termino illos propinquare cognoſcit; & quo ſe confirmaturum tentationem conſiderat, eo eis iniquitatum pondera grauiora coacerbat.* Tandem: *Propter quod, &c.* ad auxilium Dei noſtri, qui bene ſe nobiſcum habet, in diſcrimine tanto recurrendum monet.

Hora mortis vehementius ſæuiunt.

63. 7. *Vere etenim dico, &c.* Nota, corpus hoc mortale ex natura rei in adiutorium nobis animæ datum. Dæmonis autẽ nequitia in perditionem, exiſtere. Hinc ſapientiſſimè Bernardus à loco cit. ſubdit. *Hinc eſt quod* (diabolus) *baculo noſtro nos cedit, & manus noſtras proprio cingulo ligat: vt caro quæ data eſt nobis in adiutorium, fiat nobis in ruinam & in ſcandalum.* Subdit. *In eo quod agit iuſtificans ſemetipſum, &c.* Nota dæmonum fraudem vt animas illudat. *Quid autem* (inquit Bern. ſerm. 6. in Pſ. Qui hab.) *aduerſus alios faciat* (diabolus) *quos videt omnimodo diligere iuſtitiã, & odiſſe iniquitatem? Quid niſi vt iniquitatẽ palliet virtutis imagine? Quos enim perfectos boni nouerit amatores, malum eis ſub ſpecie boni, non mediocris, ſed perfecti, perſuadere conatur.* Addit Antonius. *Præualebunt autem* dęmones *aduerſum huiuſmodi, &c.* Remedium ſapienter adhibet cõtra illuſionũ pericula à myſticis omnibus laudatum, & à B. P. Benedicto c. 7. Reg. gradu 5. humil. mutuatum: *ſi omnes,* inquit, *cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala a ſe abſcondite cõmiſſa Abbati nõ celauerit ſuo.* Vnde Bern. c. 14. Medit. *Magis timeo malum quod facio in abſcondito, quam quod in aperto. Malum namq; quod nemo videt nullus reprehendit, & vbi non timetur reprehenſor, ſecurus accedit tentator & facilius perpetrat iniquitates.* Cætera ſatis explicat Antonius ipſe ſerm. ſup. adducto. n. 30. huius cap.

Caro noſtra dæmoni inſtrumentum nocendi.

8. *Nunc itaque, &c.* De his vide Antonium ipſum n. 31. & 32. huius c. vbi pulchrè dæmonũ probat imbecillitatem, melioríque ſtudio verſipellis irridet vires: nullatenuſque cum eo formidandum, inquit, eſſe congreſſum.

9. *Quoniam igitur, &c.* Catholicam veritatem de vnitate Dei & conditione ſpirituum omnium ab eo luculenter tradit. Aperit etiam Theologicè ſatis malorum inter ſe differentiam per diuerſitatem receſſus à Deo, diſparique in nocendo nequitia: de
65. qua idem Antonius in ſermone ſuo n. 24. huius c. Ex parte etiam nominum ipſorũ diſcrimen inter bonos & malos aſſignat ibi. *Hæc autẽ eis nomina, &c.* Vbi nota ex D. Th. ep. q. 63. a. 7. ad 1. & 9. ad 3.

Dæmonum diuerſitas.

Textus.

Propter quæ ridere nos faciunt tempore fletus, & flere tempore riſus: & (vt ſemel, atque ſimpliciter dixerim) tranſponunt ſemper in reclamia in aliis quamplurimis erroribus, per omnia noſmetipſos ſibimet in famulos redigerunt, quorum tempus non eſt in propatulo fieri modo. Cumque vero his omnibus corda noſtra repleuerint, & inebriati fuerimus illis, tunc indulget Deus quandiu gerit malitia noſtra; ac de reliquo viſitationem noſtri faciẽs, repollutione grauiſſimi corporis huius, relinquentibus illud tunc maligna, opera, quæ gerebamus malè, reuelat nobis in corpore pœna expoſito, quod induti fuerimus per negligentiam conditoris. Tunc enim fiunt nouiſſima noſtra peiora prioribus. Propter quod nolite affligi, obſecrantes benignitatẽ Patris, vt ſemper poſſitis habere vobiſcum adiutorium, doceatque vos cognitionem ſui, qui ſe benè habet. Verè etenim dico vobis (nati mei) quia vas iſtud, in quo ſumus inhabitantes, in perditionem nobis exiſtit, & domus eſt plena bellis. Pro certo (filioli) dico vobis, quòd omnis homo illectus in voluptatibus ſuis, & proſtratus à cogitationibus propriis complexuſque à maligno, ſeminauit id corde, qui congaudet eis, & recipit ſenſu veluti magna exiſtentia ſacramenta, in eo, quod agit iuſtificans ſemetipſum. Huiuſmodi anima coexiſtit malignis ſpiritibus cõſiliatrix in malum; corpus quoque illius cuſtodia eſt horrendorum arcanorum; quæ occultat in ſemetipſo. Præualebunt autem aduerſus huiuſmodi, quoniam non traduxit eos coram omnibus. At nunquid & ipſi neſcitis, quod non huiuſmodi capturas habeant, quas non cognoſcentes proculdubio fugiamus? Cæterum etſi quæſieris, non inuenies peccatum eorum, neque iniquitatem corporaliter manifeſtam. Corpus enim eſt animæ recipiens malignitatẽ eorum, quã cum ſuſceperit, tũc ſi velit in propatulo punit, per corpus iſtud, in quo ſumus in habitantes.

Luc. 11.

Illuſionum remedium.

8. Nunc itaque (filioli) non demus & locum vllum, alioquim nobiſmet excitabimus iram, & illi permiſcentur in domibus noſtris, irridentes nos; quoniam hic nouerunt, quod perditionis eſt noſtra, quæ tamen & ipſa de proximo conſiſtit, ſicut & vita de propè. Quis enim inquam Deum aſpexit, vt videns cõgauderet ei de re tanta apud ſemetipſum, ne forte aufugeret eum, ſed vt adiudicaret etiam veluti habitanti in hoc pondere tanto? Aut quis aliquando aſpexit diabolum oppugnantem nos, & prohibentem beneficia adipiſci aduerſantem nobis, & ſtantem in loco corporali ſecreto, vt præuidens fugeret ab ipſo? ſed illi quidem habitant in occulto: nos autẽ propalamus eos per ſtudia meliora. 64.

Dæmonium diuerſitas ex natura & nomine.

9. Quoniam igitur ex vno Creatore ſunt omnes ſecundum ſenſualem extantiam eorum: infugiendo verò eos à Deo & multa diuerſitas eſt in illis, effecta ob diuerſas operationes ipſorum, id circo autẽ omnia hæc nomina adiecta ſunt illis propter vniuſcuiuſque eorũ operationem. Ideo & nunc quidam ipſorum vocantur Archangeli, alii ſedes, & dominationes, & Poteſtates, & Cherubin. Hæc autem eis nomina ſunt addita, pro eo quòd conditoris proprij cuſtodierũt voluntatẽ. Item ob crimen aliorũ motuũ, neceſſario fuit nominari etiã iſtos, propter malignas adinuentiones ipſorũ, diabolũ, & ſathanã. Porro alii nuncupati ſunt dæmones, ſpirituſq; maligni, etiã immũdi flatus erroris, & Principes quoq; ſæculi huius, aliaq; cõplures in eis aduerſitates exiſtũt.

10. Rurſum verò & in his, qui obuiauerũt ſibi in grauiſſimo corpore iſto, in quo & ſumus inhabitãtes, & ipſi etiã nũcupati ſunt. Quidã enim. Patriarchæ, alij verò Prophetæ, & leges ac Sacerdotes; nonnulli Iudices, & Apoſtoli, atq; alij multi electi effati proter egregium motũ ſuum. Vniuerſa autẽ hæc nomina aſcita ſunt eis, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, ob diuerſitates operationis eorũ, & iuxta principatũ ipſorũ: quia ex vno sũt omnes. Proprerea ergo quicunque in proximum peccauerit,

Textus.

in ſemetipſo delinquit : qui & maledicit proximo, ſe-
metipſum efficit malum. Itidem qui benefecerit pro-
ximo, ſibimet hoc facit : ſin verò quis , qui aliquan-
do peccare potuerit in Deum , vel quis eſt , qui eum
vnquam reficere queat ? Quis vero erat, qui ei mini-
ſtrauerit aliquando , aut qui benedicat eum vnquam
vt opus habeat benedictione eius? Quis enim potuit
honorare illum, vt ipſe honorandus exiſtit , vel quis
eſt, qui valeat exaltare eũ, ſicut excelſus habetur? qua-
mobrem dũ ſumus veſtiti grauiſſimo corpore iſto, alie-
no inuitamento ſuſcitemus Deũ in nobis; vt hoc agen-
tes commendemus illam circa nos bonorum viſcerum
eſſentiam. Non autem ſimus nos metipſos amantes; ſin
minus illorum inconſtantis portionis erimus. Nã qui
cognouerit ſemetipſum, vniuerſos cognouit. Ideo &
Sap. 1. *ſcriptum eſt. Qui vocauit ex nihilo vt eſſent cuncta.*
Hoc autem dicentem ſignificat de ſenſuali natura,
quæ occulta eſt in hoc corruptibili corpore extante in
principio increpanda ab eo. Aut qui potuerit diligere
ſemetipſum, nihilominus diliget omnes.

11. *Chariſſimi filioli mei, quæſo vos, vt non laboretis,*
neq; fatigemini inuicem diligentes; ſed tollite corpus,
quod eſtis induti, & facite illud altare ſuperponentes
Heb. 11. *deſuper omnem deliberationẽ veſtram; omnemq; mali-*
67. *gnum inſtructum relinquite conſpectu Domini. Extol-*
lite manus cordis veſtri ad eum, id eſt ſenſus agendo-
rum; & precamini Deum, vt donet nobis illum inuiſi-
bilẽ, & magnum ignem, qui deſcendens cælitus come-
dat Altare, & omnia, quæ in eo ſunt; vniuerſiq; Sacer-
dos Baalim, qui quidem exiſtunt operationis aduerſæ,
meant fugientes à facie veſtra , quemadmodum Elias
Propheta : tam demum videbitis veſtigium hominis
3. Reg. 18. *in mari, adducens ſpecialem imbrem, quod eſt Para-*
cleti ſpiritus conſolatio.

12. *Dilectiſſimi mei Nati in Domino filij Iſraëlitæ,*
ſanctiſſimi, non opus eſt beatificari corporum noſtrorũ
vocabula tranſitura; neq; enim ignoratis charitatem ;
68. *quam habeo in vobis, quia non eſt charitas corporalis,*
Virtus abſcondenda. *ſed ſpiritualis, & amans Deum. Dilecti in hoc & re-*
pleor, quod beatitudo nobis facta ſit in tempore iſto.
Sermo igitur vobis exiſtat index: ac nõ æſtimetis per-
fectum veſtrum inſtitutum. Quod eſt ergo obſequium
Dei, noſtram in tantum operationem exiſtere? ſed eſt
virtus quædam cooperans vobis. Certantes itaq; vos
ipſos offerre hoſtiam Deo, continuò præbere cooperanti
vobis virtuti, & requiem Chriſti Ieſu; quoniam vnita
eſt vniuerſo Sanctorum choro ; ſed & mihi deterrimo
habitanti in hac lutea, & tenebroſa domo; quam enim
ob cauſam differerem vobis niſi vt requiem exhiberẽ ?
Vnde & obſecro , vt quia omnes creati ſumus vnius
ſubſtantiæ inuiſibilis, & initium ſine fine, vnicè diliga-
mus alterutrum. Quotquot enim cognouerint ſemet-
ipſos, cognoſcẽt, quod vnius ſubſtantiæ immortalis exi-
ſtunt. Sine quòd volo , quòd Ieſus Chriſtus Dominus
noſter ipſe Patris verus eſt ſenſus, in quo omnis pleni-
tudo totius naturæ rationalis effecta eſt; eorum maxi-
1. Cor. 6. ib. *mè, qui ſunt imagines effecti Caput totius creaturæ, &*
Ibid. 12. *corpus Eccleſiæ. Nam & idcirco nos omnes membra*
Epheſ. 1. *ſumus in alterutrum , & corpus Chriſti. Nec poteſt*
dicere caput pedibus: nõ vos habeo opus, ſed ſi patitur
vnum membrum totum corpus mouetur cum eo , &
patitur. Alienatorũ vero mẽbrorũ, corporiſq; propria
non ſunt capiti ſociata, ſed fœditati dedita, & propter
proprias libidinũ paſſiones, irremediabilis eorũ effecta
eſt plaga: quia obliuionem acceperunt principij, atque
finis; in quo & creaturarũ Genitor viſceribus motus,
pro plaga noſtra, quæ ſanari non poterat à nullo crea-
turarum, niſi per ſolam ipſius bonitatem , miſit vnige-
Gal. 4. *nitum nobis; vt per ſeruitutem noſtram ſeruitutis aſ-*
ſumeret formam, Traderetque ſe pro peccatis noſtris,
Iſai. 53. *& peccata quidem noſtra humiliauerunt eum , ſed*

Paraphraſis.

& q. 209. a. 1. ad 3. Nomina quidẽ aliquorũ ordinũ
Angelorum eſſe in dæmonibus : nunquam ta-
men *Seraphin, Thronos*, vel *Dominationes* appella-
ri , *Item ob crimen, &c.* Specialius ex diuerſis mo-
dis fugiendi & recedendi à Deo nobiſque nocen-
di dæmonum naturas nominaque diſtinguit. Con-
ſule. D. Gregor. lib. 33. in Iob. c. 14. circa nomi- Nomina varia.
na. *Behemoth, leuiachan, auis, bellua iumentum, dra-*
cho, ſerpens : & Hieronymum ſuper Iſai. c. 27. &
Amos 5. de nominibus *Belial, apoſtata , aſpis, baſi-*
liſcus, ſcorpio, leo, coluber, rurſus, &c. 66.

10. *Rurſum verò, &c.* Militantis Eccleſiæ hie- Eccleſiæ diuerſi gradus.
rarchiam ſicut & cœleſtem diuerſis gradibus or-
dinatam docet ex Apoſt. 1. Cor. 12. & Epheſ. 4.
Propterea ergo, &c. Optima probat ex vnitate cor-
poris myſtici fidelium peccantem in proximum,
in ſeipſum peccare: ſibi ipſi etiã nocere, non Deo; Qui peccat ſibi nocet. non Deo.
iuxta illud Iob 35. *Si peccaueris quid ei nocebis : &*
ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies con-
tra eum? Porro ſi iuſte egeris, quid donabis ei , aut
quid de manu tua accipiet? Homini , qui ſimilis tui
eſt , nocebit impietas tua, & filium hominis adiuua-
bit iuſtitia tua. Subdit : *Quamobrem dum ſumus ,*
&c. Dæmonum infenſiſſimas nobis patefecit in-
ſidias , quas exercent dum corpore iſto veſtiti
ſumus : nunc vero Angelorum bonorum inuita-
mento indigere nos admonet , qui viſcera in nos
diuinæ miſericordiæ conuertant ; quippè qui vt
Bernardus, inquit ſer. 12. in Pſ. Qui hab. *adſunt*
nobis vt protegant adſunt vt proſint , & ſer. 7. in
Cant. *Per domeſticos* (inquit) *& intimos acceſſus ad*
ima quæritur, ambitur ad deſideratum. Subdit. *Non*
autem ſimus, &c. Reuocat nos ab amore proprio :
ſin minus illorum , id eſt malorum Angelorum
portionis erimus : atque ad ſpiritualem vitam
animæ prouocat , quam *ſenſualem* , id eſt *intelle-*
ctualem , ex nihilo factam, vt pote creatione pro-
ductam , corruptibili corpore occultam , & ab
ipſo incrependam dicit, ſcilicet propter originalem
culpam corporea propagatione contractam.

11. *Chariſſimi filioli, &c.* Proximè dicta luculen-
ter explicat; atque ſeipſum exponit.

12. *Dilectiſſimi mei, &c* Laudat Arſinoitarũ ſan-
ctitatem, ſed conſulit abſconſionem. *Neceſſe enim*
eſt, (inquit Bernardus ſerm. 4 in Pſ. Quid habitat)
abſcondere interim ſi quid habemus boni , quoniam
theſaurum regni cælorum qui inuenit homo abſcondit.
Propter quod etiam corporaliter in clauſtris , & in
ſyluis abſcondimur. Et ſi ſcire vultis , quantum in
hac abſconſione lucramur , credo nullum hic eſſe, qui ſi
quartam partem eorum quæ fuit in ſæculo actitaret,
non adoraretur vt ſanctus ; reputaretur vt Angelus;
nunc autem tanquam negligens arguitur, & increpa-
tur. Subdit Antonius. *Non æſtimetis perfectum veſ-*
trum ſtatum, &c. Et Bernardus. *Parum hoc lucrum*
ducitis, quod non reputamini ſancti antequam ſitis ?
An non timetis, ne forte hic vili mercede hac recepta
in futuro mercedem non habeatis? Neceſſaria eſt ergo
hæc abſconſio, non ſolum ante oculos aliorum, ſed etiam
multo magis ante te ipſum. Hoc enim habet Domi-
nica illa ſententia : Cum feceritis omnia quæ præci-
piũtur vobis, dicite ſerui inutiles ſumus & hæc eſt vtiq;
magna virtus, & ſumma ſecuritas, quando & piè viuis
& plus attendis, quæ deſunt tibi, quã quæ obtinuiſſe vi-
deris, oblitus, quæ retro ſunt, & extẽdens te in anteriora.
Deinde. *Quod eſt ergo &c.* vide dicta n. 3. & 10 hu-
ius epiſt. *Patris verus eſt ſenſus, &c.* id eſt Verbum
Patris, qui mẽtis ſuæ recõditos ſenſus loquutus eſt
nobis in Filio. *Caput totius creaturæ:* Vide D. Th. 3.
p. tota quæſt. 8. præſertim ar. 3. vbi explicat qualiter
Chriſtus D. caput ſit omnium hominum : primo

Paraphraſis.

Beatorum: ſecundò habentium charitatem viæ: Tertio fidelium, etiam non habentium: Quarto vniendorum: Quinto vnibilium, & nullo modo damnatorum. *Alienatorum vero, &c.* ſcilicet non habentium gratiam: poteſt autem, & melius de hæreticis & ſchiſmaticis intelligi à corpore Eccleſiæ omnino alienatis, quos Antonius feruenti fidei Zelo inſectatus eſt: præſertim Arrianos hiſce Epiſtolis.

13. *Aut nunquid ignoratis, &c.* excitat fideles à ſomno, ac vigilare admonet contra inſidias dæmonum, atque hæreticorum fraudes, præſertim Arrij qui temporibus Antonij conſubſtantialitatem Filij Dei impugnabat. *In domo ſumus latronis, &c.* Ideſt mortali carni alligati, quæ laqueus animæ eſt, & dæmonis latibulum, qui tanquam latro pias deprædantur cogitationes: de quo late D. Bernardus ſerm. 5. Quadrageſ. & cap. 15. Meditat. quem tu conſulas: *Et humilitatio, &c.* Merito humiliationem taxat, quæ tantum ab humilitate diſcrepat, quantum vitium à virtute. *Quanti humiliantur* (ait Bern. ſer. 34. Cant.) *& humiles non ſunt! Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, alij libenter. Primi rei ſunt, ſequentes innoxij, vltimi iuſti. Bonum mihi quod humiliaſti me. Vides quod humilitas dicit, non humilitatio:* vbi plura dilucidè de hac re perſequitur. *Angelis labor, &c.* His verbis apud Margarinum appoſitum eſt *Cauta lege* iuſſu ſupremi Fidei Senatus, & merito: labor namque gemitus, & iuſtitia cum beata viſione non compatiuntur, quæ ſtatum importat omnium bonorum aggregatione perfectum, quod & Antonius perſpicue fatetur in calce Epiſtolæ. Labor autem atque iuſtitia Angelorum & Sanctorum, efficax deſiderium noſtræ ſalutis interpretari poteſt, quod quidem ſuapte natura anxietatem gemitum, & triſtitiam natum eſt inferre. Sed in Beatis non infert, quia ineffabili & pleniſſimo gaudio impeditur. *Non dum vſque requieuerunt, &c.* Ideſt adhuc corpus exoptant, & impleri numerum fratrum ſuorum vt dicitur Apoc. 6. ſed id appetunt abſque inquietudine, quæ cum ſumma fœlicitate non compatitur, complendum tamen in die notiſſimo per reunionem animarum ad corpora. V. D. Th. 12. q. 1. ar. 5. & q. 3. a. 8. & alibi.

70. Dæmones ſuperbia deiecti.

14. *Ergo filioli, &c.* De peccato dæmonum ab initio vide D. Th. 1. p. q. 63. ar. 5. & 8. *Nam pro certo eſt, &c.* Non communem Eccleſiæ, & Sanctorum PP. doctrinam, dæmonem ſcilicet ſuperbia fuiſſe deiectum: ſola namque ſuperbia, & inuidia propriè loquendo, in dæmonibus eſſe poſſunt: cæteris autem peccatis ex ſola inuidia afficiuntur, vt notat D. Th. ib ar. 1. & 2.

71. Diſcretio mater virtutum.

15. *In totum verè, &c.* Fortius perfectionis Magiſter Antonius diſcretionem ad omnia, & ſuper omnia commendat, de qua Bernard. ſer. 3. de Circumciſ. *Ergo ne incurrat qui currit, illuminari neceſſe eſt lumine diſcretionis, quæ mater virtutum eſt, & conſummatio perfectionis. Hæc nimirum docet; Ne quid nimis.* Et ſerm. 49. Cant. inter alia ſuper illud: *Ordinauit in me charitatem* luculenter dicta, *Diſcretio* (inquit) *omni virtuti ordinem ponit: tolle hanc, & virtus vitium erit.* Vide dicta ad num. 4. Epiſt. 1. ſubdit Antonius: *Incidatis in menſuram diaboli*, hoc eſt ſuperbiam, quæ peccatum diaboli eſt &c. dicta numero præcedenti. Pro cuius medela Filius Dei factus homo linteo

Textus.

liuore eius ſanati ſumus. Hic congregauit nos ex omnibus regionibus, vſquequo reſurrectionem cordium noſtrorum de terra faceret, docens cunctos nos vnius eſſe ſubſtantia, & membra in alterutrum. Propterea debemus diligere vehementer; quia quicunque dilexerit proximum, diliget animam propriam. Et hic ſermo manifeſtus ſit vobis, Chariſſimi, Nati in Domine, filij Iſraëlita ſancti, qui paraſtis voſmetipſos ad Deum ire, offerre voſmetipſos hoſtiam Deo in omni ſanctitate, quoniam nec poteſt hæreditatem capere quiſpiam ſine ſanctitate.

13. *Aut nunquid ignoratis, dilectiſſimi, quòd aduerſarij virtutis veritati ſemper inſidiantur? & idcirco, Chariſſimi, obſeruate ne detis oculis ſomnum, aut dormitationem palpebris. Proclamantes ad proprium Conditorem die, ac nocte at ſi fortè quo egrediatur nobis adiutorium ab excelſo, quo protegantur corda veſtra, & cogitationes in Chriſto. Nam verè (filioli) in domo ſumus latronis inhabitantes, & in* Pſ. 131. *vinculis mortis extamus vincti. Pro certo enim dico vobis, quid noſtra negligentia, & humiliatio, extranea commotio, non nobis ſolis eſt detrimento, ſed Angelis labor exiſtit, & omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, quia nondũ vſque requieuerunt propter nos verè. Nati mei, hæc noſtra humiliatio illis omnibus triſtitia eſt, ſicut iterum ſalus & gloriatio noſtra lætificationem eis ac requiem omnibus præbet. Vt autem cognoſcatis, quia benignitas Patris non ceſſat, à quo motio facta eſt, beneficiis fulciens ſemper, vſque in hodiernum diem; vt obnoxios faceret nos propria morti, quoniam in noſtra ſumus poteſtate creati; vnde & illi poſtulant pro nobis ſemper ſicut ſcriptum eſt, im-* Pſ. 33. *mittet ſe Angelus Domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos.*

69. Caro noſtra latronis domus.

Humiliatio & humiliatio diuerſæ.

14. *Ergo, filioli, ſcire vos volo, ex quo factus eſt mundus vſque nunc vniuerſa quæcunque extra virtutem fuerunt, completa malitia ipſorum, & ipſi cognoſcuntur inter filios eſſe diaboli deputatos, propterea quod conantur vnicuique noſtrum ingerere propriam voluntatem. Nam pro certo eſt, quod cum ſe nouerit diabolus per ſuperbiam, & inanem gloriã, cœlitus fuiſſe deiectam, ideo & illi eos, qui peruenerint in magna menſura aggrediuntur: in primis artifices exiſtentes per ſuperbiam, & inanem gloriam; vt ſint aduerſum ſe alterutrum ſcientes, quod per iſta ſegregent nos à Deo. Et quia nouerunt, quod qui dilexerint proximum, diligant Deum, adeo & illi, cum ſint virtutis inimici, proprium ſeminant fomitem ſimulationum in corde noſtro, vt poſſideamus inimicitiam magnam aduerſum alterutrum; ne vel de longè proximo colloquamur.*

15. *In totum verè (filioli) volo vos etiam iſtud cognoſcere, eſſe quam plurimos, qui ſuſtinuerint maximum certamen in conuerſatione ſanctiſſima, ſed indiſcretio interfecit eos verè (filioli) quia non eſt tantum mirandum, ſi negligatis voſmetipſos, quantum & non diſcernentes proprium opus, incidatis in menſura diaboli; arbitrantes quod iam vicini Dei ſitis effecti, & expectantes fortem lucem, tenebris occupemini. Quid enim omnino fuerat opus, vt præcingens ſe Ieſus linteis, ac ponens peluim, inferiorum ſibi lauaret pedes? ſed exemplum iſtud effecit, ſignificans de conuerſuris ad proprium illud, ſupernum-* Ioan. 13. *que principium. Initium quippe motus ſuperbia exiſtit, quæ facta eſt in primis. Et ne ſi rurſus poſt multa confoderis in corde tuo, & in tota anima tua, & in toto ſpiritu tuo, in tota etiam anima & in corpore toto, non poteris hæreditariè capere regnum Dei.*

Textus.

16. *Verè filioli mei, in Domino, quaſo Creatorem meum, die, ac nocte, à quo habeo ſpiritum commendatum vt aperiat oculos cordis veſtri ad cognoſcendam dilectionem noſtram à vobis, quam habeo erga vos: & vt pateſiant auditus anima veſtra ad coſpiciendam confuſionem propriam. Quiſquis enim cognouerit dedecus ſuum, hic demum requiret & electam gloriam ſuam; & quicunque cognouerit propriam mortem, iſte iterum cognoſcet etiam ſuam aternam vitam. Quaſi prudentibus loquor vere filioli, quia timeo ne forte fames nos comprehendat in via, & in loco, poteramus diuites fieri, ſi velimus. Volebam autem videre vos ad faciem in corpore; ſed iam expecto tempus, quod propè eſt, in quo poſſumus ex ipſo nos contuitu alterutrum peruidere, cum aufugerit dolor, triſtitia, ac gemitus; cumque exultatio ſuper caput extiterit vniuerſorum. Erant & alia multa, qua velim dicere, ſed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit.* Prou 9. *Saluto omnes deſideratiſſimos meos natos in domino, per nomen.*

Paraphraſis.

ſe pręcinxit, nobis relinquens exinanitione ſua totius humilitatis exemplum.

16. *Verè filioli, &c.* Nota Antonium charitate ardentem, ſollicitum de animarum ſalute, & propria humilitate confuſum. *Volebam autem &c.* ſenex, iamiamque longæuus hanc ſcribebat Epiſtolam, vt pote expectans tempus, quod propè eſſe dicit propter prouectam ætatem, alterutrum in cœlo peruidendi. *Cum aufugerit dolor, &c.* Doctrinam catholicam luculenter prodit de fœlicitate animatum abſque vllo dolore, gemitu, vel iuſtitia: ac proinde locum habere traditam expoſitionem ſuprà n.13. huius epiſt.

SANCTI ANTONII ABBATIS
EPISTOLA III.

73. 1. *SCitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod propter nos pauper factus eſt, cum diues eſſet.* 2. Cor.8. *Vt nos paupertate illius ditaremur: ſeruitus autem illius liberauit nos, & infirmitas eius conſtituit nos validos. Stultitia illius nos ſapientes effecit; ſi tamen iterum per mortem propriam, reſurrectionem faciat noſtram, vt in hac poſſimus vocem magnam elevare* 2.Cor. 5. *dicentes: Tametſi nouimus ſecundum carnem, ſed creatura eſt in Chriſto noua. Verè Chariſſimi in Domino, dico vobis, quòd iuxta minutias verbi libertatis, in qua cuncti liberi ſumus effecti, alia habeo multa qua dicam vobis, ſed non eſt horum tempus docendi modò.*

2. *Saluto iterum vos omnes charisſimi mei, Nati in Domino, filij Iſraëlita ſancti, ſecundum veſtram ſenſualem extantiam. Verè, inquam, decebat vobis quaſi propinquantibus proprio Conditori, ad inquirendam ſalutem animarum veſtrarum per teſtamentariam legem; licet propter multitudinem malitia &* 1.Cor.15. *malignitatis diſtinctionem, ac libidinum voluptates, refrixerit teſtamentaria illa lex, animaque veſtra ſenſus officio obierint. Et idcirco nequaquam potueritis animaduertere ſenſualem, & gloriam eſſentiam, propter mortem, qua corruerunt. Ideoque ſcriptum in ſcriptura diuina. Quod ſicut in Adã omnes moriũtur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Ergo ipſe eſt vita totius rationalis natura creata, in ipſo ſecundum effigiem imaginis eius; ipſe etiam exiſtit ſenſus verus Patris. Sed imago quidem Genitoris inuerſabilis eſt, qua aſſumpta eſt. Prater illam tamen vobis accidit malitia in qua & vniuerſi mortui ſumus extra naturam: ſiquidem eſt ſubſtantia ſenſualis in Deo. Ergo omnibus, inquit, extra naturam eſt, acquiſiuimus domum tenebroſam, ac praliis plenam, & in hoc teſtificamur vobis, quia totius vigoris ſcientia deficit à nobis, ob quam etiam cauſam aſpiciens Genitor noſter Deus infirmitatem noſtram, quòd impoſſibiles ſimus effecti geſtare veritatẽ, ex quo huius rei gratia, bonitate propria venit viſitationem facere creatu-*

1. S*Atis gratiam, &c.* Intendit Antonius in omnibus his Epiſtolis (hæc præſertim) altiſſimum Incarnationis Verbi explanare myſteriũ, ac extollere beneficium, quibus ad Conditoris amorem excitet corda. Ad quos autem ſit ſcripta, non conſtat, niſi forte ex phraſium, & ſententiarum ſimilitudine ad eoſdem Arſinoitas directam coniiciamus. Et primum circa textum notandum, frequenter in hac & ſequentibus epiſtolis multa quidem dicere, pluraque dicenda ſemper relinquere circa *minutias verbi libertatis*, nomine *libertatis* eam intelligens, quæ *ſeruituti* opponitur: nam cum ſerui eſſemus peccati, dæmonumque mancipium, liberi ſumus ea libertate, qua Dei filius homo factus nos liberauit. Anguſta autẽ ei tẽpora omnia videntur ad loquendũ circa minutias verbi *libertatis*, ideſt circa quæſtiones, puncta & interrogationes, quæ in clariſſima Incarnationis Verbi materia, de qua ei ſermo in his epiſtolis paſſim occurrunt. *Minuta* autem appellat in calce. Epiſtolæ 48. qua phraſi vtitur Cicero in Parad: & Nonius apud Theodoſium Trebellium *Minutum* obſcurum, & ſcrupuloſum interpretatur, quæ rectè conueniunt *Minutis* verbi libertatis, fide ſupernaturali nobis manifeſtis, nunquam ab obſcuritate abſoluendis.

Intentum Epiſtolæ.

2. *Saluto interim, &c.* Frequenter vtitur termino iſto *ſenſualis extantia*, de quo ſatis epiſt. 1. num. 5. ipſius; vbi notatione eſt, ſenſum pro *intellectu*, eſſe accipiendum & ſenſualem extantiam pro *ſpirituali*, vt paſſim ex contextu omniũ epiſtolarum manifeſtè conuincitur. De teſtamentaria lege vide ep. 1. num. 1. ipſius. *Anima veſtra ſenſus officio obierunt, &c.* Nota libidinum ac voluptatum filias cæcitatem mentis, in conſiderationem, præcipitationem, inconſtantiam, amorem ſui, odium Dei, Affectum præſentis ſæculi, & horrorem futuri, cum D.Th 22.q.53.ar.6. *Ergo ipſe vita, &c.* Conſule dicta ep. præced. n. 12. ipſius. *Per* 74.

Libidinum effectus.

monaſterium

Paraphraſis.

monaſterium Sanctorum, &c. Scilicet Angelorum, qui in miniſterium miſſi ſunt propter nos iuxta Apoſt. Hebr. 1. *Plenè miniſtri noſtri* (inquit Bernard. ſer. 12. Pſ. Qui hab.) *non Domini noſtri: Et in hoc vnigeniti formam imitantur qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, qui ſtetit inter diſcipulos tanquam qui miniſtrat.*

3. *Quid ergo dicemus &c.* Docet eleganter inſufficientiam creaturæ ad ſatisfaciendum Deo pro debito peccati mortalis, & congruentiam myſterij Incarnationis Filij Dei, qui pro nobis Deo Patri Adæ debitum ad æqualitatem ſolueret.

77. Chriſti aduentus diuerſi effectus in hominibus.

4. *Docet idcirco &c.* Dicto de Incarnationis Verbi myſterio, mentis ſenſuumque aciem nos intendere admonet ad cognitionem eorum, quæ de Verbo Incarnato credere debemus; oraque obſtruit impiorum, quibus propter malitiæ grauedinem factus eſt aduentus Chriſti gentibus quidem ſtultitia, Iudæis ſcandalum hæreticis damnatio, fidelibus emolumentum; omnibus iudicium. Ac proinde ad diſcretionem boni & mali, veri atque apparentis dogmatis habitudines noſtras, ſenſuumque officia exerceri oportet; neque enim facile eſt inter tot malignitates boni verique fuco coloratas bonum à malo, verum ab apparenti niſi ex Dei diſpenſatione diſcernere. Vnde Bernardus

Hæreticorũ mores.

ſerm. 56. Cant. ſuper illud *Capite nobis vulpes &c.* inquit: *Ego ad vulpes iſtas. Non ſufficit eſſe hæreticos, niſi & hypocritæ ſint, vt ſit ſupra modum peccans peccatum. Quinam iſti prædones? Hi oues ſunt habitu, aſtu vulpes, actu & crudelitate lupi. Hi ſunt qui boni videri non eſſe; mali non videri, ſed eſſe volunt. Male ſunt, & boni videri volunt, ne ſoli ſint mali: mali videri timent, ne parum ſint mali. Etenim minus ſemper malitia palam nocuit, nec vnquam bonus niſi boni ſimulatione deceptus eſt. Neque enim eſt apud eos virtutes colere, ſed vitia colorare quodam quaſi virtutum minio.* Quod quidem impius Ar-

Arrij habitus & mores.

rius (quem ſibi coæuum Antonius his epiſtolis tacito inimico, vltima vero expreſſo nomine inſectatur) veræ Fidei de Incarnato Verbo infenſiſſimus hoſtis, habitu & moribus profeſſus eſt: de

Textus.

rarum ſuarum, per miniſterium Sanctorum. Obſecro vos vniuerſos, in Domino, Chariſſimi, vt intelligatis quæ ſcribo vobis: quia non dilectionem corporalem habeo in vos, ſed charitatem ſpiritus, cultura Dei. Præparate voſmetipſos ad conditorem veſtrum ire. Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Ioel 2. *Et ſcitote quòd poſcimus reſtituere Domino pro cunctis donationibus, quas dedit nobis. Cuique, & vſque, & hic in iſta habitatione memoriam noſtri facit, propter immenſam bonitatem ſuam, & infinitã dilectionem, non faciens nobis ſecundũ peccata noſtra. Qui & ſolem vſque fecit miniſtrare nobis in tenebroſa domo: Lunam quoque, ac ſidera cuncta, ſcribens deſeruire vanitati perituræ, creaturæ, propter corporum conſtabilitionem: aliaſque virtutes multas nobis miniſtrare perfecit, quas neque vidimus corporis oculo.*

75. Creatura inſufficiens ad ſatiſfaciendum.

3. *Quid ergo dicemus, quaſi in aliquid boni fraudamur ab eo, quod ipſe non fecerit nobis? Nunquid Patriarchæ res paſſi ſunt pro nobis, aut Sacerdotes non docuerunt nos? Nunquid Prophetæ pro nobis mortui non ſunt? Aut Apoſtoli perſecutionem non ſuſtinuerunt pro nobis? Nunquid Filius Dei dilectus non pro nobis omnibus mortuus eſt? ob quæ vniuerſa debemus & ipſi properare ad peragendum in omni ſanctitate ad proprium conditorem, qui cernens, creaturam non poſſe curare plagam quæ facta fuerat Iudæis, propriis videlicet membris, Pater ipſe creaturarum ſciens infirmitatem, ac ſenſus earum, motus eſt viſceribus circa eas, & ſecundum multam dilectionem ſuam non pepercit vnigenito Filio ſuo, ſed ob noſtram omnium ſalutem tradidit eum & propter noſtra peccata.* Rom. 8. *Et iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum. Liuore autem eius nos omnes ſanati ſumus.* 1. Pet. 2. *Hic congregauit nos ex omnibus regionibus verbo virtutis ſuæ, donec illum ſenſus noſtri reſurrectionem effecerit docens nos alterutrum exiſtere membra.* Iſai. 53.

4. *Docet idcirco vniuerſis nobis properantibus ad proprium conditorem, exercere habitudines noſtras, ac ſenſus officia ad cognoſcendum dignitatem boni, malique diſcrimen, vt ſciamus omnes illas Ieſu diſpenſationes, quas ille proprio dedit affectu, ſimilis nobis factus per omnia, excepto peccato propter verò multam malitiam noſtram diſtrictionemque malitiæ, & grauedinem inconſtantiæ noſtræ factus eſt aduentus eius, quibuſdam quidem ſtultitia, aliis verò ſcandalum, alteri parti emolumentum, itemque aliis ſapientia, & virtus porro aliis reſurrectio, & vita. Hoc quoque manifeſtum ſit vobis, quòd aduentus illius factus ſit omni mundo iudicium. Ecce enim, ait, veniunt dies, dicit Dominus,* Ioan. 8. *& omnes ſciunt me à minimo vſque ad maximum eorum, & auditum faciam* Ier. 31. *vſque ad extremum terræ, vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo. Quia cum cognouiſſent Deum, non vt conditorem proprium glorificauerunt;* Rom. 1. & 3. *& id propter vecordiam ſuam, per quam, nec potuerunt capere Sapientiam eius. Sed vnuſquiſque noſtrum vendidit ſemetipſum propriis voluptatibus in mala, & ipſis ſeruus addictus eſt: Ob quæ ipſe Ieſus exinaniuit ſemetipſum à gloria, formam ſerui accipiens, vt illius ſeruitutis nos liberaret. Stulti fuimus, & iniuſtitia noſtrâ facinus geſſimus. Aſſumpſit ille habitus ſtultitiæ, vt nos faceret ſapientes: inopes eramus, & in paupertate noſtra omnis defecerat vigor à nobis: item ille ob hæc aſſumpſit inopiæ formam, vt paupertate ſua nos in omni ſapientia & intellectu ditaret. Non ſolum autem hæc, ſed inſu-*

Textus

per & infirmitatis noſtræ, figuram aſſumpſit, vt propria infirmitate nos robuſtos efficeret: obediens Patri factus in omnibus vſque ad mortem, mortem autem Crucis, vt in ſua morte, & humilitate. Nam cunctorum reſurrectionem efficeret, eumque deſtrueret, qui mortis habebat imperium, hoc eſt diabolum. Igitur ſi pro certo liberabimus noſmetipſos in eius aduentum, profectò inueniemur diſcipuli Ieſu; & diuinæ hæreditatis inſtituemur hæredes.

77. Timet in ſuis hypocriſis vitiũ. 2. Tim. 3.

5. Chariſſimi in Domino, turbor vehementer, & moueor in ſpiritu meo, quòd nominibus amicti ſumus, & cunctorum ſchemata baiulamus, in conſpectu infidelium gloriantes. Sed metuo nec illud Pauli oraculum impleatur in nobis, quo ait. Habentes firmam pietatis, virtutem autem eius negantes. De Charitate vero, quam habeo in vos, oro pro vobis ad Deum, vt conſideretis vitam veſtram, & hæreditate capiatis ea quæ non videntur. Nam verum (filioli) eſt, quod etiamſi demus noſmetipſos ex tota virtute inquirere Deum, nec ſic quidem condigna gratia erit. Id enim inquirimus quod noſtrum exiſtit, & quod naturale eſt ſubſiſtantiæ noſtræ; verè enim, Chariſſimi in Domino, qui in omni ſanctitate paraſtis voſmetipſos offerre hoſtiam Deo, quia nihil de his quæ expediebant, celauimus vobis, ſed perſpicua facientes teſtificauimus ea, quòd aduerſarij virtutis ſubripiunt veritati. Hoc quoque cognoſcite ſcientes quod qui ſecundum carnem eſt, ſemper inſectatur eum, qui ſecundum ſpiritum; & quòd omnis, qui voluerit piè viuere cum Chriſto, perſecutionem patitur. Propter quod Ieſus cognoſcens tribulationes omnes, ac tentamenta, veniens in mundo ad Apoſtolos; & ſciens, quod per patientiam ſuam reſoluendam inimici virtutem, id eſt,
Ioan. 6. *idololatriam, conſolabatur dicens, vos tribulationem habebitis in mundo; ſed conſtantes eſtote, quia ego*
Matth. 10. *vici mundum. Docebatque eos dicens. Nolite timere mundum, quia omnes afflictiones mundi condignæ non ſunt; ad eamque ſpectatur gloriam. Nam ſi eos, qui ante vos fuerunt. Prophetas inſequuti ſunt, & vos*
Rom. 8. *perſequentur. Et ſi me oderunt, & vos oderint. Sed confidentes eſtote, quia veſtra ſapientia ſolueris om-*
Ioan. 5. *nem inimici virtutem. De minutia vero verbi libertatis, in qua liberati ſumus, habeo alia multa dicere vobis: ſed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit. Opus tamen habemus conſolari inuicem exiguis quibuſque ſermonibus. Quod ſi vere perſpexit mens, iam nequaquam egebit loquelæ corporalis mandatio.*

6. Gaudeo autem in omnibus vobis dilecti in Domino, viri Iſraelitæ ſancti, ſecundum propriam ſenſualem extantiam. Qui primùm quidem decebat rationabilem virum cognoſcere ſemetipſum, deinde vt cognoſcat ea, quæ ſunt Dei, & vniuerſas ipſius gratias, quaſcumque ſemper cum eo facit. Ac deinceps nouerit, quòd omne peccatum, & totum quidquid querelosſum exiſtit, extra naturam eſt ſenſualis extantiæ. Denique videns conditor noſter, nos hæc extra naturam poſſidere arbitrio liberali, in quo hic moriebamur; horum cauſa viſceribus pro nobis motus, propria bonitate voluit conuertere nos ad illud ſine fine principiũ, viſitationem fecit creaturarum, non parcens ſibimetipſi ob noſtram vniuerſorum ſalutem. Tradidit quip-
1. Petr. 1. *pe ſe pro peccatis noſtris: & iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum. Sed liuore eius nos omnes*
Iſai. 53. *ſanati ſumus, verbo enim virtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regionibus ad extremum terræ, vſque ad*
Ezech. 11. *vltimum orbis, docens quod eſſemus alterutrum membra. Quamobrem ſi pro certo parauimus noſmetipſos*

Paraphraſis.

quo Epiphanius lib. 2. contra hæreſ. tom. 2. hæreſi 69. inquit. *Erat ſtatura valde longus, ſub triſti ſpecie, figuratus velut doloſus ſerpens, qui decipere poſſet omne innocens cor per verſutum ſuum prætextum? Dimidium enim pallium hic ſemper indutus, & ſtolam, dulcis erat in colloquio, perſuadens ſemper animas ac blandiens:* Vide nunc quam conceptis verbis dixerit Magnus Antonius neceſſe nobis eſſe vniuerſis nobis ad Conditorem proprium properantibus exercere mentis habitus, ac ſenſus officia ad cognoſcendum boni malique diſcrimen.

5. *Chariſſimi in Domino &c.* Conſequenter ſatis ſibi timet, ne forte hypocriſim & ſimulationem, quam in hæreticis damnat, in ſuis fidelibus nomine virtutis amictam, ſed re ipſa virtutis vacuam inueniat. *Quod noſtrum exiſtit, & quod naturale eſt &c.* Nota quod Charitas, quæ habitus ſupernaturalis eſt, & Beatitudo, quæ in clara Dei viſione conſiſtit, non dicuntur *naturalia* ab Antonio, eo quod homini ſuapte natura debita ſint; ſed quatenus non ſunt contra naturam, quæ ſupra naturam ſunt; vel quatenus congruentia naturæ rationali, quę capax eſt donorum ſupernaturalium, *De minutia verbi libertatis.* Vide dicta num. 1. huius epiſtolæ.

6. *Gaudeo autem &c.* De ſenſuali extantia vide dicta epiſt. 1. num. 1. ipſius, & nu. 2. *Huius Denique videns &c.* Peccatum extra naturam eſſe ait ſenſualis, ſeu rationalis extantiæ, imo contra naturam ipſius, quia peccatum eſt actus liber deuians ab ordine debito finis contra regulam naturæ & rationis: & peccare nihil aliud eſt, quam deficere à bono, quod conuenit alicui ſecundum naturam ſuam. Vide D. Thom. 1. 2. quæſt. 21. artic. 1. & quæſt. 109. artic. 2. ad 2. & artic. 8. in c. & à lib. *Vnde & ego quoque &c.* Nota iterum Antonium longæuum vel de quo tempore hanc exarabat epiſtolam. Cætera in ſuperioribus explicata ſunt.

7. Obſecro

Paraphraſis.

79\. *In quo Baptiſmus Ioānis à Chriſti Baptiſmo differat.*

7\. *Obſecro itaque Chariſſimi, &c.* Mentes fidelium in Dei amorem, & timorem excitat conſideratione ſacri Baptiſmatis à Chriſto Domino inſtituti, & excellentiæ beneficii huius ſacramenti ſupra Baptiſmum Ioannis. Diſcrimen autem inter vtrumque conſtituit penes hoc, quod Ioannes baptizauit in remiſſionem peccatorum, Chriſtus vero in ſpiritus ſanctificatione, & optimè quidem: quia Baptiſmus Ioannis erat quaſi proteſtatio pœnitentiæ, quam imponebat baptizatis, ſed non conferebat gratiam, neque caracterem imprimebat, vt docet D. Thom. 3. part. 3. quæſt. 38. a 2. & 3. & quæſt. 68. a 6. Chriſti vero baptiſmus & characterem imprimit in anima, & gratiam confert ſanctificantem, quam ſuſcipientes filij Dei Regni ipſius hæredes, cohæredes autem Chriſti nominamur & ſumus. *Preperemus nos &c.* Commendat pœnitentiam, quæ ſecunda tabula eſt poſt Baptiſmum, ſecundumque lauacrum ad purgandam mentem à perpetratis poſt Baptiſmum, quippe quia iterum conuertimur ad principium noſtrum, deperditamque recuperamus hæreditatem.

80\. *Iudicij extremi diſtinctio.*

8\. *Manifeſtus ſiquidem &c.* Concinit omnino Bernardus ſerm. 8. in Pſ. Qui habitat, vbi: *Quid tam pauendum* (inquit) *quid tam plenum anxietatis, & vehementiſſimæ ſolicitudinis excogitari poteſt, quam iudicandum aſtare illi tam terrifico tribunali, & incertam adhuc expectare ſub tam diſtricto Iudice ſententiam? Horrendum eſt* (ait Apoſtolus) *incidere in manus Dei viuentis. Iudicemur interim fratres, & terribilem illam expectationem præſenti ſtudeamus declinare iudicio? Non iudicabit Deus bis in idipſum.* Et ſerm. 5. de Aduentu, cui titulus de Medio aduentu & triplici innouatione: *Medius inquit, aduentus occultus eſt, in quo ſoli Deum in ſe ipſis vident electi, & ſalua fiunt animæ eorum:* & infra *Aduentus* (inquit) *medius via eſt perquam à primo veniatur ad vltimum.* Concludit *Cuſtodiat vos &c. vſque ad nouiſſimum flamen:* id eſt vſque ad mortem, atque vltimum vitæ efflatum.

Hactenus CONTINVATOR. Hactenus continuator.

Textus.

liberos facere in eius aduentu, ſcrutetur ſemetipſum rationalis homo, quidnam poſſit retribuere Deo pro cunctis donis, quæ fecit in nobis. Vnde & ego quoque deterrimus, qui hanc ſcripſi Epiſtolam, expergefactus à Dormitione mortis, plurimum illud temporis, quod mihi fuit ſupra terram factum, exiſtimo luctum, & fletum: lugens quidnam poſſum retribuere Deo, pro omnibus, quæ fecit mihi. In nullo enim fruſtrati ſumus eorum, quæ non perfecerit nobis in humilitate noſtra, Angelos enim ſuos nobis miniſtrare fecit; Prophetaſque proprios vaticinari præcepit: Apoſtolos etiam ſuos nobis euangelizare iuſſit. Inſuper vero illud omnium inſigne eſt præceſſorum, quòd vnigenitum ſuum formam ſerui fecit aſſumere pro nobis.

7\. *Obſecro itaque chariſſimi in Domino, vos, qui ſanctorum exiſtitis cohæredes, vt excitare velitis proprias mentes in timore Dei. Sermo etiam vobis iſte ſit manifeſtus, quòd Ioannes quidem Præcurſor Ieſu baptizauerit in remiſſionem peccatorum propter nos: ſpiritu autem ſanctificati fuerimus in Chriſto. Preparemus nos ipſos nunc in omni ſanctitate, ad purgandam ſenſualem mentem noſtram, vt ſimus mundi in baptiſmate Ieſu, ad offerendum nos metipſos hoſtiam Deo. Hic vero Paraclitus ſpiritus, qui conſolatur nos, conuertit rurſus ad principium noſtrum, ad recuperandas hæreditates proprias, & magiſteria eiuſdem ſpiritus conſolantis. Huius rei gratia quotquot in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtum induti ſunt. Non eſt maſculus, aut fœmina, non eſt ſeruus, aut liber. Omnis enim lingua corporum deſtruitur apud illos, accipientibus eis doctrinam ſancti ſpiritus; in tempore quo ſument hæreditatem ſanctam; & adorabunt Patrem ſicut oportet, in ſpiritu, & veritate.*

8\. *Manifeſtus ſiquidem ſit vobis ſermo iſte, ne expectare velitis iudicium futurum in illa præſentia Ieſu: iam etenim aduentus illius omnibus nobis iudicium exiſtit. Scitote enim, quod omnes in ſe geſtantes ſpiritum, recipiantur, & veſtiantur veſtimento illo, quo ſumus exuti, iuxta ſenſualem noſtram extantiam. Nā & ſæpe ſit vox, veniēs ſēper à Deo Patre ad omnes illos, qui in ſe ipſum gerunt, dicens eis. Conſolamini cōſolamini, popule meus dicit Dominus, & Sacerdotes; loquimini ad Ieruſalem.* (Iſa. 40.) *Deus quippe viſitationem continuò fecit creaturarum ſuarum, manifeſtans propriam bonitatem.* (Prou. 9.) *Et verè, Chariſſimi, ſecundùm minutias verbi libertatis, in qua liberati ſumus, ſunt & alia quam plurima, quæ dicantur vobis: ſed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit. Deus autem pacis det vobis gratiam diſcretionis, vt cognoſcatis quæcunque ſcribo vobis, quod mandatum ſit Domini. Cuſtodiat vos idem totius gratiæ Deus ſanctos in Domino vſque ad nouiſſimum flamen. Oro autem Deum ſemper pro omnium veſtrum ſalute, in Domino dilectiſſimi. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis.*

Amen.

81\. *Arrium inſectatur epiſtolis.*

POrrò quatuor reliquas omittere decreui, quòd nimirum eiuſdem prorſus ſint argumenti cum tertia, de verbi Dei incarnatione; eiuſdemque penè ad verbum loquendi formulis vtatur; & idcirco non valdè rei noſtræ, facere videantur, qui de inſtitutis Monaſticis agere decreuimus. Sanè Antonio vehementer incumbebat onus de diuinitate Verbi frequentem ad ſuos facere ſermonem, quòd videlicet quo tempore epiſtolas ſuas exorabat, Arius è tenebris mundo emerſerat, cumque illi præcipuum bellum inferere neceſſum fuit. Nam & illius aſſeclæ non veriti fuerunt aliquando fidei Antonianæ opinionem commaculare, ſibi eum de creatione Filij Dei aſſentiri publicè mentientes. Ex quo vt ſanctæ Fidei defferret, neceſſum fuit eremi excedere limina, & palam Alexandriæ diuinitatem Filij prædicare, vt Athanaſius narrat cap. 41. & 42. Fuiſſe verò Antonium cum has ſcripſit prouectæ admodùm ætatis, ſæpe ipſe indicat, præſertim in tertia cum ait: *plurimum illud tempo-* (*Senex iam Epiſtolas ſcribit.*)

tis,

Digitized by Google

rij, quod mihi fuit ſuper terram factum &c. & in ſecunda: *volebam autem videre vos ad faciem in corpore; ſed iam expecto tempus (quod eſt prope) in quo poſſimus ex ipſo nos contuitu alterutrum peruidere; cum aufugerit dolor, triſtitia, & gemitus &c.* Vt certum ſit, iam Arium virus ſuum effundere cæpiſſe: præſertim, quia 7. in eum conceptis verbis vibrauerit ſtilum, inquiens; *De Ario verò, qui in Alexandria ſurrexit &c.* Vt autem contra ipſum monaſteria armaret ſua, & Monachos de Fide recta commonefaceret, editis ad ſingula Aſceteria epiſtolis, laboraſſe ſatis (vt fallor) ipſe innuit in tertia, dum ait: *Deus autem pacis det vobis gratiam diſcretionis, vt cognoſcatis quæcumque ſcribo vobis, quod mandatum ſit Domini.* Et in quarta: *Obſecro ergo vos, Chariſſimi in Domino, vt intelligatis ſcripta, quia Dei mandata ſunt.* Ergo, vt vides, in vno Antonio, habuere Monachi morum ſuorum legiſlatorem ſanctiſſimum; contra dæmonum acies expertiſſimum ducem, ac inſtructorem & Fidei rectæ, Catholicæque Magiſtrum, & Doctorem peritiſſimum; vt nihil in eo deſiderare quirent, nihil ab altero mendicare. Auguſtinus ſanè Antonium Doctorem prædicat Theodidactum lib. 1 de Doct. Chriſt. in Chriſt. in prologo, cum ait: *Recordentur ſemper homines dediciſſe litteras. Nec propterea ſibi ab Antonio, Sancto, & perfecto viro Ægyptio Monacho, inſultari debere; qui ſine vlla ſcientia litterarum ſcripturas diuinas & memoriter audiendo tenuiſſe, & prudenter cogitando intellexiſſe prædicatur.* Quare iure Campeprius inuehitur in eos, qui Theologiæ ignarum eum reputant: *Nam ſi ſic* (ait) *Ægyptij Antiſtites Antonium vt ſymbolo Fidei Magni Athanaſij teſtimonium daret aduerſum Arianos, non conuocaſſent. Eodem argumento & Athanaſius, & Dydimus, cæterique Ægyptij, qui Antonium conuocarent, Theologiæ rudes dicerentur.* Sed ad rem.

Antonius Theodidactus Doctor.

CAPVT III.

Quouſque Antonij inſtitutio ſe extenderit?

§. I.

Cui Macarius, & Poſthumius regulas ſcripſerunt.

1\. Quo anno Antonius Monachos regere cœpit.

RElìquum eſt, vt enodemus, quouſque ſeſe inſtitutio extenderit Antoniana. Memineris, lector, ſtatutum à nobis fuiſſe in ſuperioribus, Antonium, anno ætatis 55. Chriſti verò 307. cœpiſſe Monachos colligere, & erudire. Enim verò *Antonius annis 20. ſolitariè tranſactis* (ſupra alios 15. Sub ſenis ſui obedientia) *cum multorum & propoſitum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret; tandem penè iam per vim foribus euulſis, quaſi ex aliquo cœleſti adytu conſecratus apparuit.* Ita Athanaſius cap. 13. & cap. 14. ait: *Rurſuſque in priſtinis laboribus perſeuerans, multos magiſterio ſuo fratres confirmauit; ita vt breui tempore plurima fierent monaſteria. Nouos, antiquoſque Monachos pro ætate, vel tempore, paterno moderabatur affectu.* Et cap. 21. eorum multitudinem ſic expendit: *Erant igitur in monte Monaſteria, tanquam tabernacula, plena diuinis choris pſallentium, legentium, orantium; tantumque ieiunandi, & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus ſermo eius aſſuerat, vt futuræ ſpei auiditate ad charitatem mutuam, & miſericordias indigentibus exhibendas, iugi ſtudio laborarent: qui infinitam regionem quandam, & oppidum à mundana conuerſatione ſeiunctum, plenum pietatis, & iuſtitiæ videbantur incolere. Quis tantum Monachorum agmen aſpiciens, quis virilem illum concordiæ cœtum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio ſuſurronis, ſed multitudo abſtinentium, & certamen officiorum erat, non in hanc ſtatim erumperet vocem: Quam bonæ domus tuæ Iacob tabernacula tua, Iſrael? tanquam nemora obumbrantia, tanquam Paradiſus ſuper fluuios, tanquam tabernacula, quæ fixa ſunt à Domino, tanquam cedri circa aquas?* Num. 24. Ei etiam curæ fuiſſe ſanctimonialium cœtus, non ſolum ex cap. 27. liquet, vbi virorum viſitans Aſceteria; *Sororem quoque iam vetulam videns, & aliarum puellarum magiſtram, mira exultatione ſuſtollitur:* quod ſanè de priori ad eas acceſſu dictum eſt; ſed ex 1. & 2. epiſtola ipſius quas ad fœminas, æque ac ad viros ſcripſiſſe ipſæ produnt. In ſecunda, cuius titulus eſt, *Ad Arſinoitas: Vniuerſos vos* (ait) *paratos abire ad Deum ſaluto in Domino, Chariſſimi, à minore vſque ad maximum, & à maſculis vſque ad fœminas.* Et in prima, *Ad fratres ſuos*, Monachos videlicet, inquit: *Primùm ſaluto vos in Domino. Exiſtimo autem animas quaſcumque apprehenderit gratia Dei vocantis, ad prædicationem ſui* (id eſt ad hoc vt diuinis laudibus vacet) *ſiue maſculos, ſiue fœminas, habere tres modos, &c.*

Eorum multitudo.

Sanctimonialium ei cura fuit.

Ab hac ſchola in orbem vniuerſum prodiiſſe, qui eum monaſteriis replerent, ita vt vni Antonio Monachatus quaquauerſum debeatur dilatatio, apud multos receptum eſt, & vulgò ferè perſuaſum. In quam ſententiam libens manibus pedibus iiſſe Cardin. Baron. videtur, dum Annal. tom. 3. ad A.C. 328. in hæc verba prorupit. *Qui igitur Antonium adeuntes, eidem ſe ſubiecere diſcipuli; ex ijs alij in eiſdem cum illo montibus Monaſticam exercuere diſciplinam; alij verò eadem ex planta palmites ſuccidentes, & in diuerſis prouincijs complantantes, breui tempore factum eſt, nempè hoc ipſo ſæculo, vt replerint terrarum orbem, tam ſancta propagine; nimirum Paleſtinam. Syriam, Aſiam minorem, Cappadociam, Pontum, Armeniam, Meſopotamiam, & Boreales regiones, vſque ad Latrones Beſſas, & Dacos, de quibus ſanctus Paulinus hæc cecinit in reditu S. Nicetæ viri ſanctiſſimi, à quo accepit, quod ſcribit:*

2\. Monachatus ab eius ſchola per vrbem dilatatus.

O vices, rerum benè verſa fama!
Inuij montes prius, & cruenti,
Nunc tegunt verſos Monachi latrones.
Pacis alumnos,
Sanguinis quondam modò terra vitæ eſt:
Vertitur Cœlo pia vis latronum,
Et fouet Chriſtus ſuperâ occupanti
Regna rapina.
Nos vbi quondam fuerat ferarum,
Nunc ibi ritus viget Angelorum
Et latet iuſtus, quibus ipſe latro
Vixit in antris, &c.

Sed & de Beſſis meminit S. Hieronymus, cum ſcribens ad Heliodorum (epiſt. 3.) *hæc ait: Indus, Perſa, Gothus, Ægyptius philoſophantur* (planè Monaſticè) *Beſſorum feritas, & pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam in feriis homines immolabant, ſtridorem ſuum in dulce Crucis fregerunt melos, &c. Et ad Lætam* (epiſt. 7.) *De India, Perſide,*

Digitized by Google

Perſide, Æthyopia Monachorum quotidie turmas ſuſcipimus. Eorum ſcilicet, qui ad loca ſancta viſenda pietatis cauſâ ventitabant. Hactenus Baronius, cui Roſuueydus ſubſcripſit in notis ad cap. 14. vitæ ſancti Antonij.

3. **Non fuit autem Monachatus ſed propagator.**

Sed mirum eſt, viros gnaros mellis, & butyri, id eſt, reprobandi malum, & eligendi bonum, hoc vna in re (nec minoris negotij inter cæteras Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ) nullum periculum feciſſe, nemineinvè rogaſſe de ſemitis antiquis. Perſuaſum ſibi habuerat Baronius, perſecutionibus, quas Eccleſia vniuerſa perpeſſa fuerat, funditùs Therapeutarum priſcorum periiſſe memoriam, ne dicam viuendi ritum. Videbat rurſus hoc ipſo tertio Eccleſiæ ſæculo Monaſticem, non ſolum in Ægypto ſub Antonio cultam, ſed toto orbe ad memoriam hominum reuocatam: exiſtimauitque alterum ab altero ortum duxiſſe. Cæterùm cap. 11. & 12. ſuperioribus liquidum (ni fallor) fecimus, Monachorum inſtitutum, ac ſtatum nunquam extinctum fuiſſe, imo verò nuſquam penè alicubi defuiſſe; tametſi à temporibus Antonij ſplendoribus geminatis micuerit; deficientibus ſiquidem perſecutoribus, & pace Eccleſiis per Conſtantinum reddita, ij qui latebant, è tenebris emerſerunt. Vtrum autem è diſcipulis Antonij in omnes illas orbis prouincias à Baronio accuratè recenſitas aliqui penetrauerint, quod abſque auctore oportuiſſet non proferri, nunc videndum.

4. **Hilarion in Paleſtina Monachatū illuſtrat.**

In Paleſtinam migrauit ſanctus Hilarion, Paleſtinus & ipſe natione; poſtquam Alexandriâ diſcedens, quam iuſſu parentum petierat, litterarum perdiſcendarum gratia: *Audiens celebre nomen Antonij, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incenſus videndi eius ſtudio, perrexit ad eremum.* Ita Hieronymus cap. 1. & 2. qui verum Antonij diſcipulum extitiſſe, ſic oſtendit. *Statim vt eum vidit, mutato priſtino habitu, duobus ferè menſibus iuxta eum manſit, contemplans ordinem vitæ eius, morumque grauitatem, quàm creber in oratione, quàm humilis in ſuſcipiendis fratribus, ſeuerus in corripiendis, alacer in exhortandis eſſet: & vt continentiam, cibique eius aſperitatem, nulla vnquam firmitas frangeret.* O quàm mirabiliter pueri Hilarionis ſpiritum replebat, (nam & puer erat annorum 15.) qui duorum duntaxat menſium ſpatio, tantam Monaſtici perfectionem hauſit, vt magnus pater familias, & Aſcetarum inclitus anteſignanus inde redderetur; & tam anguſto tempore immenſam frumenti coegerit molem, quam diſcipulis ſuo tempore impertiretur? Si verò anxius quæris, cur non plures annos, aut menſes cum Antonio egerit, occurrit Hieronymus: *Porrò frequentiam eorum, qui ad Antonium ob varias paſſiones, & impetus dæmonum concurrebant, vltra non ferens; nec congruum eſſe dicens, pati in eremo populos ciuitatum: ſicque ſibi magis incipiendum eſſe, vt cæpiſſet Antonius; illum quaſi virum fortem victoriæ præmia accipere, ſe verò necdum militare cæpiſſe: reuerſus eſt cum quibuſdam Monachis ad patriam.* Quare fructificatio Monaſtices in Paleſtinam per Hilarionem, proculdubio, Antonio quoque adſcribenda eſt; vtpotè cuius iſte diſciplinis eruditus fuerit, diſcipuloſque ſecum duxerit: imò & à quo profecturus ependytem (id eſt ſcapulare) acceperit: Nam de eodem Hilarione ſolitudinem Paleſtinam primitùs intrante agens, ait Hieron. cap. 3. *Igitur ſacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependitem, quem illi Beatus Antonius proficiſcenti dederat, &c.* Conſtat itidem Hilarionem inter primos Antonij diſcipulos enumerandum; non ſolum ſanctitate, in qua ceſſit nemini, ſed & tempore; nam A. C. 308. diſciplinis Antonij ſe tradidit erudiendum; qui tamen anno præcedenti 307. Monachos inſtituere cæperat. De qua re ſuo loco inferiùs. Sed verò non fuiſſe primum Paleſtinæ Monachum Hilarionem probauimus Libr. 2. cap. 7. num. 10. & cap. 11. num. 75. Quod tu conſulas, ne eadem ſæpiùs repetere videamur.

5. **Syria ante Antonium Monachis ditata.**

Multò minus conſtare poterit quod Baronius ait, Syriam primitùs Antonij diſcipulos perueniſſe. Audio potius Theodoretum ex profeſſo hiſtoriam eorum Monachorum pulchro eloquio texentem, qui multò priùs Syriæ ſolitudines incoluerunt: quod eo cap. 13. à num. 16. liquido oſtendimus: vbi tamen Antonij mentio nulla; ſicuti nec apud Chryſoſtomum; qui cum Monachorum in Syria agentium multam fecerit mentionem, quibus nimirum ſocius ipſe fuiſſe probatur, & legiſlator, & ſemel chronolia ſcilicet 8. in Matth.) Antonij cum laude meminerit; quòd tamen ei Syri Monaſticam deberent originem, prorſus tacet; ait ſiquidem. *Quiſquis regionis illius (Ægypti) gnarus eſt, ipſa quæ dicimus recognoſcit. Si vero habitacula illa nondum nouit, conſideret virum per cunctorum vſque hodie ora volitantem, quem Apoſtolorum ſimillimum Ægyptus protulit, Beatum dico, & magnum illum, de quo ſæpè audiſtis Antonium, & reſpiciat quia hic quoque illius fuerit regionis indigena, cuius etiam Pharao; ſed nihil ſit inde vitiatus. Nam & viſione Dei dignus eſt habitus, & talem vitam prorſus oſtendit, qualem habere ſtudent milites Chriſti, videlicet Aſcetæ, & Monachi.* Dixiſſet planè diſcipulos ipſius apud ſe in Syria eſſe, ſi aliquem illorum illuc penetrare contigiſſet. Nunc verò totam viri, vitæque eius rationem ex hiſtoria illius petendam docet: *Hoc autem facile cognouerit, quiſquis eum legerit librum, qui vitæ eius texit hiſtoriam.* Et rurſus: *Sed ne à me hæc audire videamini, ipſum potiùs librum legentes, diligentius cuncta diſcetis, vt maxima inde philoſophiæ incitamenta capiatis.* Philoſophiæ, inquam, Aſceticæ, cuius ipſe Doctor eximius fuit.

6. **Aſia minor ante Antonium Monachis diues.**

Quod ad Aſiam minorem, Cappadociam, & Pontum ſpectat, habeo magnum Baſilium conceptis verbis promentem in his neminem reperiri Monachorum præſtantiſſimæ Ægyptij ſcholæ; cum enim à Neocæſarianis accuſaretur, quòd Monachorum greges ad pietatem erudiret, reſpondet in epiſt. 63. in hæc verba. *Accuſamur vero & huius, quòd homines habeamus Monachos pietatis ſtudioſos, qui mundo renuntiarint, & vniuerſis ſæculi iſtius curis.* Audiſti accuſationem: Attende quid huic reſponderit. *Ego verò omnem vitam meam impenderem, vt mihi poſſint iſta impingi delicta, haberemque apud me viros, qui me Doctore hoc pietatis ſtudium amplexi hactenus fuerint. Hanc autem in Ægypto quidem audio talem eſſe virorum quorumdam virtutem* (diceret etiam aliquos apud ſe eſſe, ſi eos illàc penetrare contigiſſet) *& forſam in Paleſtina quoque ſunt*, [Hilarionis alumnos intelligit, ſicut in Ægypto Antonij, & Pachomij] *qui ad Euangelij normam vitæ ſuæ conuerſationem perfectam reddant. Audio & in Meſopotamia viros eſſe perfectos, ac Beatos,* [quorum ſcilicet Theodoretus texuit acta.] *Nos vero perfectis collati pueri ſumus. Sunt autem & fœminæ Euangelicam vitam amplexæ, quæ virginitatem quidem nuptiis præferunt,*

runt, ſenſum vero carnis ſeruienti ſubyciunt; & beato luctui immorantes, beatæ ſunt ex propoſito, vbicumque terram degant. Apud nos verò iſta, qui primis adhuc elementis ad pietatem inſtruimur, & initiamur, minuta ſunt, ac rudia. Atque hæc quidem ex humilitate Baſilij dicta proceſſiſſe non diffiteor; ſed vera eſſe quòd hiſtoria ad pertinet, negabit nemo. Quare diſcipulos Antonij nondum eas prouincias penetraſſe, tanti viri eas incolentis, & eiuſdem philoſophiæ palæſtram documentis exornantis teſtimonio, procul omni dubio ſit. De Dacis, & Beſſis dicere ſuperſedeo, quorum Monachorum nemo præter Paulinum meminit, is verò de Antonio, quòd Doctor illorum per ſe, vel per diſcipulos fuerit, nec vllum verbum; Nec aliud de Indis, & Perſis habemus. quos tamen iam Monachos fuiſſe, cum Hieroſolymam petebant, ipſe Hieronymus ſatis indicat. *De India, Perſide. Æthyopia Monachorum quotidie turmas ſuſcipimus:* Sed quando ibi cæperit florere Monaſtices, non aperit: nec mirum cum ſub Apoſtolis ſumpſerit cum fide initium.

7. Antonij vita Monacho ũ omnium magiſterium.

Verum enim verò vt prædicta de perſonali diſciplina Antonij loquendo vera eſſe, nemo inficiabitur; ita plane fateantur omnes neceſſum eſt. Antonij vitæ librum per vniuerſas quàm longè, latéque partes orbis delatum multos eius feciſſe imitatores; quo ſenſu nemo ſubſequentium temporum veræ Monaſtices profeſſores ab eius diſcipulatus manſit vnquam ieiunus. Hùc ſpectat, quæ de Marcella Romæ ſchema Monaſticum primò nobilium fœminarum publicè arripientis, ſcribit Hieronymus in eius Epitaphio, cap.,. inquiens:

Marcelli Monachatus.

Nulla eo tempore nobilium fœminarum nouerat Romæ propoſitum Monachorum, nec audebat propter rei nouitatem, ignominioſum [*vt tunc putabatur*] *& vile in populis nomen aſſumere. Hæc ab Alexandrinis prius ſacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſecutionem Arrianæ Hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum, Romam confugerant; vitam B. Antonij, adhuc tunc viuentis, monaſteriorumque in Thebaide Pachumij, & virginum ac viduarum didicit diſciplinam; nec erubuit profiteri, quod Chriſto placere cognouerat. Hanc poſt multos annos imitata eſt Sophronia, & aliæ, quibus rectiſſimè illud Ennianum aptari poteſt: Vtinam ne in nemore Pelio* (vſurpatur interdum à Cicerone prouerbij vice *Pelion* pro origine alicuius mali: quòd in eo Theſſaliæ monte abiegnæ trabes exciſſæ ſint, ex quibus nauis Argo coaluit; qua Iaſon vna cum flore iuuentutis nauigauit in colchos, velluſque aureum à Medæa adiutus in Græciam reportauit. Verſus Ennij integros habes apud Marianum Victorium in Natis ad eam epiſtol.16. Ergò ex Marcellæ monte Argos Monaſticæ trabes Romæ exciſſæ ſunt, quà ex Ægypto Romam vellus aureum Monaſtices adportatum fuit, cum Antonij libro. De Marcellæ diſcipulis ſubdit Hieronymus: *Huius amicitiis fruita eſt Paula venerabilis; in huius cubiculo nutrita eſt. Cuſtochium virginitatis decus: vt facilis æſtimatio ſit, qualis Magiſtra, vbi tales diſcipulæ.* De loco paleſtræ vero, cap.4. *Suburbanus ager vobis pro monaſterio fuit, & rus electum pro ſolitudine; multoque ita vixiſtis tempore, vt ex imitatione veſtri, & conuerſatione multarum gauderemus Romam factam Hieroſolymam. Crebra virginum monaſteria, Monachorum innumerabilis multitudo; vt pro frequentia ſeruientium Deo, quod prius ignominia fuerat, eſſet poſtea gloria.* Nimirum prius

Nobiles Antonij exemplo Monachatum arripiunt.

quidem Romę Monaſticum erat planè inſtitutum ſed quod illud nobiles, ſiue viri, ſiue fœminæ arriperent, Antonij exemplum effecit.

Nihil minus iis duobus amicis accidit, quorum 8.

Duo amici item Antonij legere conuerſi.

mundi abrenuntiationem, ex ore Potitiani vtriuſque comitis acceptam, narrat Auguſtinus libr.8. Confeſſionum, cap.6.his. *Inde ſermo eius* (Potitiani) *deuolutus eſt ad monaſteriorum greges & vbera deſerta eremi, quorum nos nihil neſciebamus.* Et rurſus: *Vnde incidit, vt diceret, neſcio quando ſe, & tres alios conſubernales ſuos, nimirum apud Treueros, cum Imperator pomeridiano Circenſium ſpectaculo teneretur, exiiſſe deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic, vt fortè combinati ſpatiabantur, vnum ſecum ſeorſum, & alios duos itidem ſeorſum pariterque diſgreſſos; ſed illos vagabundos irruiſſe in quamdam caſam* (ſcilicet monaſterium) *vbi habitabant quidam ſerui tui, ſpiritu pauperes, qualium eſt regnum cœlorum: & inueniſſe ibi codicem, in quo ſcripta erat vita Antonij, quam legere cæpit vnus eorum, & mirari, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia ſæculari, ſeruire tibi,* ô Deus meus.) *Erat autem ex eis quos dicunt agentes in rebus. Tunc ſubito repletus amore ſancto, & ſobrio pudore, iratus ita ſibi coniecit oculos in amicum, & ait illi. Dic quæſo; omnibus iſtis laboribus noſtris, quò ambimus peruenire? Quid quærimus? Cuius rei cauſa militamus? Maior ne eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, quam vt amici Imperatoris ſimus? Et ibi quid non fragile, plerumque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum: Et quandiu iſtud erit? Amicus autem Dei ſi voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione nouæ vitæ, reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus, vbi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius, vt mox apparuit. Namque dum legit, & voluit fluctus cordis ſui infremuit aliquando, & diſcreuit, decreuitque meliora. Iam iamque tuus, ait amico ſuo. Ego iam abrupi me ab illa ſpe noſtra, & Deo ſeruire ſtatui; & hoc ex hora hac in hoc loco aggredior, te ſi piget imitari, noli aduerſari. Reſpondit, illi adhærere ſe ſocio tantæ mercedis, tantæque militiæ. Et ambo iam tui ædificabant turrim, ſumptu idoneo, relinquendi omnia, & ſequendi te. Tunc Potitianus, & qui cum eo per alias horti partes deambulabant, quærentes eos deuenerunt in eundem locum, & inuenientes admonuerunt vt redirent, quoniam declinaſſet dies. At illi, narato placito, & propoſito ſuo, quoque modo in eis talis voluntas orta eſſet; atque firmata, petierunt, ne ſibi moleſti eſſent, ſi adiungi recuſarent. Iſti autem nihilo mutati à priſtinis, fleuerunt ſe tamen, vt decebat; atque illis piè congratulati ſunt, & cõmendauerunt ſe orationibus eorum, & trahentes eos in terra, abierunt in palatium: illi autem affigentes cor cœlo, manſerunt in caſa. Et ambo habebant ſponſas, quæ poſtea quam hoc audierunt, dicauerunt etiam ipſæ virginitatem tibi. Narrabat hæc Potitianus.*

Palatij vitæ pericula.

Ad calcem eiuſdem libri 8. cap.12. narrat Au- 9.

Auguſtinus Antonij exemplo conuerſus.

guſtinus, ad Deũm tandem ſe ex toto conuerſum, caſu, ad primam libri apertionem, occurrente Pauli ſententia ad Ioan.13. *Non in conuerſationibus, & ebrietatibus, &c.* Quod exemplo ſancti Antonij feciſſe fatetur. *Audieram enim* [ait] *De Antonio, quod ex Euangelica lectione, cui fortè ſuperuenerat, admonitus fueris, tanquam ſibi diceretur quod legebatur: vade, & vende omnia, quæ habes, &c. Et tali oraculo confeſtim ad Te eſſe conuerſum.* Vt Auguſtinus Antonio deberet non ſolùm imitationem Monaſticæ vitæ, ſed ipſam Fidem. Atque in hunc modum dubium non ſit, Antonianum ſcriptum, quo

Digitized by Google

quo viuus non poterat locorum; & temporum perueniſſe, & infinita Monachorum agmina, & perfeciſſe, & collegiſſe. Quem enim etiam perfectorum, non in melius promouiſſet vt facula ardens Antonij fulgentiſſima vita? vbique igitur in Patrem Monachorum iure optimo adſcitus fuit; vt ea propter non abs re feciſſe Bernardus meus videatur, dum tæpidos Aſcetas increpās, ad exemplar Antonij eos reducit, in Apologia ad Guiller. Sic inquiens: *Ridendas an lugendas dixerim huiuſmodi ineptias? Sit Macarius vixit? Sic Baſilius docuit? Sic Antonius inſtituit?* Quem locum alibi commodiùs expendemus.

10. *Antonij vita ſcripta de Athanaſio in gratiam Hiſpanorum.*

Magnum denique fructum in Syria egiſſe Antonij vitam, ex ſuperiori Chryſoſtomi teſtimonio colligimus; & ex eo quòd Antiochiæ latinitate donata eſt ab Eugenio tunc presbytero, poſt Antiſtite Antiocheno. Et ipſam quoque Antonij hiſtoriā non tam in gratiam ipſorum Ægyptiorum ab Athanaſio ſcripta eſt, quam externorū; quorumdam ſcilicet peregrinorum Monachorum, qui vt in patriam ſuam has inferrent gazas, enixe ab eo poſtularunt, vitam, & acta tanti Patris ſibi ab eo deſcribi: quod Athanaſius ipſe in præfatione conceptis fatetur verbis. Sed vndenam illi eſſent dum perquiro, vt non dubio procul, ita & probabili coniectura ducor, ſi vt ſuſpicer, Hiſpanos fuiſſe. Vnde hoc? Ex illis verbis: *Athanaſius Epiſcopus, ad peregrinos fratres. Optimum fratres iniſtis certamen, aut æquari Ægyptiis Monachis, aut ſuperare nitentes veſtra virtutis inſtantia. Etenim apud vos iam plurima ſunt Monaſteria; Monachorum quoque nomen eſt celebre, & hanc voluntatem veſtram iuſtè quiſque mirabitur, orantibuſque vobis optatum Deus tribuet effectum.* Et infra: *Sed quoniam nauigationis tempora habebantur, & litterarum portitor vehementiſſime feſtinabat: ideo ea quæ & ipſe nouerā dilectioni veſtræ, indicare properaui, &c.* Hinc verò fit, vt ij, ad quos ſcripſerit, longè admodū ab Ægypto, & Alexandria poſiti fuerint: quandoquidem, vt ad eos litterarum portitor rediret, neceſſum erat tempora nauigationis accommoda obſeruare. Floruiſſe etiā iam tunc apud eos oportuit Monaſticum inſtitutum, cum dicat: *Apud vos iam plurima ſunt monaſteria, Monachorum quoq; nomen eſt celebre.* Excluduntur ergo Paleſtina, & Syria, cum ad has non egeat quis nauigio, vt tranſeat ex Ægypto: Inſuper Aſia, Cappadocia, & Græcia vniuerſa; in quibus ſcilicet nō ita florebat tunc temporis Monaſtices, vt æquari Ægypti Monachis, aut ſuperare illarum Aſcetæ niterentur; Baſilio teſte, cuius modò dedimus verba n.6. Deinde vt ea regio Italia non ſit, id Conuincit, quòd ab aliquot annis vitam Antonij ab ipſo Athanaſio Romam tendente acceperat; vti ab Hieron. Baron accepit, verbis ſuperiùs relatis ex Epitaphio Marcellæ. Scio Roſuueydum contendere perperam Hieronymum à Baronio intellectum, cum ille non dixerit de Marcella, quòd vitam Antonij ab Athanaſio acceperit, ſed didicerit: nec aliter fieri potuiſſe, cum ipſe in prologo conceptis teſtetur verbis, eam poſt Antonij obitum exaraſſe: *exigitis à me, vt vobis ſcriberem de conuerſatione B. Antonij qualem etiā habuerit terminum vitæ.* Verùm potuit Athanaſius quam prius exaraſſet hiſtoriam, viuente Antonio; poſtea ad fratres peregrinos, addito de morte eius colophone, reſcribere; quod mihi feſtinatio ipſa indicare videtur, ſcriptoris & partitoris: & ita commodè verba Hieronymi, *Hæc a B. Papa Athanaſio, vitam B. Antonij, adhuc tunc viuentis; monaſteriorumque in Thebaide Pachumij* *didicit diſciplinam.* De libris ipſis vitæ Antonij, & regulæ Pachomij intelligi, quos ab Athanaſio Marcella acceperit, & ex eis Monaſtica didicerit Inſtituta. Porrò ad Galliarum fauorem, non video quid faciat; vt ad Gallos miſſa ab Athanaſio fuerit. Pro Hiſpanis verò, quòd nauigatio ab Alexandria illuc frequentius fieri ſoleret; vt præ cæteris Palladius probat in Laus. cap.5. agens de Paeſio, & Iſaia Abbatibus Nitriotis, quos aſſerit natos fuiſſe patre mercatore Hiſpanico, vt quòd verè Hiſpanus eſſet, vt verba ſonant, aut quòd apud Heraclidem eſt, *Vſque ad Hiſpaniam ſemper negotiando pergebat*: Facit & quod ij, ad quos liber mittitur, *peregrini* vocantur: non quidem quia peregrinationem ad Ægyptum ſuſceperant, cum potiùs per tabellarium ad eos Athanaſius reſcripſerit; ſed quia longiſſimè, aut peregrè aberant: Facit denique quòd valde in Hiſpaniis Monaſtices floreret; nam Palladius cap 39. *In Hiſpaniam* (ait) *ingreſſus quidem ſum ciuitatem, in qua monaſterium conſtat ex viris trecentis, exercent autem omnem artem; & ex iis quæ ſuperſunt ædificant etiam mulierum monaſteria, & cuſtodias.* Contendit Roſuueydus legendum *Panos* ciuitatem Ægypti: reclamante tamen vulgatiſſima Palladij lectione, & omnibus editionibus. Vt vt ſit, Hiſpanos quoque valde exemplo Antonij in Monaſticæ vitæ inſtituto profeciſſe, vt cæterarum nationum homines, nemo inficias ibit.

Ad Gallorū fauorem non fuit ſcripta.

Monachatus Athanaſii tempore floret Hiſpaniæ.

Carpitur Roſuueydus.

11. *Qui ſint præſtātiores Antonij diſcipuli?*

Deſiderabit quis noſſe, quinam magni Antonij diſcipuli præſtantiores fuerint? Is verò ſciat, oportet, Macharium illi in regimine monaſteriorum ſucceſſiſſe, vt mox oſtendam: & huic quoque Poſthumium. Et quidem Hieronymus in Chronico A.C.369. iuxta Scaligeri recenſionem, tres enumerat: *Sarmata, Amathas, & Macarius diſcipuli Antonij inſignes habentur.* Et in prologo vitæ S. Pauli Amatham eum facere videtur, qui Magiſtri ſanctiſſimum corpus ſepeliuit. In vita verò Hilarionis cap. 25. & 26. meminit Iſaac, & Peluſiani; quorum Iſaac interpres Antonij fuerat; & ſimul cellam eius inhabitabat poſt fœliciſſimum eius obitum. Vt miſſum faciamus ipſum Hilarionem; qui præſtantiſſimus diſcipulorum Antonij fuit: ſicut & Paulus cognomento ſimplex, de quo ſuperius effati ſumus. Refert etiam Rufinus, de verbis ſen. num.31. Priorem Abbatem à B. Antonio in ſancto propoſito Monachorum inſtructum fuiſſe; cuius & ibi geſta narrat. Et nu.120. & 161. de Abbate Siſoyo, qui in eodem monte cum ſancto Antonio habitauit. Et num.138. de Paphnutio Cephala, diuerſo ſanè ab eo, cuius fit mentio in vita Antonij cap.30. At Pelagius inter eius diſcipulos enumerat Pambonem, libello 1. num.2. & Neſteronem num.11. Rufinus in vit. PP. lib.2. cap. 25. agit de Chronio, & cap. 26. de origine ſeniſſimis Anachoretis, qui ſuo tempore ex diſcipulis adhuc B. Antonij ſupererant, & de Pithyrione cap 13.

12. *Quænam in Ægypto memoria manſerit de Antonij inſtitutione?*

Perſeuerat adhuc qualis qualis ſub S. Antonij ordinis nomine Monachorum in Ægyptia ſolitudine diſciplina: quippe ex Monaſterio ſancti Macharij eius ordinis A.C.1595. duo ad ſedem Apoſtolicam acceſſere legati, Gabrielis Patriarchæ Alexandrini, quorum ſupplices libellos, & totius legationis rem geſtam fusè narrat Baronius ad calcem ſexti Annal. tomi; vbi alter habet: *Ego humilis frater Ioſeph de Epiſcopo Ægyptius, nationis Copticum, Monachus, & Presbyter monaſterij S. Macharij, in deſerto Ægypti, Ordinis ſancti Antonij, &c.* Alter verò: *Ego humilis frater Abdelmeſſias Ægytius*

Ægyptius, nationis Ceptorum, Monachus, & Preſbyter monaſterij S. Macharij in deſerto Ægypti, ordinis S. Antonij, &c. Et Gabriel ipſe in litteris ad SS. D. M Clementem Papam VIII. datis, vocat eos: *Religioſos Monachos, benedictos filios, & fideles Preſbyteros deſerti S. Macarij.* Cætera apud Baronium leges.

§. II.

De Regula S. Macarij Abbatis.

13. Quaſi Generalem Prælatũ egit Antonius, cui ſuccedit Macarius. SAncto Antonio ad ſuperos tranſlato, Beatus Macharius in eius locum ſuffectus eſt. In quem locum reges? Nondum ad Monachos Generalis, Abbatis, Miniſtri, Magiſtri, aut Præpoſiti nomen acceſſerat; munus tamen ei ſimile proculdubio Antonius exercuerat. Nõ enim vnius dũtaxat monaſterij ſuperiorem agebat, ſed multorum; vt ſuperiùs dicta, & eius epiſtolæ manifeſtant. Curam gerebat omnium ſibi ſubiectorum monaſteriorũ, & Monachorum: & viſitationis gratia ad eos accedebat, cuius muneris non ſemel Athanaſius meminit, id eſt c. 14. (Viſitat Monaſteria.) *Cum fratres vellet inuiſere, & virum fluminis Nili* (ad Arſinoitarum oppidum) *qui Crocodilis, & multis ſæuis fluminis beſtiis plenus erat, tranſuadare eſſet neceſſe, tã cum comitibus ſuis tranſibat illæſus, quàm inde redibat incolumis.* Et c. 17. *Tandem confecto itinere ad Monachos peruenit. Tunc verè quaſi Patri omnes obuiam occurrerunt; & honorifico ſalutatu in oſcula eius, & amplexus certatim ruunt. Propoſito feruenti gaudet Antonius, & lætantibus de aduentu ſuo cunctis, quaſi xenia de monte portans, ſpiritualia impertitur alimenta. Laudat veterum ſtudia, hortatur nouorum.* Et tunc ſororis monaſterium inuiſiſſe dicitur. *Sororem quoque iam vetulam videns, & aliarum puellarum magiſtram, mira exultatione ſuſtollitur.* Et pro ſubſidio itineris; *profectus eſt impoſitis camelo aqua, & panibus.* Ad eum itidẽ maiores cauſas defferri ſolitas, Pelagio narrante, libell. 9. n. 1. nouimus: vbi ait: *Contigit aliquãdo fratri in congregatione Abbatis Elia* (Congregatio pro Monaſterium.) (congregationem Monaſterium accipe) *tentatio. Et expulſus inde abiit in montem ad Abbatem Antonium,* (nimirum quaſi appellationis gradu.) *Et cum manſiſſet aliquanto tempore apud eum, remiſit eum ad congregationem vnde exierat.* (En Generalis Præfecti miniſterium exequitur.) *Illi autem videntes eum iterum expulerunt; quo ſimiliter perrexit ad Abbatem Antonium dicens: Noluerunt me ſuſcipere, Pater. Miſit ergo ſenex ad eos dicens: Nauis naufragium tulit in pelago, & perdidit omne, quod portabat: & cum labore vacua nauis perducta eſt ad terram. Vos ergo liberatam nauim in terram vultis ſubmergere? Illi autem cognoſcẽtes quia eum Abbas Antonius remiſiſſet, ſtatim ſuſceperunt eum.* Innuitur hic eò primùm non ſuſcepiſſe, quia non præſtabant ei fidem aſſerenti ſe à Patre Antonio remiſſum: nam cum primùm cognouerunt, *quia eum Abbas Antonius remiſiſſet,* cui ſcilicet obedire tenebantur, *ſtatim ſuſceperunt eum.*

14. SS. Monachis Regulam ſcribit Macarius. Locum igitur Antonij adeptus Macarius cum Monachorum greges vehementer eſſent aucti, ita vt ad quinque millia aſcenderent, qui Antonianis legibus regebantur, ne quis forſam earum ignorantiam prætexerent, haberentque Monaſteria immobilem ſui inſtituti formam, cui ſe conformare deberent, dictauit regulam, quæ apud veteres magno fuit in pretio. Nactus eam ſum ab egregio codice membranaceo Monaſterij Caradigneſis, ante 800. annos caracteribus Gothicis, M. S. cui (Candigneſis Codicis fides.) Smaragdus eiuſdem antiquitatis vir plenam exhibet fidem in commentariis Regulæ S. P. N. Benedicti, non ſemel verba eius mutuans, nam ad c. 28. inquit: *Beatus autem Macarius aliter in regula ſua ait: Qui ſæpius (inquit) corripitur, & non ſe emendauerit, extraneus habeatur; ſicut dixit Dominus Matt. 18. ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus.* Quod ſanè ad verbum extat in hac regula n. 32. Rurſus ad c. 53. ait Smaragdus: *Hinc & B. Macarius ait: Hoſpitalitatem ſectantes per omnia. Et ne auertas oculum, aut inanem dimittas pauperem; ne fortè Dominus in hoſpite, aut in paupere ad te veniat, & videat te hæſitantem, & contemnentem; ſed omnibus hilarem te oſtẽde, & fideliter age.* Quæ verba extant ſub num. 35. niſi quòd pro *& contemnentem* eſt, & *condemneris.* Alia citat ad calcẽ eiuſdem c. 53. *Hinc & B. Macarius ait: Nullus niſi cui cura circa hoſpitale fuerit iniũcta, reſponſum det venientibus, neq; ſermocinari* (cum eis) *alicui fratri licebit, niſi ſoli, qui præeſt, aut quos ipſe iuſſerit.* Reperit eam Græcè ſonantem frater Angelus de Clarin ſub A. C. 1300. à Græcis eremitis obſeruatam, ſimul cum Baſilij regula, vt videre eſt in prologo veteris verſionis ſcalæ S. Ioannis Climaci, ab ipſo elaboratæ; de qua & in præfatione nouæ tranſlationis Ambroſij Camaldulenſis fit mentio. Sed hæc deſunt in Codice Caradigneſi. Iam verò regulam ipſam proferamus, vt in eo iacet, ſub hoc titulo.

IN NOMINE DOMINI.

Incipit Regula Sancti Macarij: qui habuit ſub ordine ſuo quinque millia Monachorum.

1 *MIlites ergo Chriſti ſic tales ſuos debent componere greſſus, vt Charitatem inter ſe perfectiſſimam continentes, Dominum ex toto corde, & ex tota virtute diligentes, inuicem inter ſe perfectiſſimam ſint ſectantes obedientiam,* 15. Variæ virtutes Monaſticæ.

2. *Deinde vt ſint pacifici, mites, moderati.*

3. *Non ſuperbi; non iniurioſi; non ſuſurrones; non irriſores; non verboſi; non præſumptuoſi.*

4. *Non ſibi placentes, ſed ipſi, cui militant, Chriſto.*

5. *Non blaſphemias ſectantes; nec dicere quicquam, quod non ædificat.*

6. *Ad obſequium non pigri.*

7. *Ad orationem parati.*

8. *In Ieiunio hilares.*

9. *Nullus ſe ab alio iuſtiorem eſſe arbitretur; ſed vnuſquiſque omnibus ſe inferiorem confiteatur; quia qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.*

10. *Præceptum ſenioris, vt ſalutem, ſuſcipias.*

11. *Non murmurando vllam operationem facias; non irriſionem contra præceptum vſurpes.*

12. *Non te extollas, aut magnifices aliqua opera vtilia feciſſe.*

13. *Non ad inquirendum aliquod lucrum congaudeas: nec in damnum contriſteris.*

14. *Non te familiaritas vlla [ad] ſæcularia trahat; ſed tota dilectio tua in cellula demoretur.*

15. *Cellam vt paradiſum habeas.*

16. *Fratres tuos ſpirituales, vt æternos confidas habere parentes.*

17. *Præpo*

Digitized by Google

17. *Præpoſitum Monaſterij timeas vt Deum* [al. *vt Dominum*, vt habet Hieron.epiſt.4.] *vt parentem diligas.*

18. *Similiter quoque, & omnes te oportet diligere fratres*; [al. *cum quibus etiam te confidis videre in gloria Chriſti*] *cum quibus etiam confidis videre in gloria Chriſtum.*

19. *Non oderis laborioſa opera: otiumque ne ſectaberis.*

20. *In vigiliis* [legerem, *conſertus*] *confectus, in opere iuſtus effectus.*

21. *Ambulans quaſi dormiens; laſſus ad ſtratum tuum venias: cum Chriſto requieſcere te credas.*

22. *Curſumque Monaſterij ſuper omnia diligat;*

23. *Qui verò ſæpiùs orare voluerit, vberiorem inueniet miſericordiam Chriſti.*

Studiũ Sanctiſſimę poſt matutinum.

24. *Matutino dicto, iam meditari habeant fratres, vſque ad horam ſecundam: ſi tamen nulla cauſa extiterit, qua neceſſe ſit, etiam prætermiſſa meditatione, aliquid fieri in commune.* V.D.P.N. Benedictum cap 8.& notanda infra cap.6.num.55.

Opus manuum

25. *Poſt horam verò ſecundam vnuſquiſque ad opus ſuum* [eat] *vel quidquid iniunctum fuerit ſine murmuratione perficiant. Sic enim dicit ſanctus Apoſtolus Paulus: ſi quis non operauerit, non manducet.*

26. *Qui autem murmurauerit, vel contentioſus extiterit, aut* [al. *refertus*] *repertus in aliqua re contraria voluntati præcipientis; dignè correptus, ſecundùm arbitrium ſenioris, vel modum culpæ, tandiù abſtineatur, quandiù culpæ qualitas poſcit; vel ſi ſe pœnitendo humiliauerit, vel emendauerit.*

16. Abſtinere pro ſeparare.

NOTA. *Tandiu abſtineatur*: id eſt ſeparetur à cætu fratrum, ſeu excommunicetur. Sic Calepinus: *abſtinere* pro *ſeparare*, & (quod dicunt) *excommunicare*: Probatque ex Cypriano libr. 1. epiſt. 11. ad Pomponium: *Conſulte, & cum vigore feciſti (frater chariſſime) abſtinendo Diaconem, qui cum virgine ſæpe manſit.*

27. *Ita vt correptus frater, vel qui in oratorio ſunt, vel qui in cellulis conſiſtunt, quicunque eius errori conſenſerit, culpabilis erit.*

NOTA. Id eſt, Is ita vt ille abſtineatur.

28. *Ad horam verò Orationis, dato ſigno, qui non ſtatim, prætermiſſo omni opere, quod agit, paratus fuerit; foris excludatur, vt erubeſcat: quia nihil Orationi præponendum eſt,* [an, *operam dabunt,* ſcilicet Orationi;] *operi verò dabunt ſinguli fratres.*

29. *Tempore verò, quo Miſſæ fiunt in vigiliis obſeruandum eſt, quando omnes conueniunt. Quicumque grauatur ſomno, exeat foras; non ſe fabulis occupet, ſed ſtatim redeat ad opus* [ad] *quod venitur.*

NOTA. De Miſſæ, ſignificatione vide quæ notatamus infrà.lib.4 c.4.n.103. & 105.

Lectio.

30. *In Congregatione verò ipſa, vbi legitur, aures ſemper ad ſcripturas habeant, & ſilentium obſeruent.*

Patientia.

31. *Hoc etiam addendum eſt: vt frater, qui pro qualibet culpa arguitur, vel increpatur, patientiam habeat, & non reſpondeat arguenti: ſed humilitatem habeat in omnibus: ſecundùm præceptum Domini dicentis: Quia Deus humilibus dat gratiam, ſuperbis autem reſiſtit. Et: Qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.*

17. Incorrigibiles è Monaſterio eiiciendi.

32. *Qui verò ſæpius correptus non emendauerit, nouiſſimus in ordine habeatur. Qui ſi ſe nec ſic emendauerit, extraneus habeatur; ſicut Dominus dixit: Sit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.*

NOTA. *Extraneus habeatur.* An idem vult ac cùm ſuperiùs num. 26. dixit: *Abſtineatur*, ſeu excommunicetur? Niſi modo velit, vt eiiciatur foras de monaſterio, quod verius puto; nam quiuis pro qualibet contentione, aut inobedientia abſtineri iubetur: at nunc agitur de eo, qui ſæpiùs correptus non emendauerit. Et ita tandem interpretatur B.P.N.Benedictus c.28. Hinc etiam verba mutuatus. Hunc locum citat Smaragdus, ſed truncatum; vt ex collatione verborum vtriuſque liquet.

33. *Ad menſam autem ſpecialiter nullus loquatur; niſi qui prior eſt, vel qui interrogatus fuerit.* Silentium.

NOTA. Scilicet à Priore, ſeu maiore: non à quouis tumultuarie, cum id modò cautum ſit. R.P. Ben.cap.38.

34. *Nullus ſe in ſua peritia, neque in voce extollat; ſed per humilitatem, & obedientiam, lætetur in Domino.*

NOTA. Similis eſt regula.12. ſed ibi de operibus, hic de voce, aut cantus peritia agitur. Hoſpitalitas

35. *Hoſpitalitatem ſectator per omnia: & ne auertas oculum tuum vt inanem dimittas pauperem; ne fortè Dominus* [al. *in hoſpitem aut in pauperem*] *in hoſpite, aut in paupere adueniat, vt videat te haſitantem, & condemneris: ſed in omnibus te hilarem oſtende.*

NOTA. Hæc citat Smaragdus ad cap.53. S.P. Benedicti; niſi quòd pro *condemnaris* habet *contemnentem.* Qui tamen addit ſequentem regulam, quæ in Catadignenſi codice deeſt.

36. [*Nullus niſi cui cura circa hoſpitale fuerit iniuncta, reſponſum det venientibus; neque ſermocinari fratri licebit, niſi ſoli, qui præeſt, aut quos ipſe iuſſerit.*] 18. Hoſpites à quibus alloquendi.

NOTA. Cum hoſpitibus, vt D. Benedictus interpretatur cap.53. Patientia.

37. *Et fideliter age, vt paſſus iniuriam taceas; iniuriam facere non noſcas, ſed factam potiùs tolerare.*

38. *Non te inania ſeducant conſilia, ſed magis te ſemper in Chriſto confirma.*

39. *Non te æſtimes vllos habere parentes, aut propinquos, quàm qui tecum ſunt in cellula fratres.* Parentum obliuio.

40. *Ad neceſſariam rem perquirendam, de monaſterio bini egrediantur, vel terni; non qui verboſitatem, vel gulam ſectentur; ſed qui cauſam monaſterij, & mandatum Patris fideliter agant.* Egreſſus idè qualis.

41. *Ergo ſi quis de ſæculo ad Monaſterium conuerti voluerit, regula ei introeunti legatur; & omnes actus Monaſterij illi patefaciant. Quòd ſi omni aptè ſuſtinuerit, ſic dignè à fratribus in Monaſterio ſuſcipiatur.* D Bened.c.58.

42. [Al. *Nam*] *iam ſi aliquam in cellulam voluerit inferre ſubſtantiam, in menſa ponatur coram omnibus fratribus; vel vt regula continet.*

NOTA. Exiſtimo loqui de regula Apoſtolica Act.4.

43. *Quòd ſi ſuſceptus fuerit, non ſolum de ſubſtantia, quam intulit, ſed etiam nec* (in) *ſe ipſum habeat poteſtatem ab ea hora. Nam ſi aliquid prius intulit fratribus; ipſi tamen non eſt licitum vt aliquid habeat in ſua poteſtate;* (al. *ex qualibet*) *& qualibet cauſa ſcandalizet.*

NOTA. Libentius legerem, *ſcandalizetur*; id eſt ſcandalum patiatur, & pereat; vt interpretari videtur D.P.Benedictus cap.59.

44. *Si poſt tertium diem exire voluerit, nihil penitus accipiat, niſi veſtem in qua venit. Aut ſi caſu* Forma ſuſcipiendorum fratrum.

Digitized by Google

tranſierit (al. è ſaculo) ſaculo, nullum haredum eius adire debet.

45. *Quòd ſi pulſare voluerit, regula ei legatur, & confundatur turpiter, & diſcedat confuſus; quia & illi, à quo repetit, fuit recitata.*

Nota. Hæc regula obſcura admodùm eſt.

19. Supplicia. 46. *Ergo ex qualibet cauſa, ſi quis peccauerit frater, ab oratione ſuſpendatur, & ieiuniis diſtringatur. Quòd ſi coram omnibus fratribus proſtratus veniam poſtulauerit, dimittatur illi.*

47. *Nam ſi in ſua perſeuerauerit nequitia, & ſuperbia; & dicat: Hoc ego durare non poſſum: ſed accipiam caſulam meam, & abeam vbi voluerit mihi Deus: ſi quis de fratribus hoc eum dixiſſe audierit, referat ſtatim Prapoſito, & Prapoſitus Abbati. Abbas coram omnibus fratribus ſedeat & eum exhiberi iubeat, & virgis purgetur; & oratio fiat pro eo, & ſic ad communionem recipiatur. Vt ſi quiſquam non emendauerit doctrina virgis purgetur.*

Durare pro tolerare. Nota. *Hoc ego durare non poſſum.* Durare hic *tolerare* eſt, vt apud Virgil. 1. Æneid. *Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.* Et hic accuſatio iungitur apud Horatium lib. 1. carm. *Vix durare carina Poſſint imperioſius aquor.* Plautus in Amphit. Durare pro perſiſtere accepit: *Durare nequeo in hac domo.* Et Terentius in Adelph. *Non, mehercle, hic quidem durare quiſquam poteſt*, cui reſpondet Hiſpana vox *durar* Nota etiam à Macario virgarum flagellationem in Monachos diſcolos primùm (quod ſcripto conſtet) inductam. Multa hinc hauſit S. P. Benedictus, vt videre eſt cap. 28. regulæ ſuæ.

48. *Quòd ſi caſu quis frater de monaſterio exire voluerit, nihil penitus accipiat, niſi in nutatiſſimo veſtimento, & extra communionem infidelis diſcedat.*

Nota. *Nutatiſſimo veſtimento*, id eſt, de cæteris nudus diſcedat. Quadrat regula 41. & S. Bened. cap. 58. Conſule quæ diximus hoc ſecundo libro cap. 10. num. 17.

49. *Nam quieti, & pacifici excelſum Dei percipient regnum: & filij computantur Altiſſimi, & pretioſas, ſplendidaſque accipiunt coronas. Filij autem tenebrarum* [leg. *in exteriora tormenta*] *in exterioribus ibunt tormentis. Super quem requieſcam, dicit Dominus, niſi ſuper humilem, & quietum, & tenentem mandata mea, & trementem ſermones meos?*

Ieiunia 4. & 6. feriæ. 50. *Quarta feria, & ſexta feria, qui frangunt ieiunium, Iuda aſtimantur participes, qui Chriſtum tradidit.*

Artificij exercendi ratio. 51. *Illud etiam addendum fuit; vt vltra monaſterij* [*ſepta*] *artificium non faciat vllus, niſi ille, cuius fides probata fuerit: atque ad vtilitatem, & neceſſitatem monaſterij fiat, quod potuerit facere.*

Explicit Regula S. Macharij.

20. De alia Macarij regula iudicium. Eiuſdem Macarij Ægyptij opus eſt epiſtola illa Aſcetica, quæ ad calcem voluminis vitarum Patrum vulgò circumfertur; cuius initium. *In primis quidem ſi caperit, &c.* Sed quòd generis exortatorij ſit ad virtutem, non præceptiui; & quòd ad manum omnium ſit, & id circo à noſtro aliena inſtituto eam prætermiſimus. Quod autem opus ſit Macarij Ægyptij, teſtatur Gennadius lib. de ſcript. Eccleſ.

§. III.

De B. Poſthumij regula, qui Sancto Macario in regimine Antoniana palaſtra ſucceſſit.

Qvo tempore ſanctus Macarius ſcholam regebat Magni Antonij, agebat in eremo cœleſtis ille ſenex Poſthumius, quem Angelus orare Deum edoctum, & ad Priſcam Epiſcopum perductum Baptiſmi gratiam conſequi ſub ſpecioſiſſimi perſona iuuenis curauerat. Extant eius acta in vitis Patrum, & in prædicto Caradignenſi Gothico codice, vnde plerumque vulgatus editionibus ſubſidium afferemus. Hunc Dominus Antonij proculdubio allectus meritis, gregi ſuo, ipſo neſciente, promouebat in magiſtrum; cuius nimirum Aſceticos progreſſus ſic narrat auctor Anonymus cap. 6. *Accendebatur fraterna ſtudio Charitatis; Humilitatis vinculo ad vniuerſos colligatus fuerat fratres. Charitatis iugũ vehemẽter amabat, cunctoſque fratres, qui aderant, Eccleſia proxima loca inhabitantes, ſollicitè requirebat. Studioſè Pſalmos dicebat; corpus verò ſuum ieiuniis affligebat; in oratione Dei quotidie pernoctabat; agreſtes edebat herbas, & aquam frigidam bibebat: cilicio corpus opertum fatigabat; aſſerens eſſe peccatum aliquando ab opere ſi vacaſſet, verboſitatem ſermonis, cauebat. Diuinis libris accommodabat aurem; mundum ſe in omni oratione ſua exhibebat; plangere non deſinebat; nam cùm frequentia pateretur in corpore damonum tentamenta, ad nota orationum praſidia conuolabat. Et ne amplius ſomno indulgere videretur, vt mortalia membra foueret, paululum ſuper ſaxa requieſcebat, vt cum duritia lectuli doloribus agebat corpus, ſtatim ad Dei conſurgeret opus. Panem etiam ſuum ad menſuram accipiebat* (cum pane veſceretur, aliàs herbis victitabat) *& aquam ad menſuram bibebat. Nunquam pleno ventre à menſa receſſit, nec ſitim ſuam vnquam ſatiauit dicens: Non eſſe dignum, ſi carnis voluntas eſſet impleta. Obedientiam verò & fecit, & docuit: patientia verò ſuperbos, & iracundos homines humiliter mitigauit. Et ſi quando infirmitas febrium, aut ſtomachi graui tormento eum afficerent, non dedit indulgentiam morbo infirmitatis, nec calidis vſus eſt rebus, nec ieiunia minorauit. Si aliquando valetudo grauis debilia genua fatigaret, ita vt ad vigilias exurgere non valeret; orando, & pſallendo in ſtratu ſuo non deſinebat. Si lingua pra ſiti ſiccaretur, cordis intima rugiebant; ne ſilentio eius hoſtis anima diabolus lataretur, aut in opere Dei vir ſanctus negligens inueniretur.* (nimirum mente perſoluebat diuini operis penſum, cum lingua non valeret.) *Talis eius vita vſque ad ſenectam fuit, qualis ab initio.* 21. Poſthumij vita.

Hæc cum de Poſthumij exercitiis auctor dixiſſet, ſubdit: *Nota igitur facta eſt ſancto Macario, ſcilicet B. Antonij diſcipulo, conuerſatio Poſthumij; & celebre eius factum eſt nomen; viſumque eſt illi ad hunc abire in eremum. Nam idem Macarius ab Illuſtri viro Antonio Monachorum fere quinque millia ſuſceperat gubernanda.* Hoc loco in excuſſos codices irrepſit, vt pro *quinque millia* habeant *quinquaginta millia*, vt habet Roſuueydus etiam in margine, ſed palmario errore; quem nimirum redarguit titulus ipſe vitæ eius, qui 22. Macarius Poſthumum ſucceſſorem exoptat.

habet

habet: *vita B. Poſthumij, patris quinque millium Monachorum.* Et Cardignenſis ſic: *Hic enim Macharius ab Illuſtri viro Antonio, derelicta Monachorum quinque ferè millia ſuſceperat gubernanda.* Et totidem ſub ſe Macarium habuiſſe, titulus ipſe ſuæ Regulæ ſuperius à nobis recenſitæ manifeſtat: Vt omittam, ipſam quinquaginta millium multitudinem ex ſeſe impoſſibilem fieri pro vna Ægypti regione, in qua non Antoniani ſolùm, ſed Mitriotæ, Scithenſes, & Tabéneſiotæ Monachi ſimile vitæ inſtitutum exercebant; è quibus Tabenneſiotas ad decem millia aſcendiſſe, auctor eſt mediocris auctoritatis. Sed erroris origo à caracteribus numerorum fuit: Nam pro 5000 aliquis inconſideranter exſcripſit 50000. Pergunt acta: *Eiuſdem igitur Macarij exitus appropinquabat de ſæculo, & requirebat Dominico gregi, qui poſt eius exceſſum Magiſter ſubrogaretur. Sanctus itaque Macarius cum ad ſanctum veniſſet Poſthumium, excepit eum libenter; præcipuè cuius iam ab Angelo formam audierat.* Innotuerat ſiquidem Poſthumio Macarius, Angelo ſibi familiariſſimo reuelante. Verùm Macarius *non vt hoſpes venerat,*

Poſthumius Antonij reliquias viſitare inuitatur.

ſed vt eius ſubtiliter exploraret propoſitum. Porro Macarij aſpectibus, Poſthumij placuit conuerſatio; & perſuadere eum inſtantiſſimè cœpit, vt ſancti Antonij Anachoretarum Principis non grauaretur viſitare reliquias. Sed cum omni virtute reniteretur, & abire penitùs noluiſſet; in ſomnis ſine vllo cunctamine ire iubetur.

23. Cum audis inuitari Poſthumium ad reliquias Sancti Antonij viſitandas dubium tibi forſam emerget; quòd ſcias, in tabulis Eccleſiaſticis haberi non viſum ab aliquo, quouſque ſub Iuſtiniano Imperatore, diuina reuelatione repertum, Alexandriã delatum eſt. Ita Rom. Martyrolog 17. Ianuarij Ea propter ſuſpicari poſſet quis, inuitatum ad reliquias Antonij exoſculandas, quæ poſtmodum Hilarion peregrinationis causa illuc accedens, iugiter veneratus eſt, Hieronymo teſte inquirente. cap. 26. *Videres ſenem huc, atque illuc cum diſcipulis B. Antonij diſcurrere. Hic* (aiebant) *pſallere, hîc orare, hîc operari, hic feſſus reſidere ſolitus erat. Has vites, has arbuſculas ipſe plantauit, &c.* Et: *Iacebat* Hilarion *in ſtrato eius; & quaſi colens adhuc cubile deoſculabatur.* Et iuſſiſſe quidem Antonium diſcipulis ſuis, lego (apud Athanaſium cap. 58.) *Vos humo tegite, vos patris operite corpuſculum; & illud quoque ſenis veſtri cuſtodite mandatum, vt nemo præter veſtram dilectionem locum tumuli mei nouerit.* Diſcipulis, inquam, duobus, qui eius ſoli interfuerunt funeri, eodem Athanaſio auctore: quòd ſi alter Amathas fuit, vt quibuſdam ſonat illud Hieronymi in prologo vitæ Pauli: *Amathas verò, & Macarius, diſcipuli Antonij, quorum ſuperior Magiſtri corpus ſepeliuit* (quamquam Roſuueydo probabile videatur Tò *ſuperior* Macario apponi, quaſi ſit ſenſus: *proximè ſuperior*) de Macario hoc loco liquidum eſt, alterum è duobus fuiſſe. Et cui potius ſecreta ſua Antonius fideret, quam Macario, cui & totum gregem ſuum commiſit? Acta Poſthumij ſic habent cap. 7. *Itaque cum Macario aggreditur iter; multitudinem congregationis Monachorum, quæ à ſolo gubernabatur Macario, ingreſſus: de quo ſæpè diximus, corpus ſepeliuiſſe Magiſtri, cum ſpiritus eius vocatus eſt ex ſæculo.* Caradignenſis ſic: *Cum Macario aggreditur iter; congregationem multorum Monachorum ingreſſus, qui a ſancto gubernabantur Macario: de quo ſæpe diximus, corpus ſepeliuiſſe Magiſtri, ſpiritu eius migrante è ſæculo.* Innuit profectò ſcripſiſſe ſe priùs Macarij vitam, vbi id ſæpè narrauerit: cuius operis meminit Socrates, & ex eo Caſſiodorus in Tripart. lib. 8. cap. 1. inquiens: *Ægyptius itaque Macarius tantum morborum depulit, & tantum Dæmonum effugauit, & ex eius operibus liber proprius expleatur.* Sed verò Palladius ab Abbate Cronio Antonij diſcipulo accepit, Macarium, & Amatham corpus ſepeliſſe Magiſtri: vt conceptis verbis ipſe prodit cap. 25. *Cum ergo veniſſem* (aiebat Chronius) *ad ſancti Antonij Monaſterium, quod propè fluuium, in quo ſedebant eius diſcipuli Macarius & Amathas, qui eum etiam cum dormiiſſet ſepelierunt, &c.* Ergo cum Macarius corpus Antonij ſepeliſſet, non ad inuiſendam duntaxat cellam Antonij, & pauperculam ſupellectilem Poſthumium inuitabat, ſed quò eum ampliùs ad iter capeſſendum accenderet, etiam ad ipſius ſacri corporis exuuias, quæ nemini notæ erant (vno Amatha excepto) exoſculandas, & locum ſepulchri certò amplectendum. Non idcirco iuſſioni Antonianæ contraire ratus, quòd vni Poſthumio ſecretum ſub eodem aperire ſigillo, non ingratum Antonio eſſet.

Coactus igitur Poſthumius, cum Macario ad montem ſancti Antonij properauit: vbi tamen illico (Deo ita diſponente) Macarius reſolutionem 24.

Poſthumius ſuccedit Macario.

ſuam adeſſe ſentiens, gregem vniuerſum vni Poſthumio curandum commiſit ſucceſſorem ſibi ipſum futurum fratribus ipſis denuntians; nullas Poſthumij excuſationes admittens. Quo factum eſt, vt inter humandum ſancti Macarij corpus, Monachi conſolarentur, *& nemo vehementer doleret, eo quòd ſanctus Macarius Monaſterium tam velociter relinqueret: quoniam Dominus ſimilem ei Poſthumium gregi ſuo Magiſtrum prouiderat.* Anxius autem Poſthumius, quod ruſticus homo cum eſſet (nimirũ veſtiũ Spartarius, ſeu ſpartarius fuerat in ſæculo, ex ſpatis palmarum vel ſparto veſtes texens) & litterarum prorſus ignarus, alendi tantam animarum multitudinem doctrinæ pabulo vires non haberet; tertio poſt funus Macarij die, *orabat vt acciperet de cœlo fontem doctrinæ per Ieſum in ſpiritu ſancto, vt poſſet tantum populorum militiam docere prudenter. Tertia igitur die venit ad eum ſecundùm conſuetudinem, qui cum conuerterat Angelus Domini, & loquutus eſt ad eum, & conſtituit eum doctorem Monaſteriorum, & Principem in eum locum, à quo Macarius receſſerat. Deditque ei formam ſpiritualium præceptorum, & abijt.* Hæc fuit Poſthumij regula, quam vniuerſis conuocatis fratribus intimauit: vt ſequitur. Sequar præcipuè Caradignenſis lectionem.

Regula Sancti Poſthumij Patris quinque millium Monachorum.

PROLOGVS.

25.

Eius regula à Deo accepta.

AVdite, filioli, verbum, quod Dominus Deus loquutus eſt ad me, & ex ore meo dignatus eſt vobis declarare ſermonem præceptorum iuſtitiæ, & charitatis regulam ſenſibus veſtris infundere. Paterna enim voce loquor ad vos in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſpiritu Dei. Accepi enim formam de manu Angeli, & dicam vniuerſa, quæ acciderint ſenſui meo, ad veſtram ædificationem. Intentè igitur præbete aures: Deus ipſe mãdauit quod de ore meo procedit.

Obedientia. 1. *Prima mandati* (al. *confœderatio*) *conſideratio eſt. In omnibus* (al. *vobis*) *vos obedire maioribus.*

2. *Secunda mandati ſubiectio eſt. Vt in timore caſto ſeruiatis Deo.*

3. *Tertia poſitio eſt. Vt temperanter, & piè, & iuſtè viuatis in hoc ſæculo.*

Penitentia. 4. *Quarta mandati ratio eſt. Vt* (al. *corpora*) *membra veſtra affligatis per omnia ex quo poſſitis acquirere animarum ſalutem* (al. *domando ieiuniis, ac mortificando carnem.*) *Domate ieiuniis mortiferam carnem; quia hæc eſt delectatio bonorum operum.*

Oratiõ. 5. *Quinta conſtitutio. Orationi* (al. *frequenter inſtare*) *frequentius inſtate; ſicut Apoſtolus Paulus indeſinenter orare nos iubet. Orantes quippe ſemper, ac ieiunantes, fidei dona in memoriis mentium tenebimus infixa; vt poſſimus* (al. *ſcaturientium*, Sed malè) *candentium dæmonum ſuperare naturam.*

Humilitas. 6. *Sequitur aliud genus erroris, in quo maius eſt animæ damnum, ſuperbiæ malum per* (al. *per omnia*) *cuncta eſſe cauendum. Hæc Angelum in primordio mundi de cœlo* (al. *deiecit*) *proiecit; & vidimus* (al. *nouimus*) *vidimus* (al. *ſuperbiam*) *ſuperbiæ originale eſſe peccatum. Ad quam excludendam de cogitationibus noſtris, Deum ſemper* (al. *deprecemur*) *precemur, vt detur nobis forma humilitatis.*

Abſtractio à ſæcularibus. Charitas. 7. *Acceſſit & alia infeſtatio mortis in corpore: ſi de* (al. *de ſæculari vitiorum*) *ſæculariorum diuitiarum cauſa* (al. *Monachorum ſollicitet quemquam.*) *Monachum cura ſollicitet.*

26. 8. *Funiculum charitatis ante omnia habete inter vos, fidei connexum in ſpe manentem; quoniam ad regni Dei feſtinatis æternitatem. Cum ergo diſciplina, Monachorum perfecta dilectio eſt. Hæc vincula pacis, & charitatis exornant ſine auaritia. In dilectione ſincera modus ſufficiens eſt præſentibus; & qui inuicem diligunt, filij regni vocantur. Perfectè inuicem diligentes, ipſi ſunt, qui manducant panem in regno Dei ſine macula* (*vincunt &c.* deſunt in excuſſis.) *Vincunt & aliena diſcordia; vocati enim eſtis, vt mundus ſacrificiis veſtris in odorem ſuauitatis cœlos aſcendat. Gaudebit enim tunc Dominus Ieſus in vobis, quia facitis fideliter quod ipſe mandauit. Nam prima lege in montem Syna; ordinatio hæc ad Moyſem data eſt* (al. *diliges*) *Dilige, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua; & proximum tuum tanquam te ipſum. Vacat enim dilectio Dei, niſi ſubiungatur, & proximi. Plenum ergo eſt præceptum veritatis, ſi maneat in ſenſum indiuidua regula charitatis.*

Valde ab his variant excuſſi Codices.

9. *Tunc verò dilectio veſtra erit in pleno, ſi colla obedientiæ ſuppoſueritis Præpoſito. Obedientia igitur in congregatione laudatur. Nihil vobis proderit, filioli, ſi diligatis inuicem, & nolueritis inuicem obedire. Dilectio ſine obedientia deſertum faciet, &* (al. *criminoſum*) *graminoſum conſcientiæ agrum: Quomodo enim gramen ſeminales impedit fructus: ſic inobediens homo fruſtra ieiunat, & orationis nullum percipit fructum.*

10. *Igitur qui vno animo eſſe concupiſcunt, & viuere mente communi diſpoſuerunt, vt conſilio maiorum inſeruiant, quicquid ex conſilio proceſſerit Fratrum hoc faciant.*

Plura de obedientia. 11. *Quòd ſi de regione agri, qui procul eſt, quodcumque frater oneris fecerit, & faſcem collo ſuo portauerit; ne quidem feſtinet de humero ſuo onus deponere, ſi Abbas præſens fuerit, donec ipſe mandauerit.*

12. *Aut ſi gradiens in via graui ſiti captus, reperiens aquam ſtatiuam, ſiue meantem, præter Abbatis conſilium diuerteris ad bibendum, aut alterius fratris tecum comitantis, etiam iunioris peccatum feciſti, qui præter benedictionem aquam bibiſti.*

13. *Quod ſi calor ſolis exarſerit, & volueris bibere, & Abbas ad te edomandum prohibuerit; ſi vel mente murmuraueris, deliquiſti.*

14. *Deinde ſi in via ſpinam calcaueris, edoma magis per inter fragile corpus; neque eam eiicias ex corpore, donec Abbas præcipiat educendam.*

15. *Procul ab inuicem contextam iuncis ſternite,* Separatio lectorum. *cum ad dormiendum ſeceditis: ita vt interuallum ſingulorum, cubitus intercedat vnius: ne dum ad inuicem proximum corpora, enutriant libidinis incentiua.*

16. *Porro negotium noctis propter lucifigas Dæmones, & noctipendas, ſpirituali opere peragatur. Experrectis nulla de ſecularibus cura ſit, donec ad galli cantum fraternarum orationum communis hora ſuccedat.*

17. *Vnus alterum non vocibus incitet ad oran-* Signum ad orationem. *dum; ſed cum tundere cœperit, qui prius experrectus & proprium pectus, prouocetur ille qui dormit exurgere. Sæpè enim Sathanas cum ſomno communicat; & graui ſomno anima capta, nocturnis inuoluitur tenebris: & ab orationis patrocinio ſeparata fit, operante diabolo, ſocia tenebrarum. Ideo dico vobis, filioli, vigilate, quia neſcitis qua hora fur veniet animarum.*

18. *Studete igitur complacere Deo, conuerſatio-* 27.
nem ſpiritualem habentes; Diuina mandata in dile- Perfectio.
ctione eius, cum ſapientia; legis præcepta in latebris cordium veſtrorum.

Nota. Tot verbis hæc ab excuſſis diſſonant, vt tædeat annotare, cui libuerit facile vtrumque conferre poteſt, cum excuſſi præ manibus ſint.

19. *Ne quidem amplius aliquid ſapiatis, quàm ſimplicitas confirmat ſcripturarum Dei. Multi enim aliquid de Deo ſentientes exciderunt à dilectione Dei, & proximorum ſuorum.*

20. *Qui ergo huius mundi ſunt, audiant Baruc Prophetam dicentem, ſic enim ait: Dilectionem mandauit Deus filiis populi ſui, dilectionem fraternitatis: Quod ſi incorrupta manſerit inter cunctos, facit eos amicitiæ, fieri ſocios. Quoniam qui diligunt ſecundum boni operis gloriam, inuicem æmulantur in bonum, & prouocant inuicem in operibus bonis; irritas faciunt citius mundi profanitates; & quidquid ex Diabolo cogitationum malarum inſtituti in cordibus ſeruorum Dei aſcenderit. Quoniam qui cupiunt Anachoretica perfrui vita, ſic corpus abdicant, vt adhuc in terra poſiti iam cœleſtibus delectentur: nihilque terrenum prorſus exquirunt, vitia ſæcularium tenebrarum conculcantes, ac proſternentes.*

21. *Verum qui cœleſti vos religioni aptaſtis, pla-* Continentia
cere vos conuenit Creatori: virgines mente & corpore permanere; fructus fidei, & limam ſermonis quàm maximè mente conſeruantes. Nefas enim eſt, vt Monachorum quis reprehendatur in modico, vel in magno, cum irreprehenſibiles nos eſſe oporteat: Et Apoſtolus docet vt ſermo noſter in gratia ſit ſale conditus; eo ſcilicet condimento, quod nos Euangeliſta commonet dicens: vos eſtis ſal terræ. Quod peto, non in vobis euaneſcat; ne quo modo dum quis euanuerit, extra congregationem multitudinis foris proiiciatur: linguis iniquorum quotidie conculcandus.

22. *Hoc autem vos obſecro, filioli, ſecundùm formam,*

Digitized by Google

Murmuratio fugienda.

mam, quæ mihi data eſt de manu Angeli fugite linguas detrahentium iniquorum, qui edaci [al. mordaci] dente, etiam ſine cauſa, Chriſti Eccleſiæ inſultare feſtinant.

Rex.

23. Diſſenſiones quas habetis inter vos, proiicite ab inuicem, ſcientes Deum non eſſe ſeditionis, ſed pacis. Si qua igitur ſcandala, inimico ſuggerente, frater habet aduerſus fratrem, propter obedientiam fidei, me exhortante dimittat: quoniam ego non ex me loquor, ſed in Deo, qui in manu Nuncij ſui docuit me.

Hoſpitalitas.

24. Et ſi obedientiam feceritis ex præcepto Dei, benefacietis: nec negaueritis hoſpiti tectum, & inopi victum peregrinanti.

Máſuetudo.

25. Si fieri poteſt, nullo pacto Dei miles debet iraſci: non ſolum ad proximos ſocios, verum etiam ad ipſos extraneos.

Cum ſæcularinon cótendendum in iudicio.

26. Nec ſæcularis quiſquam ſeruum Dei audeat iudicare. Quæ enim erit inter te, & illum diſtantia ſi patiaris coniugatum iudicio tecum contendere? Melius eſt enim Monacho fraudem, & iniuriam ſuſtinere, quam vt audiatur vox Chriſti militis in clamore.

27. Non decet Monachum cauſa pecuniæ eſſe negotiatorem, ſed cæleſtium onerum lucra mercantem.

28. Prædicet verbum ſalutis: animas inuitet ad cælum: ad nihilum deducat ſæculi deſiderium; pulchritudinem præſentium bonorum abiiciat à ſe.

29. Qui Angelorum vitam ſectatur, & ille cupit imitator eſſe Sanctorum, pergat ad eremum, & hominum fugiat conſortia; auium fiat ſocius, & ferarum.

28. Diabolus quomodo vincendus?

30. Cauenda ſunt, filioli, tentamenta diaboli. Quòd ſi de eo eſt diſputandum; ipſum primitiuum ſæculi hominem, fraudulenta ſubtilitate decepit incautum. [cui ſermonis lex veteri homini, in ſimplicitate Dei oris in auribus inſonuit conditionis ſpeciem; non acriori lex ſpecialis eſt præcepti legem, ſed ex induſtria cuſtodiret, & viueret.] Ieiunij enim oris lex ſpecialis, & ſpiritualibus; non generalis carnalibus cum eſcis: ſpiritualis autem iudicat omnia, & conſentit omnibus bonis. Carnalis enim homo, propter quod ſerpentinæ ſuggeſtioni citò conſentit, ſpirituali non perfruitur lege; quam primus Adam ex transgreſſione non cuſtodiuit.

Nota. Cui ſermonis, &c. Cum hæc ab omnibus deſint excuſſis, non habui ex quo collatione facta prorſus deturbatam librario vitio ſententiam corrigeram. Senſus tamen ex inferius poſitis erui vtcumque valet; videlicet, homini ſub præcepto ieiunij oris ſpiritualis; id eſt ſilentij cum diabolo: quod ſi ex induſtria cuſtodiret: viueret. Et hoc vocat præceptum ſpeciale ſpiritualibus datum: non generale datum carnalibus.

31. Sed, filioli, primæ originis morte caruimus, cum per nouiſſimus Adam viuificati lætaremur. Vita enim noſtra diaboli fraudibus contradicat: & ſi quid mortale corpori noſtro tentationum ſagittis contulerit, fidei lorica armemur, & nulla nos ex parte iacula ferient tentatoris. Præcingamur ſuper lumbos gladium fidei, quod eſt verbum Dei; & cum nos viderit ſic armatos, veterana ſuæ fraudis mortifera arma conqueſtus, nihil tamen artium ſuarum commentabitur, aut peruerſum conſilium, cum nos viderit in præcepti timore demorantes. Si proſpexerit in charitate fundatos, humiliatus longè recurret; cum nos viderit in Dei, & proximi amore feruentes.

32. Notum autem ſit vobis, quia vſque ad exceſſum iſtius vitæ, diabolus non deſinet inuidere ſanctis. Corde viriliter repugnate, non ignorantes, quæ Sapientiſſimo Iob bella intulerit. Quod Cain fraternæ necis excitauit: Quomodo Eſau admittenda natiuitatis primogenita prouocauit, quem eſcis delectatione à fæmoris paternæ principatu deiecit vnde [lege: benedictione patris ſui priuatus eſt:] benedictionis patris ſui reprobatus eſſet.

33. Sic per omnia tempora mille nocendi artes exerit, quæ vno fidei iugo de credentium mentibus diſtrahuntur. Nam ſicut ille ſollicite in animas Chriſtianas mortifera venena iniicit; triumphato cum ſatellitibus ſuis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. [Ab hinc extant in excuſſis. Vide magnam lacunam nunc beneficio Caradinenſis Codicis expletam] cor Chriſtianorum exultat; vel maximè ſerui Dei tyrannum fraudatorem animarum per Diuinam virtutem, & orationem expugnant.

34. Quod ſi terrores extimeſcentes fecerint, currant ad auxilium Crucis, & ſtatim ille recedit, qui & his nimis ſe terribilem fieri æſtimat. Nunquid terror muſcæ moritura nocebit aliquid, ſi brachio, aut capiti ſuperſedeat humano?

35. Sic ergo diaboli animæ, fidei, & Deo confitenti in nullo nocebunt verſutiæ, quæ crebris orationibus, & ieiuniis deuincentur. Impietas igitur huius, atque ſuperba pernities trinæ defenſionis auxilio deponitur.

Nota. Id eſt, vexillo Crucis, & orationibus, atque ieiuniis, de quibus his duabus regulis 34. & 35. agit. Multa etiam horum ab excuſſis abſunt.

36. Filioli, quid ad veſtram pertinet curam, ſi aduerſus vos conueniant infinita Dæmonum caſtra? Poteſtates ſiquidem dæmonum cateruas exercere videritis; oculos veſtros in cælum leuate dicentes: Veni Domine Ieſu Chriſte, adiuua infirmitatem noſtram. Tunc ſermo vobis Eliſæi conuenit, aduerſus qui de Samaria ad eum comprehendendum venerant, qui terrente ſe puero, ſic reſpondit: Aperi Domino oculos ſerui tui, & videat. Tunc videbitis ſathanam de cælo cadentem, & ſeruorum Dei pedibus proſtratum; & ſtatim vobis Angelorum Dei legiones non deerunt, qui munimine fidei hominibus cæleſtis defenſionis auxilium præbeant. Tunc & ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus vobis protegendis addet affectum, vt non timeatis eos, qui corpus occidunt, animæ autem nihil facere poſſunt. Licet inferant ſathanæ ſatellites verbera flagellorum corpori veſtro; porro animis veſtris perpetua erit ſaluatio ſi tegmen poſcatis immobile à Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, vno, ac ſingulari Deo.

Qualiter auxilium à Deo contra demones petendum.

37. Hæc ſunt, filioli, mandata vitæ, quæ vt puſillitas cordis inuenit, vobis de diabolicis certaminibus explanaui.

Hactenus Sancti Poſthumi regula, digna prorſus Antonij ſucceſſore; & idcirco ab Angelo miniſtrata Poſthumio, quòd ſciret Antonij palæſtram his florere certaminibus, his indigere militaribus præceptionibus; vt quos ille inſtruere cæperat aduerſus phalangas Philiſtiim, is in eadem doctrina perficeret, & inimicorum tentamentis ſuperiores redderet. Placet nihilominus quæ Poſthumius de ſuis certaminibus, ad exemplum filiorum pro coronide regulæ appoſuit, in medium afferre. Videlicet.

39. Poſtumij regula ab Angelo miniſtrata.

38. Nolo quæ nobis, ipſo (Sathana) immittente, acciderunt, ſilentio præterire: vt perfecti poſſitis malicioſis eius reſiſtere fraudibus, & conſiliis. Mihi quadam die in monte ſedenti militum turba occurrit.

30. Turbam dę monum d... pergit Poſthumius.

Quos dum oculis cernerem venientes à longè, ſathanæ angelos ſtatim eſſe cognoui. Ego autem cum omni terrore genibus prouolutus humo, vt ſecederent orabam, Dominum inuocans Redemptorem. Tunc vero turba, quæ venerat, velut ſtipula, quæ vento rapitur, nuſquam comparuit. Gratias egi Deo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, quod meo certamini finem impoſuit cito; & orationem meam celeriter exaudiuit; donans mihi victoriam ſuam de iſtis inſidiis, & perſequutionibus, quas paſſus ſum (chariſſimi filij) & ex omnibus eripuit me dominus. Vnde & vos, filioli, conſtantes eſtote in fide; omnes qui amatis Deum, odite malignum; & Deus miſericordiæ, & conſolationis dabit vobis ſufferentiam, vt potius latronem iuſtitia ſuperare, aduerſa ium fidei, ſathanam. Confirmatio: Adiutorium Domini noſtri Ieſu Chriſti; cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hactenus Poſthumius ad ſuos.

§. IIII.

Quibuſnam Macharius à Macario, & Poſthumius à Pachomio diſcerni valeant?

31. Macharij duo. Verum illud hac in re magnam multorum mentibus ingerit ambiguitatem, quòd quis ille Macarius fuerit Antonij diſcipulus diſcerni nequeat, cum duo ab omnibus ſcriptoribus floruiſſe ſcribantur ſibi coæui, quorum alter *Ægyptius*, alter *Alexandrinus*, & peculiari cognomento *Vrbanus*, vel *Politicus* dictus ſit; augetque dubitationis cauſam Poſthumius, quem aliæ editiones *Pachomium* vocant; alius ne, an idem, vnuſque fuerit cum Pachomio, quem Genadus, & quidam alij *Pacumium* nuncupant, nam & nominum *Poſthumij*, & *Pachumij* vicinitas; & regula ab Angelo vtrique datæ, & legiſlatorum munera vnum cum altero cônfundere videntur. Oportuit verò priuſquam ad vlteriora procedamus hos duos nobis abſoluere: vt & quæ hactenus dicta ſunt & quæ deinceps receſebimus, manifeſtiora fiant; id eſt, vt quis Macariorum autor ſuperioris regulæ fuerit; & quod iudicium de regulis *Pachomij*, & *Poſthumij* ferendum ſit liqueat.

Poſthumij & Pachomij dubitatur diuerſitas.

32. Macarij difficile diſtinguntur. Quod ad Macharios ſpectat, nemo priſcorum non expreſſit duos. Rufinus in vit. PP. cap. 28. & 29. & lib. 2. hiſt. cap. 4. Palladius in Lauſiaca cap. 19. & 20. Heraclides in Paradiſo cap. 6. Socrates lib. 4. cap. 18. Sozomenus lib. 6. cap. 29. Nicephorus lib. 9. cap. 14. Caſſiodorus in Tripart. lib. 7. cap. 39. & lib. 8. cap. 1. Martyrologia Bedæ, Vſuardi, Adonis, Notkeri, Romanum. Eorum ſententiæ, & exempla referuntur in verbis ſeniorum Palladij, Pelagij, Ioannis, Paſchaſii, & Martini Dumienſis, & ab Hieronymo epiſt. 27. & Caſſiano collat. 5. cap. 12. & collat. 24. cap. 13. Suydas *Macarius* vlt p. lib. 3. c. 2. ſed ſine diſcrimine. Audi vnum pro cæteris loquentem ex ore Socratis Caſſiodorum: *Id temporis inter Monachos fuerunt duo viri Deo amabiles, nomine vterque Macarius; ambo de multis rebus inſignes, propter abſtinentiam, conuerſationem, mores, atque miracula, quæ eorum manibus agebantur. Ægyptius itaque Macarius tantum morborum depellit, & tantum dæmonum effugauit, vt ex eius operibus liber proprius expleatur* (Periit tanti habendum opus, cuius autorem Poſthumium quoque deinceps commendare, iam diximus) *Erat autem reuerendus, & circa delinquentes ſeuerus. Porro Macarius Alexandrinus, cum ſimilis eſſet Ægyptio per omnia, in hoc variabat; quòd circa conſulentes hilarior apparebat, & vultu lætifico ad conuerſionem iuuenes inducebat.* Hoc loco Heribertus in notis ad Rufini librum, id eſt 2. vit. PP. num. 49 *Intricata*, inquit, *planè res de duobus Macariis, vt dignoſcatur vter fuerit Sancti Antonij diſcipulus.* Mouetur verò, eo quòd vetus Romanum Martyrologium, quòd ipſe primus edidit in lucem, cum vtriuſque natales dies ſtatuat, ſolum ait: 2. Ianuarij *B. Macarij*; & 14. eiſdem Ianuarij *Macarij Abbatis Antonij diſcipuli.* Subdit Heribertus: *In Beda, Vſuardo, Adone, Mothkero, nulla eſt loci diſtinctio.* Diſtinctionem Alexandrini, & Ægypti ſtatuere Galleſinus, & Baronius, qui in Romanum Martyrologium nouæ, & correctæ editionis hæc appoſuit: 2. Ianuarij: *In Thebaide ſancti Macarij Alexandrini Abbatis; diſcipuli Beati Antonij, vita, & miraculis celeberrimi.* Quod ſi quis obiiciat, Rufinum expreſſiſſe, *ex quibus Macariis, vnus Ægyptius genere, & diſcipulus B. Antonij fuit, alter Alexandrinus*: occurrit, *ſed videndum num Rufinus Palladium: vel alium quem latinè expreſſit, malè caperit. Certè & Heraclidi, & Salladio veteri, & nouo deeſt in Macario Ægyptio, quod fuerit diſcipulus Antonij. Imo Palladius nouus Herueti cap. 20. vtrumque hoc Macario Alexandrino tribuit.* Subſcribit Roſuveydo Alardus, Gazæus in Not. ad lib. 5. Caſſiani cap. 41. & ad collat. 5. cap. 12. & ad collat. 7. cap. 27.

Miror ego vehementer homines diligentiſſimos luce meridiana cæcutiiſſe; nihil enim æquè ſtabilitum in Veterum ſcriptis, quàm quòd diſcipulus Antonij non Alexandrinus Macarius fuerit, ſed Ægyptius. Et Heribertus ſanè nolens imponit Vſuardo, Bedæ, Adoni, & reliquis Martyrologiorum Autoribus, quod nullam loci diſtinctionem, quo vnus ab altero diſcerneretur, attexuerint. Namque verba Vſuardi (huic cæteri conſentiunt) ſunt 14 Non Ianuar. ſeu 2. die: *In Thebaide Sancti Macharij Abbatis.* Et 18. Kal. Februarij, ſeu Ianuarij 15. *Apud Ægyptum Beati Macarij Abbatis, Diſcipuli Beati Antonij, vita, & miraculis celeberrimi.* Ita habet non ſolum editus bis à Molano ſed veteres M. SS. quorum alter ante 400 annos ſcriptus eſt apud me: & ita primus omnium Rufinus docuit, ſuprà citatis verbis, quē poſtea ſequutus fuit equilinus lib. 2. Cathal. 55. cap. 81. Quòd autem Rufino potius quàm Palladio fides habenda ſit, inde decluditur, quòd liqueat prius Rufinum ſcripſiſſe, quàm Palladium; vtpotè qui prius Ægypti ſolitudines, & Monaſteria pietatis viſitauerit, Rufinus ſiquidem A. C. 372. Palladius A. C. 388 Ægyptiacam profectionem adornarunt; vt eruditè probat Baronius iis annis, & ex Baronio ipſe Roſuveydus. Vterque verò profitetur, id quod viderat ſcriptitaſſe. Cum verò vterque eadem prorſus enarrent eiſdemque penè verbis, paucis contractis, vel mutatis, neceſſum eſt, vt alter ab altero mutuatus hiſtoriam fuerit; idem eſto de Heraclide, cuius Paradiſus cum Palladij Lauſiaca propè coincidit: ita vt ipſe Roſuveydus in Prolegom. 4. generali §. 3. id quoque fateatur, & Palladij duæ prodierint editiones, quarum poſterior triplo priorem excedat: vt certum ſit, ab aliquibus pro libito eas hiſtorias auctas, & conſequenter poſteriorem fidem non

33. Macarius Ægyptius Antonij diſcipulus, non Alexandrinus.

mereri

Digitized by Google

mereri. Quare nullius erit momenti quod ipſe obiecit de noua Palladij editione, Gentiano Plerreto interprete, vbi cap.20.Macario Alexandrino tribuitur, quòd Antonium conuenerit, & hæres eius virtutis fuerit. Standumque eſſe Ruffini vetuſtioris teſtimonio ſcriptoris; cuius codex ſemper incorruptus euulgatus eſt. Vt omittam cum Palladius cap.50.agit de Theona Abbate hæc ſcribere: *Vidimus etiam alium non procul à ciuitate in ſolitudine, nomine Theonam, &c.* Nec tamen, quę ſit ea ciuitas, exponitur, nec in ſuperiori capite alicuius vrbis mentio fit. Verùm Palladium ea à Rufino ſuffuratum, ex eo fit manifeſtum, quòd eadem verba cùm Ruffinus ſcripſiſſet de Theona cap.6. *Vidimus & alium non longè ab vrbe ad eam partem, quæ mittit ad eremum nomine Theonem, &c.* proculdubio Oxyrinchũ vrbem intelligit, de qua cap.5. præced. dixerat plenam fuiſſe Monachis, & Monaſteriis. Sed caput illud *de Oxyrincho* ciuitate omiſſum eſt à Palladio: & lacuna malè contecta fuit.

34. **Ægyptius Alexandrino ſenior.** Ratio ipſa ætatum idem conuincit; fatentur ſiquidem omnes ore vno, *Ægyptium* ſeniorem fuiſſe Alexandrino; oportuit autem Antonij diſcipulum ſeniorem fuiſſe; Antonius ſiquidem obiit A. C. 357. cum autem Macarius et adhæſit, ſenex erat, & omnium ore vulgatus. Paucos deinde annos gregem Magiſtri pauiſſe, ipſoſmet in eiuſdem Macarij funere proclamaſſe docuit autor vitæ ipſius, & ſancti Poſthumij, inquiens: *Nemo vehementer dolebat, eo quòd S. Macarius tam velociter Monaſterium relinqueret; quoniam dominus ſimilem ei Poſthumium gregi ſuo Magiſtrum prouiderat.* Quare ſex, vel octo plurimum, annos Præfectum eorum egiſſe, aut certè minus adhuc, aſſerere neceſſum eſt: alias falsò diceretur, *tam velociter Monaſterium reliquiſſe.* Et ea propter A. C. 365. non exceſſiſſe cogimur fateri. Atqui Macarius Alexandrinus, Palladio tres annos conuixiſſe, liquet, ſi qua fides ei danda eſt, in Lauſ. cap.20. & Heraclidi cap. 6. videlicet ad A.C.390. ſupputatos ab eius in Ægytum acceſſu, A. C. 388. Adde quòd apud Pelagium, de verbis ſenior. libello 7. num. 9. cuius autor Græcus vetuſtiſſimus fuit, à Phocio in Biblioth. laudatus, Macarius, qui Antonio adhæſit, maior appellatur; ſic enim ait ille. *Venit Abbas Macarius maior* (id eſt ſenior proculdubio Macariorum) *ad Abbatem Antonium in montem; & cum pulſaſſet oſtium, exiuit ad eum, & dixit ei: Tu quis es? & ille ait: Ego ſum Macarius. Et claudens oſtium intrauit, & dimiſit eum foris. Et cum vidiſſet poſtea ſapientiam eius, aperuit ei. Et adgaudens ei dicebat: Multum tempus eſt, ex quo te videre deſiderabam, audiens de te. Et exhibens ei hoſpitalitatem refecit eum; erat enim feſſus de multo labore.* Subdit de opere manuum, quo ambo nocte illa occupati ſunt: *Manè ſanctus Antonius vidit collectionem plectarum Abbatis Macarij: & admiratus eſt: & oſculatus manus eius dicebat: Multa virtus de iſtis egreditur.* De eodem Macario refert Caſſianus collat 15. cap. 3. quòd fuerit Scythioticæ ſolitudinis primus inuentor; quod ſane iuniori competere nequit: & tandem in notis ad iſtum locum fatetur Gazæus Ægyptium ſeniorem Antonij fuiſſe diſcipulum.

35. **Idem euincitur diſtinctione Poſthumij à Pachomio.** Accedit tandem, quod maximè facit ad rem, Macariorum diſtinctionem ex diſtinctione Pachomij, à Poſthumio vehementer illuſtrari; id eſt, ex iis, quæ Macario alteri cum Poſthumio contigit, & alteri cum Pachomio. Vidiſti ſuperiori §. Macarium Antonij diſcipulum Poſthumium conueniſſe, coegiſſeque, vt ſecum, relicta Anachoreſi, ad viſitandas ſancti Antonij reliquias accederet; ac tandem gregis curam ſuſciperet. Iunior autem Macarius ad Pachomium, ſæculari aſſumpto habitu, profectus eſt, vt eius diſcipulus fieret; quod ægrè quidē obtinuit ob ſenectutē, quàm celare non potuit; ſed tandem poſt aliquod temporis agnitus à Pachomio, dimiſſus eſt. Rem narrant Heraclides cap.6. Paradiſi, & Palladius in Lauſiaca, editionis veteris cap.10. & nouæ cap. 20. differuntque ſola varietate interpretum. Vtar Heraclide tranſlato, qui hæc habet: *Hic idem Macarius* (agit de iuniore) *qui Alexandriæ Præbiter fuit*, ideo dictus Alexandrinus, & quoniam ſæcularis exiſtens Alexandriæ vendebat bellaria, ſeu poma, legumina, nuceſque) *Hic igitur cùm audiſſet, grandem vitæ conuerſionem Tabenneſiotas habere, veſte mutata ad ſimilitudinem alicuius operarij, ſũpto habitu ſæculari, intra 15. dies per deſerta iter faciens, Thebaidem vſque peruenit. Cumque veniſſet ad Monaſterium memoratorum hominum, primum, quem Archimandritam vocant, requiſiuit, Pachomium quendam nomine, probabilem per omnia virũ, & habentem ſpiritualem gratiam prophetiæ; cui tamē de Macarij aduentu nihil fuerat reuelatum. Ad quem cum veniſſet, hæc dixit. Quæſo me in Monaſterio tuo ſuſcipi facias. Monachus enim eſſe deſidero. Ait illi magnus ille Pachomius. Senilibus annis grauaris, & Monachus eſſe iam non potes neque inter cæteros fratres, qui hæc ab adoleſcentia didicerunt, viuere vales; eo quòd conſuetudinem eorum, laboremque non patieris, cumque abſtinentiæ tentationes non ferens læſo animo egreſſus ab his fueris, maledicere eis incipies, quos non potueris imitando ſectari. Noluit itaque nec primo eum, nec ſecundo die, nec per totam ſuſcipere ſeptimanam. Dumque iugiter perſiſteret in rogando ieiunus, ad poſtremum: ſuſcipe me, inquit. Abba, & ſi me in ieiunio, & in opere inferiorem ipſis deprahenderis, ſtatim de tuo monaſterio pelle. Quo audito, ille perſuaſit fratribus, vt in Monaſterio reciperetur. Eſt autem illic vnus numerus manſionis, habens etiam vſque ad præſentem diem ad mille quadringentos viros. Cum igitur fuiſſet ingreſſus in eam ſanctus Macarius* (erat Tabennæ Monaſterium, caput cæterorum) *& poſt breue tempus superueniſſent Quadrageſimæ dies, videretque diuerſos vario more viuentes, alium veſpertinis horis ſoluentem ieiunium, alium vero poſt biduum, alios etiam poſt dies quinque guſtantes; alium ſtantem totis noctibus, & per diem ſedentem, laborantemque, ille de arboribus dactylorum cortices tenens infuſos, ac copioſos, in angulo ſtabat, vſque ad Quadrageſimæ finem, & principium Paſchæ, non panem, non aquam guſtans, non flectens genua, non in terram iacens; ſed tantum modica cauliculorum folia cruda Dominico die ſumens, vt manducare aliis videretur. Si quando autem ad corporalem neceſſitatem fuiſſet egreſſus, confeſtim remeabat, ac ſtabat, non os aperiens, non alicui quidquam loquens, ſed cum ſumma taciturnitate conſiſtens, & in corde ſuo tantum iugiter orans, atque id ſolum operis, quod in manibus tenebat, efficiens. Quem cum eſſe tam duræ, atque inimitabilis vitæ Monachi omnes conſideraſſent; quaſi quadam aduerſus principem ſuum ſeditione commoti; vnde, inquiunt, nobis iſtum adduxiſti, qui ita viuit quaſi in carne non ſit humana, ad condemnationem omnium noſtrum? Audi igitur, & aut tolle eũ à nobis, aut ſcito, omnes nos ex hoc Monaſterio hodie receſſuros. Ille autem talis conuerſatione, atque virtute eius audita, deprecatus eſt*

Dominum

Dominum; vt quis eſſet eidem reuelaret. Quo ſtatim facto, arrepta eum manu ad oratorium ſuum duxit, vbi erat altare diuinum, oſculatuſque eum, dicit illi: veni optime ſenex; tu ille Macarius es; & mihi te celare tentabas. Ex multis annis te videre cupiebam, audiens de te magna miracula: gratias tibi ago, quia colaphos infantibus noſtris dediſti, ne magnum aliquid in conuerſatione vitæ ſuæ facere ſe putarent. Reuertere nunc igitur ad loca vnde veneras; ſufficienter enim nos omnes ædificaſti; & ora pro nobis. His verbis rogatus ab omnibus, inde diſceſſit. Hactenus Macarij Alexandrini hiſtoriola de acceſſu ad ſancti Pachomij diſciplinam.

36. Macarius ſenior Antonio & Poſthumio coæuus, iunior Pachomio.

Vide nunc quæſo, toto cœlo, & Macarium à Macario, & Pachomium à Poſthumio diſtare: vbi & tempora, & loca, & officia, & prætereà munera diſcrepant. Macarius ſenior Ægyptius, coæuus Antonio, retento habitu, ſucceſſorem relaturus ad Poſthumium in ſolitudine degentem pergit: at Macarius Alexandrinus, ætate iunior, Pachomio coetaneus, mutato habitu ſcithica ſolitudine, aut Nitrienſi relicta, ad Thebaidam pergit regionem, Monaſterij ſocietatem, & ſubiectum eſſe deſiderans; inde ei *Thebæi* nomen obtigit, quod ſcilicet ad Thebaidem acceſſerit, ibique cum Pachomio aliquandiu egerit: Alias *Alexandrinus* (vt diximus) vocitatus. Ille Archimandrita Monachorum Antonij diſcipulorum exiſtens Poſthumium itidem in Archimandritam elegit: iſte presbyterio tantum Nitriæ, & ſcethis honoratus. Pachomium ſuæ ſpecialis inſtitutionis Præfectum adijt, non in Præfectum electurus Ægyptius cum in ſcethi primus, ac Primùm ſedem fixiſſet, ad montem ſancti Antonij tranſijt, & Arſiniotas in corde Ægypti extantes; vbi ſpiritum exalauit; Alexandrinus tres habuit cellas, *vnam in interiori ſolitudine, cui nomen eſt ſcithis, aliam in Lybia* (ſeu liba) *vbi cellæ vocantur; aliam in monte Nitriæ*: Ita Heraclides, & Palladius, quæ omnes non longè ab Alexandria erant; nam Nitria diſtat ab ea 40. milliam Paſſuum, id eſt leucas horarias decem. Cellia vero à Nitria 10. M. P. duas ſcilicet leucas cum dimidia. Expreſſit vtrumque Rufinus lib. 2. vit PP. cap. 21. & 22. ſcethis vero à Nitriæ monaſteriis diei & noctis diſtat itinere, eodem Rufino cap. 19. Atqui ſancti Antonij mons 60. ferè horarias leucas diſtat à Nitria verſus orientem, ſi quidquam valet Roſuucydi tabula Geographica, Iacobo Granthome Autore; quamquam Athanaſius in vita Antonij cap 32. diſtare aſſerat itinere dierum tredecim; quod ego de Monachorum itinere intelligo, quo quotidie quatuor, aut quinque leucas conficiunt. Longiſſimè ab his omnibus abeſt Thebaidis regio, in qua Pachomius degebat; de qua Plinius lib. 5. cap. 9. *ſumma pars (Ægypti) contermina Æthyopiæ Thebaidis vocatur.* Vnde & *Ægyptus ſuperior* dici conſueuit: conſentiunt Plinio ſtrabo lib. 17. geogr. & Ptolemeus lib. 4. tabula Africæ 3. diſtat ab Alexandria meridiem verſùs 120 leucas horarias; quas, Palladio ſanctus Macarius iunior ſpatio quindecim dierum confecit, cum ad Pachomium acceſſit.

37. Aliqua Pachomium à Poſthumio diſcernunt

Demum multa etiam ſunt, quæ Pachomium à Poſthumio diſcernunt: vt quod ille *Thebæus*, hic *Memphæus*, longo terrarum tractu natiuitate diſtantes; quod ille nobilis miles, hic ſpartarius faber; ille Philemonis Monachi, hic Priſci Epiſcopi diſcipulus in fide, & Monaſtice; imo nihil penè illis commune eſt, vt acta actis illorum conferenti liquidius parebit. Nec obeſt, quod vterque regulam Monaſticam ab Angelo accepit, cum de perſonis conſtet diuerſas eſſe, & regulas ipſas toto diſſidere cœlo. Tu te lector videbis, cùm Pachomianam, quam inferiùs ſuo loco recenſituri ſumus, euolueris. Prius tamen Nitriotarum, & rurſus Scithiotarum inſtituta, id poſcente ratione temporis, exponere neceſſe habemus.

CAPVT IV.

De Nitriotarum inſtitutis, autore S. Ammone, Doctore Magno Athanaſio.

§. I.

Eorum exordium.

PLacet hoc loco de ſecunda Monachorum Ægyptiorum familia acturus, verba Rufini vſurpare, lib. 2. vit. PP. cap. 21. *Venimus autem ad Nitriæ, famoſiſſimum in omnibus Ægypti monaſteriis locum, qui quadraginta ferè millibus abeſt ab Alexandria; ex nomine vici adiacentis, in quo nitrum colligitur, Nitriæ vocabulum trahens: proſpiciente hoc, credo, tunc iam diuina prouidentia, quòd in illis locis peccata hominum, tanquam ſordes abluenda eſſent, & abolenda.* (Iuxta illud Ieremiæ Proph. 2. *ſi laueris te nitro, &c.*) *In hoc igitur loco, quinquaginta ferè, aut non multò minus cernuntur vicina ſibi, & ſub vno poſita. Patre tabernacula; in quibus aliqui plures ſimul, aliqui pauci, nonnulli etiam ſinguares habitant: & manſione quidem aliqui diuiſi, animo autem, & fide, & charitate coniuncti, & inſeparabiles manent.* Pergit autem cap. 19. *Initium ſanè habitationis Monaſteriorum, quæ in Nitria ſunt, ſumptum trahebant ab Ammone quodam, cuius animam cum exiſſet de corpore, vidit ferri ad cœlum S. Antonius; ſicut refert ſcriptura illa, quæ vitam deſcribit B. Antonij*: videlicet cap. 32. Verùm hoc intelligendum eſt de Monaſtico illo inſtituto, quod ab Ammone inditum à 50. monaſteriis illic erectis indubiè receptum eſt; alias multò priùs in Nitriæ ſolitudine inſtituiſſe Frontonem Monachos, vidimus in ſuperioribus. lib. 2. c. 13. n. 14. & c. 14. n. 3.

1. Nitria vnde dicta. Monaſteria vbi ſita.

Sed occaſionem inſtitutionis Ammonis, & quis ille fuerit, ab eodem Rufino audiamus. *Hic igitur Ammon locupletibus, & generoſis parentibus natus eſt, à quibus inuitus ad nuptias cogebatur: & cum vim parentum non poſſet effugere, accepta virgine, cum intra nuptiales thalamos conueniſſent, & data eis eſſent cubicula, ſecreta ſilentia, alloquitur puellam de pudicitia, & de conſeruanda virginitate cœpit cohortari. Acquieſcit ei virgo, ſilentio tegitur incorruptionis theſaurus. Cumque plurimo tempore ſolius Dei contenti teſtimonio, ſpiritu magis eſſent, quam carne, ſanguineque coniuncti, poſt obitum amborum parentum, ille quidem ad vicinum deſerti ſecedit locum; virgo verò intra domum reſidens, in breui & ipſa multitudines virginum, & ille multitudines congregat Monachorum.* Palladius cap. 8. autor eſt Ammonem celebraſſe nuptias annos natum circiter 22. vixiſſeque cum ea pudicè in ædibus paternis

2. Ammonis Nitriotarum ducis pudicitia.

Digitized by Google

his annos 18. toto die vacando horto, & balſameto: operabatur enim balſamum, quæ inſtar vitis plantatur; & in ea colenda, & putanda multum laboris inſumitur. Veſperè domum regrediens, & veſpertinas faciens orationes, cum conſorte comedat; & rurſus nocturnas preces fundens, & ſynaxim peragens, ſummo mane ibat in hortum. Addit Palladius poſt 22. annos in vita Monaſtica exactos, obiiſſe annos natum 62. denatum vero aliquot ante Antonium, prodidit Athanaſius cap. 31. ſimul gloriam animæ illius Antonio moſtratam commendans, inquiens: *Cum Antonius ſederet in monte; & oculos ſuos tetendiſſet in cœlum, vidit, neſcio quam animam, lætantibus in eius occurſum Angelis, ad cœlum pergere; Cuius ſpectaculi nouitate ſtupefactus beatum dixit Sanctorum chorum; orauitque, vt ſibi rei præſentis agnitio panderetur. Et ſtatim vox ad eum facta eſt, inquiens; iſtam eſſe Ammonis Monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autem Ammon vir grandæuus, qui perſeueranter à pueritia vſque ad ſenectutem in ſanctitate vixerat. Itinere quoque dierum 13. à Nitria locus, in quo ſedebat Antonius diuidebatur. Videntes autem eum Monachi admirantem, qui venerat, deprecati ſunt, vt cauſam hilaritatis ediceret. Quibus ait: modò Ammonem quieuiſſe, quem propter frequentem eius ad Antonium commeatum, & propter celebritatem indultorum, & à Domino ſignorum, optimè nouerat.*

Eius gloria Antonio monſtrata

Haud ſcio equidem quonam modo tantus vir, ſanctitate inſignis; & miraculorum præconio à magnis viris Antonio, & Athanaſio commendatus, in tabulis Rom. Martyrologij non inuenerit locum, quem tamen apud Græcos accepit in Menologio, 4 Octobris die, vbi actorum eius Epithome Chriſtum eſt; & inter cætera habentur. *Produduxit autem vitam vſque ad magni Antonij tempora, ſub magno Conſtantino celebri, & primo Hiſpanorum Imperatore.* Quare obiiſſe liquet propè A.C. 330. Ex quo fit A.C. 308. ſolitudinem tenere cœpiſſe: anno ſcilicet altero poſt initum ab Antonio magiſterium: & idcirco Pachomium in apertione Monaſticæ palæſtræ præceſſiſſe; qui vſque ad A.C. 315. id ipſum non arripuit inſtitutum; quod inferiùs facilè perſuadebimus; & magiſterium non niſi ſenex, vt eius indicat vita cap. 18. & 22. videlicet 60. propè ætatis annum agens, ad A.C. 377. nam 20. ætatis Monachus effectus eſt. Verùm de Ammonis laudibus egerunt, præter Ruffinum, Palladius iam citatus, & Heraclides cap. 2. Sozomenus lib. 3. c. 14 Socrates l. 4 c. 18.

Deſideratur eius memoria in Martyrol. Rom.

Quo tempore floruerit.

3\. Nitriotarum Monachorũ, & Anachoretarum numerus.

Erat videre in Nitria vtriuſque vitæ exercitia miro feruore à magna hominum multitudine peragi; id eſt, Monaſticem in ipſo Nitriæ monte à Monachis quinque millibus: in Cellia vero ei contigua ſolitudine à ſexcentibus Anachoretis. Ita Palladius refert 7. integræ Lauſiacæ teſtis & ipſe oculatus, inquiens: *Veni in montem Nitriæ in eo autem habitant ad 5000. virorum, qui vtuntur vario vitæ genere, vnuſquiſque vt poteſt, & vult: adeo vt liceat & ſolùm manere, & cum duobus, & tribus, & cum quo vel numero. In hoc monte ſunt ſeptem piſtrinæ, quæ & illis ſeruiunt; & Anachoretis, qui ſunt in vaſta ſolitudine, viris perfectis numero ſexcentis,* Sed & de Cellia hæc habet Ruffinus c. 22. *Poſt hunc vero* (Nitriam intelligit, de quo cap. 21. egerat) *alius eſt locus in deſerto interiori decem fere ab hoc millibus diſtans; quem locum præ multitudine diſperſarum in eremo cellularum, Celliã nominauerunt. Ad hunc locũ hi, qui ibi prius fuerunt imbuti, & ſecretiorem iam depoſitis rudimentis ducere volunt vitam, ſecedunt. Eremus enim eſt vaſta, & cellulæ tanto inter ſe ſpatio diremptæ, vt neque in conſpectu ſibi inuicem, neque in vocis auditu ſint poſitæ.* Quod etiam ſe vidiſſe, teſtatur Palladius cap. 69. Ad Nitriam, Celliamque ipſius appendicem, celeberrima fuit olim peregrinatio Chriſtianorum. Scimus eam adornaſſe & perfeciſſe Melaniam A. C. 372. cum Ruffino, vt ex Paulino epiſt. 9. ad Seuerum, & Palladio cap. 33. probat doctè Baronius, eo anno. Rurſùs eo contendit Palladius A. C. 388. eodem autore, quod ad tempus ſpectat; nam rem ipſam, ipſe prodit toto lauſiaco opere Sed quod caput eſt, Nitriam inuiſit Hieronymus A.C 385. (ita ibi Baronius) de qua profectione ipſe in Apolog. aduerſus Ruffinum, inquit: *Contendi Ægyptum, luſtraui monaſteria Nitriæ:* qui de profectione Rufini epiſt. 41. dixerat: *Ruffinum enim Nitriæ eſſe, & ad B. perrexiſſe Macarium* (haud dubium iuniorem in Nitria degentem) crebra commeantium multitudo referebat. Illuc quoque ſanctam Paulam acceſſiſſe, is ipſe prodit in eius epitaphio: *Et vrbem No (inquit,) quæ poſtea verſa eſt in Alexandriam* (ſupple inquit) *& oppidum Domini Nitriam, in quo puriſſimo virtutum nitro ſordes lauantur quotidie plurimorum. Quod cum vidiſſet, accurrente ſibi ſancto, & Venerabili Epiſcopo Iſidoro Confeſſore, & turbis innumerabilibus Monachorum, ex quibus multos Sacerdotalis, & Leuiticus ſublimabat gradus; lætabatur quidem ad gloriam Domini; ſed ſe indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem Macarios, Arſenios, Serapionas, & reliqua columnarum Chriſti nomina? Cuius non intrauit cellulam? Quorum pedibus non aduoluta eſt? Per ſingulos ſanctos Chriſtum ſe videbat; & quidquid in illos contulerat, in Dominum ſe contuliſſe lætabatur. Mirus ardor, & vix in fœmina credibilis fortitudo. Oblita ſexus, & fragilitatis corporea, inter tot millia Monachorum; cum puellis ſuis habitare cupiebat: & forſam cunctis eam ſuſcipientibus impetraſſet, niſi maius ſanctorum locorum retraxiſſet deſiderium.* Adſtipulatur etiam Hieronymus teſtimonio Palladij, quod ſpectat ad numerum Monachorum Nitriæ, cum ad Euſtochium ſcribit epiſt. 22. dum ait: *Quid ante non plures annos Nitriæ geſtum ſint, referemus. Nam in eodem loco circiter quinque millia diuiſis cellulis habitabant, &c.*

Cellia ab eorum cellis dicta.

Nitria olim peregrinatio Chriſtianorũ

Sumamus hinc morum Nitriotarum narrationis exordium; nimirum ab Hieronymo eorundem accuratiſſimo inſpectore, & narratore; nam quæ in ea epiſtola narrat Ægyptiorum Cænouitarum inſtituta, haud dubium, qui præcipuè ad eos, quos ipſe inuiſit, ſpectant. 4.

Nitriotarum inſtituta.

§. II.

Nitriotarum inſtituta, ex D. Hieronymo, Rufino, & Palladio.

1\. *PRima apud Cænouitas confæderatio eſt; obedire maioribus, & quidquid iuſſerint, facere.*

Obedientia.

NOTA. Regulam hanc ad verbum habet Poſthumius in ipſa fronte ſuarum. Ex quo non modica illis accreſcat fides. v. cap. 3. n. 25.

2\. *Diuiſi ſunt per decurias, atque centurias, ita vt nouem hominibus decimus præſit; & rurſum decem Præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat.*

Decuriæ & Centuriæ Monachorũ.

3\. *Manent ſeparati, ſed iunctis cellulis.*

NOTA. Niſi quòd ex Ammonis inſtitutione, duo,

Digitized by Google

duo, vel tres, aut plures ſimul eſſe poterant in eadem.

4. *Vſque ad horam nonam, vt inſtitutum eſt, nemo pergit ad alium; exceptis his decanis, quos diximus; vt ſi cogitationibus fortè quis fluctuat, illius conſoletur alloquiis.*

Collectæ. 5. *Poſt horam nonam in commune concurritur; Pſalmi reſonant, ſcripturæ recitantur ex more; & completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius, quem Patrem* (id eſt Abbatem) *vocant, incipit diſputare. Quo loquente tantum ſilentium fit, vt nemo alium reſpicere, nemo audeat exorare: dicentis laus in fletu & audientium: tacitæ voluuntur per ora lacrimæ; & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum verò de regno Chriſti, & de futura beatitudine, & de gloria caperit annuntiare ventura; videas cunctos moderato ſuſpirio, & oculis ad cœlum leuatis, intra ſe dicere. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?*

Nota. Hoc à Therapeutis, qui olim in eodem tractu Nitriæ degebant, ad paludem Mariam hæreditaſſe noſcuntur. v. lib. 2. cap. 12. a. num. 4.

6. *Poſt hec concilium ſoluitur, & vnaquæque Decuria cum ſuo Parente pergit ad menſam. Quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt, nemo comedens loquitur.*

5 Abſtinentiæ. 7. *Viuitur panè, leguminibus, & holeribus, quæ ſale ſolo condiuntur.*

Nota. Irrepſit error proinde in Heraclidis Paradiſum cap. 1. vbi de Nitriotis dicitur: *Quo in monte* (Nitriæ) *tam memoratis 5000. quam illis, qui ſe ad vltimas ſolitudines contulere 600. viris, ſeptem piſcinis alimenta præbentur:* quaſi non ſolum qui in cœnobiis Nitriæ, ſed etiam qui in cellis ſolitudine Anachoretæ degebant, piſcibus alerentur. Abſit: Palladius, quem Heraclides tranſtulit ad verbum *ſeptem piſtrinas*, non piſcinas legit nimirum tantæ hominum multitudini non minus quam ſeptem piſtrinis coquebatur panis. Piſtrinam etiam fœminini generis poſuit Plinius lib. 11. cap. 9. & Fucilius li. 16. & Soſipater l. 1. donatus, & alij.

8. *Vinum tantum ſenes accipiunt.*

Nota. In hunc ſenſum accipias Palladium aientem: *Vtuntur etiam vino, & vinum illic venditur.* Notum eſt, diuites fideles multas pecunias erogare ſolitos in Monachos, vt de Paula, Melania, & aliis paſſim reperies. Ergo caupones eas pecunias ſitientes, tabernas in ſolitudinibus ſtruebant. Sed vinum ſenibus, & maximè debilibus ſolum propinabatur.

9. *Senibus, & paruulis ſæpe fit prandium, vt aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens.*

Nota. Aliàs omnes ad veſperam reficiebantur. Hoc in ſuam transfuexit regulam S. P. Benedictus, cap. 37.

Alia collecta. 10. *Deinde conſurgunt pariter; & hymno dicto, ad præſepia redeunt. Ibi vſque ad veſperam cum ſuis vnuſquiſque loquitur, & dicit: vidiſtis illum, & illum?* (à perfectionibus capiunt virtutis exempla) *Quanta in ipſo ſit gratia? quantum ſilentium? quàm moderatus inceſſus? ſi infirmum* (in virtute) *viderint, conſolantur; ſed in Dei timore feruentem, cohortantur ad ſtudium.*

11. *Et quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili vnuſquiſque vigilat; circumeunt cellulas ſingulorum* (de Decanis, & Præpoſitis loquitur) *& aure appoſita, quid faciant, diligenter explorant: quem tardiorem deprehenderint, non increpant, ſed diſſimulato quod norunt, eum ſæpius viſitant, & prius incipientes prouocant orare, quàm cogunt.*

12. *Opus diei ſtatutum eſt* (Hiſpanè dicimus, *danles tarea*) quod Decano *redditum ad œconomum: qui & ipſe per ſingulos menſes Patri omnium cum magno tremore reddit rationem; à quo etiam* (œconomo) *cibi, cum facti fuerint, praguſtamur.* 7. Opus diei Hiſpanis tarea Monachis impoſitum.

13. *Et quia non licet dicere cuiquam; Tunicam, & ſagum, textaque iuncis ſtrata non habeo; ille ita vniuerſa moderatur; vt nemo quod poſtulet, habeat.* Veſtis.

Nota. Cellerarij munera exequitur, de quo S. Benedictus in ſua regula, & verbis illis: *Tunicam, ſagum & texta iuncis ſtrata*, totam Monachi ſuppellectilem comprehendit, & habitum.

14. *Si quis verò caperit ægrotare, transfertur ad exedram latiorem: & tanto ſenum miniſterio confouetur, vt nec delicias vrbium, nec matris quærat affectum.* Infirmorum cura.

Nota. Huc reſpicit quod Palladius ſcribit cap. 7. *In hoc monte degunt etiam Medici, & placentarij*, nimirum propter ægrotantium commoditatem, aliàs quando non placentas (Hiſpanè *Oxaldres*, ſeu *Tortas gaucas*) reſpuerent, quibus panis cibarius pro deliciis habebatur? Medicos autem idem in monte aucupatos, atque caupones, procul dubio dixerim, id eſt, pecunias à fidelibus Monachis oblatas.

15. *Dominicis diebus orationi tantum, & lectionibus vacant: quod quidem & omni tempore completis opuſculis faciunt.*

Nota. Egregiè id hauſit D. P. Benedictus, vt videre eſt in ſua regula cap 48.

16. *Quotidie aliquid de ſcripturis diſcitur.* Studium ſacræ ſcripturæ.

Nota. Id ſanè omnibus Monachis vſitatiſſimum ſemper fuit: verùm Nitriotæ cæteros in doctrina excelluiſſe videntur, ſi verum eſt quod Ruffinus ſcribit cap. illo 22. *Scripturarum diuinarum meditationes, & intellectus, atque ſcientiæ diuinæ nunquam tanta vidimus exercitia; vt ſingulos penè eorum oratores credas in diuina eſſe ſapientia.* Verum hac parte ſuſpecta ſunt Ruffini elogia, quod & ipſe originis erroribus imbutus, totum ſe diffundit in laudandis Ammonio iuniore, Euagrio, Eutymio, & aliis origeniſtis, quos Dydimus orbus excæcauit; de quo ſæpiùs Hieronymus conqueritur; contra Ruffinum ſcribens; præſertim cum ait: *Luſtraui monaſteria Nitriæ, & inter Sanctorum choros aſpides latere perſpexi.* Qua de re vide Baronium ad A.C.386.

17. *Ieiunium totius anni æquale eſt, excepta quadrageſima, in qua ſola conceditur diſtrictius viuere.* 8. Ieiunia.

Nota. Vt ſcilicet, qui leguminibus victitabant, panem ſolum cum ſale, & aquam guſtent.

A Paſcha ad Pentecoſtem cænæ mutantur in prandia, quo & traditioni Eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato. Quid cœna apud illos?

Nota. Nunquam ergo bis in die eſcitabant; mutare refectionis horam, ieiunium ſoluere putabatur; & quod ad ſeram vocabatur *cœna*, ad ſextam *prandij* accipiebat nomen. Hoc loco Eraſmus doloſè textum inuertens, legit: *A Pentecoſte cænæ mutantur in prandia*, quaſi ab ipſo die Pentecoſte inciperent cœnæ & non

magis

Digitized by Google

magis ieiunia. Sanè ei refragantur veteres M. SS. quorum fidem implorat Marianus victorius. Verùm Eraſmus rerum Monaſticarum ignarus, & Monachis infenſus, occaſiones in eos oblatrandi quærebat: Ignarus quoque morum Eccleſiæ, cum tamen apud Gratian. diſt. 76. cap. *ſcire debes*, ex Ambroſio mutuatum ſit, ſerm. 61. de Pentecoſte: *Non ergo ieiunamus in hac quinquageſima, quia his diebus nobiſcum Dominus commoratus eſt*. Et in Apol. Dauid, cap. 8. *In die Pentecoſtes vacant ieiunia; laus dicitur Deo, & oratio, & Alleluya cantatur*. Vbi diem vocatum tempus ipſum Pentecoſtes, quoniam (eodem Ambroſio) *ad inſtar dierum Reſurrectionis tota quinquageſima* (notum eſt, Pentecoſtem 50. ſignare) *dierum curricula celebrantur*. Conſentit Hieronymus hoc loco, & epiſt. ad Lucinium Bæticum, 28. vbi etiam addit horum dierum cœnam non eſſe ſub præcepto, *quod in Act. Apoſt.* (cap. 13.20. 27.) *diebus Pentec. & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes ieiunaſſe legimus*. Et Iſidorus lib. 1. de offic. Eccleſ. cap. 40 notauit, quòd *poſt Paſcha vſque ad Pentecoſtem, licèt traditio Eccleſiarum abſtinentia rigorem prandiis relaxauerit; tamen ſi quis Monachorum, vel Clericorum ieiunare cupit; non ſunt probibendi; quia & Antonius, & Paulus, & cæteri Patres antiqui, etiam his diebus in eremo leguntur abſtinuiſſe; neque ſoluiſſe ieiunium, niſi tantum die Dominico.* Sed rigor peculiarium Anachoretarũ non erat Cœnobitis imponendus; de quibus hoc loco agit Hieronymus.

9. 18. Proprietatis vitium toto animo abhorrebant. Nam cum in Nitria. *Quidam ex fratribus parcior magis, quàm auarior, & neſciens 30. argenteis Dominum venditum, 100. ſolidos, quos lina texendo acquiſierat, moriens dereliquiſſet; initium inter Monachos conſilium, quid facto opus eſſet. Alij pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant; alij dandos Eccleſiæ; nonnulli parentibus remittendos. Macarius verò* (iunior) *& Pambo, & Iſidorus, & cæteri quos Patres vocant; ſancto in eis loquente ſpiritu, decreuerunt infodiendos eſſe cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Nec hoc crudeliter quiſquam putet factum. Tantus cunctos per totam Ægyptum terror inuaſit, vt vnum ſolidum dimiſiſſe ſit criminis.*

Proprietatis deteſtatio.

Nota. Hactenus Hieronymus de moribus Nitriotarum in epiſt. 22. ad Euſtoch.

19. Mirum apud eos hoſpitalitatis ſtudium; quod in eis ita commendat Ruffinus cap. 21. *Huic ergo cum appropinquaremus loco, vbi peregrinos fratres aduenire ſenſerunt, continuò velut examen apum, ſinguli quique ex ſuis cellulis prorunt; atque in obuiam nobis, læto curſu, & feſtiua alacritate contendunt, portantes ſecum quàm plurimi ipſorum vrceos aquæ, & panes. Tunc deinde ſuſceptos nos adducunt primò cum Pſalmis ad Eccleſiam, lauant pedes, ac ſinguli quoque linteis, quibus vtebantur, abſtergunt; quaſi viæ laborem leuantes; re autem vera vitæ humanæ ærumnas myſticis traditionibus abluentes.*

Nota. Confer regulam hanc cum cap. 53. S. P. Benedicti, & Hieronymum, recole narrantem de Nitriotis quaſi tripudio ſanctam Paulam exceperint epiſt. 27. *occurrente ſibi ſancto, & venerabili Epiſcopo Iſidoro, & turbis innumerabilibus Monachorum, &c.*

20. Addidit Palladius cap. 7. *Propè Eccleſiam autem poſitum eſt Xenodochium, in quo venientem hoſpitem toto tempore accipiunt, etiamſi biennium, aut triennium voluerit manere donec velit ſua ſponte recedere: permittentes ei vna hebdomada manere in otio; aliis autem diebus, ipſum deinceps attrahunt ad opera, aut in hortu, aut in piſtrino, aut in coquina. Quod ſi fuerit quiſpiam, cuius ſit habenda ratio; dant ei librum legendum, non permittentes ei, vt cum vllo colloquatur, vſque ad horam ſextam.*

21. *Circa horam autem nonam licet ſtare, & audire in vnoquoque Monaſterio, hymnos Chriſto canentes, & preces ad hymnos emittentes; adeò vt exiſtimet quiſpiam, ſe ſublimè elatum, tranſmigraſſe in paradiſum deliciarum.*

22. *In hoc monte Nitriæ vna eſt maxima Eccleſia. Veniunt autem ad Eccleſiam Sabbato ſolùm, & Dominico.*

Nota. Hoc de Synaxi generali Cænobitatarum dictum puta; nam de Anachoretis hæc habet Ruffinus.

23. Anachoretæ in Cellia, *ſinguli per cellulas commanent: Silentium ingens, & quies magna eſt inter eos. Die tantùm Sabbati, & Dominica in vnum ad Eccleſiam coeunt; & ibi ſemetipſos inuicem, tanquam cœlo inditos vident. Si quis fortè in conuentu illo defuerit, intelligunt ſtatim eum corporis aliqua infirmitate detentum; & ad viſitandum eum, non omnes quidem ſimul,* (ob ſilentij grauitatem) *diuerſis tamen temporibus omnes abeunt, portantes vnuſquiſque ſecum, ſi aliquid apud ſe eſt, quo ægro poſſit gratum videri. Aliam verò ob cauſam nullus audet proximi ſui obturbare ſilentium: niſi fortè quis poſſit in verbo inſtruere, & velut athletas in agone poſitos, ſermonis conſolatione perungere.* 10. Anachoretarum Nitriæ mores. Silentium.

24. *Multi ipſorum à tribus & quatuor millibus ad Eccleſiam coeunt; ita longo à ſemetipſis ſpatio habitationis eorum cellulæ dirimuntur.*

25. *Charitas in eis tanta eſt, & tanto inter ſemetipſos, & erga omnes fratres conſtringuntur affectu, vt in admiratione, & exemplo ſit omnibus. Vnde & ſi quis fortè voluerit habitare cum eis, vbi intellexerint, vnuſquiſque cellulam offert ſuam.* Charitas.

Nota. Hoc ſpecialius narrat Ruffinus cap. ſequenti (23.) de Ammonio iuniore, qui quidem *etſi plures fuiſſent, qui fortè venientes* (Celliam) *ſaluari cuperent, fratribus congregatis omnibus; cum alacritate iuuantibus, ſub die vna Monaſterium conſtruebant.* Memineris Monaſterium etiam habitationem vnius dici conſueuiſſe. Conſule quæ diximus de Therapeutis, lib 2. c. 12. n. 18.

26. Pergit Ruffinus de eiſdem Anachoretis, cap. 27. *Quidam non ſolum aqua parciſſima vtebantur,* (*ne aqua multa maiores Phantaſias gigneret, & languiora receptacula dæmonibus præberet*) *ſed & pane penitus abſtinebant. Alij vero, qui in illis locis morabantur fratres, pane ſolo, & ſale contenti erant; ita vt illa omni multitudine* (ſexcentorum) *vix inuenires aliquem, qui oleo ſaltem vteretur.* Cibus.

Nota. Hieronymus epiſt. 22. *Quos Anachoretas vocant* (planè Nitriotas) *de cœnobiis exeuntes, excepto pane, & ſale, ad deſerta nihil perferunt amplius.*

27. *Plures etiam ex eis, nec iacentes ſomnum, ſed ſedentes, & (vt ita dicam) in meditatione Diuinorum Verborum, poſiti capiebant.* Somnum.

Hactenus Ruffinus. Subdit Palladius. 11.

28. *Sunt autem octo Presbyteri, qui præſunt huic Eccleſiæ* (redit ad cænobitas) *in qua quandiu* Sacramentorum miniſtratio.

viuit primus Presbyter, nullus alius offert, nec indicat, nec habet ſermonem, ſed tacitè ſolùm cum eo ſedent.

Nota. Non negat omnes adminiſtrationi Sacramentorum incubuiſſe; aliàs qui poſſit vnus pœnitentiam, & Euchariſtiam viris quinque millibus miniſtrare?

19. *Nec deerat delinquentibus ſupplicium; nam in eadem Nitriæ montis Eccleſia ſunt tres palmæ, ex quibus vnaquæque habet flagellum ſuſpenſum. Et eſt vnum quidem ad caſtigandos Monachos, qui delinquunt; alterum verò ad puniendos latrones, ſi quando inciderint: tertium verò ad corrigendos eos, qui fortè veniunt & in aliqua delicta incidunt. Adeò vt quicumque delinquunt, & conuincuntur meruiſſe, vt dent pœnas, palmam amplectantur, & tergo plagas præfinitas accipiant; & ſic dimittuntur.*

Nota. Roſuueidus in hæc verba ait. *Ecce vetuſtam diſciplinarum, vt vocant, memoriam; de quibus vide Gretzerum accuratè diſſerentem, peculiari ea de re.*

§. III.

Magnum Athanaſium Præceptorem fuiſſe Monachorum; Et quas regulas viris, & fœminis dederit?

12. Anthanaſius Ammonis eiuſque diſcipulorum Magiſter.

PAtrem quidem Nitriotarum Ammonem veterem illum fuiſſe, cuius animam ſanctus Antonius ſcandere vidit in cœlum, lætantibus Angelis ſuperiori §. definiuimus; eos verò multum debuiſſe Antonio, frequentes Ammonij ad eum acceſſus planè indicant: ſed tam Ammonem, quam filios præcipuum habuiſſe Præceptorem, magnum Athanaſium, ſequentia probant. Perſpicuum eſt, Athanaſium Præceptorem fuiſſe Monachorum; nam id ipſum conceptis verbis ipſe profert in opuſculo, cuius titulus. *Ad Monachos exortatio*: vbi in capite quidem: *Præcedentes duco* (ait) *& vltra menſuram meæ poſſibilitatis extenſus, quos ſequi cupio, ducere compellor.* Sed vnde hoc? *Nimirum quoniam inſtituti mihi huius licentiam prerogatiuè paternus aſcripſit affectus; & complectenda mihi veſtræ expoſtulationibus exactio.* Et in calce. *Mei ſemper, quem in opere, & ſcientia abortiuum omnium Sacerdotem, Præceptorem vobis tanti habuiſtis eligere, mementote.* Sed & Gregorius Nazianzenus in orat. de laudibus ipſius hæc de illo dixit: *Virgines pronubum laudent, matrimonij iugo conſtrictæ moderatorem, qui ſolitariam vitam agunt pennarum accommodatorem, qui in ſolatio viuunt legiſlatorem.* Subdit, quod mireris amplius; ipſum Athanaſium Monaſticam aliquandiu exercuiſſe vitam, demonſtraſſeque exemplo ſui, eam ab Epiſcopi propoſito non abhorrere: & ſicut Monachus ad Epiſcopatū prouectus à Monachatu non diſſedit, ſic & Epiſcopum Epiſcopatum non deponentem, Monachum fieri valere. Audi ergo Gregorium grauiſſima hæc verba promentem: *Hinc ille ſolum vertit* (cùm à Præſulatu deiectus eſt) *ac ſe ex alio quam præclariſſimè ſtatuit. Nam ad ſacra illa, & Diuina Ægypti monaſteria ſe confert; in quibus homines à mundi conſortio diſtracti, ac ſolitudinem amplectentes, Deo viuunt, magis quàm cæteri homines, qui in corpore verſantur, quorum alij vitam prorſus ſolitariam, & ab hominum ſocietate remotam agunt; ſui ipſorum tantum, & Dei colloquio fruentes; atque hanc duntaxat partem pro mundo habentes, quam in ſolitudine cognoſcunt. Alij autem charitatis legem communione, ac ſocietate colunt, ſolitarij ſunt, & promiſcui, ac cæteris quidem hominibus, negociiſque mortui, quæcumque in ciuili, atque in medio poſita vitâ voluuntur, verſantque ſimul, & verſantur, ac nouis, repentinis, & crebris mutationibus impoſturam faciunt, ſibi autem inuicem mundi loco ſunt, ac mutua comparatione virtutem acuunt, & extimulant. Cum his conſuetudinem habens magnus ille vir, vt aliarum rerum ſequeſter, & conciliator erat, illius exemplum ſequens, qui per ſanguinem ſuum res diſtinctas, & diſſidentes pacificauit; ita ſolitariam quoque vitam cum Cœnobitica in gratiam reducit: illud oſtendens, & Epiſcopatum Monaſticæ Philoſophiæ minime expertem eſſe; & Monaſticam diſciplinam ſacri Antiſtitis inſtitutione opus habere. Sic enim hæc duo, hoc eſt, actionem tranquillam, & actuoſam tranquillitatem conſociauit, atque coniunxit, vt perſuaſam omnibus redderet, Monaſticæ vitæ profeſſionem, morum potius grauitate, & conſtantia, quam corporis ſeceſſione notari, atque exprimi. Ita fiebat, vt qui alios virtute anteibant, iidem ab a iis conſilio, & mente longiori abeſſent interuallo, quam quo reliquos antecedebant; atque ad Sacerdoti munus numeris omnibus abſoluendum, pauca conferentes, multò plura ad Monaſticæ vitæ rationem partibus omnibus explendam reciperent. Tantaque Athanaſius apud eos autoritate flagrabat, vt quidquid illi placuiſſet, pro lege haberent: ac rurſus vetitum ſibi, atque interdictum exiſtimarent, quod ille ſententia ſua improbaſſet; illiuſque decreta pro Moſaicis tabulis ducerent* (Monachi ſcilicet) *maiorique cum veneratione, quàm quæ ſanctis viris deberi videntur, aſciperent. Nam cum quidam eò ſe contuliſſent, vt pium virum perinde ac feram quandam veſtigarent* (quærebat impius Georgius ſedis Alexandrinæ impudicus incubator Athanaſium in deſertis Ægypti locis ad necem) *nec cum paſſim quæſitum inuenirent; ne alloquendos quidem eos qui miſſi fuerant, duxerunt* Monachi. *Verùm pro Chriſto periclitantes, atque ita animo comparati, vt ſi quid acerbi pro eo perferrent, magni ad id Philoſophiam momenti eſſe iudicarent; diuturniſque ieiuniis, & humicubationibus, cæteriſque corporis afflictionibus, quas pro perpetuis deliciis habent, multò ſublimius, ac diuinius.* Tanti ergo Magiſtri ſui vitam Monachi æſtimabant, vt propriam pro illius redemptione libenter exponerent.

Ex quibus non ſolum habemus Athanaſium Monachorum fuiſſe Præceptorem Alexandriæ degentium; quos Palladius cap. 7. ercitet bis mille in Monaſteriis intra vrbem tunc temporis extitiſſe profert, cum paulò poſt Athanaſij obitum, triennio cum eis adiuixit; ſed etiam Cœnobitarum, & Anachoretarum montibus Ægypti commorantium; cum quibus ſcilicet Athanaſius profugus egit. Horum omnium ab ipſo ad Philoſophiæ pietatem eruditorum præcipuos fuiſſe Nitriotas, nemo inficiabitur, qui eos ob loci vicinitatem ad ſedem ſuam, & Diœceſim expectaſſe conſideret, noſcatque quanta Ammonis Archimandritæ, diſcipulorum eius fuerit cum 13. Triennio cū Nitriotis degit.

Athanaſio

Digitized by Google

Athanaſio conſuetudo. Extat epiſtola ſanctiſſi-
mi Doctoris ad eundam Ammonem , qua ſatiſ-
facit dubitationi morali ab eo ſub Monachorum
ſuorum addubitantium nomine, Athanaſio præ-
poſita ; num ſcilicet in voluntaria omnium hu-
manorum excrementorum expulſione peccatum
inſit , aut in nulla ? aut cur potius vna quàm al-
tera ſit verita ? Ex quo liquidum fit. Ammo-
nem , & eius Monachos ad Athanaſium pro du-
biorum ſuorum ſolutione recurrere ſolitos , ip-
ſumque velut Magiſtrum ; & præcipuum Præ-
ceptorem reuereri. Extat & epiſtola eiuſdem
Athanaſij ad Dioſcorum Ammonij diſcipulum ,
Epiſcopatum recuſantem ; qua cum multis ra-
tiociniis , & exemplis in medium adductis , vt
oneri humeros ſupponat , imperioſè admonet ,
& adigit : quod & fecit , imò & in Epiſcopatu
viriliter contra Arianam impietatem dimicans, à
Valente Imperatore in exilium actus fuit : vti
ipſe refert Athanaſius in Apologia de rebus ſuis
ad ſolitariam vitam agentis. Traxit itidem, ſupe-
rioris gerens vices, magnum Anachoretam Pam-
bonem Ammonis alumnum Alexandriam, vt ſe-
cum aliquandiu ageret : cuius & illum tunc egre-
giæ pietatis argumentum celebratur ; quòd vi-
dens meretricem ſuperſtitioſè comptam , & or-
natam , in lacrymas reſolutus eſt. Rogatus verò
de lacrymarum cauſa : reſpondit , ortas quidem
tum ex pietate , ob eius animæ certiſſimam ,
quantum ad præſens iudicium , perditionem ;
tum etiam quòd illa eum ſegnitiei argueret, &
languidi amoris in Deum, vt qui minus ſtudij in
æternæ maieſtatis ſeruitute , & diuinæ bonitatis
dilectione adhiberet , quàm illa in ornatu , &
comptu externo perituri coporis , vt placeret
putidiſſimis amatoribus pulchritudinis ſuæ.
Quam rem narrat Pelagius de verbis ſeniorum
libello 5. num. 14. ex Ruffino num. 164. Quòd
ſi Athanaſij Ammonem, & Monachos eius edo-
centis ſpecimen aliquod videre cupis , en quæ
in ea epiſtola , ad ipſum data verba ſcribat.

Sancti Athanaſij Magni ad Ammonem Monachum, Nitriotarum Principem Epiſtola.

19. Dei opera munda. *OMnia quidem bona , & munda Dei opera :*
nihil enim , quod vſu ſuo careat , aut quod
immundum ſit Dei Verbum condidit. Nam Chri-
ſti bonus odor (vt Apoſtoli verbis vtamur) ſumus.
Cæterum quando vſitata artis verſutia non deeſt ;
qui turpibus , & fœdis rationibus , diabolique ver-
ſatilibus telis vſus , fratres minus cordatos turbare,
& inquinare audeat ; age paucis, & ipſas mali frau-
des. Seruatoris ope depellamus , ſimpliciorumque
mentem confirmemus.

Omnia quidem munda mundis. Sed male con-
ſcius impurorum animus vbique turpis , & fœdus.
Cæterum diaboli artes nequeo non mirari , qui lues,
& corruptela cum ſit , ſanctitatis , & puritatis ſpe-
cie plenas rationes ſubiiciat. At id potiùs vt inſi-
dietur , quàm vt probet , facit. Ideo enim iſta au-
ribus Aſcetarum inſuſurrat , quæ nihil in vitam
commodi aliud , quàm quod nouitatis , & nuga-
rum plenas rationes , diligenter euitandas , vt
ante monui , conferunt ; vt dum eos à conſueto , &
ſalutari ſtudio reuocarit , regnare ſolus , & rerum
potiri videatur. Quid enim (rogo te dilecte impri-
mis, & piè) ſceleris , aut labis habeat ipſa, quæ po-
ſtulante natura fit excretio ? verbi cauſa. Quis
erumpentem , è naribus mucorem , vel ipſa oris ſpu-
ta , vitio vertat ? Atqui & his ampliora longè poſ-
ſumus addere ; ventris nempe deiectiones , quæ ita
cunctis exiſtunt neceſſariæ , vt ſine his ne viuere
quidem animal natura voluerit. Deinde cum homi-
nem manuum Dei opus eſſe , ſcriptura docente cre-
damus ; qui fit , vt ex munda facultate polluti ali-
quid & contaminati operis prodeat ? Rurſus, (ſi quod
in Actis Apoſtolorum didicimus , Dei genus ſumus ,
immundum prorſus in nobis , & contaminatum nihil Act. 17.
habemus : tum enim inquinantur ſolum , cum peſſi- Matth. 7.
mi odoris opus , peccatum , operamur. At cum ſuo
more naturalis aliqua excretio emittitur, tum naturæ
neceſſitate (quod antea diximus ,) & iſtud cum
aliis toleramus. Cæterum quando , qui hoc ſolum
ſtudent , vt iis , quæ rectiſſimè à Deo ipſo dicun-
tur , & fiunt , aduerſantur ; illud quæ Euangeli-
cum. Non quæ ingrediuntur , ſed quæ egrediun- Matth. 15.
tur , hominem contaminant ; malè vſurpant ; &
iſtam eorum à pecudum ritu (neque enim aliter de
illis loqui poſſumus) non valde remotam quæſtio-
nem diſſoluamus. Primùm enim ſcripturas ſacras
alio, pro ſua ignorantia , & inconſtantiæ libidine, per
vim detorquent , cum hoc pacto Diuinum ſe ha-
beat oraculum. Nam cum ad iſtorum modum de
cibis ambigerent nonnulli , eorundem ignorationem ,
vel fraudem potiùs , retegente , & publicante , &
publicante Chriſto : Non quæ ingrediuntur , ſed
quæ egrediuntur hominem inquinare audiuerunt. Ad-
dis & alicubi præterea , quænam illa eſſent , quæ à
corde prodirent. Illic enim prophanarum cogitatio-
num , aliorumque criminum Theſauros malos eſſe
non ignorabat. At eſt longè compendioſius , quo 1. Cor. 8.
idem docens Apoſtolus vſus eſt dum eſcam nos
Deo non commendare ſignificat.

Dicas vero nunc opportunè aliquis. Naturalis
excretionis nomine nos pœne non ſubiacere ; qualis 15.
erit forſitam Medicorum ſententia , vt eorum , quæ
foras egeruntur , quantumuis eiſdem talia pudorem
perſæpe moueant , conditionem tueantur ; quando
animali , retenta in ſingulas partes nutritionis ma-
teria , neceſſaria quædam eruptiones ad ſuperfluo-
rum excretionem data ſunt ; vt capitis excremen-
ta , pili , reliquique ab eo promanantes humores ;
vt ipſæ ventris denique deiectiones. Atqui ſper-
maticorum meatuum excrementum illud (te hic
per Deum , Deo gratiſſimè ſenex appello) quid
non habeat peccati , quantumuis animal ipſum
Dominus formauit , huiuſmodique membra tales
habere eiectiones voluerit ? Cæterum quando contra-
ria improborum argumenta aſſumere neceſſum eſt
(verum enim organorum vſum , quæ à Deo facta
ſunt vſum peccato carere aſſerent) ita loquentes
interrogationis modo compeſcamus. Qualem ergo Gen. 1.
vſum , precor , nominas ? legitimum illum , quem
permiſit Deus , cum creſcere , & multiplicari , ter- Hebr. 12.
ramque replere iuſſit : quem & ipſe Apoſtolus pro-
bauit cum honorabiles nuptias , lectumque impollu-
tum appellauit : An vagum illum , & effuſum ,
furtimque , & libidinoſè perceptum ? Atqui cætera-
rum rerum , quæ in vita fiunt , differentiam eſſe ali-
quam videmus : Verbi cauſa : cùm cædem facere non
liceat , in bello autem hoſtem trucidare , lege non

Digitized by Google

miſſum modò, ſed cum laude ita conſtat eſſe coniunctum, vt honoribus magnis, qui in eo ſtrenuè geſſerint aliquid, imò in columnis, ſtatuiſque in perpetuam virtutis memoriam decorentur. Poteſt ergo idē alia, atq; alia ratione opportunè cōcedi, probiberique. Quod ſane non diſpari conſideratione in maris, & fœmina congreſſu debet intelligi. Beatum enim non negarim, qui in ipſo æſtatis flore, Matrimonio legitimè coniunctus natura ad liberorum procrea- Hebr.13. *tionem inſeruit. qua, ſi ad libidinem abutitur non video qui paratam (Paulo teſte machis, & adulteris pœnam queat euitare. Nam vita duplex cum ſit inſtitutum, vnum quidem inferius, & buius ſaculi rebus magis additum, quod Matrimonium vocamus; alterum autem Angelicum planè, atque eximium, quod virginitatem appellamus. ſi ſaculare aliquis, id eſt, nuptias ipſas amplectatur, non vituperatur ille quidem, ſed tanta Diuina liberalitatis munera non ſentiet; quanquam aliqua ſentiet tamen, quia fructum & ipſe trigecuplum ediderit. At ſi quis purum illud, & ſupra mundi conditionem exiſtens amplexus fuerit; licet via primùm ardua, & difficili incedere videatur, ampliora tamen longè, & mirabiliora gratia dona, quando idem perfectum, id eſt, centecuplum fructum* 16. *redit, conſequatur. Ita ergo turpes, & probroſas eo-* Docet Ammonem, quæ edocere debeat ſuos. *rum quaſtiones ex Sacroſanctis ſcripturis dudum repreſſas, & ſolutas eſſe apparet.*

Quare hoc vnum abs te contenderim PATER, vt qui tua fidei commiſſi ſunt greges, aduerſus iſta munias, & Apoſtolicis verbis borteris, Euangelicis demulceas eiſdem Pſalmis conſulas, ſuadeaſque, vt ſecundum Dei oracula viuificari poſtulent, qua nihil aliud, quàm vt puro eidem corde ſeruiamus, docent. Id enim cum non ignoraret Propheta tanquam ſe ipſe interpretaretur, cor mundum ſibi à Deo creari, ne malis & fœdis cogitationibus perturbaretur poſtulauit. Idem rurſus & ſe ſpiritu principali confirmari petiit, vt quoties in eum turbas cierent animi motus, Dei ope tanquam baſi ſuſtentatus permaneret immotus. Iſta ergo, & ſimilia dum eis conſulas, qui tarde veritati aſſentiuntur, tui muneris erit vſurpare, Dominoque confiſum, cum Dauide, iniquas vias eius Pſ. 50. *te docturum praſari, & eos ab huiuſcemodi ſcelere reuocabis. Pſalle, Et impij ad te conuertentur. Vtinam verò qui diuturna conſuetudine deprauati, eiuſmodi quaſtiones audent agitare, à tam inani ſtudio auertantur. Qui autem pietatis ergo de quibuſdam ambigunt, ſpiritu principali confirmentur. Quotquot item veritatem fortiter amplexi eſtis, eandem infractam, & inconcuſſam retineatis, in Domino noſtro Ieſu Chriſto cui gloria in ſacula ſaculorum, Amen.*

Sed demus iam regulas ab eodem Magno Athanaſio pro eruditione Monachorum exaratus; quam prior vulgò ſub nomine *exhortationis ad Monachos* circumfertur.

Regula Monachorum. Autore S. Athanaſio Epiſcopo Alexandrino.

PROLOGVS.

17. Athanaſij charitas & humilitas. *ET ſi quid gloriari in Chriſto licet, huiuſmodi principiis initiati, vt ſit inchoatio veſtra perfectio, & ad veram viuendi frugem gradus interpoſitos praeuolantes, apice ipſius culminis occupato, diſciplina ſummam teneatis; vt in votis habere debeat, & imitari quiſquam vos, quam poſſe credat: Inſtituti mihi tamen huius licentiam prarogatiuè paternus aſcripſit affectus, & amplectenda mihi veſtra expoſtulationis exactio. Qui dum me auditis non ſolum libenter, ſed etiam auidè, impudentem me veſtro amore feciſtis. Pracedentes duo, & vltra menſuram mea poſſibilitatis extenſus, quos ſequi cupio, ducere compellor. Pergam igitur per tramitem vita veſtra; vt quaſi qui primis imbuatur elementis litterarum depictis, adumbratis prarogationibus, notas ſtylo imitatore calcabo, accedentibus ad ſperata beati INSTITVTI pramia, qua ſequenda ſunt.*

REGVLA.

1. *PRimùm abſtinentia cura, ieiunij patientia;* 18. *orandi aſſiduitas, & legendi; vel ſi quis adhuc litterarum expers ſit, audiendi ſit deſiderium cum cupiditate diſcendi. Hac enim ſunt prima, quaſi lactentium cunabulorum in Dei agnitione crepundia; quibus homo admonitus ortus ſui, Diuini tramitis ingredi viam velle incipiat, dum poſſe conſueſcat.*

Nota. Tria præcipuè totius ſpiritualis ædificij, ſeu Monaſticæ vitæ fundamenta iacit, à quibus rudis tyro auſpicandum ſibi fore, certò ſciat; id eſt abſtinentiæ curam cum perpetuitate, quam ieiunij patientiam vocat, coniunctam orationis aſſiduitatem, & lectionis frequentiam, ſeu audiendi Diuini ſermonis auiditatem, in eo, qui legere neſcierit; quæ ſigilla- Abſtinentia. tim, & vbertim exponit, atque commendat ſequentibus.

2. *Et quidem iſta tradens, non de vulgi promiſcua fide loquor, quod omnipotentis Dei tantum inſtituata confeſſio, & innocentia ſingularis inſtillata Doctrina, venia ſola efficit eſſe contentum. Quamquam Dominus noſter, ſicut legimus, omnes velit ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: tamen quia praeminentis gratia, cuncti capaces eſſe non poſſunt (non enim omnes qui ex Iſraelita ſunt; nam & Iſrael à conſortio fraterna hareditatis excluditur; & compugnantes Iacob, & Eſau, vnius vteri clauſtra ruperunt) vel contenti puteo aqua viua, nos in holocauſtum noſtri hoſtiam voluntaria oblationis aptemus; deſiderantes eſcas, & parantes, ac primatibus illis ad menſuram via hanc ſententiam largientes, omnis creatura Dei bona, & nihil abiiciendum; quod cum gratiarum actione percipitur: Nos ad premium gloria illos labores nitentes; Bonum eſt non manducare carnem, neque bibere vinum. Et rurſus: Omnis qui in agone contendit ab* Continentia. *omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*

3. *Abſtinentia enim continentia nutrix eſt, qua innupta, ſiue nupta facilius poſſibilitatis franos patitur, ſi non deliciarum calcaribus incitetur, quam ſic eos, qui ad ſumma nituntur vel cupio, vel mando colere; ne putent in aliis crimen eſſe nupſiſſe, ſcientes ſcriptum eſſe. Bonum eſt nubere, melius eſt non nubere. Qui hoc enim illicitum credunt, ipſi premium ſui laboris imminuunt. Illicitis enim cauere, iugum neceſſitatis eſt; permiſſa vincere, munus arbitrij. Malis abſtinere, diſciplina merces eſt; bona ſupergredi, libertas meriti eſt; non finis imperij.*

Illud

H.ud legis indultum eſt terminis, hoc gratia re-ſe.uatum eſt incrementis.

19. Ieiunij ratio qualis.

4. *Ieiuniorum quoque non ſit volentibus certa neceſſitas; ſed in quantum poſſibilitas valet, niſu laborantis extenſa: quæ præter dominicam, ſemper ſint ſolemnia, ſi votiua ſint. His ſe ſe Moyſes Beatiſſimus præparans, affatibus Dei dignus ingeſſit. His prædictas per Ionam Niniuita minas, in placidam rurſus flexere ſententiam. His Betulia populus Aſſyria obſidione concluſus, & vſque ad deditionem ſui, experta plurima virtute conterritus, ab Holophernis tumentibus minis, conſtantis manu fœminæ meruit vindicari. His Mardochæus Amam crudelem ſuperbia, præparato ſibimet ligno, accepta pœna conuerſione ſuſpendit. His Ieſus Saluator noſter, in carne hominis, quam aſſumpſerat, eruditus, ſuadelas diaboli tentantis obtudit: quas etſi aliter potuiſſet expellere, docendos tamen populos voluit hac imitatione formare.*

Oratio.

5. *Orationibus verò ita frequenter inſtandum eſt, vt vix eas aliquod tempus interpolet. Scriptum eſt enim: Orationibus inſtate, vigilantes in illis. Et iterum: Quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis. Per has amicus dormiens excitatur; & quamuis omnem familiam ſopor altus obſederit, depromi tamen ſibi, ac porrigi panes, importunus expoſtulator extorquet. Has, ſi fieri poteſt, ſola intercapedo diſrumpat.*

20. Lectio.

6. *Cuius rei cura in Canonicis ponẽda eſt ſalubriter nominatis: non quòd apocrypha debeamus, præſertim ignorata, damnare, ſed quod ad ſcientiam Dei digeſtam. Canonis ſeriem putemus poſſe ſufficere. Illa enim ſi conſentiunt, ſuperuacua ſunt; ſi diſſentiunt, vitanda ſunt. Sine legendi ſtudio nemo ad Deum eſſe valebit intentus. Primùm quòd huiuſmodi opera ab aliis actibus caducæ occupationis abducunt, & diuerſorum exemplorum inſinuata cognitio, vel bonorum appetentiam, vel malorum factam eſſe cautelam. Neque enim alias Petrus Apoſtolus admoneret nos dicens: Parati ſemper eſtote ad rationem reddendam; ad omnes poſcentes vos de verbo ſpei veſtræ, & fidei. Et Apoſtolus: Non ceſſamus pro vobis orantes, vt impleamini agnitione eius in omni ſapientia, & intellectu ſpirituali. Et rurſus: Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia. Nam & in Veteri Teſtamento ſimilem hominibus curam ſacræ præceptionis inculcauit eloquium. Sic enim Dauid ait: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in Cathedra peſtilentiæ non ſedit: ſed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Et ad Ieſum Nauè Deus loquitur: Non recedet liber iſte de manibus tuis, & meditaberis in eo die ac nocte. His quoque negotiis malarum cogitationum lubrica frequenter interſerunt. Et quamvis ipſa ſedulitas animum ad Deum præſtet intentum, efficit tamen in ſeſe mordax ſæculi cura ſollicitum. Quòd ſi hæc frequenter, & importunè patitur religioſo labori deditus, nunquam profectò illis carebit ocioſus.*

21. Præcepta moralia.

7. *Nunc quoniam ſtudiorum membra digeſſimus, morum augmenta cumulemus. Illud autem extra commonitionem puto, vt ſit victus facilis, veſtituſque vilis, cum hæc tegendi corporis gratia reperta ſint non ornandi: & illa ſuſtinendæ animæ potius quam obruendæ.*

8. *His ergo, quæ ſupra oſtendimus, actibus mancipatus, omne odium deponat inimici. Nec hoc tantum ſine contentus, ſimultates amore commutet; iram patientiæ temperet fræno; auaritiam abſtinentiæ forti vincat imperio.*

9. *Et præcipuè linguam cuſtodia taciturnitatis obſepiat, ne in litigium controuerſia ferueſcat, ne in maledictum procurrat, ne in obtrectationem maledica ſerpat, ne in iurationem facilis prolabatur, ne in mendacium ficta ſimulet, ne in circumuentionem aſtuta calleat, ne in elationem ſuperba iactetur; ſed obſeruans tempus tacendi, & tempus loquendi, omne verbum ocioſum, obnoxium ſciat eſſe rationi. Nam ideo & Dauid Beatiſſimus ori ſuo cuſtodiam depoſcit: Et condiendum ſale Benedicti Pauli Pagina Sacra, ſermonem conſtituit: & nullum indomabile membrum eſſe quam linguam, teſtificata Iacobi præcepta ſignarunt. Sit igitur qui huiuſmodi viam ſcandit, tacitus, mitis, benignus.* Silentium.

10. *Et quia Charitatis inſolubilis habetur affectus, in ſtudio parili ſemper alium iudicet potiorem: hoc enim fræno aſtringit inuidiam, quam vicinæ ſibi elationis ſæpius incitatam iudicio, dum gratiam referendi ſibi honoris appetit, notam miſeri liuoris incurrit. Nec primum à Deo vnuſquiſque percipit, ſi ab hominibus id requirit. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Qui cum de huiuſmodi ſtudio diſcipulos erudiret, ipſum prænuntiat maximum, qui minimus velit eſſe cunctorum. Eſto ab aliquibus frater tuus propenſius honoretur, nec illos quaſi minus amicos habeas, nec hunc quaſi æmulum prælatæ venerationis attendas; quinimò iudica circa te augmentum illius honoris accreſcere; ſciens ſcriptum: ſi enim gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra: vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra. Nam quicumque aliquem veſtrum diligit, omnem dignitatem Deo, in quo vos coitis, adſcribit. In hoc ſilentium placet, in illo affabilitas blanda diligitur: hunc rudis, & innata ſimplicitas, illum ſcientia erudita commendat; vnius in ieiunij iugitate patientia, alterius in abſtinentiæ virtute contemptus; huius lectionis aſſiduitate ſedulitas, pro Diuinorum munerum aſſiduitate laudatur. Hæc autem, ſicut ſcriptum eſt, operatur vnus, atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Sicut enim corpus vnum membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum ſint multa, vnum tamen corpus ſunt, ita & Chriſtus: omnes enim nos in vno ſpiritu, in vnum corpus baptizati ſumus. Singuli vobis poteſtis omnium bonorum ſummam præſumere, ſi nullus ſe incipiat, in eo quod alter præcellit, efferre.* 22. Humilitas.

11. *Sed enim vos inuicem cum nexu aſtricta Charitatis arctabitis, tunc eos, qui fortis ſunt, & in ſæculari actu adhuc mundialibus vinculis colligantur, noſtræ attentionis vitæ auſteritate damnare, ſcientes ſcriptum; Nolo iudicetis, ne iudicemini. Et iterum. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit: Potens eſt enim ſtatuere illum Deus. Magis benignitatis adhortationibus, & illicienti blandimento via veritatis oſtenſa, nubem erroris aperite; vt non trahi incipiat vnuſquiſque, ſed ſequi præcedentem.* 23. Non licet quem piam iudicare etiã ſecularem.

12. *Semper duriora plectenda ſunt, ne viribus inclinata curuatio, priuſquam in circulum veniat, fatiſcens, fragmen effundat. Huic enim ſæpius ſcandala vulgi dicaciter gignuntur.*

Digitized by Google

Nota. Primordia cõuerſionis eorũ qui affectionũ rebellante duritie, difficile ad Deum approximant, in chamo & fræno conſtringere docet: (duriori enim, quantumvis durum cedit) ne cum per obedientiam in circulum & venire cogantur fatiſcant, fragmen effundant, vulguſque ſcandalis repleant vnde Bernardus inter octo puncta quibus ad perfectionem deueniتur, puncto 8. *In omnibus* (inquit) *caueas tibi à peccato & proximo à ſcandalo.* Sed quomodo hoc fiet? *Statim cum ſentis te ſtimulari à quacumque tentatione, principiis obſta nec impunitum dimitte exceſſum: tibi eſto durus, nunquam aliis, &c.*

13. *Dum ad Religionis iugum cenſorium arrogatur imperium vita noſtra iubeat, lingua perſuadeat: quia plus auctoritatis geſtat exemplum, & ingerit appetentiam ſui morum lenis formatio. In omni igitur actu veſtro, quaſi ſpeculo relucente fulgete. Vbique circumſpecti, vbique ſolliciti; ne quid liuor inueniat, ne quid rumor, vel falſus infligat.*

14. *Fœminas probas, & Religionis ſtudio vero deditas, cum menſura venerationis honorate; vt nec auſteritas inhumana, nec ſedulitas ſit remiſſa.*

15. *Acceſſus ad vos inuicem non ingeſtus ſit, ſed innatus, quem cauſa fecerit, non quem cauſa ſibi relaxarit.*

24. 16. *Plures audite cum pluribus: aut ſi quando alterius ſexus frequentia deerit, vel annorum cuiuſquam eſt probata grauitas, vel celebritas loci, vel ratio temporis, id honeſtè; quia præcipuè vobis ætas, hora, ſolitudo vitanda ſunt. Non quò mihi fas ſit, de his, qui verè ſemel deuota Deo pectora dicauerunt, ſecus æſtimare aliquid; ſed vt ex abundanti, ſic omne quod fingi poteſt, tanquam poſſit & credi caueamus: ne in nullo fama noſtra vulnere, ſerpat nata ab occaſione ſuſpicio; ipſa fama ſemina, priuſquam linguis nutriantur, intereant. Non tantum nobis fides facti, ſed poſſibilitas etiam religanda mendacij; Beata enim vita eſt præclara, de qua nihil licet falſitati. Neque enim ego hic iudicium meum auſterus cenſor arripui, ſed cæleſte imperium monitor blandus aſſumpſi: Nam & ſic ait Apoſtolus: Zelans vos Dei Zelo, deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto: ſciens ſcriptum eſſe: Ne ponatis offenſionem vel ſcandalum fratri. Et iterum: ſine offenſione eſtote Iudæis, & Gentilibus, & Eccleſia Dei. Et iterum: Non ergo blaſphemetur nomen noſtrum. Et iterum: vt quid enim libertas noſtra iudicetur ab infideli conſcientia? Et iterum: omnia autem veſtra honeſta fiant. Et iterum: Commendantes vos metipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo. Et iterum. Prouideamus bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Et iterum: Vt is, qui ex aduerſo eſt confundatur, nihil habens dicere mali.*

Infamia Monachis vitanda, occaſio peccandi.

Neque me præterit ſæcularis laboris inuidia in obtrectationem ſemper Religionis ardere; & mordacem malignis rumoribus dentem impreſſum dicacitatis infigere. Vtatur ſua mundus natura, dum nihil in noſtra inueniat diſciplina. Falſitas ex more iactetur, dum nec veriſimile quidem poſſit eſſe quod dicitur: Nemo enim debet contemnere vulnus infamia, quia ſemper conſueuit rumor ſimulare; ſed eo attentius præcauere, quod ſoleat etiam ficta componere. Nemo ab obtrectationis metu reddatur obtrectandi ſolemnitate ſecurus; neque eſt negligentia cauſa ſolitudinis continuata materia. Sit igitur pudoris, & reuerentia veſtra tuta, ac circumſpecta cuſtodia.

17. *Neceſſarius è domo, & rarus egreſſus: quem aut Religionis ratio extulerit; aut ad ſubſtantiam victus cauſa exercendi operis ordinarit.* 25. Egreſſus è domo qualis

18. *Muneribus cunctis, niſi quæ ad quotidianum cibum, annuumque veſtitum ſuppetant, abſtinentes;* Paupertas etiam in communi. *ſcientes ſcriptum eſſe: Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Et iterum: Vt honeſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis. Nec quidem præbenda Eleemoſina gratia vltra ſupradictos victus ab vllo quidpiam præſumatis, ſcientes ſcriptum: ſi enim voluntas prompta eſt, ſecundùm id quod habet, acceptum eſt, non ſecundùm id, quod non habet. Sic illa Euangelici ſermonis Diuina ſententia, anum pauperem inter larga locupletum munera, gemina tantùm æra mittentem, magnifica accepta largitione ditauit: quia non poteſt parum eſſe quod totum eſt; neque quiſquam amplius dedit, quàm qui ſibi nihil reſeruauit. Hæc ſi cui præter vos nimium videbuntur aſtricta, qui Dei clauſtra pulſare tentauerit, prout ratio ſua tulerit, relaxabit.*

19. *Ne quis fortè aut connexus ſit coniuge, aut liberis impeditus, habet præter hæc charta ſubſtantia plurima, quæ ſequatur. Neque enim ſe repulſum credat, ſed aditu alterius vocationis admiſſum; ſicut ſcriptum eſt: vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Non tamen, vt propenſionem curam patrimonio, quam Religioni, in caducis magis occupatus impendat, agnoſcentes ſcriptum eſſe: Et poſſidentes tanquam non poſſidentes. Si quem tamen poſteritatis compede fœlicior natura, ſi intelligatur, abſoluerit, cauſam hærendi in mundo, niſi ignarus eſt Dei numerum, non habebit. Cur enim viuendi voluntate non ſoluat, quod moriendi lege rumpendum eſt, faciens de ſorte mercedem, vt de neceſſitate virtutem augeat? Quinimo qui in ſua re familiari, de paruis magna, de vilibus precioſa, æterna facit de caducis, ſolus eſt poſtquam peruenerit; ni ſempiternus patrimonij ſui poſſit eſſe poſſeſſor. Si auarus non eſt, debet deſiderare perpetua, ſciens ſcriptum eſſe: Nolite Theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi tinea, & rubigo exterminant; & vbi fures effodiunt, & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo; vbi neque tinea, nec ærugo exterminant, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Hoc enim ei, qui non caret filiis, hortamentum eſt; qui caret, imperium.*

Nota. Proculdubio de duplici hominum Euangelicorum ſtatu agit, & ſæculares vocat, *qui non carent filiis* Monachos verò qui carent. Et illis ſolitudinis temporalium *hortamentum eſt*, his verò *imperium*: planè innuens ſupremam rerum temporalium abdicationem, Monachis præceptum eſſe; vt potè ſine qua eorum ſtatus ſtare non valeat.

20. *Ita vos cuncta congrua temporibus, apta perſonis, referta exemplis, condita blanditiis, affatu illice, hortamenti mitis integritate, facilius poteſt perſuadere qui facit. Neque aliquo horum omnium fructu inuidi eſtis cuiuſquam æſtimatione fraudandi. Erat vobis certè corpus firmum, ætas integra, rudes animi, quamvis anguſta, pro humani generis varietate patebant, vel negociandi vſu, vel ſtudium militandi; diuerſæ artes, innumera in actibus mundi augendæ.* 26. Quibus Monachi nuntium dederint.

augendæ facultatis officia: Poſtremò non deerat vel pauper vxor, quæ viuendi pararet voluptatem; & in iſta humanis ſenſibus pignorum blandimenta. Quæ vos omnia quidem corpore, & caſtis ſenſibus reſpuentes, Diuina ſententia formam religioſis actibus cuſtoditis, dicente ſcriptura: Quicumque plus me fecerit domum, aut vxorem, aut filios, non eſt me dignus, veſtra igitur contuentes exempla, nec illi de meritorum ſumma, anguſta ſui æſtimatione deſperent, qui ſubſtantia parili ad ſtudium vitæ huius aduenerunt.

Peroratio, & Regulæ concluſio.

21. *In hoc ergo, filij chariſſimi, viuendi tramite conſtituti, vacate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Dies, noctesque lectionibus, atque orationibus ducite. Et mei ſemper, quem in opere, & ſcientia, abortiuum omnium ſacerdotum, Præceptorem vobis tanti habuiſti eligere, mementote. Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, confortamini: Omnia veſtra in charitate fiant; & Deus pacis erit vobiſcum.*

Eiuſdem Sancti Athanaſij Epiſcopi Alexandrini Regula Monacharum.

Quæ circunfertur ſub titulo.

Regula de virginitate ſeruanda, & de meditatione. Ad virginem Religionem ingredientem.

23. NOTA. Cum Sanctus Doctor concionatoris more plerumque ſe diffundat, & quædam ex occaſione, non ex ordine dixerit; placet omnia ad ordinem, & breuitatem redigere, quæque tamen vt iacent verbis ipſius. Videtur Regula facta ad vnius ſanctimonialis inſtructionem, quam dum ſociæ adiiciebantur à ſpiritu, ſola domi ſeruaret.

Fides recta.

1. *Exordium ſermonis ſalutis ad Virginem. Primum omnium crede in vnum Deum Patrem omnipotentem, viſibilium, & inuiſibilium conditorem, Et in vnigenitum eius Filium Ieſum Chriſtum ex ſubſtantia Patris natum, eique per omnia coæqualem potentia, qui ante ſæcula fuit. Et in Spiritum Sanctum, qui eſt & in Patre & in Filio, quique à Patre mittitur, & per Filium datur. Pater, Filius & Spiritus Sanctus & tres perſonæ, Deitas vna, vna poteſtas.*

NOTA. Proprium Athanaſij opus in Fide recta Sanctæ Trinitatis primum omnes inſtituere. Quod autem ait de Spiritu Sancto, *à Patre mittitur & per Filium datur*, Sic accipias; vt Spiritus mittatur quaſi peccatorum remiſſio, & detur Filij meritis. Alias ab vtroque mittitur, ſicut ab vtroque procedit, vt Athanaſius expreſsè paſſim docet, eorum quæ ad ſummæ Trinitatis pertinent Fidem piiſſimus, & ſeueriſſimus aſſertor cum Theologis ſcholaſticis. Vide D.Th. epiſt. q.41.

24. Rerum omnium abdicatio.

2. *Audi ancilla Chriſti (& quicumque ſalutem quæritis) Cum omnes qui agglutinatur vxori, ambo in vnum corpus ſint; ita quoque omnis vir, ſiue mulier agglutinetur Domino vnus ſpiritus eſt. Si enim qui ſe mundo copulant relinquuntque Patrem & matrem mortalibus hominibus copulantur, quanto magis Virgo continens relinquere debet terreſtria omnia, & Domino ſoli agglutinari? Quæ autem curat opus Domini huius ſponſus eſt Chriſtus.*

Imitatio Chriſti.

3. *Ea quæ coaptatur viro corruptibili, voluntatem viri ſuo facit, quapropter quæ coniungitur ſuper cæleſti ſponſo, voluntatem ſui ſponſi facit. Ea autem eſt voluntas Chriſti; vt is, qui ſibi agglutinatus eſt, nihil ſecum omnino huius ſæculi ferat, aut terreſtria curet, ſed ſolum vt Crucem eius, qui pro ipſo crucifixus eſt, baiulet, eiuſque curam habeat, & de ea ſollicitè cogitet: & die & noctu perpetuis hymnis, & glorificationibus eum celebret: & illuminatum habeat mentis oculum; & ſciat illius voluntatem, & faciat. Cor ſimplex poſſideat, & mentem puram. Miſericors ſit, quemadmodum ipſe miſericors eſt. Manſuetus & quietus ſit, & tollens malorum: nullo malum pro malo reddens, multas contumelias ſuſtinens, quemadmodum ipſe à Iudæis contumeliis affectus eſt, & ſuſtineat verbera, & torturas ferat; nam & ipſe hæc quoque paſſus eſt.*

Humilitas.

4. *Ingens remedium ad ſalutem animæ humilitas: cum ſatanas non ob ſcortationem, aut adulterium, aut furtum deiectus ſit è cœlo: ſed ſuperbia illum inde præcipitarit infra ipſum abyſſum.*

Arrogantia & vana gloria fugienda.

5. *Ambitionem, & arrogantiam acriter fuge. Si eas tibi ſubiecerit animus, quaſi quæ iam grandior ſis, & prouectior virtute, ne crediderís his cogitationibus: inimicus enim eſt, qui hoc impedimentum affert; & ambitionem tibi in mentem ſubijcit. Non igitur ſuſtinueris eam cogitationem, quæ te tuis laudibus palpat. Non prædicabis exercitia deuotionis tuæ.*

Et diaboli palpantis aſtutiæ.

6. *Quod ſi cogitatio hæc in animum ſubmittatur, quæ ſuadeat ne tanta molle, difficultates eluctêris ad ſalutem; ne adieris eam: cum inimicus ſit, qui tibi in animam hanc mollitiem, & ſupinitatem ſuggerat, vt te deturbet è bona vita: Multa enim ſunt machinamenta aduerſus ſeruos Chriſti.*

Vanæ laudes vitandæ.

7. *Subijcit cogitationes hominibus, eoſque verbis laudare incipit, vt extollat eorum corda. Sed tu ne receperis hominum laudes. Quod ſi tibi quiſpiam dixerit; Beata es: Reſponde: Si deceſſero ex hoc corpore benè impoſito fine, tum me beatam putabo: iam enim me beatam eſſe non credo: homines enim cum ſimus, vt venti ſolemus immutari.*

29. Frequens meditatio & oratio.

8. *Non abſcedat ab ore tuo Verbum Dei. Sit autem illud opus tuum omni tempore. Meditare in ſacris ſcripturis. Habe Pſalterium, & Pſalmos diſce.*

DIVINVM OFFICIVM

Nocturnæ Vigiliæ.

9. *Media nocte excitaberis, & Hymnis celebrabis Dominum Deum tuum. Ea enim hora ſurrexit Dominus à mortuis, vt Patrem ſuum hymnis celebraret: atque ideo nobis iniunxit, vt eadem hora hymnos Deo diceremus. Cum primum ſurgis, hunc verſum recita:* Media nocte excitabat ad confitendum tibi ſuper iudiciis iuſtitiæ tuæ. *Et precare, & incipe recitare totum 50. Pſalmum donec abſoluas. Et hæc tibi certa ſint penſa per ſingulos dies; & tot Pſalmos dices, quot poteris: & ad quemlibet Pſalmum preces, & genuum inflexio cum lacrymis addatur, pronuntiando Domino peccata tua, orandoque vt tibi remittantur, & poſt tres Pſalmos abſolutos dices Alleluya.*

Cori ratio.

10. *Quod ſi Virgines tecum fuerint, & illæ quoque pſallant, & ſingulæ ſingulas preces effundant.*

Matutinæ laudes.

11. *Cæterum Matutino tempore hunc Pſalmum dicito.* Deus Deus meus ad te de luce Vigilo. *Vbi diluculo fuerit, recitabis hunc Pſalmum:* Benedicite omnia opera Domini Domino: *hymnumq; dicito.* Gloria in excelſis. *Deinceps charitatem ſerue-*

mus quæ omnium potiſſima eſt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; & ex tota anima tua, & proximum tuum ſicut te ipſum. In illis duobus præceptis vniuerſa Lex & Prophetæ continentur. Deus charitas, & ipſe prior dilexit hominem, & ſeipſum tradidit pro nobis. Si igitur ipſe Dominus pro nobis mortuus eſt, & ipſi pro aliis debemus animas noſtras ponere? Deus charitas eſt: & qui habet charitatem Deum habet, ipſe enim dixit: Ea re cognoſcens omnes, vos Diſcipulos meos eſſe, ſi dilexeritis vos inuicem.

Lectio. 12. *Oriens Sol videat librum in manibus.*

Nota. Cum hæc ad lectionem ſpectent, vt in textu planum eſt, non videtur commendaſſe horam *Primam* Canonici officij, quem poſtea Hieronymus ſolemniter inſtituit in ſuo Monaſterio, de quo lib.4.cap.4. agemus ſed lectionem ad ſolis ortum.

Tertia. Synaxes. 13. *Poſt Tertiam Synaxes conficies, quoniam ea hora, defixum eſt lignum Crucis.*

Sexta. 14. *Sexta hora abſolues deprecationem cum Pſalmis, ploratu, & ſupplicationibus, quoniam hac hora pependit Filius Dei in Cruce.*

Nona. 15. *Nona hora rurſum in hymnis & glorificationibus eris, cum lacrymis & confeſſione peccatorum tuorum Deo ſupplicabis, quoniam hac hora Dominus in Cruce pendens reddidit Spiritum ſuum: Et poſt ſinaxim Nona hora comede panem tuum.*

Veſperæ. 16. *Si ingrediaris in templum duodecima hora, maiorem & longiorem facies ſinaxim cum Virginibus tecum concordibus. Quod ſi nullam habeas concordem ſola ſinaxim abſolues Deo præſente, & audiente. Bonum eſt autem lacrymas effundere coram Domino, memoremque eſſe Duodecima hora, quod in illa Dominus ad orcum deſcenderit, qui eo conſpecto inhorruit, dicens: Quis eſt iſte qui cum autoritate & ingenti poteſtate deſcendit? Quis eſt iſte qui è cœlo deſcendens, & crucifixus à me, cum ipſa mors ſim, domitus non eſt? Quis eſt qui portas inferi æreas confregit, & vectes adamantinas contriuit? Quis eſt iſte qui ſoluit vincula eorum, qui à me captiui detinebantur? Quis eſt iſte qui ſua morte, ipſam in mortem demolitus eſt? Ideoque per eam horam attentiores eſſe debemus, & lacrymis noctu Dominum aduocare.*

Nota. Horam Duodecimam nos *Veſperas* dicimus, cum ſcilicet ſol in occaſum ruit. Hanc prolixiùs perficere iubebat Athanaſius, quod nos duplici perficimus, id eſt *Veſperis* & *Completorio*, cuius apud eum expreſſa mentio non eſt.

Orationis perpetuitas 17. *Tu igitur ancilla Dei, ſiue ſurgis, ſiue ſedes, non abſiſtat hymnus Dei à labiis tuis, Beatæ aures quæ hos ſermones ſuſcipiunt.*

30. Lacrymæ. 18. *Magna virtus in lacrymis, & præclara per eas fiunt. Magna peccata & iniquitates per lacrymas obliterantur. Pro teſte mihi eſt Euangelium. Cum enim Saluator noſter traditus eſſet Iudæis, Petruſque iureiurando illum abnegarit, antequam gallus cantaret; Dominus autem directo in eum vultu aſpexiſſet, memorque ibi redditus Petrus eſſet verbi Domini, quod ei dixerat: Antequam gallus ſonet, ter me abnegabis; egreſſus foras amarè lacrymatus eſt. Vides quale remedium in lachrymis. Specta quæſo quam iniquitatem deleuerint. Quid enim teterius hoc vitio? quippè qui ter iureiurando Dominum abnegauit; tantum tamen ſcelus per lacrymas deleuit.*

Qui gratiam habeant lacrymarum. 19. *Non omnes habent gratiam illam lacrymarum, ſed illi duntaxat qui mentem ſurſum attollunt, qui terreſtrium obliuiſcuntur, qui carnis curam non gerunt, qui ignorant prorſus an ſit mundus; qui mortificauerunt membra ea quæ ſunt in terra: iſtis vnquam ſolis data eſt mœſtities lacrymarum. Cor enim purum habentes, & perſpicaces mentis oculos, ij cum adhuc in terra ſunt, pœnas tamen inferorum cernunt, & æterna tormenta, & tenebras extremas, ploratum & ſtridorem dentium. Iidem quoque cœleſtia dona vident, quæ donauit Deus Sanctis ſuis, & glorias, & coronas, & ſtolas candidas, & regalia indumenta, & cellas lucidas, & delicias inenarrabiles, & vitam æternam. Quomodo igitur non poterit plorare, & lugere, qui iſta videt? Plorat enim vt vindicetur à diris pœnis, atque iterum plorat, & deprecatur, vt dignus fiat illorum cœleſtium bonorum muneribus.*

20. *Amplectamur valdè ieiunium: magnum enim munimentum eſt ieiunium, oratio item, & eleemoſina, cum ex morte hominem liberent. In hac virtute cultum corporis tui, ornamentaque quære, ô Virgo, & placebis cœleſti ſponſo: namque cum mundo coaleſcunt, & conſeruntur, & vnguentis, aromatibus, & fragrantiis, & amictu pretioſo, & auro honeſtant ſua corpora, vt placeant hominibus. Chriſtus autem nihil horum à te requirit, niſi ſolum cor mundum, & os incontaminatum ieiunioque liuidum.* 31. Ieiunij laudes.

21. *Ieiuna vniuerſum annum ſine neceſſitate, hora Nona in hymnis & orationibus perdurans. Sume panem tuum vna cum oleribus oleo refectis. Omnia pura ſunt quæcumque inanimata.* Ieiunium quantum.

Nota. *Sine neceſſitate*, hoc eſt abſque eo quod deficias.

22. *Tu autem id age, ne quiſquam ſciat tuas in deuotione meditationes, imo ne cognatus quiſpiam: ſed ſi quid facis, in occulto facias, & Pater tuus cœleſtis, qui videt in occultis, repenſabit tibi. Quod ſi manifeſtaueris tuam viam, naſcetur tibi inanis gloria, & damnum ſenſeris. Sin autem ieiunes, habeaſque ſodalem ſeruientem Domino eodem pacto quo tu, huic ſoli arcana tua deuotionis reteges ibi non orietur inanis gloria.* Quale. Occultum.

23. *Quod ſi accedant aliqui, & dicant tibi; Ne frequenter ieiunes; ne imbecillior fias: Nec illis credas, nec auſcultes; iſtos enim diabolus ſubornauit. Reminiſcere eius quod ſcriptum eſt de Daniele, & tribus pueris: Et dedit eis eunuchus legumina ad cibum, & aquam ad potum, & produxit eos ad Regem, & viſæ ſunt ſpecies illorum eximiæ, ſuper eos qui ex Regia menſa veſcebantur.*

24. *Si ſuperbia ſuggerat tibi vt contemnas comedentes; caue ne fidem illi habueris, alienus enim eſt: quin potius te omnium minimam reputa, vt multos producas ad Regnum cœlorum, & à Deo exaltaberis.* Humile.

25. *Si ſubijcit tibi in animum inimicus ingentia deuotionis exercitia, vt corpus tuum imbecille, & inutile efficias; tu contra fac, vt tuum ieiunium modum habeat.* Moderanda exercitia.

26. *Poſt ſinaxim Nona hora comede panem tuum Domino gratias agens in menſa tua, adhuc modum.* 32. Qua hora prandendum.
Benedictus Deus, qui alis me à iuuentute mea, qui das cibum omni carni: imple gaudio & lætitia cor noſtrum, vt in omnibus omnem ſufficientiam habentes abundemus in omne opus bonum in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum quo tibi gloria honor, imperium, vna cum Sancto Spiritu in ſæcula ſæculorum Amen.

27. *Et vbi ſederis ad menſam, & cæperis frangere panem, ter eum conſignans, his verbis gratias age.* Gratias agimus tibi Pater noſter de ſancta Item alia.

tua

Digitized by Google

tua refectione per Ieſum Chriſtum Filium tuum, quem nobis notum reddidiſti : quod quemadmodum hic panis multis ſeminibus diſperſus, nunc autem coactus, vnum quiddam redditus eſt, ita tu congreges Eccleſiam affinibus terræ in Regnum tuum ; quoniam tua eſt potentia, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. *Serua autem iſta, & fac glorificationes in menſa ; eritque tibi cibus & potus ſanctificatus.*

Gratiarum actio poſt menſam.

28. *Cum igitur ſurrexeris à menſa, rurſum gratias agendo tribus vicibus dicas.* Miſerator & miſericors Dominus eſcam dedit timentibus ſe. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. *Rurſumque poſt peractam glorificationem preces tuas his verſibus abſolues.* Deus omnipotens, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus nomen, quod eſt ſuper omne nomen, gratias agimus tibi & collaudamus te, quod dignatus es tuorum bonorum participes fieri, carnalium ſcilicet bonorum, Rogamus te, & inuocamus te Domine, vt cœleſtes eſcas nobis dones ; deſque nobis tremere, & timere venerabile & pretioſum nomen tuum, vt non obaudiamus præceptis tuis. Nomen tuum, & iuſtificationes tuas conſtitue in cordibus noſtris. Sanctifica autem ſpititum & animam noſtram per dilectum Filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cum quo tibi gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Cum quibus comedendũ.

29. *Quod ſi affuerint tibi tres Virgines, dicant benedictionem ſuper panem, & vnà tecum orent. Quod ſi adſit cathecumina in menſa, ne oret cum fidelibus, neque ſedebis vt vna cum illa panem comedas; imo nec ſedebis vt tuam offam comedas cum mulieribus negligentioribus, aut ridiculis abſque neceſſitate. Tu enim ſancta es Domino, & cibus tuus ; & potus tuus ſanctificatus eſt ; per ſpreces enim, & ſacratiora verba ſanctificatur. Virgines circumſpecta & Religioſa vnà tecum veſcentur. Non cœnabis cum fœminis ſuperbis ; neque habebis mulierem arrogantem tibi familiarem : ait enim Sacra Scriptura : Qui attingit picem inquinabitur : & qui communicat ſuperbo ſimilis ei efficietur. Si ſederis in menſa cum Virginibus, omne quod apponitur comede cum illis, ſi enim non comederis, habeberis tanquam ipſas continens. Quod ſi vinum bibant, etiamſi tu non bibis, propter eas tu bibe puxillulum. Quod ſi ſint magna anus, & cogant te abundantius bibere, ne audias illas, ſed die eis : Vos detriuiſtis iuuentutem veſtram in multis exercitiis deuotionis, ego eò nondum perueni : imo ne ad primum quidem gradum veſtrum.*

30. *Sedente tecum in menſa opulenta fœmina, ſi videris pauperculam voca eam ad cibos tuos : neque te moueat reuerentia diuitis, ne ames gloriam hominum ſuper gloriam Dei. Deus enim egenorum, & afflictorum Deus eſt. Beata anima quæ hæc ſeruat.*

33.

Cum quibus conuerſandũ.

31. *Non eſt bonum iuuencula cum iuuencula verſari ; alioquin nihil boni faciunt. Altera enim alteri obaudit, & altera alteram contemnit. Sed bonum eſt iuuenculæ ſubeſſe anui, ſiquidem anus non ſe demittit ad voluntatem iunioris.*

32. *Iuniores viduas recuſa. Cum enim petulantiores euaſerint aduerſus Chriſtum, nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem neglexerunt.*

Nuptiarum ſecundarum ratio.

Nota. Non damnat ſecundas nuptias : ſed cum Apoſtolo 1. Timoth. 3. inuehitur contra viduas quaſdam, quæ continentiæ propoſitum habentes petulanter nuptias adiere : cumque ex vſu matrimonij petulantiores euaſerint, ſecundò nubere volunt aduerſus Chriſtum, cui carnis continentiam deuouerunt. Huiuſmodi autem damnationem habent, quoniam primam fidem ſponſo Chriſto promiſſam neglexerunt. Eidem prorſus ſpiritu loquitur Epiphanius l. 2. contra Hæreſ. tom. 1. hæreſ. 48. Phrygaſtas, ſiue Montaniſtas, aut Taſcodrugitas inſectatus ſecundas nuptias reprobantes : vbi *Siquis* (inquit) *per debilitatem opus habuerit ſecundas nuptias contrahere, hunc ipſum veritatis regula non interdicit, hoc eſt eum, qui non ſit ſacerdos. Hi vero prohibent, iuxta id quod dictum eſt : Prohibentum contrahere Matrimonium. Reijciunt enim ſecundis nuptiis coniunctum, & cogunt ſecundis nuptiis non copulari. Nos vero non neceſſitatem imponimus, verùm cum bono conſilio admonemus exhortantes eum qui poteſt. Non autem neceſſitatem imponimus non potenti, neque reijcimus eum à vita. Sanctum enim verbum omnibus prædicauit, vt debilium infirmitatem portemus, velut etiam ipſe Sanctus Apoſtolus dicere comperitur, & tales redarguere, qui non ſunt eiuſdem doni iuniores inquit viduas reijce : poſtquam enim inordinatè ſe geſſerunt contra Chriſtum, nubere volunt, habentes iudicium, quod primam fidem reiecerunt. Quæ enim promiſerunt, & reprobauerunt, iudicium habent. Quæ vero non promiſerunt, ſed coniuncta ſunt propter debilitatem, iudicium non habent. Si vero etiam iudicium ſiue condemnationem habituræ eſſent, quomodo dixiſſet, nubant, domum gerbernent?*

34.

Veſtium color & forma.

33. *Tu autem ſi non facias tibi iuueniles habitus, non audieris iunior, ſed grandior, & presbytera vocaberis, honoremque vt presbytera habebis.*

Nota. *Presbytera vocaberis &c.* Latinè ſonat *ſenem.* Hic non eſt nomen officij.

34. *Materia tuarum veſtium ne ſit pretioſa.*

35. *Indumentum tuum fuſcum ſit, non tinctum; ſed natiui coloris, aut ſaltem album. Amiculum fimbriis careat : eiuſdemque coloris ſint manicæ laneæ brachia obtegentes, vſque ad digitos manuum.*

Nota. Quæ à nobis fusè tradita ſunt de materia forma & colore Monaſticarum veſtium lib. 2. cap. 11. per totum.

Tonſura

36. *Capilli circumtonſi.*

Nota. Non ad cutem caput tonderi iubet, ſed circum circa ad modum coronæ : nam ſubdit.

Crines

37. *Crinalis vitta ex lana ſit, caput adſtringens.*

Laciniæ deſcribit.

38. *Cuculla & ſuper humerale lacinias non habeant.*

Nota. *Super humerale &c.* Græcè *Ependitem*, ſcilicet ſcapulare. Lacinias Hiſpanè dicimus *falda larga.*

Velum

39. *Si occurras homini, facie conuelata, & cernua eſto : neque attollas vlli vultum, niſi dumtaxat Deo tuo.*

Nudis pedibus ambulandum.

40. *Cum ſteteris in oratione, pedes calceamentis obductos habeto.*

Nota. Qui ad orationem ſpecialiter calceatam eſſe Monacham iubet, non ſemper calceatam fuiſſe ſignificat. Sed cur in oratione? Nimirum quia loqui videtur de ſtatione publica in Eccleſia, & veſtem illi non ſatis longam conceſſerat Reg. 35. & 37. Aut, ſi mauis propter myſterium, cuius gratia Sacerdos nudus pedes ad altare accedere non permittitur.

Nudari non licere.

41. *Ipſa ratio cultus, veſtituſque ſanctitatem deceat*

42. *Nunquam*

Digitized by Google

41. *Nunquam ad nudum te exueris, ſiue de die, ſiue de nocte. Veſtis tegat carnem tuam. Nunquam te vlla fœmina nudum videat, niſi in ſumma neceſſitate. A quo tempore enim ſtatuiſti Deo caſta eſſe, corpus tuum ſanctificatum, & templum Dei eſt. Non debet igitur templum Dei ab vllo retegi.*

35. Balneis qualiter vtendum?

43. *Non ibis ad balneum, ſiquidem ſana ſis, niſi de ſumma neceſſitate.*

Nota. De hoc in Notis ad Regulam ſancti Pachonij agemus ad cap. 7. Reg. 29.

44. *Non immiſeris totum corpus in aquas, quoniam Deo conſecrata es.*

45. *Non contaminaberis carnem tuam vlla re mundana; ſed faciem tuam tantummodo laua, & manus, & pedes.*

Comi non debere.

46. *Cum laueris faciem tuam, non lauabis ambabus manibus. Non expolieris genas vultus tui, neque pharmacis aut nitro vtere, aut ſi quid huiuſmodi eſt; quoniam mundana talia faciunt: ſed pura aqua colluito: neque vnguentum corpori tuo allines, aut pretioſis aromatibus veſtes tuas imbuas.*

Modico vino vtendum.

47. *Quod ſi corpus imbecillum fuerit, vtere modico vino ob ſtomachum.*

48. *Iam ſi (quod abſit) in malum aliquod incidas, cura ne des hominibus occaſionem dicendi, id malum tibi ob exercitia deuotionis accidiſſe: ſed antequam quicquam tibi ab aliis dicatur, tu maturè fac, vt tibi reſtituaris.*

In publicum non procedendum.

49. *Non eſt bonum ſinè magna neceſſitate in publicum prodire: quietem ama, quantum potes.*

Hoſpitalitas

50. *Porro de hoſpitalitate, & eleemoſinis, non opus eſt vt admonearis, id enim vltrò per te facies. Seruorum Domini non obliuiſcere, neque obliterentur in corde tuo. Cum vir ſanctus ad te venerit, ſuſcipe illum, vt Filium Dei. Ait enim Dominus Ieſus Chriſtus. Qui vos recipit, me recipit. Si vir iuſtus ades tuas ingreditur, cum timore, & tremore occurres illi, & adorabis humi ad pedes illius: ſiquidem eum non adorabis, ſed Deum qui illum mittit. Capies aquam, & lauabis pedes eius, & cum omni reuerentia audies verba eius.*

Sibi non cõfidendum.

51. *Non confidas in tua caſtitate, ne cadas; ſed metue: quatenus enim metuis, eatenus non peccabis. Vtile eſt continentem ſeorſum ab aliis panem ſuum comedere.*

52. *Non retinebis offenſam alicuius in corde tuo: alioquin precatio tua non purè aſcendit. Non enim occidet ſol in ira tua.*

53. *Manſuetudinem retine, tolerantiam, longanimitatem, clementiam. Dicit enim Dominus: Niſi mutemini, & efficiamini vt paruuli, nequaquam intrabitis in regnum cœlorum.*

36. De ſolis peccatis dolendum.

54. *Non dolebis, ſiquid difficilius incidat. Non lugebis ob damnum, neque ob contumeliam: triſtitia enim huius ſaculi mentem operatur; ſed duntaxat de peccatis tuis dolebis: de alia re minutula non dolebis.*

Loquendi diſciplina.

55. *Ne exaltes vocem tuam obmurmurans alicui: non enim decet ancillam Domini reſponſare.*

56. *Non exibit maledictio ex ore tuo, non contumelia, non obtrectatio: os enim tuum conſecratum eſt hymnis, & glorificationibus Dei.*

57. *Loqueris vt ſoluatur anima. Magnam mercedem capies, ſi anima per te ſeruetur. In quibus eſt deſiderium audiendi, loquere idonea. Quod ſi ille audierit, & audita non faciat, deſinas loqui; nec dederis ſancta canibus, neque proieceris margaritas tuas ante porcos. Margarita ſiquidem ſunt, & pretioſi lapides verba Dei, dignis ſolummodo tribuenda.*

58. *In Eccleſia tace, nec quicquam loquaris, ſed actionibus duntaxat intende.*

59. *Bonum eſt fugere turbam, & ſeorſum ſecedere.*

60. *Cum ſubierit in cor tuum cogitatio illa, vt aliquid facias, ne temerè, & praceps eo tendas, ne inimicus tibi illudat, ſed omnia cum iudicio maiorem aggredere.*

61. *Cum pſallis, aut cum oras, ne ſinas peregrinas cogitationes in cor tuum ſubire.*

Regulam tuam geſtabis per omne tempus vita tua. Va Virgini, qua non ſubeſt Regula: eſt enim 37. Regulæ huius commẽdatio.
tanquam, nauis gubernatore deſtituta; rupto ſiquidem cacumine mali, iactatur à fluctibus horſum, illorſum, cum ducem non habeat, donec offendet in ſcopulos, & ſtatim pereat. Ita eſt omnis virgo, qua non habet cui vereatur. Contra beata eſt virgo, qua ſub regula eſt: eſt enim tamquam vitis facunda in horto, ad quam veniens cultor eius, palmite illius putridas herbas circumcirca euellit: illa autem nacta operarium; fructum ſuum reddit pretioſum in tempore opportuno.

Admoneo te dilecta, attende atque auſculta ſermones in iſto libro ſcriptos, nec ſolum oculis extrinſecis 38. Peroratio.
ſcripta iſta perlege, ſed etiam interioris. Intende vnicuique pracepto, & id quod iubetur praſta, ſi enim iſta ſerues, digna habeberis cœleſti thalamo. Ne dixeris in corde tuo: At quonam iſta modo praſtare potero? ne pauorem concipiat mens tua, ſed cum omni alacritate ſeruabis ea: ſiquidem timentibus Deum pracepta Domini difficilia non ſunt. Non ſit hora vlla in qua deficiat oleum in lampade tua; ne ſiquando ſponſus veniat, inueniat eam extinctam: non enim ſcis quando venturus ſit, ſiue ante ſomnum, ſiue diluculo. Sis igitur expedita, vt cum venerit, cum prudentioribus occurras illi, habens oleum in lampade tua, hoc eſt bona opera. Omnibus horis ſit memor exitus tui: habe quotidie ante oculos mortem: recorderis apud quem te ſiſti oportet. Ne igitur declines à ſermonibus iſtis vel ad dexteram, vel ad ſiniſtram. Qui enim audierit ſermones iſtos, & deſpexerit, magnum illi crimen fuerit. Tibi autem pretioſiſſima ſoror, qua hunc librum poſſides, det Deus, vt ea obſerues, & in his verſeris: detque animum illuſtratum & puram mentem, illuminatos cordis oculos, vt nanciſcaris immarceſſibilem coronam, quam praparauit Deus diligentibus ſe, per Dominum & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſacula ſaculorum. Amen.

Regna prorſus Antoniani ſpiritus ſucceſſore tum Monachorum, tum Virginum documenta, cui ſimul cum pallio veluti alter Elias Eliſæo alteri 39. Antonius Athanaſio, cum pallium ſpiritum teſtamento legauit.
zelum quo feruebat teſtamento legauit. *Veſtimentorum meorum* (inquit Antonius Athanaſio teſte cap. 18. vitæ eius) *ſit iſta diuiſio. Melotem & pallium tritum cui ſuperiaceo, Athanaſio Epiſcopo date, quod mihi nouum ipſe detulerat.* Et Athanaſius de ſe ipſo cap. 59. *Legatarius autem Antonij benedicti, qui tritum pallium cum melote eius meruerat accipere, Antonium in Antonij muneribus amplectitur, & tanquam magna hereditate ditatus, latanter per veſtimentum recordatur imaginem ſanctitatis.*

Sed ſi inquiras, quæ, & qualis fuerit Virgo illa, ad quam Athanaſius traditam Regulam ſcribit; 40. Ad quam Virginea ſcripta fuerit regula tradita.
CONTINVATOR. Duo mihi probabilia occurrunt, ſed neutri abſque formidine aſſentior. Primum: ſcriptam ad S. Syncleticam Virginem ſanctimonialem Alexandrinam Athanaſio coæuam, atque in Monacham cooperatricem, vt notauimus libr. 2. cap. 12. num. 36. & 37. quod idem alij Monachorum Patres & Doctores facere conſueuere,

Digitized by Google

fueuere, vt videre eſt apud ipſos. Atque reuera congruum valde ex ſeſe videtur, Syncleticam Alexandrinam ſanctimonialium matrem ab Athanaſio Monacho, & Monachorum Doctore Alexandrinam ſedem eadem tempeſtate tenente, Monaſticis imbui præceptis, ad earum Virginum profectum quarum curam in Pontificatu gerebat. Scripſit etiam Athanaſius S. Syncleticæ vitam (Hiſtoriographum eius agens, cuius coniectamur Doctorem, quod itidem Patribus frequenter accidit) ea ratione qua vitam Antonij exarauerat, *vt ſicut in hac mulieres, ita in illo ſcripto viri, quod ſequerentur inſtitutum, tanquam in Commentario expreſſum, haberent*, inquit Nicephorus lib. 8. cap. 40. vtinam extaret Syncleticæ vitæ liber; deperiit enim non ſine graui totius Orbis iactura; quam exingenti emolumento, quod Eccleſia eſt conſecuta ex Antonij vita ab eodem Athanaſio ſcripta, deprædendimus: vt bene notat Baronius in Martyrol Rom. 5. Ianuarij quo Syncleticæ memoria celebratur. Extant in Vit. Patr. lib. 5. & 6. eiuſdem Syncleticæ ſparſim interiectæ graues & memoria dignæ ſententiæ.

41. **Ad virginem apud quam Alexandriæ delituit ſcriptã, probabile.** Secundo (& mihi probabilius) coniector Athanaſium Regula iſta Virginem illam Alexandrinam inſtruxiſſe apud quam fugiens Arianorum furorem (à quibus penè incredibilia perpeſſus eſt) ſex annis Alexandriæ delituit; vt teſtantur Nicephorus, Sozomenus, Rufinus, Palladius & alij apud Baronium. A. C. 356. quam etiam Palladius ſeptuagennariam nouiſſe aſſeuerat, ſed nomen eius non profert. Scio Baronium ibi hiſtoriam hanc mendacij redarguere, atque in eam acriter inuehi: tum quia Athanaſius ipſe deſertum petiiſſe fatetur cum Arrianorum impetum fugeret: tum quia in ea refertur Virginem illam incredibilis fuiſſe pulchritudinis, ætatiſque florentis; ac per conſequens incredibile videri petulantem Arrianorum procacitatem domui Virginis forma ſpectatiſſimæ pepercisse: tum etiam (inquit) *quia Athanaſius non adeo delicioſus erat, vt deficiente miniſterio viduarum* (quibus iam ætate prouectis ſanctorum lauare pedes incumbebat) *opus habuerit per adeò formoſam Virginem illud expleri periculoſum charitatis officium.* Ex quibus colligit, id fuiſſe ad infamandum ſanctiſſimum virum Athanaſium Arrianorum commentum, cum eluſa eorum eſſet in perquirendo ſollicita cura, atque ab eis in vulgus ſparſum honeſtatis coloribus pigmentatum, vt facile Catholicis eſſet perſuaſum.

42. **Autoris iudicium.** Neutri parti ſatis aſſentior. Potuit namque ſexennij illius longo interuallo: quandoque apud Virginem, atque in propria ſede peregrinus delituiſſe Athanaſius, ſicque melius deludi ſollicitudo Arrianorum eum quærentium ad necem; quippe qui, vt refert ibi Baronius idem & Monaſteria euerterint, & ignem iniecerint ad Monachos in in eremo comburendos, domoſque Catholicorum in oppidis diripuerint; ac per conſequens nullibi diu latere valuit. Neque ideo in domo Virginis Athanaſij perſonam, atque vtriuſque pudicitiam periclitaſſe credendum: cum certum ſit ſpeciali prouidentia Athanaſium à Deo pluries ab Arrianorum furore fuiſſe miraculosè ſeruatum, ea præſertim irruptione à Syriano facta in Eccleſiá, vt caperetur, quam ipſe conceptis verbis expreſſit in Apologia de fuga ſua, quum à Syriano duce perſequutionem patiebatur, vbi: *Teſtor* (inquit) *veritatem: per milites, quorum alij Sacrarium cingebant, alij per templum oberrabant, inoffenſè tranſiuimus Domino duce, & protectore; nihilque ipſis ſentientibus elapſi ſumus. Quum igitur Diuina prouidentia, nos ita mirabiliter ex hoc periculo &c.* Quorſum ergo fides negatur aſſerentibus intra Alexandriam in domo virginis delituiſſe, qui in Eccleſia inter tot ſatellitum curas miraculosè inoffenſus elapſus eſt, atque eadem prouidentia Deum inoffenſam ab Arrianis Virginis domum; & à carnis illecebris vtriuſque innocentiam cuſtodiſſe? Quod autem ab eadem prouidentia pudicitiæ cuſtodiam Athanaſius confidenter expectare debuiſſet, non dubito: ſed neque piè dubitari poteſt in tanto vitæ diſpendio, atque proficuo Eccleſiæ receſſu, diuinam prouidentiam vtriuſque conſeruandæ caſtitati abfuiſſe. Nam quis rogo dedit Ammoni (v. dicta num. 2. huius cap.) vt decem & octo annis ſponſæ ſibi cohabitantis incorruptum ſeruaret virginitatis theſaurum? Quis Bernardo, vt iactæ cederet in lectulo? At non minoris emolumenti Eccleſiæ Catholicæ Athanaſij latebræ videri debent, quam inſtitutio Monachatus Ammonis & pudicitia Bernardi. Et quidem abſolutè loquendo periculoſum fore non abnego, pium lotionis pedum charitatis officium ab ſpecioſiſſima Virgine exerceri; attentis autem ſingularibus circumſtantiis, non ita. Nam vt inquit Bernardus ipſe; *Sanctorum alius alio caſtior, alius alio patientior, alius alio charitate feruentior*: maxime cum ſæculo illo valde Religioſum reputaretur etiam in Virginibus ſanctorum lauare pedes Quod Athanaſius ipſe Virgini ingredienti Religionem in Regula iſta de qua nobis ſermo, expreſſis verbis, Can. 50. *Si vir iuſtus* (inquit) *ades tuas ingreditur capies aquam, & lauabis pedes eius &c.* Imo ex hoc teſtimonio Athanaſij, atque ipſius Virginis facto, non abſre coniectari licet, dictis facta reſpondiſſe, atque ad ipſam Athanaſium Regulam hanc ſcripſiſſe, eamque Regula doctam Præſulis ſancti, vtpote viri caſtiſſimi, pedes lauiſſe, aliſque inſeruiſſe miniſteriis, ſpiritualibus documentis penſum hoſpitalitatis ipſo ſoluente, illudque Apoſtoli 1. Corinth. 9. vtroque adimplente: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?* Quo tandem Athanaſius ipſe famæ, ſecuritati, virtutum profectui, atque caſtitatis prudenter conſuluiſſe teſtatur apud, Palladium libr. 8. vit. PP. cap. 136. his verbis: *Reſpondit itaque B. Athanaſius germanis ſuis amicis* (mirantibus eum de latebris, æquè ac viuum è mortuis emerſiſſe.) *Ea de cauſa ad vos non confugi, vt verè iurare poſſetis, & alioqui etiam propter inueſtigationem.* (Arrianorum perſequentium) *ad illam* (Virginem ſpecioſiſſimam) *confugi, de qua nemo ſuſpicari poterat, vtpote formoſam, & iuniorem, duo bona procuraui, & illius ſaluti, illi enim profui* (an Regulæ huius magiſterio?) *& meæ exiſtimationi & ſecuritati.* Sed de his ſatis. Hactenus. CONTINVATOR.

CAPVT V.

Scithiotarum mores, & inſtituta.

§. I.

De Origine Scithiotarum, & à quibus ſcripti eorum mores.

PErvenimus iam ad Scithiotas perfectiſſimos, probatiſſimos, imo & doctiſſimos cœnobitarũ Ægypti 1. **Scithiotæ vnde dicti.**

Digitized by Google

Ægypti à monte *Scythi*, quam incolebant, ſic dictis (alias *Scetbi*) reperioque à Moſco *Scithiotas* appellari in Prato ſpir. cap. 183. à Ioanne verò Diacono de verbis Seniorum libell 4. nu. 20 *Scithienſes* latiniori terminatione, cum prior Ægyptiaca videatur, vt illæ, *Nitriota*, *Arſinoita Tabenneſiota*. Sed vbinam ſitus fuerit ſcithis aperit Ioannes idem libello 3. num. 15. inquiens *Eſt enim locus ipſe eremus longè à Nitria, habens interuallum itineris diei noctiſque. Eſt autem & grande periculum euntibus ibidem: ſi enim modicum quis errauerit, vagatur periclitans per eremum.* Concinit Ruffinus lib. 2. Vit. PP. cap. 28. Nec diſcordat Ptolomeus Alexandria ortus dum lib. 4. Geograph. cap. 5. ſeu tabula 3. Africæ quæ eſt de Ægypto, ait: *Mareotis pars quæ mari imminet Tenia dicitur. Interiora tenent Goniata, & Proſodita, Poſt hos Scithiaca regio, cuius ſitus* 60. $\frac{2}{3}$ 30. $\frac{1}{3}$. *His etiam auſtraliora incolunt Nitriota, & Oaſita, quorum ſitus* 59. $\frac{1}{2}$ 29. $\frac{1}{2}$. Ex quo fit vt Scithiſis à Nitria diſtat 18. Hiſpanas ſeu horarias leucas, quæ die noctuque abunde confici queunt. Hæc de ſitu. Pergit Ioannes; quod magis præ oculis habere oportet: *Sunt autem illic omnes perfecti viri, neque aliquis imperfectus poteſt in eodem loco tam feroci perdurare: quia omnino aridus eſt abſque vlla conſolatione eorum, quæ neceſſaria ſunt.*

2. *Macarius Alex. primus ibi Monaſterium ædificat.* A quo vero primùm Monachorum cœnobium ibidem ædificatum fuerit, idem auctor promit, ex Patrum teſtimonio: *Dixerunt Patres fuiſſe quemdã Macarium, qui Scithi primus Monaſterium fecit.* Hunc autem fuiſſe cognomento *Alexandrinum Vrbanum* ſic ad differentiam maioris, id eſt Antonij diſcipuli vocitatum, indicant quæ ſubdit. *Hic igitur prædictus vir Macarius* (qui ſcilicet Scithi primus Monaſterium fecit) *cum eſſet homo de ciuitate, coniunctus eſt aliquando illi Macario maiori. Et cum veniſſent ad transferendum Nilum, contigit eos ingredi in nauim, in qua Tribuni duo cum multa intrauerant extollentia*: qui eos ob mundanarum rerum deſpectum beatos dixerunt, ſubiungente Macario Vrbano: *Nos quidem mundo iſti illuſimus, vobis autem mundus hic illuſit. Scito tamen, quia non volens hoc dixiſti; vtrique enim beati dicimur, hoc eſt Macarij.* Nam *Macarius* Græcum nomen latinè *Beatum* ſonat. Narrant hoc ipſum de vtroque Macario Ruffinus in Vit. Patr. l. 1. c. 29. & Palladus in Lauſiac. cap. 20. Et de cognomine *Vrbani* noſtro indito agit Nicephorus lib. 9. cap. 14.

3. *Qua occaſione Scithim ſucceſſerit.* Quid verò in cauſa fuerit Macario vt in Scithim ſecederet, Ruffinus refert (ſi is auctor eſt l. 3. de Vit. PP.) n. 99. Vtar vero Pelagij Diaconi verbis ex libello 15. de Verbis Senior. n. 25. quod quædã perſpicuius ponat & magis ad rem. *Narrauit aliquando de ſe ipſo Abbas Macarius dicens: Quando eram iuuenis & ſedebam in cella mea in Ægypto, tenuerũt, & fecerunt me clericum in vico. Et cum nollem acquieſcere in miniſtrandum, fugi ad alium locum. Et venit ad me quidam ſecularis homo, ſed vita Religioſus, & tollebat à me opus, quod faciebam manibus meis, & miniſtrabat mihi quæ neceſſaria erant. Contigit autem tentante diabolo, vt quædam Virgo in vico illo vitiata lapſum faceret. Et cum in vtero habere cæpiſſet, interrogatur, quis eſſet de quo in vtero haberet? illa autem dixit, quia hic ſolitarius eſt, qui mecum dormiuit. Exeuntes autem de vico illo comprahenderunt me, & adduxerunt ad vicum, & appenderunt ad collum meum cacobatas ollas, & anſas vaſorum: & miſerunt in vico illo per viam cadentes, atque dicentes. Hic Monachus corrupit filiam noſtram, tollite, tollite eum. Et ceciderunt me penè vſque ad mortem. Superueniens autem quidam ſenior dixit: Quandiu cæditis Monachum iſtum peregrinum? Ille autem, qui mihi ſolebat miniſtrare neceſſaria, ſequebatur retro cum verecundia: etenim etiam ipſum contumeliis multis affecerant, dicentes: Ecce ſponſarius Monachus, cui tu teſtificabaris, quid fecit. Et dixerunt parentes puellæ illius: Quia non dimittamus eum, donec fideiuſſorem præbeat, quia paſcat eam. Et dixi illi, qui mihi ſolebat miniſtrare, vt fidei iuſſor mihi fieret; & fidedixit mihi. Et reuerſus ſum ad cellam meam, & dedi ei quantas habui ſportellas dicens: Vende eas, & da illi meæ mulieri manducare. Dicebam autem in animo meo: Macari, ecce inueniſti tibi mulierem* (alias vxorem) *opus habes modo amplius laborare, vt paſcas eam. Et operabar non ſolum in die, ſed etiam in nocte, & tranſmittebam ei. Cum autem veniſſet tempus infœlici illi, vt pareret, traxit plurimis diebus in dolore, & non pariebat. Dicunt ergo ei. Quid eſt hoc? Et illa dixit: Ego ſcio, quare torqueor diu. Et interrogata à parentibus ſuis: Quare? Reſpondit: Quia illi Monacho crimen impoſui, & fallens implicaui eum, cum iſte non habeat cauſam, ſed iuuenis ille talis hoc fecit. Audiens autem verba hæc ille miniſter meus gaudens venit ad me, & dixit: Quia non potuit parere illa puella donec confiteretur, quia tu nullam cauſam in conſpectu eius habuiſſes; ſed quia mentita ſit aduerſum te. Et ecce omnes habitatores vici illius volunt venire hic ad cellam tuam glorificaturi Deum, & pœnitentiam apud te acturi. Ego autem audiens iſta à miniſtro, ne affligerent me homines, ſurrexi, & fugi hic in Scithi. Et hoc principium cauſa propter quam hic habitare cæpi*: Et ſanè glorioſiſſimum. Quod enim præſtãtius Chriſtianæ manſuetudinis, & patientiæ exemplar edi potuit, quam apertiſſimi mendacij teſtimoniũ præbentem putidam fæmellam gaudenter perferre, plagas, & circuitionem probroſam, quæ inde ſecutæ ſunt lubenter perpeti, nihil pro ſe, & veritate loqui, aut ſaltem ſibi fidelem miniſtrum de ea certum facere, quo tribulationem exueret; fœminam vt aleret, duplicatum laborem ſibi indicere: ac tandem cum eius innocentiam publico præconio, & aliquali contumeliarum, & plagarum inflictarum ſatisfactione teſtificari homines illi pararent, ſtatim eorum conſpectum aufugere, & in remotiſſimum Scythim ſe recipere? Glorioſum planè iuſtitiæ ſemen in ſcythi à Macario iactatum eſt, quod miros edidit fructus, & frugiferum è ſterili redditum eſt.

Hic igitur mons fuit, *mons coagulatus, mons pinguis, mons in quo beneplacitum fuit Deo habitare in eo.* Et de eo crederes à Propheta ad verbum loquutum, ſi quæ ſequuntur ad eum ſpectare valerent; *eſt enim Dominus habitauit in finem.* Quin potius, cum ſemel à Mazizis proximæ regionis barbaris deſtructuſa fuerit, ab Agatonis tandem cum vniuerſa Ægypto ſubactus eſt, & inde veri Dei cultus profligatus. Quo tempore tamen beneplacitum fuit Deo habitare in eo, plures hic vnus mons Abbates ſanctos edidit, quorum geſta, doctrinaque cum laude ad nos peruenerit, quam reliqua Ægyptus. Enim vero eius fuere incolæ vterque Macarius, Arſenius, Pœmen, Iſaac, Pior, Daniel, Ioannes Nanus, ſeu breuis, Iſaias, Iſidorus, Moyſes, Zacharias, Alexander, Dulas, Amoys, Ammonas, Zoylus, Paſtor, Anub, Ioſeph, Beſarion, Pambo, Siſoys, Paphnutius Bubalus, Theodorus, Cilix, Cirion, Dauid, Pimenius, Marcellus, & alij innumeri, quorum in Vit. PP. frequens ſermo eſt. Floruerunt itidem in ſolitudine hac præclara illa Chriſti 4. *Scithiotæ cæteris Ægyptiis ſanctitate præſtantes.*

Digitized by Google

Chriſti lumina S. Virgo Apollinaris filia Anthonij V. C. quæ virili habitu ſexum occultans Dorothæus dicebatur, cuius acta recitat Metaphraſtes 5. Ianuar. Vigintique ſub S.Macarij diſciplina. Rurſus & SS.coniuges & Monachi Scithiotæ Andronicus & Athanaſia, *Athanaſius* vulgo dicta, S.Danielis Abbates diſcipuli, quorum feſta dies 27. Februar.agitur, Ab Scithiotis igitur Patribus proculdubio præſtantiſſima Monachatus documenta accepimus; nam quæ in libris de *Verbis Seniorum* ſcripta ſunt, vniuerſa penè Scythiotarum ſapientiam & diſcretionem proclamant: quod autē e prædictorū,aliorumq; inibi degentiū Abbatū doctrinâ proceſſerunt, autores eorum librorum perſpicue produnt. Quare qui Scithioticum inſtitutum ſcite percupiet, eos adeat oportet. Sed & nobis, qui eius hoc loco pro arrepto ſemel inſtituto rationem redditiri ſumus, de iiſdem libris nonnihil præferri neceſſum eſt.

5\. Librorum Vit. PP. Ratio.

Equidem ſex numero extant Vitarum Patrum opuſcula, quibus geſta ipſorum hyſtorica narratione Veteres ſcriptores ſunt proſequuti; & quatuor Opuſculis dicta, & ſententiæ ipſorum, Græcis *Gnomæ*,ſeu *Apophtegmata* compræhenſa. Primum hiſtoricum ex variis autotibus concinatum eſt: continet namque vitam ſancti Antonij ab Athanaſio Græcè editam,opera vero Euagrij Latinè ſonantem; vitam ſancti Pauli Eremitarum primi nuncupati, S. Hilarionis, Malchi captiui, autore Hieronymo: Vitas Pachomij, Onuphrij, Baſilij, Ephrem, & id genus cæteras. Secundum volumen, quod exauditur à vita ſancti Ioannis in Lico,ſub Prologo *Benedictus Deus, &c.* autorem habet Ruffinum, vt Hieronymus in Epiſt.ad Cteſiphont. manifeſtè fatetur, vt rectè expendit Roſuueydus Prologom.4. §. 10. Tertium Palladij. Quartum vero Heraclidis opus eſt, ſub titulis. *Lauſiaca Palladij*, & *Paradyſus Heraclidis*; quibus ordine inuerſo opuſculum Ruffini Græcè iterarunt, paucis additis, aut mutatis, & de eiſdem prorſus eſto iudicium, ac de Ruffini opuſculo; de quo hæc habet Hieronymus. *Librum quoque ſcripſit, quaſi de Monachis, multoſque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt; & quot fuiſſe ſcribit, Origeniſtas ab Epiſcopis damnatos eſſe, non dubium eſt: Ammonium videlicet* (alium à Nitriotarum auctore) *& Euſebium, & Euthymium, & ipſum Euagrium, Or quoque, & Iſiderum, & multos alios, quos dinumerare tadium eſt. Vnum ille Ioannem in ipſius libri poſuit principio, quem & Catholicum, & Sanctum fuiſſe, non dubium eſt: vt per illius occaſionem cæteros, quos poſuerat, hæreticos, Eccleſia introduceret.* Nihil tamen noui in hoc feciſſe Ruffinum, quis æſtimat, quandoquidem *& librum Chriſti Pythagorici hominis abſque Chriſto, atque Ethnici, mutato nomine Chriſti Martyris, & Romana Eccleſia Epiſcopi pranotauit. Fecerat & hoc in ſancti Pamphili Martyris nomine, vt librum primum ſex librorum Defenſionis Origenis, Euſebij Cæſarienſis, quem fuiſſe Arianum nemo eſt qui neſciat, nomine Pamphili Martyris pranotaret.* Eodem conſilio opuſculum iſtud de Vitis Patrum abſque autore euulgauit Ruffinus, vt plauſibiliùs acceptaretur à Catholicis, qui nimirum à Ruffini ſuperſcriptione conſtantiùs abhorrerent. Sed vtrobique & conſilium, & perſonæ à Hieronymo acuti niſi lectore depræhenſa ſunt, & Eccleſiæ antidotum propinatum, ne videlicet hæreticos Origeniſtas inter ſanctos eremicolas annumeraret; aut eos qui nuſquam fuiſſe certum eſt, vt Sanctos coleret. Quare illud præ oculis habeamus in eo opere oportet, vt quos aliunde probatos non nouerimus, ſuſpecti nobis ſint, velut ab homine Origeniſta, & veritatis aduerſatio introducti. In eadem ſalebra hæſiſſe, vtpote eiuſdem farinæ homines, Palladium & Heraclidem, dubium non ſit, quos nimirum & Origenis & Pelagij erroribus conſperſos ſciamus, id eſt vtrumque fuiſſe Origeniſtam, & Palladium etiam Pelagianum, vt videre eſt apud Baronum tom. 5. Annal. A.C.419 Roſuueydum in Prologom.4. & in Notis ad *Lauſiacam*, & *Paradyſum*, & Ioannem Mariam Braſichalenſem in Indice Expurg.ac proinde eadem cautela ac Ruffini de Monachis libri Tertius & Quartus Vit. PP. Legendi ſunt: nec probata habenda,quæ aliunde probata non conſtent. Quintum de Vit.Patr. opuſculum edidit Theodoretus, qui tametſi aliquando ad Pelagij partes declinarit; in his quæ ad hiſtoriæ veritatem ſpectant,fidem nemo vnquam negauit. Denique ſextum ſub titulo *Prati Spiritualis* à Ioanne Moſco elaboratum eſt, piéque & vtiliter vbique legitur. Vt interim committam, quæ de eiſdem Monachis ſanctitate ſlorentibus, Caſſianus,& Seuerus Sulpitius ſuis ſcriptis interſeruerunt.

6\. Sententiarum Patrum libri à quibus ſcripti.

Sententiarum verò Veterum Monachorum, quæ ad res Monaſtices faciant, collectores quinque fuiſſe, vulgo receptum eſt, qui Græco ſermone,vt quiſque potuit, hinc inde multas vario orationis filo collegerunt, qui autem hi fuerint, hactenus incompertum: faciliùs à nobis ex tranſlatorum nominibus diſtinguuntur. Primum,cuius exorditur Prologus: *Vere mundum quis dubitet,&c.* & liber ipſe: *Quidam ſeniorum,&c.*tribuit Roſuueydus Ruffino. Quod ſi daretur, Origine Latinus eſſet,non Græcus, Secundi ab Anonymo Græco editi ſub titulo ΑΝΔΡΩΝ ΑΓΙΩΝ ΒΙΒΛΟΣ, id eſt, *Virorum Sanctorum liber*,meminit Photius Bibliothecæ,ſuæ cod.198. in 22.libellos diſtincti, quem ſanè latinitate donauit Pelagius Diaconus. Eius exordium eſt: *Interrogauit quidem Abbatem Antonium,&c.* Huius appendix eſt ille,quem Ioannes ſubdiaconus Latinum fecit in 4 libellos partitum,& incipit: *Abyt aliquando, &c.* Photius ſiquidem,vt membrum ſuperioris eum enumerat, & verè,nam incipit vbi ſuperior deficit, id eſt libello de *Prauidentia & Contemplatione*, nihilque, quod in ſuperiori ſcriptum ſit,reficiat: quod tamen cæteris frequentiſſimum eſt. Sequitur quem Paſchaſius Diaconus Latinè ſonare fecit, & ſancto Martino Dunienſi Abbati dicauit, 44. capitibus partitum. Prologus incipit: *Vitas Patrum Græcorum &c.* Et liber ipſe: *Quidam frater quemadmodum &c.* Denique Martinus ipſe alium edidit è Græcis fontibus extractum, qui extat in Toletanæ Eccleſiæ & Monaſterij mei Nucalenſis Bibliothecis. Hos omnes Latinè à prædictis autoribus interpretatos iuris communis fecit Roſueydus, & doctis Notis illuſtrauit.

7\. Paſchaſij liber à nullo ante Græco auctore ſcriptus.

Sedenim verò aliter ſe rem habere deprehendo, cū eam enucleatius introſpicio. Et (vt inuerſo ordine exordiar dubiū non ſit neminem apud Græcos extitiſſe, qui librum à Paſchaſio Diacono Latinè editum Græco primùm ſermone exararet (idipſum de ſancti Martini opuſculo dictū putes)

Digitized by Google

quandoquidem non vnum aliquem autorem ipſe Paſchaſius è Græco Latinum facere ſibi propoſuit: ſed ex Patrum vitis Græco ſcriptis ſermone variorum ſcriptorum operâ ſcitè ab illis dicta, hinc inde decerpere: quinimo & ex Latinis non pauca: idque ipſe conceptis Verbis in ſua præfatione profitetur: ait enim de Græcis: *Vitas Patrum Græcorum (vt cætera) facundia ſtudioſè conſcriptas, iuſſus a te ſanctiſſimè Pater in Latinum transferre ſermonem &c.* De Latinis vero: *Verum quia eloquentium virorum libri ſunt plurimi Latino ſermone conſcripti. Si quid de illis aut his, hic inſertum fore repereris, vt minus eleganter expreſſum, ne meæ culpæ deputetur, exoro; quia ſicut in dato mihi codice reperi ea ſcripta, ſic transſtuli &c.* Quod ergo ex Latinis ſimul & Græcis compactum eſt, non vnius duntaxat Græci auctoris opus fuit.

8. *Euagrius duos ſententiarum libros ſcribit.* Tres nihilominus Græcos eiuſdem argumenti libros ſcripſiſſe, qui poſtea latinitate donati ſunt, pro comperto haberi oportet: Et omnium primus Euagrius Ponticus fuit, qui in ſenectute ad errores Origenis declinauit: nam eius operis meminere Socrates lib. 4. Hiſt cap. 23. alias 18. & Nicephorus libr. 11. cap. 42. & 43. & Gennadius de ſcriptor. Eccleſ. cap. 11. & Honorius Gennadij vmbra. Verba Socratis, quam cæteri tranſcripſere, ſunt iſta. *Libri ab illo accuratè conſcripti: quorum vnus MONACHVS, ſiue de viuendi ratione, quæ in agendo cernitur: alter GNOSTICVS, ſiue ſcientia præditus dicendus ſit, in quo ſunt capita quinquaginta.* Hos Gennadius latinos fecit, vt ipſe fatetur, inquiens: *Euagrius ſcripſit multa Monachis neceſſaria. Ex quibus ſunt iſta Anachoretis ſimpliciter viuentibus, librum centum ſententiarum per capitula digeſtum* (is titulum gerebat *Monachus*, ſiue *Practicus*, breues antiquorum ſententias complectens & vniuerſæ perfectionis Monaſticæ practicem docebat ſimplicioribus accommodatus.) *Et eruditis, atque ſtudioſis* (ideo *Gnoſticum*) *quinquaginta ſententiarum, quem ego Latinum feci.* Extant nonnullæ earum, quas ſuis ſcriptis Socrates & Nicephorus inſeruere, nam liber integer, ſiue Græcè ab Euagrio aditus, ſiue Latine à Gennadio redditus necdum emerſit in lucem. Ne verò quis æſtimet, aliquam ex translatis à Pelagio, Ioanne, aut aliis, quibus frui nobis datum eſt, librum Euagrij fuiſſe, animaduertat oportet, non omnes Euagrij ſententias à Socrate, aut Nicephoro relatas in vno aliquo prædictorum reperiri; ſed quaſdam apud vetuſtiorem, falsò Ruffinum creditum, num. 70. & apud Pelagium libello 1. num 4. & 5. & lib. 6. num. 5. quibus locis ſententiæ ſub Euagrij Abbatis nomine recitantur, & ſine nomine apud Ioannem lib. 4. num. 16. 17. & 18. vt vel inde quiuis eliciat, cæteras nō ab Euagrio ſcriptas fuiſſe. Rurſus Pelagius multas alias ſententias citat Euagrij, videlicet libello 2. numer 8. & lib 3. num. 3. Et libr. 10. numer. 19. & 20 & lib. 11. numer. 9. & 10. & lib. 12. numer. 4. & 5. Et libr. 15. numer. 15. Et libr. 16. num 2. quæ tamen à Socrate & Nicephoro prætermiſſæ ſunt.

9. *Palladius libri alterius ſententiarum auctor.* Poſt Euagrium eiuſdem argumenti librum exarauit Græco ſermone eius diſcipulus Palladius, iſque ipſe eſt, quem Roſuueydus Ruffino adiudicandum cenſebat, & incipit ex Prologo: *Vere mundum quis dubitet meritis ſanctorum ſtare &c.* Sed leuibus ductus (etiam ſibi) coniecturis, quæ nihil nobis negotij faceſſunt, dum ſemel de veritate auctoris conſtet. Et vt omittam dictionem toto cœlo ab ſtilo Ruffini abhorrere, conſtat ex ipſo Prologo, non quidem lacerato, vt vulgo profertur, ſed integro, vti in vetuſtiſſima omnium editionum vitarum Patrum excuſſus eſt: de qua agit Roſuueydus Prologom. 18. & in Notis ad 5. libr. Vit. PP. deſunt verò inter cætera hæc verba. *Igitur vigeſimum in Epiſcopatu agens annum, deſideranti tibi ſpiritualium virorum, quos in Dei rebus ſpectatos vidi, & auditu vitam, moralemque doctrinam, præſentis libelli compendio declarare tentabo.* Quis verò is fuerit Epiſcopus, habes ex Prologo, ſeu Epiſtola Palladij ad Lauſum, cuius initium: *Cum multi multa &c.* Vbi inter cætera. *Cum triceſimum quidem & tertium annum agerem in conuerſatione cum fratribus, & vita ſolitaria, vigeſimum autem Epiſcopatus, totius autem vitæ meæ 53. neceſſarium exiſtimaui, ſpiritualis vtilitatis gratia, tibi cupienti in ſcriptis narrare, quæ a ſanctis Patribus rectè, & ex virtute geſta ſunt &c.* Quinimo totus ipſe Prologus libri ſententiarum, ex verbis Prologi Lauſiacæ Palladij compactus eſt. Idem igitur ipſe Palladius, qui librum ſcripſit hiſtoricum geſta ſanctorum Monachorum continentem, & Lauſo dicauit (vnde *LAVSIACA* dictus) is quoque eorundem ſententia, & *Gnomas*, in altero concinnauit eodem Epiſcopatus ſui anno, eidemque Lauſo, quem *Fideliſſimum* ſæpius vocitat, nuncupauit: vt ſicu geſta, quæ Monachi admirarentur, & imitarentur, ita & ſententias, quibus ad virtutem inſtruerentur ad manum haberent: ij ſcilicet qui ſub Lauſo ſacri olim Præfecto cubiculi, poſt Monachorum ductorem, vitam agebant: quod eiſdem penè verbis vtrobique Palladius prompſit: In Lauſiacæ prologo: *Tibi ab initio accuratiſſimè in hoc libro exponam vt ſis & in via dux tuus, & eorum qui tecum ſunt, & eorum qui tibi ſubijciuntur.* Et in Prologo intermiſſo prædictarum ſententiarum: *Quatenus in propoſito pietatis dux tibi metipſi bonorum operum, & eorum qui poteſtate erunt, Doctor efficiaris imperitorum.* Ex quo medela adhibenda eſt Epiſtolæ Lauſiacæ vbi legimus: *Et eorum qui tibi ſubijciuntur, & maximè piorum Imperatorum.* Et reſtituendum; *maximè piorum imperitorum.* Non enim ſcripta hæc maximè ab eruditionem *Imperatorum* concepta ſunt, ſed fratrum ſimpliciorum, ſeu *imperitorum*, vt res ipſa per ſe clamat. Corrige etiam ex Librarij cuiuſpiam oſcitantia verbum *Fidosè*, pro *fideliſſimè* interpoſitum, forſam breuitatis cauſa primò poſitum; quo bene Roſuueydus Lauſum intelligendum ſubodorabat in Notis ad lib. III. Vide quæſo, quam non fuerit eius libri auctor Ruffinus Presbyter, cuius ſcriptor 20. Epiſcopatus ſui annum agebat, cum eum conciperet. Sed nec interpretem fuiſſe, mox oſtendens.

Sed obiicies: In eo libro multa de Arſenij Monachatu & morte, deque Scithis euerſione continentur, quæ tamen Palladius non valuit ſcribere; vtpote ſcribens anno Epiſcopatus ſui 20. qui non potuit excedere. A. Cap. 420. quandoquidem A. Cap. 400. iam erat Epiſcopus, interfuitque Synodo Conſtantinopolitana (apud Baronium) nec valuit ante tres annos ordinari, cum liqueat ordinatum eſſe à ſancto Ioanne Chryſoſtomo, qui A. Cap. 398. conſecratus eſt. At verò vſque ad 458. Scithis non 10. *Ab aliis plene illi adiecta probatur.*

fuit

Digitized by Google

fuit vaſtata, vt inferiùs monſtrabimus. Reſpondeo hoc argumentum multo magis contra Roſuue, dum militare, cum Ruffinus multo ante ſcripſerit vitas Patrum: nimirum atque eos in Ægypto conuenit A.C.372. vt Baronius probat eo anno, & concedit Roſuueydus ipſe. Relinquitur ergo, vt vterque noſtrum fatetur, librum hunc multis locis ab aliis auctum fuiſſe, qui ſequiori ſæculo vixerunt, vt probant tres vltimi eius numeri 218. 219. 220. qui ad verbum ex Epiſtolis Hieronymi 35. 12. & 4. compacti ſunt. Quo item pacto quæ dicuntur de Arſenio, & Scithis euerſione denuo poſt librum à Palladio exaratum ab aliis Recentioribus adiecta ſunt.

11. Quis auctor libri Apophtegmatum?

Tertio Veterum Patrum Apophtegmata Græcè edidit Anonymus ille, quem Pelagius Latinè loquentem induxit, falſo creditus à Margarino de la Bigne Euagrius Ponticus: falſo inquam, tum quoniam inibi teſtimonia producuntur Cyrilli Alexandrini, & Ioannis Caſſiani, velut iam defunctorum; quos tamen ſuperuixiſſe potius Euagrio liquidum eſt: quod ante me Braſichilenſis & Roſuueydus annotarunt: tum etiam quoniam duo illi libri Gnomatum Euagrij, quos *Monachi*, & *Gnoſtici* nomen dedit, non excedebant centum quinquaginta ſententias, Gennadio teſte, qui eos latinitate donauit: at liber à Pelagio verſus 841. & Græcè in 22. libellos diſtribuebatur, vti Photius ſcribit ſuæ Bibliothecæ cap. 198. ſubiiciens, *Epitome autem erat, vt apparet, & comprahenſio MAGNI, quem vocant LIMONARII (ſeu Prati ſpiritualis) quò & vita, & opera narrantur, cum Magni Antonij, & æqualium, tum eorum qui poſt eos floruerunt. Quemadmodum & qui dictus eſt Hortulus nouus his recentiorem ad ætatem vſque Heraclij, & paulo etiam viciniorum vitas, religioſaſque exercitationes deſcribit.* Vbi cum de poſteriori Prato ſpirituali liqueat opus eſſe Ioannis Moſchi, exterque præ omnium manibus; quis ille vetus *Limonarius* fuerit, clam hactenus eſt; niſi complexio eſſet operum diuerſorum Patrum, quæ Latinè ſub nomine *Vitæ Patrum* circumferuntur, Græcè tamen aditarum, vt verè fuerunt, Sophronij & aliorum ſtudiis, in quam ſententiam libens eo.

12. Translatores libri de *verbis ſeniorum* Hiſpani.

Illud tandem minimè duxi ſilentio inuoluendum; horum omnium librorum de *Verbis Seniorum* translatores Hiſpanos fuiſſe lingua, & genere. Genus ex lingua elicio: vnde enim quiſque genus trahit, linguam præcipuè imbibit, ideo maternam. Vnum è cæteris ſeiungo ſanctum Martinū Dumienſem, cuius lingua in Apophtegmatis ſæpe Hiſpanum ſonat; nam & Hiſpaniæ incolam fuiſſe, tametſi ortum à Pannonia (nunc vulgaria) duxerit, in Comment. ad Chron. M. Mea. aperui A.C.531. numer.4. Nota lector Hiſpanum idioma numer.5. vbi inquit: *Quidam frater vadens in mercatum &c.* Et infra: *Ego vadens aliquando in Mercatum, nunquam volui de pretio operis mei iurari &c.* Et numer.11. *Cum fuiſſem aliquando cum fratre in mercato vendere ſportellas &c.* vtitur ergo Hiſpana voce *Mercado*, Nundinas ſignificantes; & verbo ſubſtantiuo *fuiſſem*, pro *iuiſſem* Hiſpana ſignificatione. Et numer.9. *Domine noſter Pater, ſi fuiſſemus toti tres &c.* Hiſpanè; *ſi fuſſemos todos tres*, vbi & *toti*, & *fuiſſemus* Hiſpanum omninò ſonant.

13. Paſchaſius librum ſuum iuſſu Martini Dominienſis ſcribit.

De Paſchaſio dubium non eſt, in eodem Dumienſi cœnobio, quod extra mænia Bracoaræ Auguſtæ ſitum erat, opuſculum ſuum ad iuſſionem ſancti Martini elaboraſſe; ſic atteſtante Sigeberto lib. de Eccleſ. ſcript. cap. 18. aiente. *Martinus Epiſcopus tranſtulit per manum Paſchaſij Diaconi interrogationes, & reſponſiones plurimas ſanctorum Ægyptiorum Patrum in Dumienſi Cœnobio.* Haud ſcio vnde Heribertus hauſerit, Paſchaſiū fuiſſe S.R.E. Diaconum, cum à Sigeberto Diaconus Eccleſiæ Dumienſis, quæ Abbatialis ſimul erat, & Epiſcopalis, adſtruatur; & ipſe de ſe innuit in Prologo inquiens ad ſanctum Martinum: *Sed quia tua pariter neceſſe eſt iuſſione vtar, non gloriabor ingenio, ſed fidem quam tibi debeo, etiam in opere iniuncto præſtabo.* Et infra: *Vnde reſtat, vt quod te iubente cœpi, te orante perficiam &c.* Prodit & Hiſpanum idioma velit nolit, dum cap. 3. de S. Macario, qui latronem cellam ſuam ſuffurantem, ait: *Stetit ergo & ipſe tamquam peregrinus, & caricauit animal cum illo:* Vbi *caricare* Hiſpanum verbum eſt, *cargar el animal* correſpondens Latino *onerare*, quod etſi facillimum, non tam cito occurrit homini Hiſpano. Dices forſam, ita accepiſſe ab aliis duobus, qui eodem vtuntur, videlicet Palladij interprete numer. 73. & Pelagij libello 16. numer.6. Fateor: verùm inde ſimili prorſus conſequutione deduco, eos pariter Hiſpanos fuiſſe, vtpote qui in re tam facili Latino verbo abſtinuerunt, Hiſpano vſi. Eadem prorſus habet vetuſtior ille Palladij interpres, a quo etiam verba accepit Paſchaſius. Pelagius verò phraſim mutauit, eodem nihilominus verbo vſus: *Ipſe vero vt peregrinus abſtitit furi, & adiuuabat ad animal caricandum*, vſus non ſolum verbo, ſed & phraſi Hiſpana *ayudole a cargar el animal.* Sed & Paſchaſius cap.5. neminem in eo ſequutus, manifeſtiſſimè Hiſpaniæ verbum appoſuit, dum ait: *Quid mihi prodeſt concertare cum illis, vt illi peccant forſitam iurantes; & quando ſuperfuerint nummi, erogem illos fratribus.* Et vero *concertar* Hiſpanis, conuenire de pretio mercium, vel alterius pactionis. Agebat autem de Abbate Agathone, qui cum his quibus vendebat ſportas ſuas nihil de pretio contendebat. Ibidem vtitur verbo *comparandi* pro emendi, propriè Hiſpano, & parum à Latinis vſurpato Et quod magis ad rem facit, *ſportellas* appoſuit Hiſpanum diminutiuum *ſportillas*, non Latinum; nam Latinum eſt *ſportulæ*, teſte Plauto in Curcul. *Qui incidunt ſuffarcinati cum libris, cum ſportulis:* & Iuuenal. Satyr. 5.

Nonne vides quanto celebretur ſportula fumo?

Ad *ſportella* Latinis genus quoddam bellariorum ſignificat (*dulces, o conſeruas*) longe diſſona ſignificatione de qua Cicero ad Papyrium Pætum: *Dediſcenda ſunt tibi ſportella, & artologani tui.* Sportellarum verò a SS. Patribus factitatum opere diurno frequens in his libris mentio eſt, non leue nationis transferentium argumento.

Multò frequentiùs Pelagius voculas Hiſpanas ſuæ translationi inter texuit: nam libello 4. n. 5. de Arſenio ait: *Faciebat quoque plectam de ipſis palmis, & cuſibat vſque ad horam ſextam* Vbi *plecta* Hiſpanis *Pleyta* eſt, vox Latinis inuſitata, & *cuſibat* verbum, ſonat *coſia*, Latinè *ſuebat*, vel *conſuebat*. Num. 10. *Ignoſce mihi, quia palmas excidebam, & aſcendi in cauma &c.* Hiſpanè, *Puſeme en la calma*, & ſimiliter n. 17. *Stetit in cauma quinque diebus, defrigens ſe ipſum Sole.* Scio *cauma* Græcum nomen eſſe καῦμα: at interpretes Latinam vocem rediddiſſent *feruorem ſolis*, ni ei facilius ſonaret materna, *calma*. Rurſus eiuſdem libr. 4. numer. 59. *Fecit de farina lenticulam, & zippulas.* Et *mel habuiſti mittere in zippulas iſtas.* Et libello 8. numer. 15. *Da ei*

14. Pelagius præ aliis Hiſpanum ſonat.

modus zippulus; quas poſt pultes vocat. *Cum ergo vidiſſent pultes.* Alij codices habent *ſippulas*, verius *ſuppules*, vel *ſuppulas*, diminutiuum à *ſuppis*, vel *ſoppis*: Hiſpanè *ſoppas*, & inde *ſoppillas* per diminutionem. Perperam Roſuueydus à veteri verbo *ſipando* natum rebatur, nam *ſipare* ſpargere denotabat, teſte Ambroſio Calepino, & ab eo *diſſipo*, eadem ſignificatione. Manifeſtius num.6.ſeq. apponit Pelagius vocem *compandij* (aliàs, ſed deprauatè *compady*, peius *copadij*) inquiens: *Manducantibus eis cum Archiepiſcopo, miniſtratæ ſunt carnes vitulinæ, & manducabant* (Monachi) *nihil diſcernentes, & accipiens Archiepiſcopus vnum compandium, dedit iuxta ſe recumbenti ſeni, dicens: Ecce iſtud bonum compandium eſt: manduca Abba. Illi autem reſpondentes dixerunt: Nos vſque modo credebamus quia olera manducaremus.* Gloſſarium M.S. Monaſterij mei Ordinis Camberonenſe in Belgio à P. Roſuueydo citatum habet: *Compadium pulmentum, dictum quaſi campanium, eo quod cum pane edatur, non conuerſa in d.* At Hiſpanè *Compango* dicitur quidquid cum pane editur. Ad hæc libello 7.nu.10. de S. Macario ad ſepulchrum mortuorum ſe recipiente; *Traxit vnum corpus ſub caput ſuum, tanquam plumatium de ſcirpo*; quo loci *plumatium* non eſt nomen latinum, ſed trahitur ab Hiſpano, quo ſignificatum ceruical plumis ſuffarcinatum, *cabezal de pluma*. Item lib.8.num.4.& lib.10.num.44. *Erat ieiunans, biduanas lauando*: & iterum: *Quando eras iuuenis, non ieiunabas biduanas lauando? Crede mihi, quia & triduanas & hebdomadam.* Vbi *lauare* non ſignificat *eleuare* Latinè, ſed Hiſpanè *llevar*, id eſt: *llenaba dos y tres dias de ayuno arreo, y aun toda vna ſemana.* Libello item 10.num.18. *Dedit ei aurum, & nummos, & reſcellas*: à retraxit diminutiuum *reſcellas*, ad inſtar Hiſpani idiomatis, quod à *coſa* trahit *coſillas* per diminutiuum. Ita & libello 18. num. 16. ab *exilio* duxit verbale: *Abbas Ioannes, qui exiliatus eſt à Martino*, more Hiſpano, quo à *deſtierro* ducimus *deſterrado*. Clarius adhuc libello 14 num.4. *Baboſe, canem fatuum adduxiſti mihi*: quæ ſunt Verba Abbatis Pauli ad Ioannem diſcipulum, qui iuſſus ligatam trahebat leænam, ne extolleretur. *Baboſo* autem Hiſpanè, cuius ab ore defluunt ſaliuæ, nam ſaluia Hiſpanis *Baba* eſt. Non diſſimiliter libell.15. num.19. S. Moyſes Æthiops clericus factus, ac mox probro habitus ſecum loquens aiebat. *Bene tibi fecerunt cinerente, & cacabate; qui cum homo non ſis, quare te in medium hominum dare præſumpſiſti?* Hiſpanè *vieſque hecho zeniza* (*ò ceniciento*) *y caſcado*. In eumdem ſenſum ſuperiùs retulimus, barbaras ſuper Macarium immiſiſſet *cacabatas ollas & anſas vaſorum id eſt ollas caſcadas, ò caſcos de ollas*: atque inde forſan ex Hiſpano fonte in latium deriuatus eſt *caucus*, id eſt *caſco de barro o madera para beber*; quo nonnulli ex latinis vſi ſunt: vt Hieronymus de Diogene lib.2. in Iouini: *Habens ad potandum caucum ligneum:* Trebellius in Claudio. *Item in caucos, & ſciphos, &c.* Spartianus in Peſcennio habet, *caucum argenteum*, & Euodius Epigram.25. & Bonifacius epiſt.40. & Papias, qui ait: *Caucus vaſis genus.* Neque vero nouum eſt latinam linguam ab Hiſpana, vt alias à cæteris aliquas voces mutuere, vt *lepus, lancea ſparto*, & *pittacium*, hoc eſt *pedazo*, quo aliqui vſi ſunt, vt Zacharias Papa in Epiſt. 142. ad S. Bonifacium apud Serarium: Et Anaſtaſius Biblioth. in vita ſancti Ioannis Elemoſ.cap.10.& 51, vnde deducta *pitantia* Latinè, & Hiſpanè *pitanza*, quaſi *pedazo de peſcado o carne*: pluresque aliæ voces idem manifeſtant: qua de re egimus in Comment. ad M. Maximum Diſceptatione de vero Origine linguæ Hiſpanæ A. C. 516. numer.3. ad quem lectorem amando. Eiuſdem generis eſt vox *Amma* nobilibus fœminis ab Hiſpanis impertiri ſolita, ſignificans *Señora*, Latinè *Domina*, aut *Domna*, qua tamen Pelagius vtitur libell. 18. numer. 19. *Vos eſtis fatuæ; nam hæc eſt veſtra, & mea eſt amma.* Reperitur hæc eadem vox à Palladio ſæpiùs vſurpata videlicet cap.42. ſed in excuſſo à Roſuueydo: Verum in M. SS. & in edito Pariſiis *Domna* eſt, & in aliis *Nonna*, & congruit quod ſub infertur: *Sic enim vocant Matres ſpirituales.* Et eodem pacto legendum reor apud ipſum cap.57. *Damna Piamum*, & cap.137. *Domna Talida*: & cap. 18. *Domna Taor*; non verò *Amma Pramum, Amma Talida, Domna Taor*, aut *Nona*. Errandi enim anſam præbuit Pelagius citato loco, qui eandem ac Palladius rem narrauit. Tandem in Ioannis libello num. 8. Hiſpaniſmus planè eſt; *Vna vidua colligebat ſpicas de poſt nos:* Hiſpanè: *cogia eſpigas deſpues de nos.*

Interpres denique vetuſtioris libri de Verbis Seniorum, quiſquis ille ſit, cum in eadem hæreat ſalebra, eiuſdem idiomatis vir proculdubio cenſendus erit. Namque num. 14. *Gellonem* inducit: *Cum ad refectionis horam veniſſet, gello cum aqua, quam ad potum ſibi præparauerat, vertebat ſe.* Quæ ſanè vox eſt decurtata (an ab imperito librario?) à *cangilon*, qua vrceum ſignificamus. Pelagius lib.5. num.24. eam hiſtoriam refricans, poſuit *ſuriſculam* vocem itidem Hiſpanam, ſed vitiatam à librariis. Apud Iſidorum extat in Gloſſ. *Siraſcula* adhuc vitio non carens, cum oporteret ſcribi *Sariula*, vel potius *xarricula* diminutiuum à *xarra*, quæ vrcens eſt. Tot modis erratum eſt à diuerſis, cum ſibi ignotam vocem ſcriberent. Vtitur etiam auctor ille verbo *carricare*, quod onerare denotat, de quo num.13. dictum eſt. Quinimo numer.146. vbi iterum Pelagius eo vtitur: *Carricauit ſenex camellum*: etiam addit: *Cum autem diſcarricaſſet*, nouo verbo Hiſpano *deſcargaſſe*. Vtitur & voce *ſportellis* vſque ad nauſeam, tam ibi, quam alibi ſæpe: & *parentum* pro conſanguineis, more Hiſpanico *parientes* numer. 168. Nec prætermittendum quod numer.39. poſuerit *muſcata* pro odoramentis, quo pacto nos *nuezes moſcadas* dicimus ex odore bellario eis ſuperueniente. Et tandem vniuerſi Apophtegmatum tranſlatores phraſibus vtuntur humillimis, eo quod parum ab Hiſpanicis differrent, plus iuſto materno idiomati dediti; vt illa: *Adiuuabat ad animal caricandum*; Et: *Ecce iſtud bonum comparandum eſt.* Et illa Pelagij lib.7.nu.8. *Senex habebat notitiam hominum, inuidiatus autem ſenex malè loquebatur de eis.* Et cæteræ, quas enumerare poſſibile non eſt, cum totos expleant libros.

15. Antiqui Pelagij interpres Hiſpanus.

Vt ergo ad id, vnde digreſſa fuit, redeat oratio, à quatuor prædictis ſcriptoribus petenda ſunt, quæ de moribus Scithiotarum compendio accepimus ab antiquis: quod nimirum penè omnia quæ in medium ad inſtructionem Monachorum proferunt, à ſanctis Patribus Scithis habitatoribus deſumpta ſunt; vt tute lector ex ſequentibus facile animaduertes.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Ipſa Scithiotarum inſtituta, & mores.

16. *Democratiā eligunt.*

1. NEmo inter eos ad clauum ſedebat tanquam ſupremus moderator, quo vno à cæteris religioſorum cœtibus ſegregabantur, democratica contenti, monarchiam auerſati. Aliàs & Arſinoitæ Antonium, & Nitriotæ Ammonium, & Pachomium Tabenneſiotæ gubernatorem vnicum agnoſcebant, in quorum decedentium locum alios ſuffectos oſtendimus cap.3.num.13.& 24.& adhuc inferius de Tabenneſiotis oſtendemus. Plane illis quadrare videtur alterum ex quatuor minimis terræ, quæ Salomonem Prouerb.30. Sunt ſapientiora ſapientibus. *Regem locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas:* vbi Beda: *Poteſt autem in locuſta Anachoretarum concors vnitas accipi, quæ cum homine præceptore nullo in ſuis latibulis rogatur, infatigabili tamen inſtantia in ſuis quæque locis Chriſto militare, & malè pullulentia carnalium voluptatum germina conſueuit abſumere.*

Abbates qui dicantur.

2. Senes omnes ſeu Abbates in Scithi vocem in Conuentibus habebant. (Vocabant autem *Abbates* eos, quos cani commendabiles facerent, eoſve quorum eximia ſanctitas id ſibi nomen extorqueret, vt Agathin, de quo Pelagius lib.15. nu.40. *Narrauit Abbas Ioſeph: Quia ſedentibus nobis aliquando cum Abbate Paſtore, nominauerit Abbatem Agathonem. Et diximus ei; Iuuenis eſt; quare eum appellas Abbatem? Et dixit Abbas Paſtor: Quia os ſuum fecit eum appellari Abbatem*) quos frequentiùs pro rebus maioris momenti expediendis celebrabant: nimirum pro Presbyteris, & Diaconibus creandis, pro delinquentium fratrum correctione, pro ieiuniis ſpecialibus indicendis, pro ſolemnitatibus celebrandis, & id genus aliis occurrentibus negotiis.

17. *Presbyterorum & Diaconorum electio.*

3. De Capitulo Generali pro eligendo Iſaac in eremi Presbyterum narrat rem geſtam Palladius lib.de Verbis Senior. num. 22. & Paſchaſius cap.33.num.2.his: *Conſilium inter ſe habuerunt ſeniores Patres, & omnes Monachi habitantes in eremo Scithi, & conſenſerunt vt Pater Iſaac Presbyter eis ordinaretur in Eccleſia, quæ in ipſa eremo ſita eſt: vbi conuenit die & hora ſtatuta multitudo Monachorum, qui in illa eremo conuerſantur.* Quæ rurſus ſubdit de fuga eius ne ordinaretur, ad rem iſtam non faciunt. Notatione tamen dignum reor, locum habuiſſe in quo congregabantur, id eſt Eccleſiam in medio omnium extantem; & quod hora & dies indicebantur pro Comitiis celebrandis (vt ego exiſtimo) à Presbytero: is enim ad vniuerſam Congregationem loqui de negotiis conſueuerat occurrentibus, vt videre eſt apud Pelagium libell. 7.num.14. aiente de quodam Capitulo Generali: *Dixit Abbas Paſtor: Quia Iſidorus Presbyter de Scithi alloquutus ſit aliquando plebem fratrum dicens Fratres, num ad laborandum venimus in hoc loco? &c.* Extat apud eundem Pelagium libel.15. nu.21. de aliis Comitiis mentio, vbi Theodorus Abbas ad Diaconum electus eſt, tametſi nunquam acquieuerit electioni, Diuina quadam reuelatione ſibi ſuffragante. Sed & Caſſianus collat.21. cap.1. de electione Abbatis Ioannis in Diaconum agens, ait: *Non enim ad hunc gradum quilibet propria voluntate, aut ambitione prouehitur; ſed is quem cunctorum ſeniorum cætus ætatis prærogatiua, & Fidei atque virtutum teſtimonio excellentiorem omnibus, ſublimioremque cenſuerit.* Idem refert c.9. de Elia, & Theona Abbatibus.

Quidni in Comitiis vocem haberent.

4. Quod verò in iis ſenes omnes vocem haberent, ſatis oſtendit Abbas Agathon apud eundem Pelagium libello 10. numer. 12. *Namque idem Abbas Agathon, cum fuiſſet Conuentus pro quadam cauſa in Scithi, & fuiſſet cauſa ipſa ordinata* (hoc eſt expedita) *poſtea venit, & dicit eis. Non bene ordinaſtis cauſam. Illi autem dixerunt ei: Tu quis es qui vel loqueris? Et ille reſpondit: Filius hominis; ſcriptum eſt enim: Si verè vtique iuſtitiam loquimini, iuſta iudicate filij hominum.* Plane innuens, vnum ex iudicibus cauſarum eremi ſe eſſe, quia intererat iuſtitiam tueri. Idem elicimus ex libr.9. eiuſdem Pelagij num.4. vbi ait: *Fecerunt ſeniores Conuentum, & miſerunt ab Abbatem Moyſem dicentes, vt veniret: ille autem venire noluit. Miſit autem ad eum Presbyter dicens: Veni quia plebs fratrum te expectat. Et ille ſurgens venit.* Vbi & illud obiter notarum, quod niſi à Presbytero vocatus, non acquieuit venire: nam eius erat ad Collectam conuocare.

18. *Culparum iudicium veniale.*

5. Porrò fratrum culpas in communi Conuentu diiudicari apud eos ſolere, teſtatur ipſe Pelagius proximè cit. numer.4. inquiens: *Frater aliquando in Scithi inuentus eſt culpabilis, & fecerunt ſeniores Conuentum, & miſerunt ad Abbatem Moyſem dicentes, vt veniret &c.* Et num.9. *Factus eſt aliquando Conuentus in Scithi, & loquebantur Patres de quodam fratre culpabili.* Palladius à me vindicatus de eiſdem comitiis agens n. 136. non vnius duntaxat delicta tunc ſeniores examinaſſe contendit, ſed multorum; quaſi generalem delictorum viſitationem facientes: ait enim. *Peracta Congregatione ſemel in Scithi, dum Patres de multorum vita, & de rebus plurimis loquerentur, Abbas Pior tacebat.* Et tunc quidem Prioris prudentia enituit, quippe vt doceret Patres zelum erga delinquentes, qui ſuum deflerent caſum, piè eſſe temperandum propriorum peccaminum recordatione: *Foras egreſſus, tollens ſaccum impleuit arena, & portabat in dorſo ſuo: Et iterum in alio paruo panno miſit alteram arenam, & portabat ante ſe. Videntes autem cæteri fratres, requiſierunt ab eo, quod eſſet hoc exemplum; Et reſpondit dicens: Iſte ſaccus, qui habet multam arenam, mea peccata ſunt, quoniam plurimæ ſunt iniquitates meæ, & ecce dimiſi ea poſt dorſum meum, nolens ea videre, ne pro illis doleam, vel plangam. Et ecce pauca hæc delicta fratris mei ante oculos meos poſui, & crucior in ipſis condemnans fratrem. Sed non oportet ſic iudicare; ſed mea magis ante me adducere, & de ipſis cogitare, & rogare Deum, vt indulgeat mihi.* Placuiſſe vero vniuerſæ Patrum multitudini Pioris iudicium, generalis eorum declarauit vox: nam ſequitur: *Quod audientes Patres dixerunt: In veritate hæc eſt via ſalutis.* Imponit hoc factum Pelagius Moyſi numero illo 4. Et rurſus Piori nu.9. ſequenti. Mihi verò ſuaderi nequit vtrique contigiſſe, nec ſimul in eodem Conuentu cum de ea re non conueniſſent, nec in alio: alias in poſteriori ceſſarent circunſtantes mirari, & rogare de mente hyeroglyphiſti. Sed Anonimus Græcus, quem nobis Pelagius edidit, dū hinc inde ſeniorū Apophtegmata corraſit, errorē duorū Codicum ſimul expreſſit. Illud tamen ab eo accipiendum, quod Palladius tacuerat: *Illi autem audiente, nihil locuti ſunt fratri, ſed ignorauerunt ei.* Porro in eis

Digitized by Google

iudiciis nullius accipi ſolere perſonam, inde deducitur; quod magno quoque Arſenio diſſimulare nequiuerunt, quod non ſatis decenter ſederet: nimirum in ſublimè alterum e pedibus habens. Quod quidem etiam ſe finxit Paſtor deliquiſſe; vt eo correcto Arſenius audiens corrigeretur. Quod fuſius in eius vita narrat Metaphraſtes.

19. Palam ſeipſos arguebant.

6. Mos erat itidem, vt & fratres delinquentes confiterentur peccata coram multitudine. Quocirca & illud accidit, quò Abbatis Paſtoris enituit erga eos pietas, quem Monachum in Scithi egiſſe prodit Pelagius. libel 15 num. 11. Enimvero cum dixiſſet frater quidam: *Feci peccatum grande, & volo triennio pœnitere; dixit Abbas Paſtor.: multum eſt. Et dixit ei frater: Iubes annum vnum? Et dixit iterum ſenex. Multum eſt. Qui autem præſentes erant* (Ecce coram multitudine crimina ſua manifeſtabant) *dicebant, vſque ad 40. dies. Senex autem dixit. Multum eſt. Et adiecit dicens. Ego puto, quia ſi ex toto corde homo pœnituerit, & non appoſuerit facere iterum vnde pœnitentiam agat, etiam triduanam pœnitentiam ſuſcipiat Deus.* Ita refert ipſe Pelagius lib. 10. num. 4.

Probabantur virtutes.

7. In eiſdem Capitulis generalibus mos erat de alicuius Patris virtute periculum facere. Id elicio ex eodem Pelagio lib. 16. n. 7. Vbi ait: *Facta aliquando congregatione Patrum in Scithi, cum voluiſſent ſenes probare Abbatem Moyſem, contempſerunt eum, dicentes. Vtquid ille Æthyops venit in medium noſtrum? Ille autem audiens tacuit. Cum vero dimiſſus eſſet Conuentus, dixerunt ei qui eum iniurioſè tractauerant: Nec modo non es turbatus? Et ille reſpondit. Turbatus ſum, & non ſum locutus:* Verbis Pſ. 67. vſus.

20. S. Scripturæ dubia enodebant.

8. Sed & ſi quod dubium de Scripturis ſacris patribus emergebant, in Comitiis tractabatur. Hac de re audi Pelagium lib. 15. num. 24. ita diſſerentem. *Collecti ſunt aliquando fratres, qui habitabant in Scithi: & cœperunt intra ſe quærere de Melchiſedech Sacerdote. Obliti ſunt autem vocare Abbatem Coprem. Poſtea autem vocantes eum interrogabant eum de eadem quæſtione. Ille autem tundens tertio os ſuum, dixit: Væ tibi Copres, quia quæ mandauit tibi Deus vt faceres, dereliquiſti; & quæ a te non requirit, illa ſcrutari, præſumis.* Vide autem docilitatem Patrum. *Hæc autem audientes fratres, fugerunt ſinguli in cellas ſuas.* Pariter apud eos literarum prouentus montem illum afferre ſolitum, mox docebimus.

Concionabantur ſenes.

9. *Mos erat ipſis* (nunc Metaphraſtem loquentem induco in vita Magni Arſenij apud Lipom tom. 6. & Surium. tom. 4. die 19. Iulij) *cum certis temporibus ſoli eſſe intermiſiſſent, ſimul conuenire, & de vtilitate animæ ſermonem agitare. Hoc autem eſt vel quædam laborum mutatio ad recreandum animum, nec ſuperuacanea, nec inconducibilis. Poſtquam fuerunt omnes ſimul congregati, rogatus eſt ab eis Arſenius aliquem incipere ſermonem, qui aliquam afferret vtilitatem. Is autem Patribus potius obediens, quam aliquid faciens ad oſtentationem, neque volens oſtendere doctrinam quam collegerat, & alioqui expedita quadam & ſimplici vtens oratione.*

SERMO S. ARSENII. Ad Fratres in Capitulo congregatos.

21. Interioris hominis cura maior adhibenda.

FRatres (inquit) & Patres, omnem rem quam quis aggreditur, præcedit cauſa aliqua, & ſcopus propter quem agitur. Cauſam vero cur nos ex mundo fugerimus, nullam aliam dixerimus, niſi vt purgemus animam, & quæ eam conſequitur ſalutem adipiſcamur. Studendum eſt ergo nobis, vt nos purgemur pro viribus, & maximè interiorem hominem, vbi etiã maius eſt bellum, & victoria difficilior. Multi enim ſunt, qui, quod attinet ad carnis pollutionem & peccati operationem, magnam oſtenderunt continentiam, & vſi ſunt ieiuniis, & aliis afflictionibus. De pollutione autem cogitationis, imperfecta purgatione nihil omnino cogitauerunt, etiam ſi ſit præceptum, non de purgatione ſolum carnis, ſed etiam ſpiritus. Quin etiam omnibus quidem curæ fuit, vt fugerent fornicationem, aliaſque voluptates: vt autem vitia occultiora, nempe inuidiam, gloriæ cupiditatem, nimiam de ſe perſuaſionem, pecuniarum amorem, & quæ eſt omnium peſſima, ſuperbiam. Vt has, inquam effugerent perturbationes, pauci admodum curarunt. Ea ratione hi dimidiam habent purgationem, vel potius maiori, & præſtantiori parte manent impurgati: ſuntque veluti ſtatuæ, quæ ſæpè quidem extrinſecus auro, vel ære fulgent; internè autem plenæ ſunt immundiſsiis, & quavis alia viliſſima materia. Ab his ergo non manifeſtis vitiis nos vel maximè ſtudeamus expurgare.

Diaboli technæ aduerſus Monachos.

Porro autem hoc quoque nos non lateat, ô fratres, quod noſter inimicus diabolus multis, & variis vtens machinis nos conatur decipere, & boni prætextu in mala impellere: vt Verbi cauſa ſuggerens hoſpitalitatem, & conſequenter fratrum qui accedunt gratam, & benignam exceptionem, efficit vt ſimul comedant, & compotent. Cauſa autem eſt bonum charitatis. Deinde ſic paulatim ſuffurans, & attrahens, imprudentes nos trahit, vt ventri ſeruiamus, & deinde nos ad ſacietatem libidinis polluit, & voluptatibus. Aliis rurſus ſubmittens in omnium eleemoſinam, & in pauperes beneficiẽtiam, immittit amorem pecuniæ, & furorem impellit auaritiæ. Aliis autem multorum vtilitatem tanquam eſcam porrigens, efficit vt ſilentium, & quietẽ relinquant, tãquam rem inutilem; & vt cum multis quidem mundanis habeant conſuetudinem: & nonnunquam etiam cum mulieribus incautè hoc faciant perſuadet, tanquam qui iam eo peruenerint, vt ſint impatibiles: ſic miſeros reddit libidinoſos, & ferventes animæ perturbationibus. Aliis nullam exhibens moleſtiam, & vt à nullo capiantur vitio inſidioſè procurans extulit in ſuperbiam, & ſic facile præcipitantur. Nonnunquam autem faciens, vt a bellando abſtineant, & maximè hi, ad ſuſcipienda exercitationis certamina ſe paulo ante exuerant, decepit efficiens vt eſſent ſecuri, & de nulla re ſolliciti. Ex quo factum eſt, vt cum eos iniecerit in ſocordiam, & vt labores negligerent effecerit, repentè eos inuaderet tanquam expugnatu faciles, & inermes, & ſic maxima tempeſtate eorum mentes labefactaret, & conturbaret; & ſæpè etiam in vitiorum profundum immergeret. Alios rurſus cum vt ſibi fiderent perſuaſiſſet, vt qui iam ad maiorem perueniſſent menſuram, ſuggeſſit, vt eis crederentur aliorum cogitationes, vitiorumque & bellorum an-

nuncia

nunciatione & bellorum annuntiationes. Quibus cum nondum rectè ſua vitia abluiſſent; primum quidem recordationem, & informationem eorum, quæ audierunt, immiſit, non abſque animi perturbatione: deinde verò etiam miſeros impulit ad carnis pollutionem.

Quoniam ergo tentatoris inſultus ſunt tam varij, tamque multiplices, & tam difficiles ad deprehendendum; nobis quoque multa cuſtodia, ſobrietateque opus eſt, & ad bonum attentione (deeſſe videtur, *& iugi ad Deum oratione*) *vt ab ipſo illuminati, imprudentes malo tanquam bono non vtamur, & non animaduertentes in noxia incidamus; ſed vigilemus, & ſobrij ſimus; conſiderantes vnde nam, & quandò, & quomodo ille facit inſultus; & in nullo oſtendamus, propterea quod animum minimè adhibuerimus.*

Hactenus ſermo Arſenij *ad Monachos qui erant congregati*, quam placuit in medium adducere, vt ex eo lector eliciat, quam exactè de interioris hominis valetudine medenda Patres illi in Comitiis tractarent, & moris illius commendabilis aliqualem typum concipiat. Sed ad alios exponendos ſe vertat oratio.

22. Oratio publica pro ingruenti neceſſitate.

10. Indicebatur in Congregatione communis ad Deum oratio pro ingruentibus neceſſitatibus. *Venit aliquando quidam dæmonium habens in Scithi.* (Verba ſunt Ioannis ſubdiaconi libel. 2. numer. 4.) *& facta eſt pro eo oratio in Eccleſia, & non egrediebatur dæmon ab eo; quia durus erat. Dicunt autem ad inuicem Clerici loci illius* (erant vero Iſaac, & Iſidorus) *Quid faciemus huic dæmoni? Nemo poteſt eum eiicere, niſi Abbas Beſarion:* Quod tamen eo adueniente perfectum eſt. Verùm hic tantus erat, vt de eo poſtea ſenior referret: *Vidi hominem in Scithi, qui poterat facere vt ſol ſtaret in cœlo, ſicut fecit Ioſue filius Nauè.* Narrat id ipſe Ioannes num. 5. qui tamen. 3. præcedenti de eodem ſcripſerat dixiſſe. *Obſecro Domine ſtet ſol, donec perueniam ad ſeruum tuum, & factum eſt ſic.*

Ieiuniorum indictio.

11. In Congregationibus ſpecialia indicebantur ieiunia; de quibus eſt illud Pelagij lib. 15 num. 4. *Factum eſt aliquando in ſcithi mandatum, vt ieiunarent illa hebdomada, & facerent Paſcha.* Cauſam indictionis non aperit: Verum cum dicitur factum de ieiunio ſpeciali mandatum, neceſſariò innuitur, non de maiori ſeu *pænoſa* hebdomada ſermonem fieri, ſed de alia quavis pro voluptate Patrum congregationi indicta; & ideo nomen Paſchæ latiùs accipiendum pro ſolemnitate ab eis ſpecialiùs celebranda. Similiter lib. 10. num. 109. *In Scithi Presbiter prædicauit in Eccleſia plebi dicens: Ieiunate, & extendite abſtinentiam veſtram fratres, &c.*

23. Feſtorum celebratio.

12. Congregabantur denique in Scithi Patres, vt ſolemnitates Domini, & ſanctorum eius ſolemniori ritu, & communi tripudio celebrarent. Et tunc quoque ſolemniùs ſoluebant ſolita ieiunia, addito etiam, ſi fortè ad manum eſſet, parum vini per ſingulos ſenes, quod quandoque ex eleemoſinis dari contingebat. *Facta eſt aliquando feſtiuitas in Scithi, & dederunt ſeni in calice vinum, quod abiiciens dixit; Tolle à me mortem iſtam. Quod videntes alij, qui cum ipſo edebant, nec ipſi biberunt.* Ita Pelagius libel. 4. numer. 53. Et ſequenti 54. ſubiicit aliud ſimile, & ſanè notabile; vt quiſque apud ſe reputet, ſi quandò vinum propinabatur in Feſtis ſcithenſibus, durè à multis id habitum, & quaſi inſtituti relaxationem. *Alia vice allatum eſt ibi vaſculum vini de primitiis; & vt daretur fratribus ad ſingulos calices. Et introeunte quodam fratri; & vidente quia vinum acciperent, fugit in cryptam; quæ crypta cecidit. Et cum audiſſent ſonum; currentes inuenerunt fratrem ſemi animam iacentem; & cœperunt eum obiurgare dicentes; Bene tibi contigit quia vanam gloriam habuiſti. Abbas autem refouens eum dixit: Dimittite filium meum; bonum opus fuit. Et viuit Dominus, quia non readificabitur crypta hæc temporibus meis; vt cognoſcat mundus quia propter calicem vini cecidit crypta in Scithi.* Cæterum aquam potius miniſtrari ſolitum, probat quod ipſe Pelagius narrat libel. 10. numer. 28. *Venerunt aliquando ſenes in Scithi* (id eſt conuenerunt intereſſe) *Et erat cum eis Abbas Ioannes Nanus: Et dum comederent, ſurrexit quidam Presbyter, vir magnus, vt daret per ſingulos vaſculum aquæ paruum ad bibendum: & nemo acquieuit accipere ab eo, niſi ſolus Ioannes Breuis* (ſeu Nanus) *Admirati ſunt autem cæteri, & dixerunt ei: Quomodo tu cum ſis omnium minor, præſumpſiſti miniſterio vti viri ſenis, & magni? Et dicit eis: Ego quando ſurgo dare aquam, gaudeo ſi omnes biberint, vt mercedem acquirant: nunc igitur propterea ego ſuſcepi, vt faciam ei qui ſurrexit inuenire mercedem, ne forte etiam contriſtetur, nullo ſumente ab eo. Hæc cum dixiſſet, admirati ſunt omnes de diſcretione eius.* Nec omittenda Macarij diſcretio, quam Patres ita commendabant (verba profero Pelagij lib. 4. num. 26. qui id ex Palladio deſumpſit num. 53.) *Dicebant de Abbate Macario, qui ſi vacauit inter fratres* (ſic vocat ieiuniis ſtrictioris ſolutionem) *ponebat ſibi terminum, vt quando inueniebatur vinum, & propter fratres bibebat; quo vno calice vini, die integra aquam non bibebat. Et fratres quidem volentes eum recreare, dabant ei vinum: ſed & ſenex cum gaudio ſumebat, vt ſemetipſum poſtea cruciaret. Diſcipulus autem eius ſciens cauſam, dicebat fratribus: Propter Deum rogo, ne detis ei, quia in cella poſtea ſe cruciatu domat. Quod cognoſcentes fratres, vltra ei vinum non dederunt.* Sed de feſtiuis gaudiis ſatis.

24. O dinata ſeſſio.

13. Ne quis verò putet, tumultuariè Scithiotas congregari ſolitos, & abſque delectu ſedere; ſciat in his congreſſibus locum ſibi debitum vnicuique aſſignatum, & obſeruatum fuiſſe. Ita prorſus elicere cogimur ex eo quod Ioannes ſubdiaconus recitat de Conuentu facto pro liberando Energumeno (lib. 1. num. 4. dixiſſe videlicet Patres: *Nemo poteſt eum eiicere, niſi Abbas Beſarion, & ſi rogauerimus eum pro ipſo, nec in Eccleſiam veniet. Hoc ergo faciamus. Ecce venturus eſt ante omnes manè in Eccleſiam; faciamus eum qui vexatur ſedere in loco ipſius, & cum ingreditur, ſtemus ad orationem & dicamus ei: Excita fratrem iſtum Abba.* (nimirum ei, qui locum eius occupabat, iuberet ſibi locum dare) *Fecerunt autem ſic.* Et cum manè accedens Baſarion diceret: *ſurge egredere foras*, confeſtim liberatus eſt.

Alterna monitio.

14. *Hoc erat opus habitantium in Scithi; vt animarent eos qui impugnabantur à quacumque paſſione: & extorquebant ſibi laborem vnde inuicem lucrarentur bona.* Sic refert hanc Scithiotarum conſuetudinem Pelagius lib. 11. num. 15 cum circa eius obſeruantiam narraſſet Abbatem Ioannem *Breuem* nunquam deſtitiſſe repplicare patienter eadem monita ſeni obliuioſo. Et cum ille Ioannem grauare vereretur importunitate ſua, adducta in medium lucerna, quam non grauaſſent mille ab ea accenſæ, ſubintulit. *Ita nec Ioannes*

Digitized by Google

læditur, ſi tota Scithis veniat ad me : nec impedit me a charitate Dei. Quando igitur vis, veni nihil haſitans.

25. Monaſteria & cellæ.

15. Quod ad ædificia ſpectat eius montis, quæ proculdubio paupertatis amatores viliſſimæ ſtructuræ formabant, & cellas reperio apud eos fuiſſe, & Monaſteria. De Monaſteriis adduxi ſuperius Macarium fuiſſe primi conditorem ex Ioanne libell. 3. num. 15. Fuiſſe Macarium, qui Scithi prius Monaſterium fecit : & paſſim apud prædictos *de Verbis ſeniorum* ſcriptores Monaſteriorum Scithicorum mentio occurrit. Et Moſcus cap. 152. diſſerit de *Monidy* cœnobio inquiens. *Acceſſimus ad Abbatem Marcellum Scithiotam in Monaſterium Monidion, &c.* Sed quod à Marcello extructum fuerit ad inſtar ſuorum extra Scithim, poſtquam à Barbaris deſtructa eſt, vbi priùs annos 35 egiſſe dicitur. De antiquis agit idem Moſcus cap. 13. Verum non ſic conſtructa crediderim ſcithica cœnobia ; vt noſtra, ſed ita, vt quivis cellam ſuam haberet, quæ ſi multæ prope ſe inuicem eſſent, dicebatur *Monaſterium.* Alias erant quibuſdam magnis ſenibus cellæ in ſolitudine conſtructæ, vt Eremitarum moribus inſeruirent. De cella Arſenij ſcribit Pelagius lib. 2. num. 6. *Quia erat cella eius longè in millia XXXII.* id eſt à fratribus diſtans. Et apud Palladium lib. de Verb. ſenior. num. 216. *Abbas Zenon dum eſſet in Scithi, egreſſus eſt nocte de cella ſua ambulare per eremum. Et factum eſt dum longius proceſſiſſet, errauit per tres dies, & noctes,* eguitque Angeli miniſterio, vt ad cellam reduceretur Porro cella vna à patribus vno die perficiebatur, vt Palladius in lauſ. refert cap. 9. *In vno die cellas faceret, vno quidem ſubminiſtrante lutum, altero vero laterem, alio autem hauriente aquam.* Clarius Ruffinus de vi. PP. cap. 2. *In vna die aduenienti fratri cellulam ædificabat. Erat in hoc opere magna alacritas fratrum, vnoquoque eorum feſtinante lateres connebere, aut lutum porrigere, aut aquam infundere, aut ligna deferre.* De trabe, cui tectum cellæ innitebatur, mentio eſt apud Pelagium lib. 10. num. 33. ſub nomine Paſtoris Abbatis Scithiotæ : *Intendit ſenex ad tectum cellæ, & dicit ei: Quid eſt hoc ? Et ille reſpondit : Trabes eſt quæ portat tectum, &c.* De Petra ſciſſa, & lignis ſibi fieri iuſſis aliquando Macarius in Scithi apud Ioann. ſubdiac. libel. 3. num. 2. *Tum dixi eis: Venite, facite vobis cellulam Dedi autem eis ſecurim, & oſtendi etiam illis duram petram dicens : Excindite hic, & adducite vobis ligna de palude : & cum impoſueritis tectum, ſedete in eodem loco.* Lego etiam quaſdam cellas à Theodoro, & Horreli. ctas, quod ex lateribus eſſent : Peleg. lib. 3. num. 19. *Flentes reliquerunt locum ex lateribus, & ſic receſſerunt in cellis ſuis :* Planè quod pretioſiores ſolito eas putaſſent : & tamen non lego coctos lateres igne.

26. Ex omni genere & ætate hominum admittebantur.

16. Ex omnium hominum genere ætate, & qualitate in ſcithi ad Monachatum admittebantur: nec quiſquam inde petentium arcebatur, ſi tamen ſpiritu ageretur. Ita ſanè floruiſſe inibi nouimus & Nanum, & Æthiopem, & ſeruum ; id eſt Abbates Ioannem, Moyſem, & Olympium, Ioannes quidem vnus ex his, quos Latini *pumiliones* dicunt, Græci Nani, & Hiſpani *Enanos* ; id circo vulgo nonnunquam *Ioannes Breuis*, aliquando clarius *breui ſtatura*, & ſæpè *Nanus* apud ſcriptores noſtros nuncupatus : neſcio vbinam nunc temporis ad habitum admitteretur : à Scithiotis tamen receptus eſt, quod nimirum iuuenculi flagrantiſſimo ardore ſpiritus motum viderent. Nam & Palladio num. 56. & Pelagio lib. 10 num. 27. teſtibus ; *Dicebant de Abbate Ioanne ſtatura breui ; qui dixerat aliquando fratri ſuo maiori: Volebam eſſe ſecurus, ſicut Angeli ſunt ſecuri, nihil operantes, & ſine intermiſſione laudantes Deum. Et ſpolians ſe quo veſtitus erat, abiit in eremo* (ô mirum puerunculi candorem, ardoremque ;) *& facta ibi hebdomada vna reuerſus eſt ad fratrem ſuum. Et dum pulſaret oſtium, reſpondit ei antequam aperiret, dicens : Quis es tu ? Et ille dixit. Ego ſum Ioannes. Et reſpondit frater : Ioannes Angelus factus eſt, & vltra inter homines non eſt. Ille autem pulſabat dicens : Ego ſum. Et non cito aperuit ei, ſed dimiſit eum affligi. Poſtea verò aperiens dixit ei : ſi homo es, opus habes operari, vt viuas : ſi autem Angelus es, quid quæris intrare in cellam ? & ille pænitentiam agens, dixit : Ignoſce mihi frater, quia peccaui.* Euaſit nihilominus prudentia, & ſanctitate inter nominatiſſimos vnus : extantque vtriuſque teſtium geſta, & ſententiæ admiratione digniſſimæ apud prædictos autores Moyſes è Nigritarum regione ad Monachatum admiſſus, miros in ſanctitate & ſapientia progreſſus fecit. *Cum factus eſſet Clericus* (Pelagio lib. 15. num. 29.) *poſuerunt ei ſuper humerale, & dixit ei Archiepiſcopus: Ecce factus es candidatus Abba Moyſes. Et ille reſpondit* (comiter profectò) *Putas a foris Domine Papa an de intus?* Tunè probandæ patientiæ gratia (quod ſupra retulimus) Clerici indignatione ſimulata dixerunt ; *Exi frater Æthiops.* Hunc ex inſigni latrone Monachum factum prodit Metaphraſtes in vita Arſenij, & Martyrologia ad diem 28. Auguſti. Rurſus Olympius ſeruus fuerat diuitum Alexandrinorum, & de eorum licentia ſcithim petiit : vbi & tanta præditus fuit humilitate, vt deſcenderet per ſingulos annos in Alexandriam portans mercedes ſuas dominis ſuis : quas etiam a renuentibus accipere cogebat. Cætera eius ſcribunt Palladius num. 17. & Pelagius lib. 15. num. 31. qui nomen eius prodit quod Palladius tacuerat : *Et ex hoc factus eſt nominatus in Scithi.* Quod ad ætatem ſpectat recens conuerſorum in ea eremo, Arſenius argumento eſt ſenes minus inde ablegatos, quippe qui LXV. annorum metas attingens conuerſus, in ſcithim perrexit. Pueros quoque in cœnobiis eius educari ſolitos, refert Pelagius lib. 5. num. 21. *Dicebant.* (ait) *de quodam ſene, quia deſcendit in Scithi, & habebat filium adhuc ſugentem lac. Qui quoniam in Monaſterio nutritus eſt, quæ eſſent mulieres neſciebat. Qui cum factus eſſet vir, oſtendebant ei nocte dæmones habitus mulierum, & nuntiauit patri ſuo, & mirabatur. Aliquando ergo aſcendit cum patre ſuo in Ægyptum, & videns mulieres, dixit patri ſuo : Abba, ecce iſta ſunt, quæ veniebant ad me de nocte in ſcithi. Et dixit ei : Iſti ſunt Monachi de ſæculo fili : alio autem habitu vtuntur iſti, & Eremita alio. Et miratus eſt ſenex, quomodo in ſcithi oſtenderent & dæmones imagines mulierum.* Libello itidem 16. num. 15. *Narrauerunt de ſene quodam, quia habuerit puerulum cohabitantem ſecum, &c.* Cæterum experientia compertum ab eis fuit, non oportere ad habitum recipere : Quod quidem Iſaac Abbatem Congregatione fratrum monuiſſe narrat Pelagius lib. 10. num. 32. lugubri inducta cauſa. *Dixit Abbas Iſaac Thebæus fratribus ſuis : Pueros hic non adducatis : quia propter pueros in ſcithi quatuor Eccleſiæ ere-*

mus

Digitized by Google

mus facta ſunt. Quod qua ratione, aut quo illorum vitio acciderit, reperire non potui: tametſi de pueris indiſciplinatè agentibus in eremo, & ſenes flocci pendentibus, multa habeat idem autor libel. 16. n. 14. & 15.

27. Facilis erectio 17. Quos facile recipiebant, haud difficilè de Cœnobiis eiiciebant, ne oris morbida gregem contaminaret: vt prudenter diſpoſuit S. P. Benedictus cap. 28. Regulæ. Etiam negligentem fratrem idem Iſaac è Cœnobio expulit, de quo Pelagius lib. 9. num. 3. & prius Palladius num. 157. qui *venit aliquando,* ait, *Abbas Iſaac in cœnobium* (à cella vtique eremi) *& vidit illic fratrem negligentem, & iratus iuſſit illum expelli de cœnobio* lego & ab Angelo reprehenſum dicente: *Vbi iubes vt mittamus illum fratrem qui peccauit?* ſed id factum reor, quod fratrem facti pœniteret. Alias etiam de ore Angeli dictum lego: *Si contigerit de illis perfectis aliquam vel in paruo peccare, mox prodatur:* Quod proculdubio horrorem audientibus incutiat. Idem quoque libel. 10. num. 18. autor eſt, *quia quando erat in Scithi Abbas Arſenius, erat ibi Monachus quidam rapiens ea, quæ habebant ſenes. Abbas autem Arſenius volens eum lucrari, & ſenibus quietem præſtare, tulit eum in cellam ſuam, & dicit ei: Quidquid vis ego tibi dabo: tantum non rapias. Et dedit ei aureos, & nummos, & reſcellas, & omne quod in reſponſo ſuo habebat, dedit ei. Ille autem verum rapiebat, ſenes vero videntes quia non quieuit, expulerunt eum dicentes. Quia ſi inuenitur frater habens de infirmitate corporis aliquid oportet ſuſtinere eum: ſi autem furatur, & admonitus non quieſcit, expellite eum, quoniam animæ ſuæ lenimentum facit, & omnes in eo loco habitantes conturbat.* Quam ſententiam in omnes incorrigibiles latam è ſenioribus, his refert Metaphraſtes in Arſenio. *Illorum debemus ferre infirmitates, qui ducuntur pœnitentia, & ſeipſos conferunt ad correctionem: cum autem credebatur hunc eſſe immedicabilem, eum potius expellere oportet & procul amandare, vt qui ſit valde pernitioſus in cohabitatione.*

28. Paupertas. 18. Summa Scithiotæ pollebant paupertate. Hac de re Pelagius libel. 6 num. 19. hæc refert. *Venit quidam vir magnus ignotus portans ſecum aurum in Scithi, & rogabat Presbyterum eremi, vt erogaretur ad fratres. Dixit autem ei Presbyter: non opus habent fratres. Et cum nimis eſſet vehemens, & non acquieſceret, poſuit ſportam cum ſolidis in ingreſſu Eccleſiæ; & dicit Presbyter: Qui opus habet, tollat. Et nemo tetigit. Quidnam autem nec aſpexerunt. Et dicit ei ſenex: ſuſcepit Deus oblationem tuam: Vade, & da illud pauperibus. Et valde ædificatus diſceſſit.* Eius rationem ab Agathone accipe. Nam cum non diſſimiliter quidam vir rogaret Abbatem Agathonem (ita Palladius num. 71. *vt pecuniam illius ſuſciperet in propria ratione*, nolebat ille dicens: *Non eſt neceſſe mihi, quia opera manuum mearum me paſcunt. Cum autem illo perſiſtens diceret: propter indigentes dignare ſuſcipere: Duplex verecundia eſſet; quia non indigens ſuſcipit, & aliena præſtans vanæ gloriæ ſubiacebo.* Innuit Pelagius lib. 6. num. 17. neque ſic adhuc acquieuiſſe. Sed quid eſt (ais forſan) quod paſſim legimus, eoſdem Patres nummos aliquando argenteos, & aureos apud ſe habuiſſe? Numquid licebat cuivis pecunias poſſidere? aut quamnam eorum paupertatem commendamus, qui pecunias poſſidebant? Sanè qui aliorum ſub ſe degentium cura habebant, vt Abbates, & Monaſteriorum Procuratores, vellet nollent, pecuniâ ex labore manuum Monachorum prouenientem, non quidem poſſidere vt domini, ſed diſpenſare in victus veſtitusvè ratione prouidenda neceſſe habebant. Sic Arſenius, cuius aliquando penum refertum vidiſti, pro diſpenſatione diſcipulorum refertum habuiſſe ne dubites: nam & diſcipulorum eius, Danielis ſcilicet, Alexandri Zoyli, & Amoys apud ipſum degentium multa in noſtris autoribus mentio eſt præſertim apud Pelagium lib. 11. num. 4. & 8. & lib. 15. num. 9. & lib. 18. num. 2. & 3. Alias vero, ipſo teſte Pelagio lib. 6. num. 2. ipſe præ cæteris Arſenius ipſo oſtendit facto Monachos omnis rerum dominij expertes eſſe, dum hæreditatem ipſi à ſenatore conſanguineo teſtamento legatam abnuit recipere volens ipſam teſtamenti eius paginam reſcindere: aureum illud ſubiiciens verbum: *Ego prius mortuus ſum quam ille: ipſe autem modo mortuus eſt: quomodo me fecit hæredem?* Nihil minus de Anachoretarum paupertate cogites, cum pecunias ſportularum venditarum ad ſe deferebant, ad comparandum ſibi victum neceſſarium: non enim dominium rerum retinuiſſe credes, ſed Communitatis, Epiſcopi, aut Eccleſiæ nomine exercuiſſe diſpenſationem; nam qui ſemper ſolus eſt, Abbatis & diſpenſatoris etiam ſui munus obire cogitur. Qua de re egimus lib. 2. cap. 7. numer. 33. & cap. 8. num. 16.

19. Bifariam Scithiotæ victum ſibi comparabant labore manuum, nimirum ſparteas, aut palmeas texentes ſportulas, aut ſtoreas, de quo paſſim in his libris: & meſſores alienorum ſegetum effecti, cuius gratia in Ægyptum deſcendebant. 29. Labores manuum. Poſterioris huius conſuetudinis meminit Ioannes Subdiac. lib. 2. de Verb. Senior. num. 8. vbi Abbatem Siſoim inducit dicentem. *Quando eram in Scithi cum Abbate Macario, aſcendimus metere cum eo ſeptem nomina.* Vbi nota vocem *Nomina,* aut deprauatam à librariis, aut obſcuram eſſe. Forte in originali erat VII. NOM. quo ſignificaretur *Septimus Nomus*, qui inter relatos a Ptolomæo lib. 4. Geograph. cap 5. tab. 3. Africæ dicebatur *Saites Nomus*, id eſt *Præfectum Saites* ab vrbe Sais ſic dicta, & hæc non longè à Scithi erat verſus Orientem. Itaque ſenſus erit: *Aſcendimus metere cum eo Saitem vrbem* (ſeu VII. Nomum) *ecce vna vidua colligebat ſpicas de poſt nos, & non ceſſabat plorans:* cuius doloris miſertus Macarius à mortuo reſponſum elicuit de loco ſeruati depoſiti: pro quo reſtituendo vidua premebatur. Pelagius itidem meminit Monachi Scithiotæ, qui cum ad meſſem proficiſceretur eo anno ad iuſſionem ſenis, commutauit laborem meſſis in 40. ieiuniis dies, quibus in cella recluſis panem duntaxat cum ſale comederet. Ita ille lib. 14. num. 14. ſic exorſus: *Frater quidam de Scithi vadens ad meſſem, applicuit ad quendam ſenem magnum, & dicit ei: Dic mihi Abba quid faciam vadens ad metendum? Dixi ei ſenex Vade, & renuntia meſſioni huic, &c.* Nec ſilentio digna trium illorum fratrum contentio, quorum duo agrum ſoli meſſuere, agrum inquam à tribus ſimul conductum: quod nimirum alter poſt conductionem meſſionis, cum in febrim incidiſſet in cellam reuerſus eſt. Sed quia ex charitate duo reliqui partem eius meſſuerant, & totum agrum, Deo iuuante, maiori facilitate, ac minori labore, quam ſi omnes ſimul conductæ meſſioni inſiſterent, mercedis partem ægrotum recipere cogebant, vim ei-

Digitized by Google

ei inferentes; quam tamen ægrotus accipere renuebat, vtpotè quam labore ſuam non feciſſet. Narrat hoc S. Martinus Dumienſis in Ægyptorum Patr. ſententiis num. 9. ex Pelagio lib. 17. n. 20. ſubiiciente, *Hoc autem audiens ſenex miratus eſt, & dixit vni de Monachis ſuis: Percute ſignum in cella fratrum, & congregent ſe hic omnes. Qui cum veniſſent dicit eis: Venite fratres, & audite hodie iuſtum iudicium. Et indicauit eis omnia ſenex: Et adiudicauit fratrem illum, vt acciperet mercedes ſuas, & faceret ex his mercedibus quod ipſe vellet. Et diſceſſit frater ille contriſtatus & plorans, quaſi præiudicium paſſus.*

20. Hic obiter morem illum Scithiotarum perpendito conuocandi Congregationem fratrum ad iuſſionem Senioris percuſſione alicuius ſigni nimirum tabularum lignearum, aut forte tintinabuli, ſeu etiam tubæ alicuius, provt in qua vis eremo ad manum erat, de quo in Regula Pachomij dicemus. Sed & illum quoque morem notabis, conuocari ſolitos cum aliquod egregium virtutis exemplar aliquis fratrum edebat; vt cæteri ædificarentur.

30. Quales veſtes. 21. Quales veſtes eorum fuerint, his aperuit Pelagius lib. 6. num. 9. *Dicebat fratribus ſuis Abbas Iſaac: Patres noſtri, & Pambo vetuſtis, & de multis partibus reſarcitis veſtibus vtebantur.* Fuiſſe Pampo ex Scithiotis, fatetur ipſe lib. 15. numer. 42. & de Iſaac id ſuperius monuimus. Neminem latet inter præcipuos eorum floruiſſe SS. Moyſem & Arſenium: quali vero amictu inceſſerint accipe. De Moyſe hæc habet Pelagius lib. 9. num. 10. *Audiuit aliquando Iudex Prouidentiæ de Abbate Moyſe, & perrexit in Scithi, vt videret eum.* Quem vt ex certis ſignis agnoſceret, fratres dixerunt: *Senex vetuſtiſſimo veſtimento vtens, longus, & niger.* De Arſenio vero Palladius numer. 37. *Sicut cum in ſæculi conuerſatione eſſet, nimis pretioſis veſtimentis præ omnibus vtebatur; ita poſtmodum in eremo Scithis degens, ſtudebat vt ab omnibus Monachis viliora, & deſpectiora veſtimenta haberet.* Sed quæ? *Mortuum quidem corpus* (ait Metaphraſtes) *in ipſis quibus fuerat indutus veſtibus, cilicio, inquam, & pelle ouina* (hæc erat melota illius, de qua Pelagius lib. 15. num. 9.) *eius diſcipuli, cum Pſalmos pro more ceciniſſent, depoſuerunt.* Quod autem pelles quibuſdam illorum fuiſſent in vſu, liquet ex his quæ refert Pelagius lib. 14. numer. 7. *Venerunt* (ait) *aliquando quatuor fratres de Scithi ad Abbatem Pambo, veſtiti pellicaas tunicas, &c.* Lego verò tunica vſos, & ſuperhumerali, vt de Beſarione (quem Scithiotam fuiſſe compertum eſt) ſcribit Palladius in Lauſiac. cap. 116. Lego & melotem eius apud Pelagium lib. 12. numer. 1. & pallium Ioannis Nani ad Palladium num. 56. & pallium diſcipuli Moyſis num. 86. Iterum de pallio Pelagius lib. 5. num. 22. & de Melota lib. 17. num. 17. Nulla verò vtilibet & calceamentis apud eos, aut caligis mentio. De qualitate autem eorum hæc habet Paſchaſius ad calcem cap. 4. vt citat ex M. SS. Roſuueidus in Notis: *DE VILITATE VESTIVM. Abbas Agathon diſpenſabat ſemetipſum, & in omnibus cum diſcretione pollebat, tam in opere manuum ſuarum, quam in veſtimento: Talibus enim veſtibus vtebatur, vt nec ſatis bona, nec ſatis mala cuiquam apparent. Dicebat autem diſcipulis ſuis: Veſtis quoque ſit Monachi, quæ nuditatem, & frigus repellat: non inditi coloris, quæ in iactantia elationis, aut in vanitate animæ fluctuetur.* Ita ſanè diuerſa ſentiebant Patres, provt quiſque diuerſo ducebatur ſpiritu, & ætate varia virtutis: nam perfecti viliſſimis melius vti poterant: tyrones mediocribus, vt qui à iactantiæ fluctibus timerent. Porro Agathonem Scithim quoque habitaſſe, in ſuperioribus diximus.

22. Humi cubabant, aut ſtragulis, aut ſtoreis confectis. Cum vero ſemel Hor, & Theodorus *miſiſſent caprinam pellem in cella ſua*, ſubitò iudicium Dei exhorrentes, cellam deſerere. Sic Pelagius lib. 4. 19. Huic annexa erat parcitas ſomnij de qua Arſenius: *Sufficit Monacho, ſi dormierit vna hora, ſi tamen pugnator eſt:* Idem lib. 4. num. 3. Pæman verò, Anub, & Paſtor quatuor ſomno conſignabant horas, vt refert Palladius num. 99. & Pelagius libell. 15. n. 11. & Paſchaſius c. 42 n. 4. Stragulum & horæ quietis.

23. Victus Scithiotarum primùm hic erat. Tota hebdomada nihil coctum mandebant. Hinc accidit quod Pelagius ſcribit lib. 10. numer. 109. *Deſcenderunt aliquando Monachi de Ægypto in Scithi, vt viderent ſeniores loci illius. Et cum vidiſſent eos extenuatos fame, de nimia abſtinentia impatienter* (id eſt celeriter) *comedere, ſcandaliſati ſunt in eis. Hoc autem Presbiter agnoſcens voluit ſanare eos, & ita dimittere. Et prædicauit in Eccleſia plebi dicens: Ieiunate, & extendite abſtinentiam veſtram, fratres. Volebant autem Ægyptij, qui illic venerant, diſcedere, & retinuit eos. Cum autem ieiunaſſent, primo aporiati ſunt: fecerat enim eos biduo ieiunare continuato. In Scithi autem habitantes ieiunauerunt hebdomadam: & facto ſabbato ſederunt manducare Ægyptij cum ſenibus. Turbantibus autem ſe ad manducandum Ægyptiis, vnus de ſenibus tenuit manus eorum, dicens: Cum diſciplina manducate, quomodo Monachi. Vnus autem ex Ægyptiis repulit manus eius dicens: Dimitte me quia morior: tota hebdomada nihil coctum comedi. Et dixit ei ſenex: Si vos biduo interuallo manducantes ita defeciſtis, quare in fratribus ſcandaliſati eſtis, qui ſemper hebdomadas eodem ordine leuando abſtinentiam ſeruant? Illi autem pœnitentiam coram eis egerunt, & ædificati in abſtinentia eorum abierunt cum gaudio.* Sed quod magis mireris, nec buccellam panis in aquam ſalitam, quamvis frigidam licebat immittere. Sanè miratus eſt aliquando *Abbas Achiles* quod *veniens in cellam Abbatis Iſaiæ in loco Scithi, inuenit eum comedentem, miſerat enim in catino ſal, & aquam.* Et præ pudore abſcondit buccellam intinctam poſt plectas de palmis. *Videns autem quia abſcondit illud poſt plectas de palmis, dicit illi: Dic mihi; quid mancadubas? Ille reſpondit: Ignoſce mihi Abba, quia palmas incidebam, & aſcendi in cauma: & propterea intinxi modo buccellam in ſale, quia exaruerunt fauces meæ: & quia non deſcibat buccella quam in ore miſeram, propterea compulſus ſum ſuperinfundere modicum aquæ in ſale, vt vel ſic poſſem glutire ſed ignoſce mihi.* Et nihil vilius eſui apparere poterat, & cauſa vrgentiſſima erat, ſcilicet buccella faucibus hærens; & tamen Iſaias verecundatur; & Achiles rem mali exempli reputans, vocato cœtu admirans dixit: *Venite & videte Iſaiam comedentem iuſcellum in Scithi.* Et ad ipſum conuerſus, *ſi ius manducare vis, vade in Ægyptum.* Sed & oleo vti minus licebat: Enim vero: *Cum Abbas Beniamin, qui erat Presbiter in Cellis, applicuiſſet in Scithi ad quendam ſenem, & voluiſſet ei dare modicum olei: ille dixit: Ecce vbi iacet illud paruulum vaſculum, quod attuliſti mihi* 31. Victus, & ieiunij modus.

ante

ante tres annos, & quomodo poſuiſti illud, ſic remanſit. Narrat hoc Pelagius lib.4. num.12. & de iuſcello Iſaiæ num.10. Vidiſti lector parum quoque aceti in totis quatuor Scithi cænobiis non repertum referente Moſcho.

32. Vetera ieiunia qualia.

24. Sabbato, & Dominica die ſoluebant ieiunium, eorum quidam, coctum nimirum aliquod edentes; à quo tamen aliqui abſtinebant. Ea propter *frater quidam rogauit Abbatem Siſoim.* (& hunc vidimus Scithiotam) *Quid facio, quia occurro ad Eccleſiam, frequenter fratres pro charitate ad cibum retinent me? Dixit ei ſenex. Oneroſa res eſt. Dicit ergo Abraham diſcipulus eius: Si occurritur in ſabbato, & Dominica ad Eccleſiam, & biberit frater tres calices, ne multum eſt? Et dixit ſenex. Si non eſſet ſathanas, non eſſet multum.* Hæc Pelagius eodem lib. 4. num. 37. ſed mox num.69. ſubiicit de fratre *ieiunante tota hebdomada. Et cum Sabbato ſerò veniſſet ad Miſſas, communicans mox fugiebat, ne cogeretur à fratribus in Eccleſia manducare. Apud ſe autem tantum modicas betas elixas cum ſale manducebat ſine pane.* Prior verò *vnum tantum paximatium* (id eſt biſcoctum panem) *& quinque oliuas in cibo accipiebat, & hoc deambulando foris.* Ita Palladius num. 31. ſed cum rogaretur: *Quare ſic deambulando manducaret? Reſpondit, ſe non hoc velut opus aliquod agere, ſed velut quiddam ſuperfluum vti. Alij autem de hoc interroganti, reſpondit, vt non vel in comedendo corporalem delectationem habeat anima.* Ita Pelagius lib.4.n.34.

Noua ieiunij forma.

25. Poſt aliquod tempus forma ieiunij à Patribus mutata eſt. Qua de re hæc ſcribiit Pelagius lib 10. num.44. *Interrogauit Abbas Ioſeph Abbatem Paſtorem* (hunc ex Scithiotis notiſſimis diximus ſuperiùs) *Quomodo opus eſt ieiunare? Et dixit Abbas Paſtor: Ego volo vt quotidie manducans, ſubinde paululum ſubtrahat ſibi, ne ſatietur. Dicit ei Abbas Ioſeph: Ergo quando eras iuuenis, non ieiunabas biduanas leuando? Et dixit ei ſenex: Crede mihi, quia & triduanas, & hebdomadam. Sed & hac omnia probauerunt ſenes magni; & inuenerunt, quia bonum eſt quotidie manducare, per ſingulos dies parum minus. Et oſtenderunt nobis hanc viam regalem, quia leuior eſt, & facilis.* Perpende taxationem illam quotidiani victus; *perſingulos dies parum minus*: & hanc nuncupaſſe *regiam ieiunij viam*; à Scithiotis inuentam. Tantundem dixiſſe Abbatem Pæmanem refert Palladius numer. 45. addens, à ſenibus biduana, & triduana ieiunia vanæ gloriæ nuncupata.

33. Conuentualitatis amor.

26. Communitatis amor tam altè in eorum animis inſederat, vt nemo quicquam peculiare edere auderet, quod omnibus ſui cœnobij non apponeretur. Sic intelligo illud Pelagij lib.4. n. 70. *Fratres conuocati in Scithi ſunt, vt manducarent palmas.* Et illud Palladij de Verb. ſenior. numer. 41. ex Ruffino in Vit.Patr.cap 19. *Cum S. Macario quidam frater vnam detuliſſet, ipſe qui ſecundum charitatem, non quæ ſua ſunt, ſed quæ alterius cogitaret, ad alium fratrem eam detulit, qui infirmior præ ægritudine videbatur. Tunc infirmus gratias egit Deo pro fratris officio, & ſuſcepit eam: & ipſe nihilominus plus de proximo, quam de ſemetipſo cogitans, ad alium detulit eam infirmum fratrem; & iterum ille ad alium: & ſic cum per omnes cellulas quæ longè à ſemetipſis erant per eremum diſperſa, vna illa circumlata eſſet, ignorantibus eis qui eam primus miſiſſet, ad vltimum defertur ipſi Macario, qui eam miſerat. Gratulatus autem S. Macarius quod tantam vidiſſet in fratribus abſtinentiam, tantamque charitatem, ad acriora ſemetipſum ſpiritualis vitæ extendit exercitia.* Palladius cum in Lauſ. cap.20. hanc eandem refricaret hiſtoriolam præſtantiſſimæ eorum abſtinentiæ (quam *continentiā* vocat) factum egregium adſcribit ſubdens: *Ne ipſe quidem Macarius ex iis tandem comedit.* Verùm & ſingularitatis odio quod ſibi omnes indixerant adſcribendum, id conuincit, quod quādo ſufficienter pro omnibus dabatur, abſtinebat nemo. Huc refer quod ſcribit Caſſianus de fratribus ficum ad ægrotum ferentibus inedia in itinere conſumptis, nec ficus quas fereban mādu care audentibus; quod quidem in eremo Scithis contigiſſe, idem autor teſtatur lib. 5. Inſtit. cap. 40. Quinimo id diſcipulos ſuos docuiſſe videtur Arſenius, cum ex paucis caricis (ſunt caricæ ex ficorum genere Syris peculiares, Plinio lib. 15. hiſt.nat.cap.5.) quas ad Scithiotas quidam ex pietate miſerat, *pro hoc quod eſſent pauca non tranſmiſerunt ex eis Abbati Arſenio, ne velut iniuriam pateretur.* (Narrat rem ipſam Pelagius lib. 15. num. 8. à quo id deſumpſit Metapraſtes) *Ille autem cum hoc audiſſet, non eſt egreſſus iuxta morem ad opus Dei cum fratribus celebrandum dicentes: Excommunicaſtis me, vt non mihi daretis eulogiam, quam tranſmiſit Dominus fratribus: ex qua ego non fui dignus accipere. Quod cum audiſſent omnes, ædificati ſunt in humilitate ſenis. Et vadens Presbyter portauit ei de caricis illis, & adduxit illum in Congregatione gaudentem.*

Excommunicationis Monaſticæ vſus.

27. Obiter & hunc illorum morem compertum habemus, defectuoſos fratres, aut delinquentes apud Scithiotas puniri ſolitos excommunicatione, hoc eſt ſeparatione à fratrum conſortio in menſa, & choro; & qui à menſa ſeparabatur, etiam à choro cenſebatur remotus, vti præſenti exemplo Arſenius indicauit, cum reputans non fuiſſe ad menſæ conſortium admiſſum, protinus à celebrandis Synaxibus ſe coercuit. Aliter B.P.N. Benedictus inſtituit, pro leuioribus culpis tantum à menſæ participatione fratres arcendos, non à choro: quanquam ibi imponere Pſalmum, aut Antiphonam non valeret: Ita ille cap.24 Regulæ. Niſi velis Arſenium ſimulaſſe impoſitam ſibi excommunicationem grauioris culpæ, cui nimirum vtriuſque ſeparatio impenditur etiam ab eodem Benedicto cap. 25. Eiuſdem moris meminit Caſſianus lib. 2. Inſtit. cap. 16. & lib. 4. cap.16.

34. Horæ canonicæ.

28. Synaxes nocturnas & diurnas deuotiſſimè celebrabant: pridem nullo certo Pſalmorum numero; rurſum duodenario in Nocturnis Vigiliis. Vtriuſque moris mentionem facit Caſſianus lib. 2.cap. 4. & 5. vbi ſeriò refert duodenarium ab Angelo palam in Synaxi apparente Patribus inditum. Veteris conſuetudinis in Scithi ſic meminit Pelagius lib.11.num. 17. *Dixit Abbas Iſidorus, qui erat Presbyter in Scithi: Ego quando eram iuuenis, & ſedebam in cella mea, non habebam numerum Pſalmorum, quos dicebam in miniſterio Dei: nox enim mihi, & dies in hoc expendebatur.* Recentionis meminit Ioannes Subdiac.lib. 1.num.1. inquiens: *Dicebat Abbas Vindemius: Quia narrauit Abbas Macarius dicens: ſedente me aliquando in Scithi deſcenderunt duo adoleſcentes peregrini & venerunt ad me dicentes: Vbi eſt cella Abbatis Macarij?* Hi ædificata cella, & ſub Macarij magiſterio poſiti, de nocte ſurgentes dicebant: *Vis dicimus duodecim Pſalmos?* Ordinem eius temporis

nota

nota. Pſallebat *minor quinque Pſalmos, ſenos verſus, & vnum Alleluya: Et per vnumquodque Verbum exibat lampas ignis de ore ipſius, & aſcendebat in cœlum. Similiter & alter, &c.* Vereor legendum: *Pſallebat minor ſex Pſalmos:* ita vt inter vtrumque duodecim explerent. Cum hoc ipſum refert Palladius lib de Verb.ſenior.n. 196. ſubdit: *Poſtquam expleuerunt Matutinos,&c.*

Euchariſtiæ vſus. 29. Octauo quoque die ad Miſſas ſacram ſumebant Euchariſtiam, cum ſabbato aut Dominica die ad Eccleſiam conueniirent. Ita plane deducuntur ex facto Monachi illius apud Pelagium lib.4. num.69.de quo ipſe. *Cum Sabbato veniſſet ad Miſſas, communicans mox fugiebat, &c.* Quod regula 24. retulimus.

35. Aſſiduitas orationis. 30. Orationis ſtudio præ ceteris incumbebant. Quonam pacto Macarius ad eam tyrones inſtrueret, ſic refert Pelagius lib.12.num. 10. *Interrogauerunt quidam Abbatem Macarium dicentes: Quomodo debemus orare? Et dixit ei ſenex: Non opus eſt multum loqui in oratione, ſed extendere, manus frequenter, & dicere: Domine, ſicut vis,& ſcis, miſerere mei. Si autem inſtat bellum in animo, dicere. Adiuua me. Et quia ipſe ſcit quæ expediant, faciet miſericordiam nobiſcum.* Ne tamen quis ob arduitatem ab oratione deſiſteret, credens, non oportere ſibi in eius aſſecutionem inſiſtere, quam haud facile adipiſceretur, rogatus Abbas Agathon vnus ex Scithiotis, & Macarij collega, *quæ virtus in conuerſatione Monaſtica plus haberet laboris? Reſpondit: Ignoſcite mihi,quia puto, non eſſe alium laborem talem, qualem orare Deum.* Sed cur? ſubdidit: *Dum enim voluerit homo orare Deum ſuum, ſemper inimici dæmones feſtinant interrumpere orationem eius: ſcientes, quia ex nulla re impediuntur, niſi per orationem fuſam ad Deum. Siquidem omnem alium laborem, quem homo in religioſa conuerſatione poſitus aſſumpſerit, quamuis inſtanter, & toleranter agat, habet tamen, & poſſidet aliquam requiem. Oratio autem vſque ad vltimam exhalationem opus eſt vt habeat laborem magni certaminis.*

Corporis habitudo in oratione? 31. Frequentius manus in oratione ad cœlum extentas habebant. Hanc conſuetudinem prodidit Macarius citatus, cum monebat diſcipulos: *Non opus eſt multum loqui in oratione, ſed extendere manus frequenter.* Eodem lib. 12. numer.8. Idem Pelagius refert de Abbate Ioſeph,qui vt doceret Abbatem Loth frequenter orare; *Surgens ſenex expandit manus ſuas in cœlum, & facti ſunt digiti eius velut decem lampades ignis. Et dixit ei: ſi vis, efficieris totus ignis.* Porro Loth ex Scithiotis eſſe,accipe ab eodem lib.10.num.8.ſed & lib. 12. num. 3. de S. Beſſarione Abbate, quem ſæpiùs oſtendimus Scithiotam fuiſſe, agens ait: *Narrauit Abbas Dulas, qui fuit diſcipulus Abbatis Beſſarionis, dicens: Veni aliquando in cellam Abbatis mei, & inueni eum ſtantem ad orationem,& manus eius erant extenſæ in cœlum. Permanſit autem hoc faciens iugiter per 14.dies.* Et Palladius num.211. referente Abbate Daniele, inquit: *B. Arſenius Sabbatorum die veſperè ſolem relucentem poſt dorſum ſuum dimittebat in oratione perſiſtens.extēdenſque ad cœlum manus, non deſiſtebat orare, niſi iterum ſequenti die, ſol ſurgens oculos eius impleſſet.* Et de S. Abbate Siſoi itidem Scithis habitatore Pelagius lib.illo 2.numer.11. *Dicebant* (ait) *de Abbate Siſoi, quia niſi citò deponeret manus ſuas, quando ſtabat ad orationem, rapiebatur mens eius in ſuperioribus. Si ergo contingebat cum eo aliquem fratrem orare, feſtinabat cito deponere, ne raperetur mens eius, & moreretur.*

32. Orationi perpetuum inſeruiebat eorum ſilentium. Sanè Abbas Moyſes inter quatuor Monachi virtutes primam appoſuit ſilentium: vt enim ſcribit Paſchaſius cap. 35. num. 1. Abbas Moyſes ad Solitarios ſolebat proferre ſermonem, dicens: *Quatuor ſunt principia obſeruantiæ Regularis id eſt Tacendi, ſeruandi mandata Dei, Humiliandi ſemetipſum,& Anguſtia paupertatis.* Rationem aperuit Siſois apud Pelagium lib. 11 .n. 27. Nam fratri interroganti: *Deſidero cuſtodire cor meum*; Reſpondit: *Et quomodo poſſumus cuſtodire cor noſtrum, ſi lingua noſtra ianuam apertam habuerit?* Et Macarius Palladium num. 189. roganti: *Quomodo poſſet ſaluari?* ſubiecit: *Oportet ſidere homines, & ſedere in cella, & pro peccatis iugiter lamentari: & quod ſuper omnes virtutes eſt, tam linguam coërcere, quam ventrem.* Ita Arſenius Scithiotarum iubar præclariſſimum de cœlo edoctus eſt à voce dicente: *Arſeni,fuge,tace, quieſce: hæc ſunt principia ſalutis.* Eapropter nonnunquam in hoſpitis cuiuſdam aduentu humi proſtratus iacuit, ne loqueretur quouſque ille diſcederet. Vtrumque ex Palladio num.190. & 193. Aliquando & fratrem, ne ad ſe accederet, lapidibus impetiuit, furorem ſimulans, vt refert Metaphraſtes in eius vita. Et Pelagio lib. 11.num.4. autore,cum rogaret eum diſcipulus eius Amonoys. *Quomodo me vides modo?* Arſenius dixit: *Sicut Angelum Pater.* Roganti vero ſecundò: *Et nunc quomodo me vides?* reſpondit: *Quomodo Sathanam. Etenim vel ſi bonum ſermonem loquaris, velut gladius mihi eſt.* Nimirum tantum aiebat diſcrimen intercedere inter Monachum tacentem, & loquentem. Innumera huius generis, quæ de Scithiotis reperiuntur, ſilentij ipſius gratia prætermitto. 36. Iuge ſilentij ſtudium.

37. Cellæ cuſtodia. 33. Silentij gratia & orationis iugis magna cellæ cuſtodia apud eos erat. Moyſis Abbatis præceptum erat; quo verbum ſalutis petentes excipiebat. *Vide, & ſede in cella tua docebit te vniuerſa.* Pelagius lib. 2 num.9.& Palladius num. 109. Et Arſenius fratri,quam Monaſticorum munium valdè tædebat,reſpondit: *Vade, manduca,bibe, & dormi; tantummodo de cella non exeas. Sciens quia perſeuerantia cellæ perducit Monachum in ordinem ſuum.* Vt & illi accidiſſe narrat Pelagius lib. 7. num. 17.

Oſtium cellæ ſera claudebatur. 34. Cellam autem ipſam claudebant Scithiotæ ſuper ſe. De Siſoi refert Ioann. Suadiac. lib. 3. num.6. *Abbas Siſoi ſedens in cella ſemper claudebat oſtium ſuum.* De Arſenio Palladius n. 193. *Cum quidam ad B. Arſenium ex fratribus veniſſet,volens videre eum, pulſauit oſtium, Abbas autem Arſenius ſperans ſuum eſſe diſcipulum aperuit ei,&* De Macario Pelagius lib.4 num. 17. *Abbas Macarius maior in Scithi dicebat fratribus. Poſt Miſſas Eccleſiæ fugite fratres. Et dicit ei vnus frater: Pater, vbi habemus fugere amplius à ſolitudine iſta? Et ponebat digitum ſuum in ore ſuo dicens: Illud eſt quod fugiendum dico: & ſic intrabat in cellam ſuam, & claudens oſtium, ſedebat ſolus.* Et de Paſtore lib. 13. num. 5. Dixit Paſtori ſenex: *Metuebam ne propter Quadrageſimam mihi non aperiretur.* Vbi obiter obſerua morem ſtrictioris ſeruandi ſilentij in Quadrageſima, & cellæ durioris clauſura. Paſtor vero charitatis ergo aperuit dicens: *Nos non didicimus ianuam ligneam claudere, ſed magis linguæ ianuam cupimus clauſam habere.*

Quæ in cellis agere ſolerent. 35. Quid in cella agendum eſſet, docuit Pœmen

men Arſenij magiſter apud S. Martinum num. 21. nam roganti fratri: *Quomodo oportet ſedere in cella?* reſpondit. *Sedere in cella eſt maniſeſte operari manibus, & meditari Verbum Dei, & quieſcere* (ſomni captandi gratia) *& ſolitariè tantum panem edere.* Vide nunc quæ ſupra monuimus: Scithiotam panem dumtaxat edere potuiſſe in cella.

38. Obedientiæ præſtantia. 36. Obedientiæ imprimis cura præcipua erat omnibus. Vnde & ibi ſtupenda ad eius virtutis commendationem miracula Deus operari dignatus eſt. Ibi ſiquidem Pelagio autore lib. 14. num. 3. Thebæo Monacho tyrunculo ſiccum lignum ad Abbatis ſui imperium rigante, tandem poſt annos tres fronduit, floruit. Seuerus Dialog. 1. cap. 3. id narrat in Ægypto accidiſſe, ſed in Scithi factum verba illa Pelagij indicant. *Narrauerunt de Abbate Ioanne Breuis ſtatura quia perrexit ad quendam Senem Thebeum genere commorantem in Scithi, qui ſedebat in eremo. Tollens autem Abbas eius aliquando lignum ſiccum, plantauit, & dixit ei: Per dies ſingulos mitte ei ad pedem eius lagenam aquæ, donec fructum faciat. Erat verò longè ab eis aqua, vt à ſerò pergeret, & manè rediret. Poſt tres autem annos viruit lignum illud, & fructum fecit. Sumens autem ex fructu eius ſenex, attulit ad Eccleſiam, & dixit fratribus: Accipite, & manducate fructum obedientiæ.* In Scithi quoque egregiæ illius obedientiæ demonſtratio accidiſſe liquet ex Pelagio lib. eodem 14. numer. 5. quando ad vocem iubentis Librarius caracterem breuis, ac facilis ſtructuræ exarans dimidiatum omiſit. *Venit Siluanus Abbas ad cellam Marci* (hoc enim diſcipulo nomen erat) *& pulſauit dicens: Marce. Ille autem cum audiſſet vocem ſenis, ſtatim exiuit foras: & miſit eum ad quoddam miniſterium.* Ibant ex condicto multi exploraturi iuuenis obedientiam, eo quod ſenes ægrè ferrent, eum plus cæteris diſcipulis ſuis à Syluano diligi. *Abbas ergo Siluanus dixit ſenibus. Vbi ſunt cæteri fratres?* Pulſauerunt primò ad oſtia ſingulorum vocantes eos ex nomine, & nemo ad Magiſtri vocem, qui ſe eorum miniſterio aſſerebat indigere, egreſſus eſt. *Et ingreſſus eſt in cellam Marci, & inuenit quaternionem, quem eadem hora inchoauerat, in quo litteram O faciebat. Et audita voce ſenis non fixit, nec girauit calamum vltra, vt impleret, & clauderet litteram, quam in manus habebat. Et dixerunt ſenes: Verè Abba quem tu diligis, & non diligimus quoniam & Deus diligit eum.* Narrat id ipſum Palladius de Verb. ſenior. numer. 143. Sed Pelagius locum aperuit dicens: *Dicebant de Abbate Siluano, quod habuerit in Scithi diſcipulum nomine Marcum, & hic fuit magnæ obedientiæ, &c.* Iam quibus miraculis tantam obedientiam illuſtrauerit, Palladio narrauit Macarius Lauſ. cap. 10. conteſtatus *ſe obſeruaſſe, tempore Communionis Chriſti Sacramentorum* (erat enim Macarius Præsbyter) *ſe Marco exercitatori nunquam dediſſe oblationem, ſed Angelum dediſſe ex ara, ſolum autem ſe vidiſſe digitum manuum eius qui dabat.* Conſule & obedientiam Alexandri diſcipuli magni Arſenij quam commendat Pelagius lib. 14. num. 1. qui de pretioſa Marci morte agit. l. 18. n. 15.

39. Humilitas. 37. Scopus totius vitæ Monaſticæ humilitas ab eis reputabatur. Hac vna Macarius ſuperior dæmonibus euadebat, vel ipſis inclamantibus non ſomni, aut cibi, aut rerum terrenarum paſſionia torqueri, quantumcumque ille 20. dies ſomnum, aut ciborum indigentiam ſuperarit. Quod refert Palladius tum de Verb. ſen. num. 124. tum in Lauſ. cap. 20. Hac Agathon armatus (num. 14. Palladio) multis ſe criminibus, quæ alij Patres tentantes in eum iniiciebant, obnoxium faſſus, nimirum ſuperbiæ, tumoris detractionis, mechiæ & ſimilium: vnum per Dei gratiam à ſe repulit, id eſt hæreſim; inquiens: *Hæc omnia quæ dixiſtis vitia in me eſſe cognoſco* (videlicet in radice) *nec poſſum negare tantas iniquitates meas; procidenſque pronus in terram, deprecor vos, ait fratres, vt intentiùs pro me miſero, & multis peccatis obnoxio Chriſtum Dominum exorare non ceſſetis, vt indulgentiam tribuat iniquitatibus meis maltis, & malis.* Et rurſus: *Sermonem autem quem obieciſtis de hæreſi, non potui ſuſtinere, & valde abominatus ſum, quia hæreſis ſeparatio eſt à Deo;* id eſt, totalis. Humilitatis ſtudio olympius veteris ſeruitutis ſuæ annum pondere theſſeram, dominis etiam renuentibus, nunquam omiſit; ne videlicet ſeruitutis titulus ab hominum memoria aboleretur: apud Pelagium lib. 15. num. 31. Humilitas iunioris Scithiotæ iram fregit ſeniori Celliotæ, quod Palladius habet de Verb. ſen. num. 26 Et apud eumdem Abbas Pæmen Præfecti cuiuſdam renuit conſpectum, ſubinferens: *Quia ſi cæperint perſonæ nobiles venire ad ſalutandum, & honorandum me, manifeſtum eſt quod alij multi, etiam populares homines frequentabunt me, & vanæ gloriæ laqueos incurram.* Deficiet me tempus, ſi humilitatem Arſenij, Paſtoris, Iſaac, Moyſis, & cæterorum eius montis Patrum tentauero, vel ſummis lineis depingere. Marcum ſilere non poſſum, alias obedientiæ meritis illuſtrem, qui centeſimum ætatis annum prætergreſſus, ſeipſum iugiter in cellæ ſolitudine accuſabat dicens: *Quidvis deinceps male ſenex? Ecce iam & vinum bibiſti, & oleum tetigiſti. Quidvis deinceps vorax in canitiè, & ventri ſeruiens.* Et ad diabolum. *Recede à me diabole: conſenuiſti mecum in diſſenſionibus: iniiciſti mihi imbecillitatem corporis, feciſti me bibere vinum, & ſumere oleum* (in ſenectute) ô quanta crimina!) *me reddens voluptuarium. Adhuc ne tibi aliquid debeo? Apud me nihil inuenis, quod velis diripere. Recede à me deinceps inimice hominum* Pallad. c. 21. Lauſ.

38. Humilitatis cuſtodes adhibebant, quas vocant *mortificationes*, hoc eſt voluntaria in arduis quibuſdam ſuperandis certamina, ad animi paſſiones proſternendas. Sic Arſenius aqua putida plectas palmarum infundens, pro odoramentis quibus in Palatio vſus fuerat, accipiebat Palladius n. 39. Pior amaram ad potum vtebatur, quam recens à ſe foſſus puteus edebat, ne vagandi vlterius licentia abuteretur. Idem Palladius n. 31 Macarius *ſex menſes ſedit in palude Scithis nudus, in qua poſſunt culices vel ſauciare pelles aprorum, vt qui ſint æquè magni, vt veſpæ* (verba ſunt Palladij c. 20. Lauſ.) *adeoque in toto eius corpore infixerunt aculeos, vt nonnulli exiſtimauerint eum eſſe leproſum:* & ſola voce cognitus eſt à diſcipulis, cum cellam poſt ſex menſes repeteret. Nobilis Scithiota Anonymus, cum putredine & ſanie mulieris nuper defunctæ pallium impleret, ad oculos, nareſque ſedulò applicabat, vt tentationi, quam de ipſa paſſus fuerat, ſatisfaceret. Pallad. n. 11. Beſſarion per quadraginta noctes manſit inter ſpinas ſtans, & non dormiens: Pelagius l. 7. n. 4. n. 3 ſcribit de Ammona Abbate quod 14. annos fecerit in Scithi deprecans 40. Mortificationes, vt vocant.

Digitized by Google

cans Deum die ac nocte, vt daret ei virtutem ſuperandi iram. Macarius iterum (n.10.ſeq.) dormitum intrauit in ſepulchro ethnicorũ, & de corpore mortui, ſtridentibus etiam dæmonum laruis, ceruical ſibi compoſuit. Rurſus ſportulas, & plectas, quas alij ad nundinas in camelis comportare ſolebant, ipſe ſuper humeros ſuos ferre non grauabatur. Conſule Ioannem Subdiac. libel. 2. n.6. & Palladium n.146. vbi meminit moris onerandi camelos ſportulis Scithiotarum. Et memoriæ iterum commendanda Macariana conſtitutio, qua pro quovis vini calice integrum diem ab omni potu abſtinebat, cuius ſupra mentionem fecimus. Nec ab hoc certaminum genere ablegandus inſignis ille athleta de quo Pelagius l.4. num. 70. *Fratres conuocati ſunt in Scithi, vt manducarent palmas: & erat ibi aliquis infirmus præ nimia abſtinentia, qui tuſſiens excreabat phlegma; quod nolente eo venit ſuper alium fratrem. Qui cum à cogitatione ſua compelleretur dicere ei: Quieſce iam, & non excrees ſuper me: Vt ſuperaret cogitationes ſuas, tulit quod excreauerat, & mittens in ore ſuo, ſtatim comedit illud. At tunc cœpit ad ſeipſum dicere: Aut non dicas fratri tuo, quod eum contriſtet; aut manduca quod horres.* Huc denique referendum eſt, quod frater ille fecit de quo Marcus ad Arſenium. *Vidi quendam fratrem habentem paruulum olus in cella* (id eſt hortulum olerum) *& eradicabat ea, nolens habere aliquam in cella conſolationem.* Pelag. libel. 10. num.7. Et illud Arſenij, qui quando audiſſet quod maturaſſet omne genus pomorum, dicebat: *Afferte mihi: & guſtauit ſemel tantum parum ex omnibus, gratias agens Deo.* Ita Pelagius lib. 4.n.6.

41. Verbum Ignoſce eis vſitatiſſimũ.

39. Humilitatem redolebat verbum illud *Ignoſce*, quod ſemper Scithiotæ habebant in ore. Siue enim corriperentur, ſiue laudarentur, ſiue cibarentur, aut potarentur; hoc vno verbo omnibus ſatiſfacere arbitrabantur, *Ignoſce* Idcirco ſparſim in verbis, & geſtis Patrũ reperitur. Fidẽq; moris huius facit Sozomenus l.18. Hiſt. Eccl. c.17 inquiẽs: *Scithenſes Monachi perturbati illud ſcilicet, quod ipſis dicere ſolemne eſt. Etiamſi iniuriam fecerimus,* IGNOSCE *inquiunt.* Vnus *Theodorus Abbas* (Pelagio teſte lib.15.n.20.) *quando cum fratribus manducabat, conſtituerat*, vt acciperent calices cum reuerentia, & taciturnitate, nec dicerent ſicut mos eſt, *IGNOSCE.* Scithiotam & hunc fuiſſe ex num. ſequenti habes: *Dicebant de ipſo Abbate Theodoro, quia cum factus eſſet Diaconus in Scithi, non aſquieſcebat miniſtrare, &c.* de quo ſupra diximus.

42. Non vacabant litteris

40 Humilitatis ergo parcè admodum vacabant litteris, etiam Diuinis. Quo circa Pelagio teſte lib.10.num. 94. & Paſchaſio c.41.numer. 2. *Perrexerunt aliquando duo fratres ad vnum ſenem ſanctum in Scithi ſedentem; Dixitque vnus ex illis: Abba, Omne Vetus, & Nouum Teſtamentum memoriter didici. Dicit ei ſenex: Impleſti aërem verbis. Et alter dixit: Ego & Vetus & Nouum Teſtamentum totum ſcriptum, & penes me habeo: Et huic reſpondit: Et tu impleſti feneſtras tuas carthis.* (id eſt pluteos, vulgo *eſtantes*) ſubiecitque. *An ignoratis qui dixit: Regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute? Inquirebant ergo ab eo viam ſalutis: ille autem dixit illis: Initium ſapientiæ timor Domini, & humilitas cum patientia. Omnibus his vtentibus pauca ſufficiunt.* Theodorus Abbas dixit Macario: *Habeo tres codices, & proficio ex lectione eorum; ſed & fratres petunt eos ad legendum, & ipſi proficiunt. Dic ergo mihi, quid debeo facere.* Macarius reſpondit: *Boni ſunt quidem actus, ſed melius omnibus eſt, nihil poſſidere. Quod cum audiſſet, abiit, & vendidit memoratos codices, & dedit indigentibus pretium ipſorum.* Abbas item Pæmen cum Anachoreta quidam, qui ad eum venerat, de Scripturis ſanctis, & de rebus cœleſtibus loqui cœpiſſet, vertit faciem ſuam ad alium fratrem, & nullum ei dedit reſponſum. Cuius rei poſtea hanc rationem reddidit. *Iſte homo de ſuperioribus eſt, & cœleſtia loquitur, ego autem de inferioribus ſum, & terrena vix loqui poſſum. Si mihi loquutus fuiſſet aliquid de paſſionibus Monachi, forſitam & ego reſpondiſſem illi; ſi autem de cœleſtibus loquor, ego me neſcire confiteor.* Palladius numer. 184. At Pelagio lib. 10. num. 5. *Dixit Euagrius Abbati Arſenio: Quomodo nos excitati eruditione, & ſcientia nullas habemus virtutes; hi autem ruſtici* (Monachi) *in Ægypto habitantes tantas virtutes poſſident? Reſpondit Abbas Arſenius: Nos quia mundanæ eruditionis diſciplinis intenti ſumus, nihil habemus: hi autem ruſtici Ægypty ex propriis laboribus acquiſierunt virtutes.* Vbi Metaphraſtes: *Hoc vero dixit tacitè irridens Euagrium, qui non rectè de Græca gloriabatur ſapientia.* Is enim Origeniſta fuit, & impaſſibilitatis ſtoicæ aſſertor, hypocriſi totus plenus, quem ſoli Palladius & Ruffinus errorum eius participes laudant. Et quale eſt illud: *Nos nullas habemus virtutes?* quo ſanè magni quoq; Arſenij virtutibus ſuperbè derogauit, vt ſuas mendaci hypocriſi dilueret. Quod vero inquit: *Nos excitati eruditione & ſcientia*, ad id reſpicit, vt innuat vtrumque; in Ægypto aduenam eſſe, & eruditionem aliunde aſportaſſe; cæteros indigenas ruſticoſque appellat Ægyptios. Cæterum longè aliter ſæcularem ſuam conditionem Arſenius, vt ſeruiret ſpiritui, conculcabat, ruſticos illos conueniens de cogitationum ſuarum doctrinis. Vt enim ſcribit Pelagius lib.15.numer.7. *Cum interrogaret Abbas Arſenius quemdam ſenem Ægyptium de cogitationibus ſuis, alius videns eum dixit: Abba Arſeni, quomodo tu, qui tanta eruditionis in Latina & Græca lingua edoctus es, ruſticum iſtum de cogitationibus tuis interrogas? Et ille reſpondit: Latinam quidem, & Græcam eruditionem quantum ad ſæculum apprehendi* (Hiſpaniſmus *apprehendi*, pro *didici*) *ſed Alphabetum ruſtici iſtius nec dum diſcere potui.* Ipſe nihilominus diſcipulum docebat de ſcripturis ſanctis aliquid continuò meditari oportere; inquiens: *Oportet te Fili inceſſanter meditari eloquia Domini:* Senum ſuorum ſubiungens rationem: *Audiui enim quia dixit B. Pæmen, & alij multi Sanctorum Patrum; quoniam incantatores illi, qui ſerpentes ſolent incantare, non intelligunt ipſi verba illa, quæ loquuntur; ſed ſerpentes audientes intelligunt virtutem illorum, & conquieſcunt, & ſubduntur eis: ſic etiam & nos faciamus* (Nota rem quæ magnam pariat conſolationem, Canonicas Horas perſoluentibus, ſed Latinæ linguæ imperitis) *quamvis enim non valeamus Diuinarum ſcripturarum intelligere virtutem; tamen dæmones audientes Diuini verbi virtute terrentur, & effugati diſcedunt à nobis, non ſuſtinentes eloquia ſpiritus ſancti, quæ per ſeruos ſuos Prophetas, & Apoſtolos loquutus eſt.* De Verb. ſen. n.40.

41. Senioribus cogitationes omnes notas facere docebãtur Refert Palladius n.177. quod *Abbas Pæmen dixerit: In nullo ſic gaudet inimicus, quemodo* 43. Senioribus cogitationes notas facere docebantur.

in

in illo, qui non vult cogitationes ſuas manifeſtare. Et n. 57. Idem Abbas cuidam fratri dixit: *Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes, ſic iterum remeas triſtis, ſecum illas reportas. Dic ergo mihi Fili quod habes: At ille dixit. In blaſphemia impugnat me diabolus, & erubeſcebam dicere. Et mox vt aperuit cauſam, leuior impugnatio eius apparuit. Et dicit ei ſenex: Non contriſteris fili: Quando hæc cogitatio venerit, dic: Ego cauſã nõ habeo: blaſphemia tua ſuper te ſit Sathanas Et ita ſanus factus frater ille diſceſſit.*

Modeſtia. 42. Modeſtia itidem ab eis eximiè culta: ita vt *Presbyter de Scithi ad Epiſcopum Alexandrinum aſcendens, quando reuerſus eſt in Scithi, rogatus à fratribus: Quomodo eſt ciuitas? reſpondet: Credite mihi fratres; ego ibi faciem nullius hominis vidi, niſi tantum Epiſcopi. Illi autem mirati dixerunt: Quid putas facta eſt omnis illa multitudo? Presbiter vero: Extorſi animum meum, ne intuerer faciem hominis.* Pelagius libell. 4. n. 55.

Caſtitatis cuſtodia qualis. 43. Ne facies mulierem intuerentur, multò illis maior, ac ſollicitior oculorum cuſtodia. Vnus Pæmen matri ſuæ ſæpius pulſanti, vt filium videret, oſtium cellæ nunquam aperuit, ſubiungens; ſibi ſufficere quod eum æternum in cœlo eſſet intuitura. Palladius n. 154. Nec ſorori quæritanti, quod Iudex filiorum haberet in vinculis, nunquam inde euaſurum, ſi non ipſe, aut ad eum deſcenderet, aut literas ad eundem ſupplices daret: ſolumque ſcripſit: *Si quod dignum morte commiſit, moriatur, vt euadat æternas pœnas: ſin autem nihil dignum morte commiſit, quod iuſtum videtur legibus, ita de eo iube diſcernere.* Idem n. 20. Arſenius nec memoriam nobis fœminæ ad ipſum Roma accedentis cupit ſibi remanere. Pelag. l. 2. n. 7. Siſois rogatus à diſcipulo, vt poſtquam conſenuit ad ſæculum accederet, intulit: *Vbi non eſt mulier, ibi eamus.* ibid. n. 13.

44. Ægrotantium Curationes. 44. Ægrotis miro charitatis feruore ſeruiebant. Qua de re vide Pelagium libel. 5 n 35. ſed quibus deliciis putas? *Dicebant de quodam ſene in Scithi* (ait ipſe libel. 17. n. 17.) *quia ægrotauit, & voluit manducare modicum panem recentem; hoc autem audiens quidam exercitatorum fratrum tulit melotem ſuam, & miſit in eam panem ſiccum, & vadens in Ægyptũ mutauit illum in panem recentẽ, & attulit ſeni. Et cũ vidiſſent fratres panes illos recẽtes, mirati ſunt! Senex autem noluit guſtare dicens: Quia ſanguis fratris eſt. Et rogauerunt eum ſenes dicentes: Propter Deum comede, ne vacuum ſit ſacrificium fratris iſtius: Atque rogatus comedit.* Quam vero parciter ægrotorum mollitudini indulgerent, inde deducitur; quod cum aliquando Arſenio ægrotanti Presbyter vile ſubſtraſſet ſtragulum, & capiti puluinar ſuppoſuiſſet: ſenex quidam ſcandalum paſſus dicitur à Metaphraſte in Arſenij vita.

Funera. 45. Lectum morienti circumdabant pietatis, & ædificationis captandæ gratia, mortuumque veſtiebant, & plangebant. Ita Palladius numer. 159. & Pelagius lib 11. numer. 52. *Quidam ſenex cum moreretur in Scithi, & circumdaſſent lectulum eius fratres, & compoſuiſſent eum atque plangerent, &c.* Vbi Pelagius pro verbo *compoſuiſſent eum*, habet, *& veſtierunt eum*; nimirum aliquanto melioribus veſtimentis Hic ille eſt, qui poſt aperuit oculos, & primò, ſecundò, & tertiò riſit. Rogatus autem, cur cæteris flentibus rideret, ſubintulit: *Primo riſi quia vos non timetis mortem Secundo riſi, quia non eſtis parati. Tertiò riſi, quia ex labore ad requiem vado.* Innuens planè ridendos qui mortem non timent, cum ſit omnium terribilium terribilius, & qui non ſunt ſemper ad eam parati, cum ea certiſſima, eiuſque hora incertiſſima ſit.

Mortuorum corpora lauabant. 46. Mortuorum ſuorum corpora lauabant. Ita habemus apud Metaphraſt. in Actis S. Apollinaris 5. Ianuar. & S. Andronici, & Athanaſij 27. Februarij. Vbi illud peculiarius in funere S. Athanaſiæ: *Mittens ſenex Daniel exciuit vniuerſum Scithim, & interiorem ſolitudinem, & venerunt omnes Lauræ Alexandriæ, & conuenit vniuerſa ciuitas, & Monachi Scithis ferentes legumina; ita enim mos eſt in Scithi. Cum ramis ergo & palmis extulerunt venerandas reliquias Athanaſiæ.* Vbi Scithiotæ pro palmis, aut ramis vtebantur leguminibus, proceris videlicet, cum arboribus carerent.

47. De Hoſpitibus ſuſcipiendis non vna apud eos mens erat. Quidam nimis hoſpitalitati erant addicti, faciléque hoſpites ſuſcipiebant, & affectuosè fouebant. Inter hos enituit Moyſes, de quo memoriæ commendatum eſt à Pelagio lib. 13. n. 4. quod *cum factum fuiſſet aliquando in Scithi mandatum, vt ieiunarent illa hebdomada; contigit vt in ipſa hebdomada venirent ad eum fratres quidam ab Ægypto, & fecit eis modicum pulmentum, & cum vidiſſent vicini fumum, dixerunt Clericis Eccleſiæ, quæ illic eſt* (qui ſcilicet ieiunium indixerant, quaſi accuſantes Moyſem apud eos.) *Ecce Moyſes ſoluit mandatum, & coxit apud ſe pulmentum. Illi autem dixerunt: Quando venerit, loquemur ei nos. Facto autem Sabbato, videntes Clerici magnam conuerſationem Abbatis Moyſis, dixerunt ei coram omni plebe: O Abbas Moyſes, mandatum quidem hominum ſoluiſti, ſed Dei mandata fortiter alligaſti.* Hinc accidit vt cum veniſſent aliquando tres fratres ad quendam ſenem in Scithi, & alter dixiſſet: *Mihi in focularem herba aſcenderunt* (planè Hiſpanam vocem *logar* imitatus eſt hic Pelagius lib. numer. 94.) reſpondit ſenex: *Et tu expuliſti à te hoſpitalitatem.* Soluiſſe vero propter hoſpites ieiunia conſueta, prodit Moſchus cap. 54. de Scithiotis inquiens: *Habebant hoc omnes generaliter, quod quacumque hora accederent ad eos aliqui, permittebant illos orationem facere, illiſque orantibus ipſi menſam apponebant & continuò cibum ſumebant.* Verum experientia cum comperiſſet Arſenius, officiosè hoſpitarentur eos ſenes, vagandi ſibi anſam arripuiſſe, haud facilè eis occurrebat: contigitque nihil locutum fuiſſe fratri, qui eius conſpectum anxiè concupierat; quod nihil rogaretur ab eo, De quo Paſchaſius cap. 18. numer. 2. quem nihilominus Moyſes placidè ſuſcepit, & cibauit. Cum vero quidam ſenum, quinam duorum gratius Deo munus obtuliſſet, Moyſes ne, an Arſenius, in oratione poſitus hæſitaret: *Ecce in extaſi duæ illi naues per fluuium oſtenſæ ſunt, & in vna quidem vidit ſpiritum ſanctum cum ſilentio & requie, vna cum Abbate Arſenij nauigantem: in altera verò naui vidit Abbatem Moyſem, & Angelos Dei mel & fauum in os, & in dentes eius inferentes.* At quantumuis gratus vterque Deo eſſet, maius quid ſignificatum eſt in Arſenio, cum quo ſcilicet Deus, quam in Moyſe, cum quo Angeli nauigabant. Pelagius lib. 8. numer. 3. hanc inter hoſpitalitatem Theodori, & Arſenij differentiam ſignauit: *Abbas Arſenius non citò occurrebat alicui; Abbas verò Theodorus occurrebat quidem, ſed vt gladius erat ei.*

45. Hoſpitalitas. 4. Hoſpites quicquid eis apponebatur cum charitate edebant: extra hoſpitium verò facti ad ieiunium ſolitum recurrebant. Huc ſpectat quod

Digitized by Google

Palladius narrat.n.46. *Abbas Siluanus dum cum diſcipulo ſuo Zacharia ad quoddam Monaſterium perueniſſet, antequam egrederetur, fecerunt eos Monachi parum comedere. Poſtquam ergo egreſſi ſunt, inuenit diſcipulus eius aquam, & volebat bibere. Cui Abbas Siluanus: Zacharia, hodie ieiunium eſt. At ille dixit: Nunquid hodie non comedimus Pater? Et dixit ei ſenex: Illa eſca charitatis erat fili; nos autem noſtrum ieiunium teneamus.* Narrat ibidem Ioannes ſubdiac. l.6.an.16. *Quod aſcendit quidam ſenex aliquando in Therenatim de Scithi, & ibi diuertit. Videntes laborem abſtinentiæ eius, obtulerunt ei modicum vini.* Dæmon vero de corpore hominis cœpit eum *Potatorem vini* nuncupare. Ad quem ſenex: *Credo in Chriſtum, quia priuſquam finem faciam bibens calicem iſtum, egredieris ab eo.* Cuius humilem fidem reſpuens diabolus, reliquit hominem, quem vexabat.

Hoſpites qualiter ſe gerere deberent.

49. Nemo eorum equitaſſe noſcitur; pedites ambulaſſe multi ſed & Macarius apud Palladium n.97. cum iuberetur quærere duas mulieres, ad quarum menſuram virtutis nondum perueniſſet:
46. *hoc audito ſenex accepto baculo in deſignatam peruenit ciuitatem:* Et dixit eis: *Propter vos tantum laborem veniens ex ſolitudine longinqua ſuſtineo.* Legimus etiam ſportulas ſuper humeros ſuos ad nundinas comportaſſe. At res hæc nimis apud ipſos nota eſt. Vide Palladium n. 66.

Pedites incedebat.

50. Recreando animo apud eos temporis nullum. Serpebat aliquando prauus mos diebus Dominicis aliquantiſper detineri fratres in colloquutionibus, & comeſſationibus. Verùm ei viriliter ſe oppoſuit Macarius, vti Pelagius refert libel. 4. n. 27. inquiens: *Abbas Macarius maior in Scithi dicebat fratribus: Poſt Miſſas Eccleſiæ fugite fratres. Et dicit ei vnus fratrum: Pater vbi habemus fugere amplius in ſolitudine iſta? Et ponebat digitum ſuum in ore ſuo dicens: Iſtud eſt quod fugiendum dico. Et ſic intrabat in cellam ſuam, & claudens oſtium, ſedebat ſolus.* Conſule Pelagium l. eod. n. 37. & prius n. 16. vbi de alio Macario dicitur: *Quia ſi vacauit inter fratres, ponebat ſibi terminũ, &c.* Dedimus hoc cum de cibi, & potus ageremus regulâ. Aliquid tamen eius rei docuit Abbas Abraham apud Caſſianum collat. 24. cap. 20. & 21. exemplo S. Ioannis Euangeliſtæ.

Recreandi animi tempus nullum.

Dedi tibi lector Syllabum morum Monaſticorum, qui Scithiotis illis magnis pretioſi erant, quos nimirum hinc inde expiſcari valui, theſaurum planè incomparabilem: à quo cæteri Chriſtiani Orbis Monachi ſuos mutuati sũt. Haud dubium quin & alij exciderunt, ſed non flocci pendendum tot, tantoſque teſtimoniis certis commendatos ab interitu liberos perſiſtere valuiſſe. Fecit Deus ne tantarum virtutum vllo vnquam tẽpore teſtes defeciſſent. Reliquum eſt vt de huius Religionis duratione, & fine aliquid dicamus.

§. III.

Quando, & quare Scithiotarum Congregatio, deſtructa fuit?

47. NObiliſſima præſtantiſſimaque Monachorum familia (quòd mundi ita res proterat inconſtantia) non valuit diu in originaria virtutum perfectione conſiſtere: nec nimium deficere abſque cœleſti vltione permiſſa eſt, vt in ea adimpleretur illud ſapientis: *Flagellat Deus omnem filium quem recipit.* Mira res & non multis exemplis perſpicua. Ignoſcebat olim Deus ſeptem peccatricibus ciuitatibus Sodomorum propter quinque iuſtos, ſi in eas reperti fuiſſent; nunc vero Scithim ſanctum montem Monaſteriis & cellis plenum, tanquam Diuinis choris pſallentium, legentium, orantium, viuis adhuc, & flagrantiſſima charitate florentibus magnis Dei amicis Arſenio, Moyſe, Paſtores, Iſidoro Pemæne, Ioanne Macario Anub, Alexandro, Daniele, Iſaac, & ſexcentis aliis eiuſdem congregationis Patribus, tradidit Deus barbaris diripiendum, peſſumdandum. Quanta autem ſanctitate adhuc Scithis vigeret, cum in deſolationem Mazicarum furore redactus eſt, aperuit Arſenius: de quo Pelagius libel. 2. n. 6. inquiens. *Arſenius, quando in ſolitudinem redactus eſt locus, qui vocatur Scithi; exiuit plorans, & dicens: Perdidit mundus Romam, & Monachi Scithim:* tam altè de Scithica perfectione Monachorũ ſentiẽs, vt quod Romano Imperio Roma præſtaret, tãtundẽ Scithis præberet Monachis, ſeu (clarius dixerim) ſicut Roma caput Orbis erat; ita & Scithis Monaſtici ſtatus: præſtantia ſcilicet perfectionis Chriſtianæ.

Scithis deſtructio miranda & deploranda.

Dum autem quid Deus punierit in Scithiotis, mente reuoluo, Dominicæ manſionis Claniculario mihi in aurem inſonare videtur, *Tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eorũ qui non credunt Dei Euangelio? Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Nimirum ſi Scithiotæ totius vitæ Monaſticæ culmina duriſſimè à Domino vexati, & diſperſi ſunt; quid non timeamus & nos, qui toto cœlo ab eorum abſumus perfectione? Dices forſam, conſtare ex Sozomeno l. 8. c. 18. Scithiotas Monachos Origenis errores ſuſcitaſſe, deque eis accuſatos Conſtantinopoli in publica Synodo; & adiuuare hæreſim fuiſſe coactos: ait ſiquidem: *Hoc loco Theophilus* (Alexandrinus Præſul) *vna cum cæteris Epiſcopis conueniens, de libris Origenis nullam quidem mentionem fecit: ſed Scithenſes Monachos ad pœnitentiam inuitauit: pollicitus ſe, neque iniuriæ acceptæ fore memorẽ, neque mali quicquã eſſe facturum.* Quibus pœnitentiam poſtulantibus, *& Theophilo illos promptè in gratiam ſimul & in communionem recipiente, ſoluta eſt cognitio, quæ aduerſus Scithienſes iſtos inſtituta fuerat.* Verùm largè admodum voce *Scithenſium* abuſum fuiſſe Sozomenum, ſole meridiano liquidius eſt; nam quos vocare *Nitriotas*, abuſiuè *Scithenſes* dixit: quod duo illi Monachorum montes, ſeu examina vnius tantum diei itineris interuallo diſſiti eſſent. Alias Nitriotas fuiſſe Origenis farina conſperſos, nimis quam torũ eſt: præſertim ex D. Hieronymo in Apologia aduerſus Ruffinũ; ep. 72. Horũ præcipuos fuiſſe Ammonium, Dioſcorum Euſebium, Eutymiũ, Euagriũ, & Hor, teſtatur Hieronym. Ep. ad Creſiphont. & Theoph. ipſe Alexandrinus Patriarcha in epiſt. ad Ioannẽ Hieroſolim. inter Hieronymi 64. Et ex eis Baronius to. 4. & c. 388. & Acta illius Synodi Conſtantinolit. ad Quercũ habitæ apud Photium in Bibl. & Baron. t. 5. A.C. 403. vbi in libello Acacij Epiſt. Berenſis contra S. Ioannem Chriſoſt. dicitur: *Secundò quod B. Epiphanius propter Origeniſtas Ammonium, Eutychium, Euſebium, & Heraclidem, & Palladium noluit cum Chryſoſtomo communicare.* Porro hos ipſos Nitriotas Monachos fuiſſe, & cellas in Nitria habuiſſe, conceptis verbi, eorum ſocius Palladius prodit in lauſ. 48.

Iudicium à domo Dei incipit.

cap.

cap.9.10.12.& Ruffinus eorum aſſecla in Vit. Patr. c.23.& 27. Et ipſe Sozomenus mox vt Scithienſium cognitionẽ ſolutam fuiſſe ſcribit, quinam illi fuerint ſubdit dicens: *Quod opinor non ita ſucceſſiſſet, ſi vna cum reliquis Monachis Dioſcorus, & Ammonius affuiſſent. Nam Dioſcorus iam ante mortuus in templo Mocij Martyris eſt ſepultus: Ammonius autem modo cum Synodus conuocaretur, corpore languere cœpit & non multo poſt finiuit vitam.* Deniq; de Nitria ab Origenis labe purgata hæc ad ipſum Theophilũ loquitur Hieronymus ep.22 de Theodoro Monacho agens. Hunc *cũ ſuſceperis pro Eccleſiæ vtilitate lætare. Vidit enim cuncta Nitriæ Monaſteria, & referre poteſt continentiam, & manſuetudinem Monachorum: quomodo extinctis & fugatis Origenis ſectatoribus, pax Eccleſiæ reddita ſit, & diſciplina Domini conſeruetur* Non igitur Scithis, ſed Nitriæ habitatores Origeniſtæ fuerunt, atqui non omnes, ſed qui clauem habere ſcientiæ apud eos gloriabantur Longe tamen ab eo periculo Scithiotæ erant, qui literis non vacabant, vt Nitriotæ. Vt omittam eo errore etiam Nitriotas liberatos ab A. C. 403. in quem Synodus illa *ad Quercum* incidit Baronio teſte:& tamen Scithis niſi poſt annos ſexaginta barbaris tradita non fuit. Credibile autem non ſit peccatum ante annos 60. emendatum tam dire poſtmodum punitum.

49. **IV.** Cauſis Scithis vaſtata Prima deſectus laboris.

Ego igitur quatuor defectibus meruiſſe reor, & acceleraſſe Scithiotas Diuinum flagellum. I. quoniam nonnulli à laboribus ſolitis abſtinuiſſe videntur. Id mihi ſonat quod de Iſidoro Abbate refert Pelagius n 14. l. 7. *Dixit iterum Abbas Paſtor: Quia Iſidorus Presbyter de Scithio alloquutus ſit aliquando plebem fratrum dicens: Fratres nunquid non ad laborandum venimus in hoc loco? Et nunc video quia nullus hic labor eſt. Ego igitur collecta pelle mea vado vbi eſt labor, & ibi inuenio requiem.* Qualis vero labor Scithiotarum pridem fuiſſet, ſic Abbas Theodorus expoſuit apud eundem Pelagium l. 10 n. 24 *Quando eram in Scithi opus animæ erat opus noſtrum, opus autem manuum tanquam in tranſitu habebamus: nunc autem factum eſt opus animæ, velut cum in tranſitu factum eſt opus.* Quaſi dixerit: labor manuum acceſſorius erat, tametſi eidem inſiſteremus: nunc autem poſtquam Scithi diſceſſimus, verſæ vices operum ſunt. Atque hoc ſanè teſtimonio Abbatis Theodori conuinci videtur, non in totum Congregationis corpus virus accediæ irrepſiſſe: alias non ita generaliter loqueretur nullum tempus habitationis Scithis excludens.

50. **II.** Puerorũ Conuerſatio.

2 Puerorum, quos ad habitum admittebant, conſortio à primæuo rigore Monaſticæ exercitationis quoſdam elanguiſſe, liquet teſtimonio Abbatis Iſaac, à Pelagio relato lib. 10. num. 52. in hæc verba: *Dixit Abbas Iſaac Thebæus fratribus ſuis, Pueros hic non adducatis, quia propter pueros in Scithi quatuor Eccleſiæ eremus facta ſunt.* Sanè & ieiuniorum, & ſilentij, ac vigiliarum ſtatuti Canones nonnihil tepuiſſe apud quoſdam, ſatis eſt veroſimile, quæ à pueris ad vnguẽ obſeruari nequiuerint: ne carnis petulantiam, abſque manifeſta teſtium probatione ſanctis viris temerè imponere videar. Exiſtimabit quiſpiam veſtium quoq; apud Scithiotas inductam tunc fuiſſe mutationem; quod id indicare videantur verba illa Iſaac Abbatis apud Pelagium l 6.n. 9. *Dicebat autem fratribus Abbas Iſaac: Patres noſtri & Abbas Pambo vetuſtis, & de multis partibus reſarcitis veſtibus, vtebantur: nunc autem pretioſis veſtibus vtimini. Diſcedite hic: deſertaſtis locum hunc. Quando autem profecturi erant ad meſſem, dicebat eis: Iam vobis nulla mandata dabo; quia non obſeruaſtis.* Verùm ex numero præcedenti conſtat, hunc Iſaac non Scithiotarum Presbiterum fuiſſe, de quo ſuperiùs dictum eſt, ſed Conuentus Cellarum, qui ad Nitriotas ſpectabat: nam ibi dicitur: *Venit aliquando frater aliquis in Conuentum Cellarum coram Abbate Iſaac, veſtitus modicum cucullum: & ſpectabat eum ſenex dicens: Hic Monachorum eſt habitatio: tu ſæcularis es & non poteris hic eſſe.* Vbi illum perſtringit Monachum in Cellis de deprauata cuculli forma: hos vero de qualitate, & materia. Et nominantes diſtinxit Abbatem Pambo a Patribus eius loci, dum dixit: *Patres noſtri & Abbas Pambo*; quod nimirum Pambo è Scithiotis eſſet, Pelagio teſte libello 15.n.4 tametſi poſtea ad Cellas tranſijt Ruffino l.2. Hiſt. Eccl c.8. Patres vero Cellarum. Eo vel maximè quod videam Scithiotas etiam ad præſentiam puerorum melotis, & pellibus vſos; nõ pretioſis, vt nunc S. Macarij teſtimonio palã fiet.

III. Cauſam apud S. Macarium ipſius ſacri montis primum incolam lego: Is ſiquidem & diuinitus miniſtrans flagellum, & cauſas eius præſciuit, aperuitque fratribus, vt reſipiſcerent, & Dei placarent furorem: quod narrat Pelagius l.8.n. 11. dicens: *Dicebat Macarius de deſolatione Scithi ad fratres: Quando videritis cellam ædificatam iuxta paludem, Scitote quia propè eſt deſolatio. Quando autem arbores videritis, iam ante ianuam eſt. Quando autem videritis pueros, tollite melotes veſtras & diſcedite.* Multos ante vaſtationem Scithis annos hæc prædixiſſe Macarius oportet, ſi arborum plantatio & augmentum, & puerorum educatio expectanda eſſent. Phraſim Macarius ab Euangelio accepit Mathæi c. 24. *Cum videritis hæc omnia, Scitote quia propè eſt in ianuis:* Et Luc. 21. *Cum videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc Scitote, quia appropinquarit deſolatio eius.* Senſus autẽ Macarij eſt: *Cum videritis cellam ædificatam iuxta paludem*: nimirum quod ibi fratres ædificare cœperint, vt ad manũ aquam habeant, & labore quem in ea educenda impendere ſolebant, liberarentur. Seù quod ita multiplicati eſſent, vt ad paludem vſque Mareotim cellæ peruenirent; ſic enim ipſa hominum multitudo confuſionem pareret, & rigoris Monaſtici relaxationem Rurſus quod ait: *Quando videtis arbores*, eo tendit, vt vel vmbram ad ſe protegendum à Solis ardore, vel fructuum percipiendorum gratia per arbores intelligat, deliciaſque afferant à priſtino rigore degeneres. *Quando autem videritis pueros, &c.* Cum videlicet ex eorum conſortio Monachi repueraſcere cæperint, & mores puerorum induere. Quibus ſanè ignis ille ſemel, iterum, ac tertio in Scithi accendi à ſane magno viſus reſpondere ex æquo videtur; de quo Ioannes libel. 1.n.5 hæc habet: Dicebant de quodam ſene magno in Scithi: *Quotieſcumque fratres ædificabant cellulam, egrediebatur cum gaudio, & ponens fundamentum non diſcedebat, donec commoraretur* (Hiſpaniſmus: *haſtaque ſe moraſſe*) *Aliquando autem exiens ad fabricandam cellam, contriſtabatur valde. Et dicunt fratres: Quare triſtis, ac mæſtus es Abba? Qui dixit eis: Deſolandus eſt locus iſte, fili. Ego enim vidi quoniam accenſus eſt ignis in Scithi; & accipientes fratres palmas, cadentes extinxerunt eum. Et iterum accenſus eſt, & accipientes fratres rurſus palmas, cadentes extinxerunt eum. Tertio accenſus eſt, & impleuit totam Scithim, & iam non potuit* 51. III. Deliciæ.

extingui. Ideo ego contriſtor , ac mæſtus ſum. Plane ignis indignationem Dominicam denotabat in Scithim conceptam : quam humili manuum labore tempus terentes Monachi ſæpius repulerunt. Cum verò à laboribus tandem abſtinerent, & otio ſe dederent, ſupplicium euadere nequiuerunt. Vnde cum tertio accenſus eſt, nulla de palmis mentio fit , ac proinde nec de ignis extinctione.

52. IV. Inobedientia.

4. S. Moyſes Abbas generaliter inobedientiam mandatorum à ſenibus indictorum fratribus improperabat ; publicéque , velut alter Ionas, pœnitentiam prædicabat , quâ futuram proximamque Scithis cladem ac ſubuerſionem euaderent : provt Pelagius teſtatur lib. 18. num. 13. dicens : Dicebat Abbas Moyſes in Scithi. *Si cuſtodimus mandata Patrum noſtrorum , ego præſumens de Deo ſpondeo vobis , quia huc Barbari non venient : ſi autem non cuſtodieritis , deſolandus eſt locus iſte.*

53. Alia prophetia.

An hic referenda ſit prophetia Scithiotarum de futuris Monachorum generationibus, iurè hæſitabit quis. Ego non diſſentiar , quod vetuſtiſſimam iudicem, vtpote à Palladio (vel ſi Roſuueydo aſſentiaris, à Ruffino) recenſita lib. de verb. ſen. n. 197. à quo proculdubio mutuatus eſt eam Ioannes libel. 1. n. 14. & aliàs nec dum perfectè completa ſit. Quod enim Neothericus quidam ad ſuam familiam ſpectare contendat, gratis omninò dictum eſſe, omnes, quibus nihil intereſt, facilè indicabunt Prophetiæ textus hic eſt. *Sancti Patres congregati prophetauerunt de vltima generatione* (Ioannes addit : *Sancti Patres de Scithi*) *Ex quibus vnus præcipuus nomine Cyrion dixit : Nos quidem adhuc mandata Dei implemus. Interrogauerunt eum alij Patres dicentes : Quid hi, qui poſt nos futuri ſunt ? At ille reſpondens dixit : Media fortè complebunt mandata Dei , & æternum requirent Deum. Dixeruntque Sancti Patres : Poſt hos autem qui venient, quid facturi ſunt? Reſpondens dixit. Homines generationis illius mandatorum Dei opera non habebunt, & præcepta Dei obliuiſcentur. Superabundabit autem tunc iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum. Venit verò ſuper eos tentatio , & qui inuenti fuerint in illa tentatione probati, & nobis, & patribus noſtris meliores exiſtent, & fæliciores.* Sunt qui velint Cyrioné Abbatem loqui de Monachis in conſummatione mundi futuris ; tum quia dicitur in fronte Prophetiæ, *Prophetarunt de vltima generatione*, ſcilicet Monachorum: tum quia de illis probabiliùs dicetur , quod primò quidem valde refrigeſcent; ſed tentatione orta de prædicatione Antichriſti ignoſcent ſpiritu, & in eum inſurgentes, magnos prædicationis & martyrij fructus ſibi acquirent : ita vt cæteros maiores ſuos meritis prætergrediantur. Quibus ſanè ego aſſentiar, dum tamen nulla ſpecialis familia Monachorum à Cyrione denotata dicatur; & nomine *generationis media* intelligatur vniuerſus Monachatus à deſolatione Scithis , vſque ad vltimam generationem excluſiuè: in qua *media* verum habeat illud: *Media fortè complebunt mandata Dei* (ſeu vti clariùs habes in Subdiacono) *Hi qui fuerint poſt nos, dimidium operis noſtri operaturi ſunt* : quod modo in reformatiſſimis familiis expleri conſpicimus; quarum Monachi, ſi ad Scithiotarum feruorem comparentur , non vltra dimidium priſcorum operantur: & nihilominus *æternum requirunt Deum*. Hæc de vniuerſo Monachorum futuro ſtatu , & generationibus in diſceſſu Scithiotarum prædicta ſunt. Sed quæ tunc in montis & Congregationis Scithis acciderint detractatione, accipe à Pelagio libello vlt. n. 14.

54. Moyſes Æthiops Martyrium ſuũ & deſolationem Scithis prædicit.

Sedentibus aliquando fratribus apud eumdem Abbatem Moyſem, dicit eis: Ecce Barbari hodie in Scithim venient: ſed ſurgite & fugite. Dicunt ei illi : Et tu non fugies Abba? Ille autem dicit eis : Ego per tot annos expecto diem iſtum, vt impleatur ſermo Domini mei Ieſu Chriſti dicentis: Omnes qui gladium acceperint, gladio peribunt. Hoc ob id dictum credas, lector, quod olim Moyſes ille latronũ fuerit dux, & homicida. O quá humiliter atque perſpicuè ſuũ adumbrabat martyrium! Neque alter Moyſes, quã Æthiops iſte confingi valet in præſenti. Scio equidem tres alios eius nominis fuiſſe , quantum ex ſcriptorum lectione deprehendi poteſt ſcilicet qui genti Sarracenorũ Epiſcopus datus eſt; ſed is nequaquam in Scithi, ſed propè Arabiam deguit, Ruffino l. 2. Hiſt. Eccl. c. 6. Et Moyſes, cuius geſta refert Theodoretus; & hic longius ſitus erat, videlicet in Syria, vt ipſe l. 4. Hiſt. c. 16. & in Philotheo c. 22. Denique alius in Scithi, aut propè , de quo Palladius in Lauſc 88. & ab eo Heraclides lib. de Paradyſo c. 27. Sozomenus l. c. 38. Caſſiodorus l 8. Tripart. c. 1. ſed is nullius penè nominis fuit , nec aliud de eo ſcribitur, niſi tantum quod teſtis fuerit miraculi cuiuſdam à Piore Abbate patrati. Quare mihi procul omni dubio eſt vniuerſa , quæ ſub Moyſis nomine circumferuntur Apophtegmata, magni Moyſis Æthyopis eſſe. Quod verò is quoq; Martyr Scithiota fuerit, eius verba prorſus indubitatum reddunt. Nam cum ad necem ſuam traxerit verbum Domini. *Omnes qui gladium acceperint gladio peribunt , &c.* Neceſſum eſt, vt is aliquando gladio aliquem necauerit: quod de Moyſe Æthyope prodit Palladius in Lauſ. c. 22. illis verbis: *Fuit quidam Moyſes nomine, Æthyops genere, niger quem propter morum improbitatem , & latrocinij crimen proiecit eum Dominus. Dicebatur enim etiam vſque ad cædes progredi, &c.*

55. Cum aliis fratribus martyrium patitur.

Pergit Pelagius, & ſubdit: *At illi* (fratres) *dixerũt ei)* ſcilicet Moyſi) *Neque nos fugiemus , ſed tecum moriemur. Et ille dixit eis : Ego cauſam non habeo* (fugiendi) *vnuſquiſque veſtrum videat, quomodo ſedeat. Erant autem ſeptem fratres cum eo, & dicunt ei: Ecce Barbari appropinquant ianuæ. Et ſtatim intrantes barbari occiderunt eos. Vnus autem ex eis timore carnali perterritus fugit , & abſcondit ſe poſt plectas de palmis: & vidit ſeptem coronas deſcendentes, & coronantes, abbatem Moyſem , & ſex fratres, qui cum ipſo fuerant interfecti.* Martyrij veritatem coronarum viſio comprobauit, & ex ſeſe ſatis eſt veriſimile Mazices barbaros ſolo Fidei odio ductos eos neceſſe: cum præter ſportulas paucas nihil in eorum manſionibus inuenire quirent, & fama paupertatis Scithiotarum vbique ; penetraſſet. Porro ob ſimilem barbarorum graſſationem Monchos ab eis trucidatos in album Martyrum collocatos videre eſt 16. Maij de Monachis S. Sabæ : Et 28. eiuſdem de Thecuitis: & 19. Febr. de Paleſtinis à Sarracenis occiſis. Qua de re Baroniũ conſule in Notis ad eos dies Rom. Martyrol. & Caſſian. Collat. 6. Dolendum profecto, tantũ Chriſti Martyrẽ à compilatoribus Martyrologiorum , abſque Martyrij elogio tabulis Eccleſiaſticis inſertum 28. Auguſti : niſi forſam (quod equidem reor) ille etiam ſit , cuius Martyrio coronati mentio fit die 14. Februar. apud Bedam, Adonem, Vſuardum , & Romanum; quoniam occiſus aſſeritur cum Cyrione Presbytero, Baſſiano, & Agathone, his Vſuardi, & Adonis verbis:

verbis: *Item Cyrionis Presbyteri, Moyſeos, Baſſiani, & Agathonis, qui omnes igne combuſti ſunt.* Vidimus vero Cyrionem & Agathonem Scithiotas fuiſſe, è quibus Agatho notiſſimus fuit, & Cyriō ſupra de vltima Monachorū generatione clara prædixit: & vti ſenex & Presbyter corā Patrum conſenſu locutus eſt. Agatho Exorciſta à Romano Martyrologio dicitur, gradu ætati ſuæ conuenienti: liquet ſiquidem ex Pelagio libel. 15. numer. 40. iuniorem cæteris fuiſſe. Petrus in Cathalogo apud Alexandriam paſſos vult (lib. 3. cap. 124.) ſed ſine auctore: eo forſam ductus quod præcedentes Baſſum Antonium, & Protolicum, omnes Alexandriæ occiſos fateantur, & ſubdatur in Martyrologiis: *Item Cyrionis Presbyteri, Moyſeos &c.* Facile vero fuit in deſerto à Barbaris comburi.

56. *Mazici Scithim deſtituunt.* Porro de ipſa Scithis deuaſtatione hæc habet Palladius de Verb. Senior. num. 199. *Quodam tempore Mazices cum ſuperueniſſent in Scithi, & multos ex Patribus interfeciſſent, Abbas Pæmon cum alio Abbate ſeniore nomine Anub. & cum aliis quinque Patribus fugiens inde, venit in locum Therenthi, &c.* Et poſt quædam ſubdit: *Sic permanſerunt per multos annos* (ſeptem illi Patres ſimul) *cum multa humilitate, & patientia. In nocte quatuor horis dormiebant, & quatuor operabantur. In die vero vſque ad horam ſextam operabantur, deinde vſque ad Nonam legebant, & poſt hoc victum ſibi præparabant colligentes quaſdam herbas terræ.* Idem refert Paſchaſius cap. 42. numer. 4. At Pelagius libel. 15. numer. 11. pro Pæmene ponit Paſtorem, inquiens: *Narrauit Abbas Ioannes: quia Abbas Anub, & Abbas Paſtor, & reſidui fratres eorum ex vno vtero nati Monachi fuerunt in Scithi: Et quando illic venit gens Mazicorum, & deſolauerunt locum ipſum, primò diſceſſerunt illic, & venerunt ad locum, qui vocatur Therenuthi &c.* Et infra: *Conſtituit Anub vnum ex nobis diſpenſatorem, qui, quodcunque nobis appoſuiſſet, comedebamus: & impoſſibile erat, vt diceret aliquis ex nobis: Affer aliud aliquid: aut diceret: Nolo iſtud manducere. Et ſic tranſiuimus omne tempus vitæ noſtræ cum quiete, & pace.* Mazices Barbari erant Scithi ſatis vicini, & prope Oaſim magnam incolentes ad littus maris, nec longè ab Alexandria ad Occidentem, vt prodit Ioannes libel. 3. num. 12. & Palladius Dialogo de Vita Chryſoſtomi, ex quo Baronius A. C. 406. num. 18.

57. *S. Arſenij conſtantia & modeſtia.* Quid vero Arſenius tunc fecerit; ſilentio dignum non eſt. Audiamus Metaphraſtem in eius vita. *Cum Barbari aliquando in Scithi feciſſent excurſiones, alij quidem ex Patribus conuerſi ſunt in fugam, & ea ratione euaſerunt, ex manibus barbaricis. Arſenium autem nullus inuaſit metus. Quomodo enim qui ipſos ſuperabat dæmones, & erat eis formidabilis? Sed ſic manens in cella aiebat: Si mei Deus curam non gerit, quare egò velim viuere? Sic dicens, & ſentiens, ſurrexit; & tranſiit per medios barbaros, & nihil paſſus, ſaluus euaſit cum eis nullum omninò ſui ſenſum dediſſet* (planè inſtar illius Domini, qui tranſiens per medium illorum ibat.) *Deinde cum cogitaſſet hoc eſſe effecturum, vt fieret maior aliis, & maiorem aliam à Deo curam conſequeretur, maluit propter modeſtiam vnà fugere cum aliis, & ad eos abiit.* Simul planè & inſignis in Deum fiduciæ, & erga homines humilitatis egregium ſpecimen edens.

58. *Scithiotarū Religionis duratio.* Sed quantum temporis Scithiotarum Religio permanſerit, nunc videndum. Sanè cum ſanctus Macarius Alexandrinus primus omnium montem illum incolere, & diſcipulos illic congregare, & erudire cœperit: reliquum eſt, vt ab eius conuerſione, aut propè, exordium Scithis accipiendum ſit. De anno autem conuerſionis eius nemo hactenus quicquam ſcripſit: Verùm ex iis quæ Palladius & Heraclides de eo referunt, ita deducens à nobis eſt. Conſtans eſt apud omnes Palladium ad Ægyptum acceſiſſe A. C. 388. videlicet ſub Conſulatu II. Magni Theodoſij, vt ipſe ait cap. 1. Lauſ. (ſic Baronius, & Roſuueydus) & cap. 19. & 10. teſtatur ſuperiori anno deceſſiſſe Macarium Ægyptium, Antonij diſcipulum; ſuperuixiſſe vero triennio Macarium alterum Alexandrinum; nam quod Heruetus vertit: *In quibus cellis ego nouem annos habitans, ex quibus tres annos mecum vixit ille Macarius &c.* Vetus interpres à Theodorico Loër in lucem datus clariùs reddit cap. 10. *Tribus annis poſt me ſuperuixit.* Ex quo relinquitur vt obierit Macarius A. C. 391. Heraclides autem cap. 6. Paralyſi ſui auctor eſt, eum exegiſſe exercitationis ſuæ annos 60. cum 40. alios ante Baptiſmum in ſæculo feciſſet (his Librarij vitio *Marcus* pro *Macario* legitur, Palladio repugnante) quo loci quod noui Interpretes reddiderint, *Ex quo fuit baptizatus, humi non ſpuit* (quod minus dignè dicitur) vetus gratiùs tranſtulit: *Ex quo baptizatus eſt, non eſt locutus otioſum ſermonem* Fortè in Originali erat: *Non cecidit in terram verbum eius*: quaſi diceret. *Seriò deinceps & dignè loquutus eſt.* Porro iuuenem adhuc recenſque è ſæculo conuerſum in Scithim ſeceſſiſſe, & ſuo acceſſu Scithiotis exordium dediſſe, narrat Pelagius libell. 15. num. 25. vti ſuperius latius extendimus §. 1. à num. 2. huius capitis. Quare conſequens, vt id contigerit ad A. C. 331. plus minuſvè, à quo nimirum vſque ad 391. Obitus ſui 60. anni interſunt. Quòd ſi cui placet, non Alexandrinum, ſed Ægyptum Scithiotis dediſſe initium (liquet ſiquidem & ipſum in Scithi habitaſſe, tum Palladio & Heraclide teſtibus; tum Ioanne ſubdiacono lib. 2 num. 6. & libel. 3. num. 4. & forſam Pelagio lib. 7. num. 9. & 10.) quod tamen mihi vehementer diſplicet, ex fundamentis à cap. 3. huius libri præiactis; nihilominus de exordio habitationis Scithis parua eſt controuerſia: enim vero Macarius Ægyptius, Palladio teſte, *vixit 90. annos integros: ex his in ſolitudine annos 60. cum 30. annos natus aſcendiſſet.* Cum vero eodem auctore de viuis exceſſerit A. C. 387. qui præceſſerat aduentum Palladij eiuſdem in Ægyptum, conſequitur, vt is ipſe Macarius ad ſolitudinem ſeceſſerit A. C. 327. à quo vſque ad 331. alterius Macarij acceſſu inſignitum quatuor duntaxat intercedunt. Verùm adhuc huius partis aſſertor probare non poterit Ægyptum non aliam primum ſolitudinem habitaſſe, quod de Alexandrino certum eſt: quin potius cum ægyptius nuncupatur, ex eo quod in interiori ægypto natus fuerit, id eſt Memphis; probabilius eſt alibi potius anachoreſim ſuam arripuiſſe? poſtmodum vero ad famam Scithiotarum in Scithim ſe recepiſſe: indeque ad Antonium rediiſſe, aliquot ante eius obitum annos: ſucceſſiſſeque in eius locum. Ergò, vt fuerit, Scithiotarum exordium prope A. C. 331. aſſignandum eſt.

Sed vero annus Scithicæ ſubuerſionis, ex quo eliciendum eſt quoto illud inſtitutum tempore viguerit, aliundè ſolerti indagine deducendus à nobis eſt; videlicet ex certo annorum calculo, qui geſtis vniuerſis magni Arſenij adhibeatur. 59. *Quo anno Scithis ſubuerſa diſquiritur.*

Digitized by Google

Cum enim Arſenius ſubuerſioni interfuerit, illiquéque annos quindecim ſuperuixiſſe, reliquum eſt, vt annus obitu tanti viri illuſtratus certum nobis terminum Scithicæ expilationis ob oculos ponat. Id vero ex Pelagio libello 15. num. 10. & Metaphraſte in eius vita deducendum. Et quidem Pelagius teſtimonio Abbatis Danielis præcipui diſcipulorum Arſenij nixus, hæc ſcribit: *Moritur autem annorum nonaginta quinque: Hic fecit in Palatio diuæ memoriæ Theodoſij Imperatoris Maioris, qui fuit pater Arcadij & Honorij, annos quadraginta: & in Scithi fecit annos quadraginta: & decem annos in loco qui dicitur Troben* (alias *Troben*, apud Metaphraſtem *Stromen*) *ſupra Babilonem contra ciuitatem Memphis; & tres annis in Canopo Alexandriæ, alios duos annos reuertens iterum in Trohem fecit, conſummans in pace, & timore Dei curſum ſuum: qui erat vir bonus, & plenus Spiritu Sancto, & Fide.* Verùm textum hunc aliquantiſper immorati extergere cogimur, ab exſcriptorum erratis. Et primò quidem in id quod Pelagius ait; *Moritur annorum 95.* Manifeſtus error irrepſit; nam conſtat ex Metaphraſte, qui puriores nactus eſt codices de Geſtis eius, centum ætatis annos conſummaſſe: ait ſiquidem: *Sanctorum Angelorum manibus verè beatam tradidit animam, cum vixiſſet quidem inter Monachos quinquaginta quinque annos; omnes autem centum & viginti: nulla parte corporis vllo modo mutilatus:* Quinimo, quod nunc apud Metaphraſtem legimus, exceſſiſſe, *cum vixiſſet inter Monachos 55. annos*, minus ſtare poteſt cum centennario vitæ, & reliquorum factorum chronologia, vt ex dicendis liquidum fiet. Quod autem Daniel apud Pelagium dixit: *fecit in Pelagio annos 40.* Non ſic accipiendum eſt, vt totos apud Imperatorem exegerit; qui ad ſummum decem Conſtantinopoli apud Theodoſium vixit: ſed quod in Palatio exiſtens ætatis ſuæ quadrageſimum expleuerit annum: ita vt quadragenarius inde recedens in Scichim ſeceſſerit: vbi non quidem 40 vt ibi legimus, ſed 65 omnino fecerit. Reliqua ſibi & veritati conſonant. Itaque legendum eſt. *Moritur annorum centum. Hic expleuit in Palatio annos 40. & in Scith. 65. & decem annos in Trobe, & tres in Canopo, & iterum in Trobe duos*, vbi eſt conſummatus. Sed vnde hæc omnia conſtans, inquiris, Plane ex certis veritatis teſtibus; qui ſingulis ſubſcribunt, vt iam exponam.

60. *Quo anno Arſenius Arcadio magiſter datus?*

Principiò illud procul omni dubio ſit, Arſenium Roma Conſtantinopolim euocatum, vt Cæſaris Arcadij magiſter eſſet A. C. 383. Enimvero eo anno ſub Coſſ. Merobaude iterum, & Saturnino, *Arcadius à patre Theodoſio Auguſto conſors Imperij coronatus eſt*; vt ſcribunt Marcellinus in Chron. Idacius in Feſtis Conſularibus. Socrates lib. 5. cap. 10. Et Sozom. lib. 7. cap. 12. quibus Baronius ſubſcribit, illud adiiciens quod iidem produnt, *pium Principem parum ſibi viſum contuliſſe filio, ſi Romanum illi tradens Imperium, non æquè in eum transfunderet pietatem; ad Gratianum Imperatorem epiſtolam iam ſcripſiſſe agentem in Occidente, qua eum rogauit, vt egregium pietate virum, qui filium doceret, quæreret, inuentumque Conſtantinopolim mitteret. Scripſit ea de re Gratianus ad Damaſum Romam Pontificem; qui miſit ad eum Arſenium Eccleſiæ Romanæ Diaconum egregia probitate ſpectatum, & literis inſigniter eruditum. Cui, cum Conſtantinopolim perueniſſet, Theodoſius filios ſuos tradidit, moribus & litteris imbuendos, atque dixit. Poſthac tu magis pater eorum, quam ego.* Erat eo anno Arcadius octauum ætatis ſuæ agens, vtpote natus ſub Coſſ. Gratiano IV. & Merobaudis A. C. 377. Pontificatus S. Damaſi vndecimo. Oportuit verò Arſenij Conſtantinopolitanus acceſſus annum Domini 384. non exceſſiſſe: quod in eo diem ſuum obierit ipſe Damaſus, Baronio teſte, à quo tamen electus, & miſſus eſt Auguſtorum Doctor. Porro Honorius Arcadij frater ipſo anno 384. natus fuit, Ricomere & Clearco Coſſ. vt Marcellinus prodit in Chron. poſt Arſenij aduentum; nam eum è ſacro fonte ſuſcepiſſe ſcribit Palladius de Verb. Sen. numer. 37. vbi quod ait: *Arſenius Theodoſij filios Auguſtos de Baptiſmo ſuſcepit*, amplificandæ orationis gratia dictum ſit, vt illa Hieronymi de Paula Epiſt. 27. *Quid ego narrem Macarios, Arſatas, Serapiones, & reliqua columnarum Chriſti nomina?* Et idcirco quod in vulgatis Palladij additur, *Cuius filios, id eſt Arcadium & Honorium Augg.* gloſſema eſt ſcioli alicuius, è margine perperam in textum tranſlatum. Et nihilominus verè à Metaphraſte, Nizeph lib. 12. cap. 25. ac cæteris ſcriptoribus vno ore vtriuſque Cæſaris præceptor Arſenius aſſeritur, quia primum Arcadio datus, & Honorius poſtmodum acceſſit, primis literis ab eo erudiendus, dum per ætatem liceret.

61. *Quot annos Cæſarum Præceptor egerit?*

Rurſus à palatio receſſiſſe Arſenium ante A. C. 395. illud manifeſtum reddit, quod eo ipſo anno patri Theodoſio decedenti Arcadius in Imperio ſucceſſit, Marcellino, & Caſſiodoro in Chronicis, Socrate, Sozomeno, & reliquis autoribus. Sed vero ante eius obitum Arſenius in Scithim relicto palatio ſubterfugit, inſidias Arcadij fugiens, qui ob verbera ſibi illata moliebatur ei necem. Ita Metaphraſtes, & Nicephorus, qui ſubdunt: *Et viuente quidem Theodoſio latuit. Poſtquam autem Arcadius ad Imperium peruenit, Angelicam eum conſectari vitam innotuit: proinde Imperator ad eum ſcribens, cum precationem, benedictionemque eius, tum peccati gratiam ab eo petiit.* Proinde decem, ſeu vndecim, annos præceptorem Cæſarum egiſſe, par eſt, vt dicamus: id eſt ab A. C. 383. quo Conſtantinopolim perrexit, ad 393. vel 394. quo Monaſticem in Scithim fugiens arripuit: paulò nimirum ante Theodoſij deceſſum, qui (vti diximus) incidit in A. C. 395. Vide quam deprauatus eſſet Pelagij textus, vbi ait: *Hic fecit in palatio annos 40.* Si ad tempus palatinæ moræ reſpiciatur veriſſimè tamen quadraginta ætatis ſuæ in palatio compleuit, & quadragennarius ſæculi pompam contempſit, & trigeſimum agens Arcadio Præceptor datus eſt, tot ſiquidem ætatis anni exiguntur, & ſatis ſunt ad 120. vitæ exactæ complementum, vti ex dicendis conſtabit.

62. *Quot annos exegit in Scithi.*

Sed illud difficilius deduci poſſe videtur, quot videlicet annos in Scithi exegerit ab eius conuerſione, vſque ad Scithis deſolationem: quod hoc loco præcipuè enodare intendimus. Verùm hoc duplici tramite haud difficulter deducemus. Primò ex prædicto 120. annorum ætatis eius numero: quindecim namque dumtaxat poſt Scithim deuaſtatam ſuperuixiſſe, conceptis verbis aſſeritur à Pelagio; in quo nemo erratum inuenit; è quibus *fecit decem annos in loco qui dicitur Troben ſupra Babilonem, contra ciuitatem Memphis: & tres annos in Canopo Alexandriæ* (eſt alterum ex Nili Oſtiis, Alexandriæ vicinius, ſed ad ripam aduerſam oppidum eius nominis habens) *& alios duos annos reuertens iterum in Troben fecit, conſummans in*

pace

Digitized by Google

pace &c. per omnes quindecim Quod ſi ab A.C. 391. quo quadragenarius in Scithim è palatio ſeceſſit Arſenius, ad perfectos ætatis illius 120. procedamus, recto calculo in A.C.473. incidamus neceſſe eſt, quem fateamur obitu magni Arſenij illuſtratum, videlicet poſt annos 80. Monachatus ſui. Si vero ab A.C.473. quindecim demas ſplendebit illico A. C. 458. in quem Scithiotarum deuaſtatio, & in montem Scithim Barbarorum graſſatio proculdubio inciderit. Denique aſſerere cogimur, Arſenium feciſſe in Scithi totos 65. annos. Vide quam à vero abſceſſerit qui dixit, ac legit apud Pelagium: *In Scithi fecit annos 40.* cum his alias 25. ſuper egerit.

63. *Idem alia via examinatur.*

Nouam eiuſdem veritatis inueniendæ viam ſuppeditant verba illa eiuſdem Pelagij libel.1.num.6. de Arſenio agentis: *Quando in ſolitudinem redactus eſt locus, qui vocatur Scithi, exiuit plorans, & dicens: Perdidit mundus Romam, & Monachi Scithim*: quæ etiam verba recitat Metaphraſtes. Cogunt vero nos aſſerere, recentem quoque tunc fuiſſe Romæ ſubuerſionem, quam nimirum Arſenius patribus oculorum fontibus deplorabat. Et ſicut ea verba, non multum poſt Scithim euerſam, ad ſolam præteritæ calamitatis recordationem dicta ſunt, ſed quando deſolato loco exiuit plorans: ita prorſus recentem quoque tunc fuiſſe Romanam cladem, ipſa indicat calamitatem comparatio. Cum autem duplex fuerit Romæ ſubuerſio, prior ab Alarico cum valida Gothorum manu ſub Varone ſolo Conſule (is, iuxta probatiſſimam Baronij ſupputationem, A.C. eſt 410.) poſterior à Genſerico Vvandalorum Rege A.C.455. in quem incidit Conſulatus Valentiniani octies, & Anthonij (vti vtrique ſubuerſioni fidem adſtruunt Marcellinus & Caſſiodorus in Chronico, quibus cæteri ſcriptores vno ore ſubſcribunt, Hieronymus Auguſtinus, Oroſius, Sozomenus, Socrates, Zoſimus, Sidonius, Præconius, Rutilius, Euagrius Nicephorus, Paulus Diaconus, Victor Vticenſ. à Cardinale Baronio vtrobique citati) reliquum eſt, vt cuius euerſionis lachrymas Arſenius tunc fuderit, videamus. Et ſanè Alariciana clades ſolos 17. Monachatus annos agentem reperit Arſenium, id eſt ab A.C.393. ad 410. hæc vero concidere nequiuit cum euerſione Scithis, quæ inter Patres Scithiotarum Arſenium ſeniſſimum, & venerabiliſſimum inuenit: vt ea quæ de ipſo totis de Verb. Seniorum libris ſcripta ſunt, meridiana luce manifeſtiùs reddunt: quod 17. duntaxat annis perfici nequiuerunt. Vt omittam inde deduci toties Monachatus ſui tempus non exceſſiſſe 32. annum, videlicet 17. ante euerſionem, & 15. poſt: quod perridiculum prorſus eſt. Deplorabat igitur poſteriorem Romæ cladem à Genſerico inflictam A. C. 455. Atqui ab eo vſque 458 qui 15. poſtremos ætatis Arſenij præceſſit, tres duntaxat intercedunt; vt vel inde liquidum ſit, vtramque ſimul Arſenium deploraſſe; vtpotè cum oculis nondum ſiccis delamentata Romana clade, noua poſt annos tres ſucceſſerit Scithis; & illa quidem patriam, hæc vero habitationis ſuæ ſolum lamentatus ſit.

64. *Idem ex ſcriptorum ſilentio comprobatur.*

Suffulcit hanc noſtram, nouamque, ſed veram calculationem perpetuum Scriptorum Veterum ſilentium, Ruffini, inquam, Palladij, Heraclidiſvè; qui cum de vniuerſis Ægyptum incolentibus Monachis, ſanctitate ac religione præſtantibus, atque de egregiis eorum ſententiis hiſtoriam ex profeſſo texuerint, de ſubuerſione Scithis, de quæ Arſenij dictis, geſtiſve, nec vnum verbum ſcripſerunt: cum præſertim Ruffinus quem cæteri ſequuti ſunt, autore Hieronymo, *ita librum ſcripſerit, quaſi de Monachis, vt multos in eo enumeret, qui nunquam fuerunt*, tantum abeſt vt Arſenium ſilentio obuolueret. Verum cum ipſe Ruffinus in Ægyptum conceſſerit A. C.372. & de his quos tunc viderit ſcribat; prorſus Arſenij meminiſſe nequiuit, qui niſi poſt annos 21. Scithim non vidit; & tunc Romæ adhuc S.R.E. agebat Cardinalem. Palladius ab A. C.388. vſque ad 9. annos, & Chriſti. 397. in Nitriæ egit ſolitudine: quorum annorum interſtitio accidit Arſenij in Scithim acceſſus, id eſt A.C. 393. coextititque proinde cum eo annos 4. quibus tyrocinium ſuum ille incognitus explebat. Quare multo minus de ſubuerſione Scithis ſcribere potuerunt, quæ poſt annos 65. contigit.

65. *Corrigitur quidam Hieronymi textus.*

At quid eſt quod Hieronymus in Epitaphio Paulæ adſtruit, ipſam cum Ægyptum contendit, inuiſiſſe Arſenium inter cæteras Chriſti columnas? ad calcem vero planè innuit, id accidiſſe A. C.384. nam ait: *Sepulta eſt V. Kal. Febr. Honorio Auguſto VI. & Ariſteneto Coſſ. Vixit in ſancto propoſito Monachatus Romæ annos quinque Bethleem annos viginti.* Ex quo liquet obiiſſe A.C. 404. & ante 20. cum profecta eſt Bethleem, obiter inuiſiſſe Ægyptum, ac proinde A. C.384. vel vt plurimum 385. vt Baronius contendit. At nunc Hieronymus: *Quid ergo narrem Macarios, Arſenios, Serapiones, & reliqua columnarum Chriſti nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorum pedibus non aduoluta eſt?* Ergo iam eo anno 384. Arſenius nominatiſſimus erat inter ſuos. Verùm in correctiori lectione vitarum Patrum; quam Roſuueydus adornauit, pro *Arſenios*, eſt *Arſatas*, quamquam Marianus Victorius in recenſione Hieronymi perperam *Arſenios* legit. Roſuueydus in Notis hæc habet. *Exiſtimo intelligi Arſatium, de quo Palladius Lauſ.hiſt.cap.7. vbi Serapionem ei iungit, vti hic Hieronymus; niſi intelligatur Arſiſius de quo etiam Palladius cap.7. & 117. Sozomenus lib.3. cap.13. & lib.6. cap. 30. vbi etiam Serapionis iunctim meminere. Henricus Grauius diuinabat Arſenitas, an intelligit Arſeniotas?* Et quidem Arſiſium Abbatem proculdubio intelligere Hieronymum, de quo etiam Socrates ſub A.C.374. apud Caſſiod. lib.8. Trip. cap.1. ait: *Eo tempore fuit Arſiſius Monaſterij Præſul. Is delinquentes iuuenes non excommunicabat &c.* Moueor ex eo quod Paula ſolum inuiſit Nitriæ montem, non Scithim, quod Hieronymus planè indicat, inquiens: *Venit in oppidum Nitriam; quod cum vidiſſet occurrente ibi Sancto Venerabili Epiſcopo Iſidoro, & turbis innumerabilibus Monachorum &c.* Id vero *propter feruentiſſimos æſtus, de Peluſio Maiomam nauigatione perueniens &c.* nimirum de Nitria rediit Peluſium Nili oſtium Orientalius, & nauigauit in Paleſtinam, vt feruentiſſimos æſtus declinaret. Sed verò omnes illi Patres, Macarius, Arſiſius, Serapion, Nitriotæ erant, vt conceptis verbis pandit Palladius cap. illo 7. Lauſ. inquiens: *Veni in montem Nitriæ cum ergo toto anno in monte habitaſſem, apud Beatos, & Sanctos Patres magnum Arſiſium, & Putuphaſtum, Hegionem, Cronium & Serapionem &c.* De Macario vero cap.10. *Hic Sanctus habebat diuerſas cellas: vnam quidem in Scithi, & vnam in monte Nitriæ &c.* Potuit vero Paula A.C.384. Macarium conuenire, qui ſcilicet ad A.C.391. ſuperuixit, vt iam dixi. Arſenius verò nunquam Nitriæ habitauit, vt à Paula videri poſſet; nec ipſe tam cito hoſpitibus,

præſertim

Digitized by Google

præſertim fœminis accurrebat,vt notauimus num. 36. & 45. huius capitis vbi de eius ſilentio & hoſpitalitate: Et quod omnino deprauationem textus conuincit eſt, quod anno illo 384. erat Arſenio ſecundus a ſuo in palatium Theodoſij acceſſu; quod euidentibus fundamentis ſtabilitum eſt à num. 40. & tuſi poſt nouem alios in Ægyptum non eſt profectus. Vnde nec ipſe Macarium valuit ſuperſtitem adhuc reperire, quippe qui è viuis exceſſerit A.C.391. Arſenius vero vſque 393. Monachum non egit.

66. Concluſio ex dictis. Ex quibus tandem quod de duratione Scithiotarum quærebamus, manifeſtiſſimum redditur; nimirum perſeueraſſe annos duntaxat 127. ab A.C.331. quo à Macario Alexandrino ſumpſit exordium, ad vſque 458. quo à Maxicorum gentibus in Scithim irruentibus, locus ille in deſolationem redactus eſt, Moyſe Cyrione Agathone, ac ſociis martyrio coronatis, ac cæteris fratribus in fugam actis.

§. IV.

De Scithis reſtauratione, deque eius iterata euerſione.

67. Iterata Scithis reſtauratio vnde autori nota. ET hoc ad complementum inſtituti à nobis ſuſcepti facit: reſque eſt ſcitu digniſſima, & à nemine vel à limine ſalutata. Suſpicatus equidem fueram nunquam amplius à Monachis Scithicam ſolitudinem habitatam poſtquam à barbaris locus ille ſanctus miſerabiliter euerſus eſt: & quidquid memoria dignum de Scithiotis apud Veteres ſcriptum ſtaret, gloriæ priorem Patrum adſcribendum fore. Cum ecce nutu Dei, dum Moſchi Pratum ſpirituale reuoluo, & calculo Geographico vniuerſa perpendo; iterum Scithiotas in ſua remeaſſe, Scithimque iterum floruiſſe multis ſanctitatis exemplis, dignis ſuſtollendæ præconiis; ſed iterum quoque (proh dolor) deſolationem ſuam gemuiſſe, ſubuertentibus eam ipſiſſimis barbaris, quos *Mazices* appellabant. Et quod acerbius eſt adhuc gemere; quod nunquam tertio à Monachis habitata reperiatur, quantumcumque tunc etiam temporis tota ſub Sarracenico iugo gemente Ægypto, non defuerint Antonianæ Monaſtices profeſſores, quos legatorum Alexandrinæ Eccleſiæ munere fungentes, Romæ temporibus adhuc noſtris ad pedes Clementis Papæ VIII. deuolutos vidit.

68. quanto tempore euerſa permanſerit. Poſterior igitur reparatio ſanctiſſimi illius montis à nobis nunc enodanda eſt. De anno quo reſtaurari cæpit, & illic iterum Monachi congregari, non omnino liquet. Mihi illud eſt probabilius, ſpatio illorum 15. annorum quos Arſenius deſolationi ſuperuixit, factum non fuiſſe: quandoquidem toto eorum periodo profugi more ſine certa ſede vitam egit: nunc quidem inter Memphim & Babylonem in loco *Serome*, aut *Trobe*; nunc in *Canopo* Nili oſtio verſus Alexandriam: nunc denique ad Stromen reuerſus: repetiturus proculdubio cellam ſuam, ſi Scithis iterum à Monachis habitari cæpiſſet. Cæterum non valde poſt eius deceſſum id contigiſſe reor, cum videam eaſdem prorſus Monaſticas Regulas, quas magni Scithiotæ ediderant, à ſucceſſoribus obſeruatas vt mox oſtendam: quod ſanè argumento eſt, eas per manus à maioribus ſuis accepiſſe verbo potius quam ſcripto: quamquam & ab his Seniorum ſuorum rectè geſta, dictaque chartis accipi curam fuiſſe, quæ modo dicturi ſumus, manifeſtant. Quod ſi de duratione quæratur, ego centum annos, plus minus, reſtauratam Monaſticem Scithiotarum viguiſſe reor: nam cap.194. Prati ſpiritualis, quod vnicum nobis huius rei ſolatium reſiduum eſt, mentio fit ſancti Senis, qui quinque ſupra quinquaginta annos in Scithi exegerit, & tamen nec exordij, nec finis habitationis eius dicitur metas attigiſſe. Et cap 152. Marcellus Abbas inducitur triginta quinque annorum Scithicæ profeſſionis; ſed hic ipſe vnus fuit eorum, quibus fugari ſecundo à Scithi contigit barbarorum furorem deuitantibus.

Contigiſſe autem poſteriorem hanc Scithis deturbationem A. C. 584. vel circa, annis duobus plus minuſve, ex cap. 112. fit perſpicuum; quo aſſeritur: *Cum veniſſent Mazices, & vniuerſam Prouintiam deuaſtaſſent, ac diripuiſſent, venerunt in Oaſim &c.* Scithi proximam ſolitudinem Magni Hilationis habitatione & conuerſatione inſignitam. Et de tempore: *Temporibus Imperij Tiberij fideliſſimi Cæſaris &c.* At Tiberius quatuor duntaxat annos rerum potitus eſt: videlicet ab A.C. 582. ad 586. iuxta Baronianam calculationem. Sed audi totius ſubuerſionis ſeriem, cui quidem Ioannes cognomento Moſchus, & Sophronius eius ſodalis Prati huius ſpiritualis autores cap. illo 112. interfuiſſe dicuntur: nimirum accidiſſe, cum ij Ægyptias ſolitudines & Monachos in eis degentes deuotionis cauſâ inuiſerent, & ſtudioſè luſtrarent: quò nimirum ex Paleſtina aduenerant. *Temporibus Imperij Tiberij fideliſſimi Cæſaris aſcendimus in Oaſim, vidimuſque illic magnum in Diuinis rebus Monachum, genere quidem Cappadocem, nomine autem Leonem. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autem ad illius pertingentes familiare colloquium, magnumque experimentum capientes ſancti huius viri, magnificè ædificati ſumus, & maximè in humilitate eius, & ſilentio, & nuditate rerum omnium, & charitate quam ad omnes habuit. Dicebat ergo ſemper venerabilis hic ſeneca: Credite mihi filij, quia regnare habeo. Nos autem dicebamus ei: Crede nobis Abba Leo, quia nullus ex Cappadocia vnquam regnauit: importunam ergo habes iſtam cogitationem, Ille verò rurſus dicebat: Veraciter filij regnare habeo. Nemo autem poterat eum ab hac cogitatione remouere. Cum igitur veniſſent Mazices, & vniuerſam prouintiam illam deuaſtaſſent, venerunt & in Oaſim, & Monachos quidem plures occiderunt, plurimoſque captiuos duxerunt. Inter quos acceperunt & Abbatem Ioannem (erat autem hic Lector Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ) & Abbatem Euſtachium Romanum & Abbatem Theodorum Cilicem. Erant autem tres iſti infirmantes. Cum ergo vincti fuiſſent, ait Abbas Ioannes barbaris. Ducite me in ciuitatem, & faciam vt Epiſcopus det pro nobis numiſinata viginti quatuor. Accepit ergo illum vnius ex barbaris, & duxit prope ciuitatem. Ingreſſuſque eſt Abbas Ioannes ad Epiſcopum. Inuentus eſt autem in vrbe & Abbas Leo, & alij quidam Patrum, atque adeo tanti non fuerant. Ingreſſus igitur Abbas Ioannes cæpit orare Epiſcopum vt barbaro numiſinata daret. Epiſcopus autem non plura quam octo numiſinata habere inuentus eſt.* (Erat in planè ſanctus Eulogius qui ab A. C. 581. ſedere cæperat in Eccleſia Alexandrina, & 27. ſedit annos, vt Baronius tom.5. Annal. probat Euagrij Hiſtorici autoritate lib 5. cap.26. & Nicephori in Chron. Onuphrius vero ab anno Tiberij 2. ſediſſe 69. quo tempore ſecunda Scithis acciderit deſolatio.

Digitized by Google

ſediſſe vult: ſed longe in aſſignando Chriſti anno à vero aberrat quem fuiſſe ait 572.) Sed pergit Sophronius : *Voluerunt ergo dare barbaro octo numiſmata, & noluit accipere dicens: aut 24. numiſmata præbete mihi, aut Monachum date. Coacti igitur ſunt, qui erant in ciuitate, rurſus Abbatem Ioannem barbaro dare flentem, & eiulantem. Adduxit autem illum in ſua tabernacula barbarus. Poſt tres ergo dies ſumptis 8. numiſmatibus Abbas Leo in eremum exijt, vbi erant barbari: orauitque illos dicens: Accipite me cum octo numiſmatibus, & tres iſtos dimittite, qui infirmi ſunt, neque pergere per eremum poſſunt: nam interficietis eos, & detrimentum facietis: ego vero ſanus ſum, & ſeruiam vobis. Tunc barbari acceperunt Abbatem Leonem & octo numiſmata, & dimiſerunt illos tres. Abijt ergo Abbas Leo vſque ad quemdam locum, & cum præ debilitate pergere vltra non poſſet, barbari decollauerunt eum. Impleuitque Abbas Leo ſcripturam dicentem: vt ponat quis animam ſuam pro amicis ſuis.* Ioan. 15. *Tunc nos quoque cognouimus, quidnam eſſet, quod dixerat: Quia regnare habeo: Veraciter enim regnauit, qui poſuit animam ſuam pro amicis ſuis.*

70. **Captiuos Patres Scithiotas fuiſſe probatur.** Dices forſam, hos ſenes in Oaſi detentos, non Scithi: vnde ergo ſuis fuiſſe Scithiotas? Planè ex tribus aliis capitibus, vbi id conceptis exprimitur verbis. Audiſti Theodorum Cilicem vnum ex tribus captis fuiſſe: audi modo quid ipſe Moſcho & Sophronio dixerit de loco ſuæ habitationis cap. 183 *Dicebat Abbas Theodorus Cilix: Cum adhuc morarer in Scithi erat ibi ſenex Ægyptius nomine Dauid, qui die quadam ad metendum profectus eſt. Habent enim conſuetudinem Scithiotæ, vt abeant ad villas & metant.* Rurſus cap. 152. aiunt: *Acceſſimus ad Abbatem Marcellum Scithiotham:* Et infra: *Et Chriſti gratia iſta cogitatio fecit ; vt de Scithi non egrederer per annos triginta quinque, donec venientes barbari apprehenderunt me, & vendiderunt Pentapoli, Scithimque deſolauerunt.* Et cap. 113. *Ad Abbatem Ioannem de Petra perrexi, ſumpto mecum & ſodali Sophronio: Rogauimuſque illum dicentes; Dic nobis verbum. Senex autem ait: Credite mihi dicenti: Cum adoleſcens morarer in Scithi &c.* Videntur igitur in Oaſim proximam Scithi ſolitudinem Patres illos declinaſſe, cum à Mazicis fugati ſũt: & illic nihilominus quæſiti, & retenti. Quare priuſquam in Oaſim Mazices veniſſe dicantur, vniuerſam Prouintiam illam deuaſtaſſe referuntur, in qua vt minimum Scithis continebatur.

71. **Secundi ſæculi Scithici fuiſſe probatur.** Ne valet quiſquam dicere; hos forſam ſenes habitaſſe Scithim ſimul cum Arſenio, Macario, Paſtore, & cæteris, & huc exempli gratia geſta eorum tranſcripta fuiſſe: quandoquidem ſermo ſit de Scithis deuaſtatione quæ temporibus Tiberij Principis facta eſt. Ab illa enim quam ſuperiùs recenſuimus ſub A.C. 458. ad hanc A.C. 584. intercedunt anni 126. Quare nec valuit vna & eadem vaſtatio eſſe, neque ſenes iſti cum ſuperioribus habitare. Vt omittam Autoris propoſitum in hoc libro, vt in Prologo ipſemet aperit illis verbis. *Reperies in eo virtutes Sanctorum eorum qui temporibus noſtris claruere.* Et cum de eo loquitur Photius Cod. 199. Biblioth: *Multorum* (inquit) *magnorumque virorum res præclaras aggregauit, quas partim oculis ipſe ſpectauit, partim recenti tunc auditione didicit.* Additque librum iſtum Ioannis Moſchi, & Sophronij, eiuſdem eſſe ſubiecti; ac ille, quem Pelagius latinitate donauit: niſi quod eorum virorum dicta factaque imitatione digna colligit, qui poſt inſecuti ſunt. Vitas enim narrat eorum, qui iam inde vſque ad Heraclij Imperium, & deinceps virtute magis claruerunt. Inde eſt quod de Macario, Arſenio, Paſtore, cæteriſque prioris ſæculi Scithicis, quantumuis celeberrimis Patribus, nec vnum verbum ſcribit.

72. **Quiſnã Sophronius iſte Moſchi ſodalis fuerit.** Quinam autem Sophronius iſte ſit, qui cum Abbate Ioanne Ægypti peregrinationẽ aggreſſus eſt cum à Deo, & à Ioanne de conuerſione monebatur, ſi roges: Reſpondeo; Cum multi eo nomine viri olim extiterint inſigniti, è quibus alterum ſugillat Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtochium, quod cum veræ Monaſtices ſlorem Roma paſſa aliquando ſit, alterum vehementer laudet libr. de Scriptor. Eccl. in fine, vt qui eius opera in Græcum ſermonem verteret, longè tamen hos à noſtro extitiſſe, ipſa temporum ratio conuincit, cum liber iſte ſcriptus ab eo ſit vel ad ipſum poſt tempora S. Gregorij Papæ, & Imperatorum Tiberij, Anaſtaſij, Zenonis, & Mauricij, quorum nimirum non ſemel meminit, & Gregorij expreſsè cap. 147. 151. & 192. qui ad A. C. 600. florebat; ſuperiores autem annum Domini 406. præceſſerunt. At Sophronius noſter nobilis pridem & doctus vir, vnde ei Græcum *Sophiſtæ* cognomentum ab Interprete libri conſultè ſeruatum; & à Ioanne catechiſta ſuo (ſic Moſcum appello, quod eum ad Monaſticum pertraxit) *Dominus ſuus, & Sophiſta* ſæpe vocatus c. 66. 77. & 110. non alius fuit, quam ille toto Orbe notiſſimus inſignis Chriſto Athleta, poſtmodum à cellæ quiete ad ſedem Hieroſolymorum Patriarchalem extractus, cuius Epiſtolæ, clariſſima confeſſio Fidei, & Monothelitarum debellatio publicè coram venerando Sextæ Synodi Generalis Patrum conſeſſu lectæ; & celebratæ ſunt. Act. 11. Et vt paucis eius acta complectar, ſub Tiberio Imper. à Ioanne Abbate de Monachorum inſtituto arripiendo (Moſchum intelligo) ſæpiùs conuentus, in Ægyptum adductus, & propè Alexandriam ad ſenem ſanctitatis eximiæ; de quo cap. 110. ait ipſe Ioannes: *Aſſumpſi Dominum meum Sophronium, & perreximus in Monaſterium, quod ab Alexandria XVIII. P. M. diſtat, ad ſenem quemdam magnæ virtutis Ægyptium genere. Dixitque ſeni: Dic nobis verbum Pater, quomodo debemus ſimul habitare: quia Dominus Sophiſta voluntatem ſæculo renuntiandi habet. Aitque ſenex: Benefacis fili, renuntians ſæculo &c.* Idem habet c. 69. *Perreximus vnà ego & Dominus Sophronius Sophiſta priuſquã ſæculo renuntiaret in Alexandriam &c.* Arripuiſſe vero tandem Monaſticum habitum, liquet ex cap. 101. *Cum interrogatus eſſet Abbas Sophronius Sophiſta frater meus &c.* vbi nomen Abbatis ei impertitur à Ioanne, qui ſæpe poſtea fratrem & ſodalem eum appellat cap. 92. 111. & 113. Vitam igitur Monaſticam ſimul duo ipſi Alexandriæ annos multos excoluere; conuixere namque S. Ioanni Eleemoſinario, cuius & geſta poſteritati tradiderunt, teſte Leontio Neapoleos Epiſcopo in eius vita: vbi in Prologo: *Iam quidem & alij ante nos optima atque excellentiſſima de hoc admirabili viro, & ſummo Sacerdote Ioanne philoſophati ſunt, potentes exiſtere in opere & ſermone; Dico enim Ioannem & Sophronium Dei cultores, & amatores virtutum, & pietatis propinquatores &c.* quo loci eos de Monaſtice laudat ſub titulo *Dei cultores*, Græcè *Terapeutas*. At cap. 31. eiuſdem vitæ, *Sophiſtam* vtrumque vocat, inquiens: *Ad voluntatem igitur memorabilis huius, qua tota in Deo erat, miſit ei Deus viros ſapientes, & ſemper memorandos Ioannem & Sophronium,*

Digitized by Google

nium. Conſiliarij enim erant veraciter boni, &c. pergit referre pugnas quas *cum Seuerianitis, ac cæteris circa regionem exiſtentibus immundis hereticis*, inicrunt. Et cap. 5. Sophronium vocat *ſanctum, ac diuinitus inſpiratum.* Deceſſit è vita S. Ioannes Eleemoſinarius A.C. 620. autore Baronio, cum Alexandrinum thronum aſcendiſſet ante decennium.

73. Ex quo fit, Sophronium Alexandriæ in Monachatu perſeueraſſe à tempore Tiberij, & poſteriori Scithis deuaſtatione, ad S. Ioannis Eleemoſinarij mortem, ſeu A.C. 620. annos non minus 36. & rurſus 13. alios vſque ad A.C. 633. quo Alexandriæ Monachum agens ad Hieroſolymorum ſedem eſt euectus. Monachatus mentionem egit ipſe, epiſt. ad Sergium, ſiue Honorium, hunc Romæ veteris, illum nouæ Patriarcham illis verbis. *Quam mihi nunc Beatiſſime Papa optabilis eſt requies, & tranquillitas, & multo quam prius optabilior, ex quo à quiete à curis vacua in turbam negotiorum veni &c.* Vbi Baronius: *Hæc ipſe quidem quòd ex ſilentio Monaſtico ad Epiſcopatum adductus eſſet.* At Sergius ipſe de loco à quo abreptus Sophronius fuit (epiſt. ad Honorium quæ extat in 6. Synodo Act. 12.) *His itaque peruenientibus, Sophronius venerabilis Monachus, qui, vt ex nunc auditis didicimus, Hieroſolymorum Præſul eſt ordinatus, apud Alexandriam tunc temporis poſitus &c.*

Eius Monachatus quo tempore inciderit?

74. Tantus igitur vir Scithicæ deuaſtationis pene interfuit, conuixitque ſanctiſſimis illis Senibus Ioanni, Euſtachio, Theodoro, Leoni, Marcello, & cæteris, qui à barbaris fugati, aut occiſſi ſunt. Ipſe itidem ſimul cum ſodali ſuo Ioanne Moſco Prati ſpiritualis autor extitit, quem vterque ſimul exarauerint: quod ſane in cauſa fuit vt ſub eius nomine ab antiquioribus citetur: vt à Nicæna II. Synodo Act. IV. & à D. Ioanne Damaſceno ad Calcem orat. 1. pro Imagin. & à Nicephoro lib. 8. cap. 41. qui tamen in Prologo Ioannis Moſchi titulum præfert, cuius etiam nomen exprimitur cap. 77. & 134. Sic & geſta S. Ioannis Eleemoſinarij pro indiuiſo ediderunt. Scripſiſſe autem Pratum multo ante Pontificatum ipſius Sophronij, palam eſt: tum ex eo quod nihil referunt, quod excedat A.C. 600. tum quia nunquam toto libro Sophronius *Epiſcopus* dicitur, ſed *Sophiſta*, aut *Abbas*. Sed iam quæ de perfectione & moribus Sanctorum Scithiotarum ſecundi ſæculi memoriæ mandauerunt, videndum nobis eſt.

Simul cum Moſcho Pratum ſcribit.

75. 1. Creuerat Monachorum numerus in Scithi reſtaurata ad 3500. Regnabat autem in eis imprimis mirus paupertatis amor. Quo circa ſenex quidam Scithiota ad Sophronium & Ioannem dixit, cap 113. *Amate nuditatem rerum omnium, & continentiam Credite dicenti mihi. Cum adoleſcens morarer in Scithi, quidam ſenum ſplene doluit, & modicum aceti quæſitum eſt in quatuor eius loci Monaſteriis, & inuentum non eſt. Tanta erat apud eos paupertas, & nuditas & continentia. Erant autem ibi Patres quaſi ter millequingenti.*

Scithiotarũ poſt reparationem mores.

2. De Charitate, abſtinentia, & diſcretione hæc illis Theodorus Scithiota dixit cap. 54. *Filioli, multum reuera perdiderunt Scithiotæ Monachi, iuxta Sonum prædictionem. Credite enim mihi, filij, quia magna erat Charitas apud Scithiotas, magna abſtinentia, magna diſcretio. Vidi ego illic ſenes, qui niſi quis ad eos veniſſet, nunquam ſumebant cibum: inter quos erat ſenex quidam Ammonius nomine iuxta me manens, cuius ego ſciens conſuetudinem, per omne Sabbathum ad illum veniebant, vt propter aduentum meum ſumeret cibum.*

Charitas, abſtinentia, diſcretio.

3. De Hoſpitalitate ſubiunxit ſenex: *Habebant hoc omnes generaliter: quod quacumque hora accederent ad eos aliqui, permittebant illos orationem facere, illiſque orantibus ipſi menſam apponebant, & continuò cibum ſumebant.*

Hoſpitalitas

76. 4. Locabant itidem opera ſua ad meſſem: Vnde c. 183. *Dicebat Abbas Theodorus Cilix* (erat hic ſi meminiſti alter ex captiuis ægrotis) *Cum adhuc morarer in Scithi, erat ibi ſenex Ægyptius nomine Dauid, qui die quodam ad metendum profectus eſt. Habebant enim conſuetudinem Scithiotæ, vt abeant ad villas, & metant. Aſcendit ergo ſenex ad villam, & ſub mercede operabatur. Conduxit autem illum agricola quidam. Cumque meteret ſenex die quadam circa horam ſeptimam, æſtus magnus factus eſt; & abiit ſenex in quoddam tugurium, & ſedit. Veniens autem agricola, & videns ſedentem ſenem, dicit ei cum iracundia: Cur non metis ſenex? Neſcis quia mercedem tibi reddo? Dixit ei: Ita ſanè; ſed quia æſtus magnus eſt, & grana tritici de ſpicis decidunt, idcirco paululum expecto donec tranſeat æſtus, neque damnum patiaris. Dixit ei agricola: Surge, labora, & ardeant omnia. Cui reſpondit ſenex: Vis vt ardeant? Dixit ille cum iracundia: Ita planè. Tum ſurrexit ſenior, & ecce continuò ardere cæpit ager. Currens autem agricola venit ad alios ſenes* (proculdubio Scithiotas) *qui in alia parte agri operabantur, & orabat eos vt venirent, & deprecarentur ſenem, vt oraret, & ignem extingueret, Venientes autem ſenes proſtrauerunt ſe humi; Ille autem dixit eis: Dixit ipſe vt arderet. Exoratus tamen ab eis abiit, & ſtans medius inter ea quæ arſerant, & ea quæ non arſerant, orauit: & continuo extinctus eſt ignis, & ſaluata eſt pars reliqua ruris.* Tanta erat religionis ſanctitas, quæ tales viros alebat Nec minoris meritis ſenex alter fuit Daniel nomine, de quo ca. 114. refertur infantem 15. dierum loqui feciſſe, & patrem ſuum propalare; nam maligni quidem è vulgo ſeni ipſi filium ad iudicabant, cuius tamen orationibus datus ſterili fuerat. Hic vero Therenutim ex Scithi, vt Theodorus Alexandrinus, fuga lapſus fuerat.

Opera ad meſſem locabant.

77. 5. Porro Horarum Canonicarum & Nocturnæ Pſalmodiæ Scithiotarum Abbas Marcellus teſtimonium reddidit cap. 151, & quod dæmon inſidiaretur illi bellicum ſtrepitum noctu in illum edens, voce clara intonans. *Vtique bellum eſt; ſi ergò oppugnare; aut repugnare nõ vis, vade domum: & non oppugnaberis.* Eiuſdem Marcelli extant vndecim documenta Monaſtica, quæ in eodem capite edita conſulas, quæſo.

Horæ Canonicæ.

6. Denique quod ad Mortificationes ſpectet paſſionum, digna relata eſt cæci illius ſenis, qui totos 22. annos non eſt paſſus, vt quis ſibi aquam afferret, cum puteus mille ferè paſſibus à cella diſtaret: ad quem duce fune quem ſemel extenderet, accedebat. Et hic in Monaſterio Abbatis Siſci morabatur (cap. 169.) quod tunc erat in Scithi.

Mortificatio

7. Modeſtiæ imprimis deditos fuiſſe, ex cap. 194. liquet: vbi, *Senex qui morabatur in Scithi*, cum veniret Alexandriam opus manuum ſuarum vendere, & in iuuenem Monachum, quem vinum in caupona bibentem vidit, rigidè inueheretur, illeque reſpondiſſet: *Perge ſenior, Deus non quærit niſi cor mundum*: ſubiecit ſuſpitans: *Gloria tibi Deus: Ecce ego habeo in Scithi annos 55. & mundum cor non habeo: hic autem in tabernis conuerſans cordis munditiam poſſidet.*

Modeſtia.

78. Tepuiſſe igitur ſucceſſu temporis inſtitutum Scithis Monaſticum exemplo iuuenis huius ſatis edocemur,

Vltima Scithis deſolatio.

Digitized by Google

cemur,& ex eo ſimul quod c.55. ſcribitur: *Abbas Irenæus narrauit nobis de ſene quodam commorante in Scithi,qui diabolum viderit noctu ſarculos, raſtra, & caphionos præbentem fratribus. Dixitque diabolo ſenex: Quid iſta ſunt? reſpondit diabolus: Diſtractiones fratribus præparo; vt his occupati fiant negligentiores ad orandum,& glorificandum Deum.* Præceſſiſſe autem Diuina oracula de montis & Congregationis huius iterata euerſione, atque vltima deuaſtatione,conceptis expreſſit verbis Abbas Marcellus cum dixit: *Multum reuera perdiderunt Scithiotæ Monachi iuxta ſenum prædictionem.* Clarius autem ſenex ille etiam Scithiota, cuius præclaram deſolationis Scithis prophetiam dedimus agentes de prima deuaſtatione ſupra à nu. 51. qui tertio iam in monte igne graſſante, totamque Scithim implente: *Iam,inquit,non potuit extingui.* Sed nos lamentabili relicto Scithiotarum caſu, ad Tabenneſiotarum Religionem explanãdam accedamus.

CAP. VI.

De Tabenneſiotis Monachis, qui magno Abbate Pachomio autore coaluerunt.

§. I.

De eorum exordio, regularum diſtinctione, & autoribus.

1. Tabenneſiotarum Religio noſtræ ſimillima.

NVlla Monaſticarum Congregationum tota Ægypto ita ad noſtratum Religionum formam acceſſit, vt Tabenneſiotarum inſtitutio, vtpotè in quibus habitus forma, & cæremoniarum copia peculiaribus legibus præſcripta viſebantur; multaque alia quæ nunc temporis ſpecialiſſimè Religionis ſpecimen ferunt. Id planè autor vitæ S.Pachomij eorum inſtitutoris faſſus eſt c.12.illis verbis: *Apparuit Angelus Domini, differens ei tabulam,in qua erat omnis forma Inſtitutionis ſcripta, qua docendi forent,quicumque ad eius magiſtery ſtudia perueniſſent. Quam regulam Tabennenſes hodieque cuſtodiunt,eodem cibo ſemper vtentes, & habitu: ipſam quoque diſciplinam ſollicita circumſpectione ſeruantes. Nam Monachi qui ibidem commeant, non ſolum more,ſed & robore corporis,& locorum ſitu præ cæteris longe diuerſi ſunt: & neceſſe eſt eos diuerſam Regulam cuſtodire.* Vnde Sozomenus lib.3. Hiſt. Eccleſ.c.13. *Pachomius præſes fuit eorum,qui vocantur Tabenneſiotæ. Quibus quidem habitus erat & vitæ inſtitutio à reliquorum Monachorum diſciplina in quibuſdam rebus diſcrepans.*

2. Pachomius eorum inſtitutor.

Ego autor eorumdem Pachomius fuit inferiori Ægypti Thebaida natus, velut ex ſpinis Roſa, qui A.C.315.& victori, ac militiæ valefaciens, in deſertum ſeceſſit: vbi Palæmonis ſanctiſſimi Monachi diſciplinis eruditus, ab Angelo Regulas accepit Monaſticas, quibus ad eum poſtmodum conuerſionis gratia accedentes inſtitueret, & erudiret. *Quodam ſiquidem tempore contigit* (actorum verba profero) *vt Pachomius procul à cella ſua progreſſus veniret ad quemdam vicum cui nomen eſt Tabenneſe, in quo tunc nullus penitus habitator* Regulam ab Angelo accipit. *exiſtebat. Vbi cum pro more diutius in orationibus perduraret,vox ad eum cælitus delata eſt dicens: Mane hic ô Pachomi,& Monaſterium conſtrue. Venturi ſunt namque ad te quam plurimi tua cupientes inſtitutione proficere, quibus ducatum præſtabis iuxta Regulam, quam monſtrauero tibi. Et protinus apparuit ei Angelus Domini afferens ei tabulam, in qua erat omnis forma inſtitutionis adſcripta.* Hæc ibi cap. 12. ex verſione Dionyſij Exigui.Et c. 15. Subiungitur: *Inter hæc Pachomius iterum diuinitus admonetur, pro Regulis quibus deberent inſtitui,qui erant per eum Domino credituri: cepitque cum germano ſuo habitaculum,in quo manebant,capacius reddere, & ædificiis ampliare quam plurimis:eorum (vt diximus) gratia, qui ſæculo renuntiantes ad ſeruiendum Chriſto erant ſine dubitatione venturi: quatenus eſſent ſpatia digna membrorum, in quibus eorum poſſet recipi multitudo.* Mira planè Pachomij fides, qui ad inſtar Veteris Patriarchæ Noë futuris hoſpitibus fabricauit arcam, ſeu domum de perituro mundo fugitantes in ſeſe recepturam, & à peccatorum diluuio protecturam:eamque iuxta monitum Angeli perfecit in 14.manſiones diſtributam, vt mox dicemus: quamquam ea de re velut delirus, & amens à fratre repræhenſus fuerit aiente: *Deſine ab hac intentione tua: quid agis rem ſuperfluam, inaniter te ipſum dilatare contendens?* Sed cum æquò animo impropetium ſuſtineret,poſt patris germani mortem(Ioannes ei nomen erat)innumeros,iuxta verbum Domini paſſus eſt ſui magiſterij ſucceſſores.

3. An eadem Regula ſit Angelica & Pachomiana.

At quænam ea Regula fuerit, iure diſceptatur ab Alardo, ſed non iure in vtramque partem, vt ipſe diſceptans hæret anceps inter vtramque. Exiſtimabit quiſpiam in eam Regulam quæ vulgò circumfertur, omnes Pachomianas coincidiſſe, id eſt, eam quam dictauit Angelus, & quam Pachomius edidit, & quas Theodorus, & Orſieſius tradiderunt. Enim verò cum Pachomius Regula Angelica donatus ſit, qua Monachos inſtrueret, fieri nequit, quin ea ipſa ſit Angelica, quam D. Hieronymus Latinam fecit. Hac ſiquidem,quod ipſe teſtatur in Prologo,illi regulabantur. Sed vero ea ipſa à tribus compacta fuiſſe liquet; tum ex tituli inſcriptione qui habet: *Hæc ſunt præcepta vitalia tribus à maioribus tradita:* tum ex Hieronymo aſſerente: *Aiebat quod in Thebaide habitarent plurimi latinorum, qui ignorarent Ægyptiacum Græcumque ſermonem, quo Pachomy & Theodori, & Orſieſij præcepta conſcripta ſunt.* Loquitur vero de Regula quam ei Siluanus Alexandria detulerat, latinitati donanda: atque in eam ſententiam putat inclinaſſe Baronium, dum Regulam,quam Rom. Martyrologiũ aſſerit ab Angelo Pachomio donatam (14.Martij) extare ait typis Romanis expreſſam,& beneficio eruditiſſimi Chaconij lucidatam.

4. Pachomij regula ab Angelica diuerſa & ab Orſieſij & Theodori inſtitutionibus.

Mihi tamen longè aliter dicendum videtur, nimirum Regulam Angelicam forma & numero præceptorum longè à Pachomiana differre: imò cum ea coincidere nequiuiſſe.Rurſus Theodori,& Orſieſij inſtitutiones diuerſas prorſus à Pachomiana fuiſſe: quos tamen liquet inſtitutionis ſuæ legibus nouas addidiſſe. Atque hæc omnia haud difficilè,vt reor,ſtabiliam: cum hodie adhuc extẽt tres illæ Regulæ:Angeli, Pachomij, & Orſieſij,& ſola Theodoriana perierit.Demus in primis Angelicam,quam ab ipſa cælitùs exarata tabella autor vitæ Pachomij extraxit,extatq; c.12. Actorum eius. Tabellam vero ad multos perſtitiſſe ſæculos, Nicephorus teſtatur dum ait. *Quæ ſanè tabella ad hodiernum vſque diem ſeruatur.* Superuixit autem Nicephorus Leoni Imper. cognomento ſapienti:vtpote de cuius tractauit obitu, qui contigit A.C. 911.iuxta Baronij calculum, Adiiciam è regione Palladium & Heraclidem eundem ad verbum exprimentes. Lauſiacæ cap.38. & Paradyſi.19.

Digitized by Google

REGVLA ANGELICA
Pachomio cælitùs miſſa.

Ita eam ex Actis S. Pachomij reddit Dionyſ. Exig.

I.

5. **Labor viribus & alimentis commenſurandus.**

Singuli iuxta vires ſuas edere concedas, & bibere, & pro modo veſcentium laborare compellas: & neque comedere modeſtè, neque ieiunare prohibeas. Validioribus quidem, & comedentibus validiora opera: leuiora vero infirmioribus, & abſtinentibus imponas.

II.

Cellæ

Facies autem diuerſas cellulas, & ternos per vnam cellulam manere conſtitues.

III.

Refectorium

Omnium verò cibus in vno loco paretur, atque conſumatur.

IV.

Accubitus

Deeſſe videtur in Actis.

V.

Veſtes

Induantur autem noctibus lebitones lineos præcincti lumbos: habeantque ſinguli melotem, id eſt, caprinam pellem confectam albam, ſine qua neque comedant, neque dormiant.

VI.

Accedentes tamen ad Communionem Sacramẽtorum Chriſti & cingulos ſoluant, & melotem deponant, cucullis vtentes tantummodo.

VII.

Hoc etiam præceptum erat (*ſcilicet in tabula*) vt iuxta numerum elementorum & Græcarum literarum, viginti quatuor Monachorum turmæ conſtituerentur; ita vt ſingulis turmis imponerentur ſingularum nomina literarum id eſt ab α, & deinceps vſque ad ω, vt cum interrogaret Archimandritam de aliquo in multitudine tanta, facili reſponſione cognoſceret. Vg. cum diceret, qualiter eſſet α, vel ζ, & rurſus λ, vel ρ, vel σ, proprio quodam ſigno nominis literæ

Ita Pelladius
Gentiano Herueto Interprete.

I.

Concede vnicuique vt comedat & bibat pro viribus, & pro viribus comedentium eis quoque manda opera, quæ proportione conueniant, ac correſpondeant: & neque ieiunare prohibe, nec comedere. Sic quidem fratribus fortia manda opera, imbecilla autem, & leuia iis, qui ſe magis exercent, & ſunt imbecilliores.

II.

Fac autem diuerſas cellas in eadem aulã, & tres in cella maneant.

III.

Ab omnibus autem cibus in vna domo capiatur.

IV.

Dormiant autem non recumbentes, ſed extructis ſibi ſedibus paulo ſupinioribus; & illic ſuis impoſitis ſtragulis dormiant ſedentes.

V.

Noctu autem geſtent lebitones lineos ſuccincti. Habeat vnuſquiſque ex his pellem ouillam albam laboratam, abſque ea neque comedant, neque dormiant.

VI.

Ingredientes autem ad Chriſti Communionem Sabbato & Dominica, zonas ſoluant, & pellem ouillam deponant, & cum ſola cuculla ingrediantur. Fecit autem eis cucullas molles; tanquam pueris, in quibus iuſſit imponi figuram Crucis purpurea.

VII.

Iuſſit autem eſſe 24. ordines fratrum ex numerò viginti quatuor literarum, præcepitque vnicuique ordini imponere nomen elementum Græcum ab α, ζ, & quæ deinceps ſequuntur vſque ad ω, vt dum interrogat Archimandrita de aliquo in tanta multitudine, ſciſcitetur eum, qui eſt ab eo ſecundus; quomodo ſe habet ordo α? aut quomodo ſe habet ordo β. Rurſus ſaluta ρ ſequendo quoddam proprium nomen literarum, & ſimplicioribus quidem & ſinceribus nomen ι. difficilioribus autem

Ita Heraclides
Incerto Interprete.

I.

Permittes vnicuique, vt tantum quantum poſcit, & cibi ſumat & potus: & iuxta manducantium & bibentium vires, paribus quoque operibus eos ſubiugabis: & neque quemquam ieiunare, neque manducare prohibebis, ita tamen vt fortioribus & magis edentibus, ſemper opus grauius iniungas. Infirmi autem & verè Monachi ad operandum leuiùs vrgeantur.

II.

Diuerſas etiam intra atrium domus cellulas facies, & ternos per ſingulas manere præcipies.

III.

In vno tantum loco cibus omnium fiat.

IV.

Somnium verò capiant non iacentes, ſed ſuper inſtructas & paululum recliues cathedras, & velatas palliis ſuis ſedentes quieſcant.

V.

Vtantur autem noctibus lineis veſtibus, quas lebitonas vocant: cuncti, & ſinguli quique eorum pellibus caprinis bene confectis tegantur: quas pelles nec tunc quoque, cum voluerint cibum capere, vel ſomnum, deponant.

VI.

6. **Qualiter ad Communionem accedẽdum.**

Quando ad Communionẽ Sabbati vel Dominici diei ingrediuntur, vnuſquiſque ſuum cingulum ſoluat, pellemque deponat, & cum cucullo tantum ingrediatur. Cucullos autem ipſos ſine villo paruulos fieri, vt infantibus, ordinauit, in quibus & quædam ſigna de purpura fecit intexi.

VII.

Optima ratio diſcernẽdi Monachorum ordines.

Iuſſit 24. eſſe ordines fratrum, iuxta 24. numerum literarum: & vnicuique ordini ſuperpoſuit literam Græcam ab Alpha, & Beta, Gamma &c. vſque Omega. Dũ igitur interrogaret S. Pachomius & in tanta multitudine, ſingulorum requireret vitam, dicebat ſecundo illi, qui erat in ſuo ordine prior: Quemadmodum ſe habet Alpha? aut quomodo habet Beta? & iterum ſalutẽ per vnumquemque ex proprio ſigno & vocabulo

Digitized by Google

literę vniuſcuiuſque turmæ, mores exprimeret, ſimplicioribus & innocentioribus, ι, nomen imponens, difficilioribus autem & tortuoſis ξ competenter accommodans, ita vt pro modo conuerſationis & propoſiti ſingulis turmis literarum elementa concinerent; ſolis ſpiritualibus hæc ipſa, quæ ſignificarent, ſcire valentibus.

VIII.

7. Hoſpitalitas. Sed & hoc in illa tabula ferebatur adſcriptum, vt peregrinus alterius Monaſterij, ſi veniret habens habitum diuerſum, nullus cum eo comederet, excepto eo qui iter agens id obſeruare non poſſet.

IX.

Nouitij per triennium probantur. Qui verò ſemel ad hoc intraret Monaſterium, vt ibi iugiter permaneret; per tres annos à ſtudiis ſacratioribus arceretur: operaretur tantum opera ſua ſimpliciter, & ita poſt triennium ſtudium certaminis introiret.

X.

Comedens comedentem non videat. Cum autem comederent, capita ſua cucullis operirent, ne frater fratrem videret manducantem. Et vt nullus comedens loqueretur, nec præter menſam ſuos alibi circumferat aſpectus.

XI.

8. Officium Diuinum. Nec non ab Angelo, qui cum Pachomio loquebatur, hoc quoque conſtitutum eſt: vt diurnæ orationes 12. fierent & Veſpertinæ 12. & Nocturnæ 12. Cumque Pachomius diceret, paucas orationes eſſe: reſpondit Angelus: Has conſtitui quas poſſent infirmiores abſque labore perficere. Cæterum qui perfecti ſunt hac lege non indigent. Apud ſe namque in propriis conſtituti cellulis orare non deſinant, qui puritate mentis, & Diuina contemplatione paſcuntur.

tem ξ: & ſic conuenienter inſtitutis eorum, & vita, & moribus vnicuique ordini elementum litera accommodabilis: ſolis ſpiritualibus intelligentibus ea, quæ ſignificantur.

VIII.

Scriptum autem erat in tabula: Si venerit hoſpes alterius Monaſterij, quod habet aliam formam, cum eis nec comedat, nec bibat, & nec ingrediatur in Monaſterium, niſi fuerit inuentus in via.

IX.

Porro eum qui ſemel ingred[illegible]er, nec poteſt cum eis ad triennium ſuſtinere certamen, non admittes: ſed cum opera fecerit difficiliora, ſit prodeat in ſtadium poſt triennium.

X.

Comedentes autem velent capita cucullis, ne frater fratrem videat manducantem. Comedenti non licet loqui, nec extra quadram, & menſam vſquam aliò oculos conuertere.

XI.

Conſtituit autem vt per totum diem facerent 12. Orationes, & in Nocturnis Vigiliis 12. & in Matutino 12. & hora Nona tres. Quando autem videretur comedendum eſſe multitudini, conſtituit, vt vnuſquiſque ordo in vnaquaque Oratione Pſalmum priùs caneret. Cum autem magnus Pachomius contra Angelum diceret, eſſe paucas orationes, ei dicit Angelus: Has conſtitui, vt parui quoque poſſint procedere ad perficiendam Regulam, nec eis ſit moleſtum. Qui autem ſunt perfecti, non opus habent vt leges eis ferantur: nam cum perſe ſunt in cellis, totam ſuam vitam attribuunt contemplationi. His autem legem tuli, qui mentem minimè habent intelligentem, vt ſicut ſerui contumaces metu Domini totum vitæ inſtitutum implentes ſecurè & liberè degant.

cabulo literæ requirebat. Et ſimplicioribus quidem perfectis Monachis, inquit Angelus Iota literæ nomen: durioribus autem & difficilioribus Xi literæ nomen impones. Itaque vnicuique ordini tales vocabulorum imprimes notas, vt mores per eas ſignificentur animorum. Soli tamen ſpirituales nouerint viri, qualem ſuppoſita elementa vitam ſui ordini indicare videantur.

VIII.

Scriptum autem & hoc in tabulis ipſis erat: Si quis, inquit, de alio Monaſterio peregrinus aduenerit; aliam regulam ſequens, ne manducet cum illis iſte, nec poteſt, neque in manſionem eorum introducatur, niſi forte in itinere eiſdem fuerit adiunctus.

IX.

Quicumque vero idcirco ad eos fuerit ingreſſus, vt cum ipſis permaneat; non illum niſi triennij tempus impleuerit, in loca Monaſterij ſecretiora recipias: ſed cum prius per triennium totum laborioſius opus duriuſque perfecerit, tum receptum intrinſecùs jam eum eſſe permittendum.

X.

Edentes cucullis capita ſua velent, ne alter manducantem alterum fratrem aſpiciat. Nec loqui quicquam dum edit liceat, nec aſpicere ad illam alteram partem, niſi ad ſolum catinum, & ad ſolam cui ſuperponitur menſam.

XI.

Hoc etiam ordinauit, & iuſſit, vt orationes 12. numero per totum diem facerent: & rurſus 12. alias quando ad veſpertinum lumen venirent, in Nocturnis quoque vigiliis totidem preces effunderent; tres autem ſolas ad horam Nonam diei. Quando vero vniuerſa multitudo conueniebat ad manducandum, vnicuique ordini in ſingulis orationibus ſtatuit Pſalmum præcinere. Tunc S. Pachomius quaſi cõtradicere Angelo voluit, hoc dicens: Paucæ ſunt iſtæ Orationes, cui reſpondit hoc Angelus: Has orationes fieri idcirco præcepi, vt & minores ſine aliqua implere triſtitia impoſitam ſibi viuendi Regulam poſſint. Qui vero firmioribus, conſummatioribuſque ſenſibus viuunt, non eſt illis neceſſe aliena lege conſtringi: ipſi enim ſemetipſos intra cellas, vniuerſamque vitam ſuam viſioni & cultui Dei penitùs dederunt. His ergo, inquit, iſta præcepi, qui nec inuenire poſſunt, nec implere quæ proſint; vt cum ſeruili quadam neceſſitate compulſi, oſtenderint dignam in ſe

ſub propoſito diſciplinam, tum demum ad fiduciam valeant Diuinæ notitiæ peruenire.

9. Paucula à Nicephoro abdita.

Hactenus Pachomio data ab Angelo Regula, vt à prædictis Autoribus recenſetur: at Nicephorus dum eam ſcriptis ſuis attexuit, ordine præceptorum nonnihil immutato, paucula quædam addit, quæ in tabula illa (Palladio *ænea*, Heraclidi *cerea*) extitiſſe contendit, nimirum cum de menſis agit: *Signis autem quibuſdam manuum impulſione, vel nutibus, rem neceſſariam ab eis quibus forte, vt menſæ præeſſent, obueniſſet, inſinuando peterent.* Et de domibus: *Domicilium porrò, vt ita ſepimento circumuallaretur, vt id lectum cuiuſque concluderet.* Cætera cum Palladio habet communia, vt & Sozomenus libr. 3. cap. 13. Quo fit perſpicuum, vt in Actis ſancti Pachomij, nonnulla ex eadem Regula interciderint, vt totus numerus IV. Et quod numerus VI. dicitur de purpureis Crucibus cucullarum & numerus XI. de tribus Orationibus Horæ Nonæ, & Pſalmo ante cibum concinendo. Ex collatione verò liquet perfectus Regulæ ſenſus: nam quod in vna verſione obſcuriùs, in altera lucidiùs, faciliuſque redditum habes. Nihil autem amplius tabulæ inciſſum fuiſſe, inde deducimus; quod ſtatim ac prædicta ſcripſit, ac iuſſit cæleſtis Nuntius, dicitur in Actis ſeſe in cœlum recepiſſe. Nec ibi aut alibi, vel leuiter innuitur plus aliquid ab eo preceptum: quare altiſſimum Scriptorum Omnium de eo ſilentium ſatis huic veritati fidem adſtruit. Dicerent ſaltem hæc inter cætera in tabula ſcripta fuiſſe; ſed nihil minus. Recenſent potius ſigillatim, quæ in ea contenta ſunt.

10. Angelica Regula Pachomio non Monachis data.

Sed verò cum verum ſit quod ſubdit Nicephorus: *Eiuſmodi ſanè legibus Pachomius Monachos ſuos rexit*: & ea propter Regula ab Angelo ei data eſt: aliam nihilominus ipſe fuſiorem multo, & locupletiorem ab eis ſeruandam edidit: nam Angelica non tam Monachos in pietate inſtruere valebat, quàm ipſum Pachomium, qualiter erga ſubditos ſibi Aſcetas prudenter ſe gerere deberet: quare cum ad ipſum tabulæ illius verba dirigerentur, non ea forma digeſta erat, vt publica Monachorum cœtibus iure proponi poſſet; vt patet ex primo eius præcepto: *Singulis iuxta vires ſuas edere concedas & bibere*; & cætera, quæ de forma conſtituendarum & diſtribuendarum domorum & congregationum traduntur numer. 2. 3. & 7. nihil ad Monachos pertinebant, ſed ad Magiſtrum: quinimo neceſſum potius eſſet quædam à multitudine celare, cum de eis Pachomius iuſſus fuerit ſic Monachorum in 24 claſſes ordines accommodare, *vt pro modo conuerſationis & propoſiti ſingulis litterarum elementa concinerent; ſolis ſpiritualibus hæc quæ ſignificarent ſcire valentibus.* Et rurſus, nouiter ad Monaſterium accedentes *per tres annos à ſtudiis ſacratioribus arcere.* Cætera verò quæ Monachos ſcire & operari deceret, Regulis à ſe editis inſeruit: nam numer. 11. opertis capitibus iubet veſcentes conſiſtere, nec alios circumſpicere frates: numer. 13. ſiquid neceſſarium fuerit ad menſam, vt nemo audeat loqui, ſed miniſtrantibus ſigni ſonitum dare: numer. 28. agit de Hoſpitibus ad Xenodochium, non ad interiora domorum Monaſticarum deducendis: numer. 50. vt nemo niſi ſedens dormiat: & numer. 44. vt edere moderatas eſcas Monachis in communi concedit, ſic & ieiuniis ſeſe exercere volentibus indulget, vt ſigillatim pane tantum, & ſale veſcantur: vbi de communi coquina, ſicut in tabula.

11. Pachomiana regula ab ipſo tantum exarata.

Cæterum hanc ipſam Pachomianam regulam, eius dumtaxat manu, & ingenio exaratam fuiſſe, non Theodori etiam aut Orſieſij, ex eo fit manifeſtum quod Regula Orſieſij (ſi tamen eius ſit, & non potius Theodori, vt mox aperiam) extet typis excuſſa tom. 5. Biblioth. VV. PP. ſub titulo *ORSIESII REGVLÆ de Inſtitutis Monaſticis*: eiuſque exordium eſt: *Audi Iſrael mandata vitæ &c.* in qua tamen ipſe ſui præceptoris Pachomij ſæpe meminit; vt cum ait: *Vigilemus attentius, & ſciamus, quod magnam nobis Deus præſtiterit gratiam per Patrem noſtrum Pachomium, vt renuntiemus ſæculo &c.* Et infra: *Nos inuicem amare debemus, & oſtendere quod ſimus famuli Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & filij Pachomij, & diſcipuli Cœnobiorum.*

Non ab Orſieſio.

Innuit itidem, cum hæc ſcripſit, iam Pachomium ad cœlos commigraſſe: ne quis dicat eo viuente hanc Orſeſium Regulam condidiſſe, & Pachomio in ſua edenda fuiſſe comitem. Ait ſiquidem: *Nullam animam contemnamus, ne quiſquam per noſtram duritiam pereat quod quidem & Pater noſter indeſinenter nobis ſolebat inculcare.* Et paulò ſuperiùs: *Itaque fratres chariſſimi, qui Cœnobiorum vitam, & præcepta ſectamini, ſtate in arrepto ſemel propoſito, & implete opus Dei: vt Pater, qui primus inſtituit Cœnobia, gaudens pro nobis loquatur ad Dominum: ſicut tradidi eis, ſic viuunt.* Hunc verò non alium, quam Pachomium fuiſſe, titulus Pachomianæ Regulæ manifeſtat, qui habet: *Præcepta Patris noſtri Pachomij hominis Dei, qui fundauit conuerſationem Cœnobiorum à principio; per mandatum Dei.* Vnde Hieronymus Epiſt. 16. in Epitaphio Marcellæ inquit: *Hæc ab Alexandrinis priùs Sacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſecutionem Arrianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum Romam confugerant, vitam B. Antonij adhuc tunc viuentis, Monaſteriorumque in Thebayda Pachomij, & Virginum, ac viduarum didicit diſciplinam.* Vbi doctrinam Cœnobiticam præcipuè Pachomio accommodat, quamuis Antonius priùs diſcipulos Monaſticem docuerit: nimirum quoniam ille vberiùs diſtinctiuſque Cœnobiticam vitam inſtituit; vt Regula eius declarat. Denique ſæpè Orſieſius Abbas in ſua quaſdam ex Regulis ſeu Conſtitutionibus Pachomianis in medium adducit, quæ tamen vel in editis, vel à nobis edendis ex vetuſtiſſimo & ſelectiſſimo Codice Coradignenſi reperiuntur: & nihilominus ſoli eas Pachomio tribuit; vt cum agit de eo, qui delinquentem deffendit, vel de perfectæ ſuppellectilis Monachi paupertate, vel de non recipiendo cômodato abſque Præpoſiti licentia, & aliis, quæ ſuis locis cum Pachomianis inſeremus.

12. Hoc itaque firmum, atque ſtabile ſit, Pachomij

Regulam

Neq; Theodoro.

Regulam eum ſolum cognoſcere autorem; & tametſi, quæ Theodori fuerit Regula, hactenus non liqueat; negare nihilominus non poſſumus de Monaſticis inſtitutis aliquod opuſculum ſcriptitaſſe, id maxime prodente Hieronymo; ex cuius tamen teſtimonio id ſolum habemus, cum dixit: Latinos Monachos Tabenneſiotas fuiſſe ſuo tempore plurimos, *qui ignorarent Ægyptiarum, Græcumque ſermonem, quo Pachomij Theodori, & Orſieſij præcepta conſcripta ſunt.* Ex quo nemo rectè inferet, hanc qua Pachomij fruimur Regulam, etiam illorum opus eſſe, cum alias ab hac diuerſas edidiſſe, ipſe Orſieſij Regula probet. Vtrum autem omnium illorum Opuſcula Hieronymus latinitate donauerit, dicemus inferiùs. M.SS. Codices, Pachomianam tantummodo proferunt: & vbi editi habent: *Hæc ſunt præcepta vitalia tribus à maioribus tradita*; Caragdinenſis habet; *Nobis à maioribus tradita*: & eis quoque titulus ita igitur: *Præcepta Patris noſtri Pachomij hominis Dei &c.* Innuit verò, ea quæ prima illa ſectione continentur, à maioribus ſuis ipſum accepiſſe; Palæmone videlicet, & vetuſtioribus Monachis: cætera verò quæ aliis ſectionibus ſcripta extant, ab eo primum edita fuiſſe. Porro de Theodoro, & Orſieſio Pachomij diſcipulis in eius vita multa mentio fit: nam Theodorum à pueritia conuerſum, & probè educatum Tabennenſis Cænobij œconomum fecit. Orſieſius vero tertius à Pachomio totius eius Congregationis clauum tenuit, vt Metaphraſtes apud Surium prodit.

13. Ex M.S. Caradignenſi Regula Pachomij.

Reliquum ergo eſt, vt proferamus in medium ipſam S. Pachomij Regulam non quidem vt pridem Achiles Statius Luſitanus primus omnium Romæ typis hæredum Antonij Bladij A.C. 1575. iuris fecit communis, & iterum Petrus Chaconius Toletanus (eruditiſſimi planè viri) A.C. 1588. Romæ item ad calcem ſui Caſſiani, correctiorem publicauit; ſeu quam ab eo acceptam Gazæus Notis illuſtrem reddidit; ſed vt extat in M.S. Codice membranaceo Ceradignenſi, quem ſingulari Dei beneficio nactum me eſſe confido: deerat enim cæteris tertia præfationis Hieronymi pars, & Regulæ ipſius penè media: quas tamen nunc ex prædicto theſauro profero, vbi Gothicis caractheribus extat exorata: obiterque cætera denuò potioribus lectionibus recenſebo. Extat vero ſic ad verbum.

§. II.

INCIPIT PRAEFATIO B. Hieronymi de regula S. Pachomij hominis Dei.

14. Tranſlationis huius occaſio.

Quamuis acutus gladius, & leuigatus, ſi diu in vagina conditus fuerit, ſordeſcit rubigine, & ſplendorem priſtini decoris amittit. Vnde ego mærens ſuper dormitione Sanctæ, & Venerabilis Paulæ (non a *quod contra præceptum Apoſtoli facerem, ſed quod multorum inciſa illius morte refrigeria ſuſpirarem) accepi libros ab homine Dei Siluano Presbytero mihi directos, quos ille Alexandriæ miſſos ſuſceperat vt* b *nobis iniungeret transferendos. Aiebat enim quod in* c *Thebaidis cænobiis, & in* d *Monaſterio Metanæo, quod de* e *Canobo in Pœnitentiam felici nominis conuerſione mutatum eſt, habitarent plurimi latinorum qui ignorarent Ægyptiacum, Græcum ſermonem, quo Pachomij & Theodori & Orſieſij præcepta ſunt, qui primi per Thebaidem & Ægyptum Cænobiorum fundamenta iecerunt, iuxta præceptum Dei & Angeli, qui* f *ad eos ſub hanc ipſam inſtitutionem miſſus fuerit.*

a In editis quò, & iterum quo.
b mihi
c Thebaide
d Metanæa
e Tanabo.

Itaque quia diu tacueram, & dolorem meum ſilentio deuoraram; vrgebant autem miſſi ad me; ob hanc cauſam Leontius Presbyter, & cæteri cum eo fratres, accito notario, vt erant de Ægyptiaca in Græcam linguam verſa noſtro ſermone dictaui: vt & tantis viris imperantibus, ne dicam rogantibus, obedirem: & bono (vt aiunt) auſpicio longum ſilentium rumperem: reddens me priſtinis ſtudiis, & Sanctæ fœminæ refrigerans animam, quæ Monaſteriorum ſemper amore flagrauit, & quod viſura g *erat in cœlo, hæc in terris meditata eſt. Venerabilis quoque Virgo Chriſti filia eius Euſtochium haberet quod ſororibus legendum tribueret, noſtrique fratres Ægyptiorum, hoc eſt Tabennenſium Monachorum exempla ſequerentur; qui habent per ſingula Monaſteria Patres, & Diſpenſatores, & Hebdomadarios, ac miniſtros, & ſingularum domorum Præpoſitos, ita vt* h *vna domo quadraginta, plus minuſve, fratres* i *habeat, qui obediant Præpoſito: ſintque pro numero fratrum triginta vel quadraginta domus in* k *Monaſterio & ternæ, quaternæ ve domus in vnam tribum fœderantur, vt vel ad opera ſimul vadant, vel in hebdomadarum miniſterio ſibi ſuccedant per ordinem.*

f à Deo, & rectius, ſoli enim Pachomio Angelus miſſus eſt.
g erit. Tabennenſium Monaſteria, cellæ, & Miniſtri.
h in vna domo.
i habitent.
k deeſt vna.

Quicumque autem Monaſterium primus ingreditur, primus ſedet, primus ambulat, primus Pſalmum dicit, primus in menſa extendit manum l *primus in Eccleſia communicat: neque ætas inter eos quæritur, ſed profeſſio. Nihil habent in cellulis præter* m *pſiathum, &* n *quæ infra ſcripta ſunt. Duo lebitonaria, quod genus abſque manicis Ægypti veſtimenti eſt, cum vno iam attrito ad dormiendum, vel operandum, & amicto lineo, cucullisque duobus, & capitia pellicula, quam melotem vocant, barteolo lineo, & caligis ac bacillo itineris* o *ſocio. Ægrotantes miris ſuſtentantur obſequiis, & ad omnem copiam præparatis cibis: ſani maiori pollet* p *continentia. Bis in hebdomada, quarta, & ſexta Sabbati ab omnibus ieiunatur,* q *excepto Paſchæ tempore, & Pentecoſtes. Aliis diebus comedunt qui volunt poſt meridiem, & in cœna ſimiliter menſa ponitur propter laborantes, ſeu ſenes, & pueros, æſtuſque grauiſſimos. Sunt qui* r *ſecundum parum comedunt; alij qui prandij, ſeu cenæ vno tantùm cibo contenti ſunt; nonnulli guſtato paululùm pane egrediuntur. Omnes pariter comedunt. Qui ad menſam ire noluerit, in cella ſua panem tantum & aquam, ac ſal accipit, ſiue* ſ *in vno die voluerit, ſiue poſt biduo.* 15.

Ordo Congregationis.
l prior
m pſia biurrum, y iter.
n quæ infra ſcripta ſunt deeſt in excuſſis voc quæ ſequuntur ſunt in nominatiuo
Cura ægrotorum.
o ſociis
Ieiunia.
p abſtinentia
q Excepta Pentecoſte.
r ſecundo

ſ ſiue vno

u Fratres einſdem artis in vnam domum ſub vno Præpoſito coguntur, verbi gratia, vt qui lina texunt ſint pariter: qui mattas in vnā reputentur familiam, ſarcinatores carpentarij, fullones, calligarij ſeorſum à ſuis præpoſitis gubernantur, & per ſingulis hebdomadis ratiocinia operum ſuorum ad Patrem Monaſterij referant. 16.

Artifices Monaſteriorum.
u Ab hinc deſunt in excuſſis.

Omnium Monaſteriorum Principes vnum habeant caput, qui habitat in Monaſterio BAVM, diebus Paſchæ; exceptis his qui in Monaſteriis neceſſarij ſunt, ad illud omnes congregantur; vt quinquaginta millia fermè hominum Paſſionis Dominicæ ſimul celebrent feſtiuitatem Menſe EVI, cuius vocabuli vis eſt MESSORE, id eſt Augusto, inſtar iubilei, remiſſionis exercetur dies, & peccata omnibus dimittuntur, reconcilianturque ſibi qui aliquam habuerint ſimultatem: & diſponuntur Monaſteriorum capita, diſpenſatores, Præpoſiti; Miniſtri, prout neceſſitas poſtulauerit.

Iubilei feſtum.

Aiunt autem Thebæi quod Pachomio, Cornelioque & Syro, qui vſque hodie vltra cẽtum & decem annos

Concilij & Syri donum linguarum.

viuere dicitur, Angelus linguæ myſticæ ſcientiam dederit, vt ſcriberent ſibi & loquerentur per Alphabetum, ſpiritualibus hymnis quibuſdam, & Symbolis abſconditos ſenſus inuoluentes. Quas nos Epiſtolas, ita vt apud Ægyptios Græcoſque leguntur, in noſtram linguam vertimus: eadem vt reperimus elementa ponentes, & quod ſimplicitatem Ægyptij ſermonis imitati ſumus, interpretationis fides eſt: Ne viros Apoſtolicos, & totius gratiæ ſpiritualis ſermo rethoricus immutaret.

Cætera autem, quæ in eorum tractatibus continentur, prælibare nolui; vt in ſuis diſcantur autoribus, & de fontibus potius quam de riuulis bibant, quos ſanctæ Congregationis ſtudia delectarent.

EXPLICIT PRÆFATIO.

17. Pachomius Theodorus & Orſieſius quales vidi.

NOTA. Prælibauit vir eximiæ eruditionis & ſanctitatis Hieronymus quidquid in Regula Magni Pachomij continetur, & in Epiſtolis vltro citroque ſcriptis, illius, & Cornelij, & Syri Abbatum diſcipulorum ſuorum; quas omnes Latinis vocibus reddidiſſe perſpicuis verbis ad calcem præfationis indicat illis ſcilicet: *Aiunt Thebæi quod Pachomio, Cornelioque, & Syro, &c.* Gennadius in Cathal. Illud. Vit. Pachomij dumtaxat Epiſtolarum meminit ad Cornelium & Syrum, & alios ſcriptas: quas tamen ipſi reſpondentes ediderint, non aperit. Meminit & Epiſtolarum Theodori, & libri ab Orſieſio exarati. Et quoniam multam lucem præfationi D. Hieronymi afferant Gennadij verba, & his quæ dicturi ſumus, operæ pretium nobis viſum eſt ea in præſentiarum reddere: quæ ſic habent c. 7.

Pachumij ſcripta.

Pachumius Monachus, vir tam in docendo quam in ſigna faciendo Apoſtolica gratia, & fundator Ægypti Cœnobiorum, ſcripſit Regulam vtrique generi (id eſt ſexui) *Monachorum aptam, quam Angelo dictante perceperat. Scripſit & ad Collegas Præpoſituræ ſuæ Epiſtolas, in quibus Alphabetum myſticis tectum Sacramentis, velut humanæ conſuetudinis excedentem intelligentiam, clauſit, ſolis credo eorum gratia, vel meritis manifeſtum; id eſt ad Abbatem CORNELIVM vnam, ad Abbatem SYRVM vnam, & vnam ad omnium Monaſteriorum Præpoſitos, vt in vnum antiquius Monaſterium, quod lingua Ægyptiaca vocatur BAVM congregati Paſchæ diem velut æterna lege concelebrent, epiſtolam vnam. Et ad fratres, qui foras Monaſterium miſſi fuerant operari, Epiſtolam vnam.*

Theodori.

Theodoro autem cap. 8. *Theodorus Presbyter ſucceſſor & gratia, & Præpoſituræ ſupradicti Abbatis Pachumij ſcripſit ad alia Monaſteria ſcripturarum Sanctarum Epiſtolas ſermone digeſtas, in quibus tamen frequenter meminit magiſtri, & inſtitutoris Pachumij, & doctrinæ eius, & vitæ proponit exempla, quæ ille, vt doceret, Angelo adminiſtrante didicerat: ſimul & hortabatur permanendum in propoſito cordis, & ſtudij, & redire in concordiam, & vnitatem eos qui poſt Abbatis obitum diſſenſione facta à cœtu ſemetipſos abſciderant vnitatis. Sunt autem huius exhortationis epiſtolæ tres.*

Orſieſij.

Tandem de Orſieſij libro hæc cap. 9. *Orſieſius Monachus amborum id eſt Pachumij, & Theodori, Collega, vir in ſanctis Scripturis ad perfectum inſtructus, compoſuit librum diuino conditum ſale, totiuſque Monaſticæ diſciplinæ inſtrumentis inſtructum; & vt ſimpliciter dicam, in quo totum penè Vetus & Nouum Teſtamentum, compendioſis diſſertionibus, iuxta Monachorum dumtaxat neceſſitatem, inuenitur expoſitum, quem tamen vice teſtamenti propè diem obitus ſui fratribus obtulit.* Hactenus de his Gennadius: qui tamen de Epiſtolis Cornelij, & Syri, quas ad Pachumium ſcripſiſſe in myſtico Alphabeto conſtat Hieronymo teſte, altum ſilentium.

18. Opuſculum de inſtitutis Monaſticis Theodori eſſe, non Orſieſij.

Illud tamen mihi procul omni dubio eſt, Opuſculum illud quod ſub nomine *Regularum Orſieſij de inſtitutis Monaſticis* præ manibus eſt tom. 5. Biblioth. Veter. PP. Theodori potius eſſe, & vnam ex eius Epiſtolis, vtpote cui notæ, & ſigna à Gennadio appoſita conueniant, *in quibus* ſcilicet *frequenter meminit Magiſtri & inſtitutoris ſui Pachomij*: Septies ſiquidem eius meminit verbis à nobis modo relatis; *& doctrinæ eius, & vitæ proponit exempla*; vt cum ait non longè ab excidio: *ſedentes in locis humilioribus, in quibus Pater noſter præcepit penitùs non ſedendum, &c.* Et rurſus *Scimus quia S. P. N. erudiuit nos eſſe redituros rationem de ſingulis, quare non fecerimus ea, aut negligenter fecerimus, &c.* Monet etiam, & hortatur permanendum in propoſito ſemel cordis ſtudio, inquiens: *Itaque fratres Chariſſimi qui Cœnobiorum vitam & præcepta ſectamini, ſtate in arrepto ſemel propoſito, & implete opus Dei, vt Pater, qui primus inſtituit Cœnobia, gaudens pro vobis loquatur ad Dominum: ſicut tradidi eis, ſic viuunt.* His verò, qui ſic ab incepto, & vnitate ſtrictæ obſeruantiæ deſciuerant, ſic effatur: *Quæ nobis occaſio relicta eſt, vt habeamus quicquam proprium à funiculo vſque ad corrigiam calceamenti, cum habemus Præpoſitos, qui pro nobis ſolliciti ſunt, tam in cibo quam in veſtitu, & corpuſculi languore? Ad quos vſus ſuperfluum palliolum, aut epulæ lautiores, aut melior lectus, cum omnia in commune ſint paria, & Cruce Chriſti nihil durius? Sufficit nobis habere quod homini ſatis eſt; duo lebitonaria, & aliud attritum, & palliolum lineum, duos cucullos, Zonam lineam, Gallicam pellem, & virgam, cui miniſterium aliquod & diſpenſatio eſt credita Monaſterij* (Quæ prorſus. Pachomianæ Regulæ verba ſunt) *Et ſi ex ea lucrum faciat, ſcelus putetur, & ſacrilegium quicquam ex ea contingere, & in propriam vertere requiem, quaſi deſpiciens eos, qui non habent*: Et multa alia in hanc, & ſimiles ſententias, quas ſi vel raptim, lector, percurreris, tute ipſe iudicabis prorſus Theodori opus eſſe, non Orſieſij, cum in eo opuſculo Veteris illa, ac Noui totius Teſtamenti, quod ad Monaſticos mores & myſteria pertinet, perpetua expoſitio, quam Gennadius in Orſiſio commendat, deſideretur. Sed Regulam ipſam Pachomij demus, nunc tandem beneficio Cartadignenſis Codicis omni ex parte integram, & emaculatam, ràptimque eam, vbi expedire iudicauerimus, illuſtremus.

REGVLÆ

Digitized by Google

REGVLÆ
S. PACOMII ABBATIS.
PRIMA PARS.

PRÆCEPTA PATRIS NOSTRI PACHOMII HOMINIS Dei, qui fundauit conuerſationem Cœnobiorum à principio per mandatum Dei.

CAPVT PRIMVM.

Id eſt totum hoc in excuſſis vſque numer. 6.

19. Tyrunculorum ſeſſio, & exterioris hominis compoſitio.

1 *HOc eſt exordium præceptorum. Qui rudis Collectam Sanctorum ingreditur, & quem per ordinem Ianitor ab oſtio Monaſterij introduxit, & ſedere fecit in Conuentu fratrum, non ei licebit ſedendi locum, vel ordinem commutare, donec eum transferat OIRAROC, id eſt Præpoſitus domus ſuæ, ad locum qui ei ritè debetur.*

2. *Sedebit autem cum omni decore, & manſuetudine; pelliculam, quæ ſuper humerum hæret ex latere, ex inferiori parte ſubdens natibus; & veſtimentum, id eſt tunicam lineam abſque manicis, quam lebitonarium vocant, diligenter adſtringens, ita vt genua operiat.*

3. *Cumque audierit vocem tubæ ad Collectam vocantis, ſtatim egrediatur cellulæ ſuæ limen de Scripturis aliquid meditans, vſque ad oſtium Conuentriculi. Et quando in loco Collectæ cœperit ambulare, & ad locum ſedendi ſtandique peruenietꝫ non conculcauit iuncos; qui aqua infuſi ad texendos funiculos præparantur, ne vel parum damni in Monaſterium ex alterius veniat negligentia.*

4. *Sin autem nocte ſignum inſonuerit, ne ſteteris ad focum quod propter calefacienda corpora, & repellendum frigus ex more ſuccenditur.*

5. *Nec otioſus in Collecta ſederis, ſed funiculos in mattarum ſtamina celer præparabis; abſque infirmitate dumtaxat corpuſculi, cui ceſſandi tribuitur venia.*

6. *Cumque manu percuſſerit ſtans Prior in gradu, de ſcripturis quidpiam reuoluens memoriter, vt oratio finiatur; nullus conſurget tardius, ſed omnes pariter leuabuntur.*

Vide notationem ſequentem.

7. *Nemo aſpiciat alterum contorquentem funiculum, vel orantem, ſed defixis luminibus opere ſit intentus.*

Not. Quinque priores Regulæ cum ſuo titulo & ſunt omnino in excuſſis. Sexta & ſeptima perperam quaſi præfationis calcaneus additæ ſunt, cum ſuperioribus Hieronymi verbis parum cohærentes. Et ſubditur non minus ineptè, &c. cum nihil ab vltimis illis verbis *ſit intentus*, ad ea quæ iam ſequuntur interſit. Sed & non nihil lectione ipſa diſcrepant à Caradignenſi; nam habent: *Cumque maior vel ſtans Prior in gradu manu percuſſerit, de Scripturis quidpiam reuoluens memoriter, vt oratio finitur, nullus conſurgit tardius, ſed omnes pariter eleuantur. Nemo aſpicit alterum operantem, ſed defixis luminibus vnuſquiſque in ſuo opere intentus eſt, &c.*

Sequitur in Caradignenſi ſub miniato titulo, vt omnes Capitulorum ſunt:

CAPVT II.

Hæc ſunt præcepta vitalia nobis à Maioribus tradita. Falſo in excuſſ. tribus.

Not. Hinc in excuſſis incipit Regula.

1. *SI acciderit vt pſallendi tempore vel orandi aut in medio lectionis aliquis loquatur aut rideat, a illico ſoluet cingulum, & inclinata ceruice, manibuſque ad inferiora depreſſis, ſtabit ante altare, & à Principe Monaſterij increpabitur. Hoc b quidem faciet & in Conuentu fratrum, dum ad veſcendum pariter conuenerint.* 10. Conceptionis Monaſticæ forma.

a Illico deeſt in excuſſis.
b Idem.

Not. Vetuſtiſſimum correptionis Monaſticæ morem exhiberi ſolitum, non ſolum ante altare in Eccleſia, cui nunc Capituli aula reſpondet, ſed & iam in Refectorio, vt apud minores, & vniuerſos reformatos eſt in vſu. De eadem corripiendi fratris habitudine agit iterum infra n. ſeq. 23.

2. *Quando ad Collectam tuba clangor c increpuerit per diem, qui vna oratione tardius venerit, ſuperioris increpationis ordine corripiatur, & ſtabit in loco conuiuij.* Collectæ ſignum.

c inſonuerit.

Not. ad Collectam aliquando tuba, nonnunquam tabula, & ſæpe tintinabulo concrepari ſolitum diximus, cum de Therapeutis Alexandrinis erat ſermo lib. 2. cap. 12. num. 15. Nunc vero pro *increpuerit*, Sciolus aliquis librariorum appoſuit *inſonuerit*: quaſi non Liuius dixerit lib. 1. *Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma.* Et Virgil. lib. 9. Æneid.

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro
Increpuit.

Sed Monachorum tubam fuiſſe corneam, Alardus coniicit.

d *Noſte.*

3. d *Noctu vero, quia corporis infirmitati plus aliquid conceditur, qui poſt tres orationes venerit, eodem & in collecta, & in* c *veſcendo ordine corrigatur.*

c *Veſcendi loco.*

Not. Hinc ſuum cap. 43. Regulæ hauſit B. P. Benedictus. *De his qui ad opus Dei vel ad menſam tardè occurrunt.*

Prioris nomine quid ſignificatur.

4. *Quando in Collecta orant fratres, nemo egrediatur abſque iuſſione Maiorum, niſi interrogauerit; conceſſumque ei fuerit exire pro natura neceſſitate.*

Not. Maiores vocat eos qui Collectæ tunc temporis præſunt, quos alio certo vocabulo deſignare non potuit, cum non ſemper Præpoſitus intereſſe valeret. Hos D. P. Benedictus ſæpè *Priores* vocat, vt cap. 20. 38. & 43. Errant qui hos vulgari idiomate *Priores* vertunt, cum longè alio nomine *Præpoſitorum* conſeantur ab eodem c. 21. 62. & 65.

5 *Nullus diuidat iuncos ad texendum funiculos, præter eum qui miniſtrat hebdomedæ; quod ſi ille iuſto opere detentus eſt, Maioris imperium præſtolabitur.*

Not. Deeſt hæc regula 5. in excuſſis, experte etiam deeſt. 6.

21.
Oratio inter opera manuum.

6. *De hebdomadariis vnius domus non eligentur qui ſtent in gradu, & in conuentu omnium de Scripturis aliquid replicent: ſed omnes iuxta ſedendi ordinem memoriter retexent quæ ſibi fuerint imperata. E quibus ſi quid oblitus, qui hæſitauerit in dicendo, negligentiæ & obliuionis correptionem ſuſtinebit.*

Hebdomadariũ ordo.

Not. Pro tota hac Regula 6. excuſſi Codices ſolum habent: *Omnes memoriter retexent quæ ſibi fuerint imperata: de quibus, ſi quis oblitus aliquid fuerit, aut hæſitauerit in dicendo, negligentiæ, & obliuionis increpabitur.* Ita Librarij ex ſuo cerebro mutilabant Scriptorum paginas. Moris vero funiculos aut ſportulas texendi, ſubmiſſa voce Pſalmos canendo meminit Pelagius de Verb. Senior lib. 11. num. 29. Tollit hæc regula conſuetudinem pſallendi alta voce hebdomadarium, dum cæteri laborarent manibus; vt videlicet omnes corde pſallerent, & labori inſiſterent, etiam hebdomadarium. Quod ſi qui memoriâ verſus laberetur, iubetur culpam prodere, & publicè pœnitere.

7. *In die Dominica, vel oblationis tempore nullus deerit & Hebdomadariis ſedens in loco embiaſmi, pſallentique reſpondens; Ex vna dumtaxat Domo, quæ in maiori ſeruit hebdomada. Altera enim eſt minor hebdomada, quæ per ſingulas domos à paucioribus exhibetur. Quod ſi maior eſt numerus neceſſarius de eadem Tribu, alij vocabuntur à Præpoſito Domus, qui miniſtrat hebdomadæ. Et abſque iuſſione eius nullus de altera domo eiuſdem Tribus ad pſallendum veniet. Et penitus non licebit in alterius hebdomada de alia venire Domo, niſi forte eiuſdem Tribus ſit. Vocatur autem vna Tribus habens tres, vel quatuor domos, pro numero & frequentia Monaſterij, quas nos familias, vel populos vnius gentis poſſumus appellare.*

Not. Deeſt etiam in excuſſis hæc Regula 7. *In loco embiaſmi.* An forte ab ἐμβιβάω ortum nomen, quod ſignificat *aſcendere facio*, de ᾆσμα *canticum*, vt ἐμβίβασμα ſit locus editus, vnde Hebdomadarius pſallenti reſpondebat coram collecta fratrum caterua?

8. *In die Dominica* f *Collecta in qua offerenda eſt oblatio, abſque Præpoſito domus, & Maioribus Monaſterij, qui alicuius nominis ſunt, nemo pſallendi habeat poteſtatem.*

f In excuſſ. is non &

9. *Pſallente autem quolibet ex maioribus, id eſt* g *legente Pſalterium, ſi quis defuerit, ſtatim ante altare pœnitentiæ, & increpationis ordinem ſubſtinebit.*

g *dicente Reſponſoriũ.*

10. *De Collecta in qua offerenda eſt oblatio, qui ſine præcepto Maioris exierit, ſtatim increpabitur.*

11. *Mane per ſingulas domos finitis orationibus non* h *protinus ad ſuas cellulas reuertentur, ſed conferent inter ſe quæ Præpoſitos* i *audierant diſputantes, &* k *ſic intrabunt in cubicula.*

h *Statim.*
i *audierint.*
k in excuſſ. deeſt *ſic*, & additur *ſua* poſt *cubicula.*

12. *Diſputatio autem à Præpoſitis domorum per ſingulas hebdomadas tertio fiat. Et in ipſa diſputatione ſedentes, ſiue ſtantes fratres, ſuum ordinem non mutabunt, iuxta domorum ordinem, & hominum ſingulorum.*

22.
Diſputatio de moribus vel S. Scripturis.

Not. Diſputabant de S. Scripturis, aut moribus virtutibuſque Monaſticis. Conſule quæ de Therapeutis diximus lib. 1. c. 12. n. 19. Has alij *Collationes* nuncupabant.

13. *Si quis dormitauerit ſedens, Præpoſito domus, l. Monaſterij Principe diſputante; ſtatim ſurgere compelletur, & tandiu ſtabit, donec ei* l *iubeatur, vt ſedeat.*

l *Videbitur.*

14. *Quando ſignum* m *intonuerit, vt conueniant & audiant præcepta Maiorum, nullus remanebit, nec ſuccendetur focus, antequam diſputatio compleatur.*

m *inſonuerit.*

Not. Nimirum & breuiſſima victualia parabantur, & nemo etiam coquinæ titulo à concione, ſeu diſputatione à Collecta abeſſe permittebatur.

15. *Qui vnum* n *ex his præterierit, prædictæ correctioni ſubiacebit.*

n *Vnum mandatum.*

Not. An forte hic vitalia illa à Maioribus accepta finiuntur præcepta, de quibus in titulo huius capitis? nam & caput ipſum vnica ſuperaddita regula terminatur, quam nunc ſubiiciam. Et niſi canon iſte totis quatuordecim applicetur, non videtur congruam habere ſignificationem.

16. *Qui Hebdomadarius eſt, non habebit poteſtatem abſque prædicto Principe Monaſterij dare cuiquam funiculos, vel aliorum quid vaſorum: & niſi ille iuſſerit, ſignum dare non poterit.* Deeſt in excuſſis Regula 16.

CAPVT III.

Vt ad Collectam meridianam, vel ad Veſpertinam Exorationum congregentur?

Deſunt in Excuſſis vſque ad Regulam 5.

1. *POſt orationem Matutinam miniſter hebdomadis, cui hoc operis fuerit iniunctum, interrogabit Principem Monaſterij de ſingulis rebus, quas neceſſarias putat: & quando exire debeant operari in agrum. Et iuxta illius iuſſionem circuibit ſingulas domos, & diſcat quid vnuſquiſque habeat neceſſarium.*

23.
Laboris manuum ratio reddenda.

2. Codicem

2. Codicem, ſi ad legendum petierint, accipient: & finita hebdomada, propter eos qui ſuccedunt in miniſterium, ſuo reſtituant loco.

3. Si mattas operabuntur, interrogabit miniſter ad veſperam Præpoſitos Domorum ſingularum, quid iuncorum ſingulis domibus neceſſarium ſit: & ſic infundet iuncos, & manè per ordinem vnicuique tribuet. Quod ſi manè viderit aliis quoque iunctis opus eſſe, infundet eos, & ad ſingulas domos perferet; tandiu, donec ſignum veſcendi increpet.

Iunci quibus mattæ fiebát qui?

NOT. Qui inferiorem Ægyptum habitant Monachi, palmulis aqua infuſis ſtoreas, ſportulas, funiculoſve texebant, vt de Scithiotis, Nitriotis, & Arſinoitis ſatis vidimus de illis agentes, vbi Antonium, Paulum, Macarium, Arſenium, & Socios feciſſe diximus. Nimirum iis regionibus paſſim palmæ frondebant. At ſuperior Ægyptus vbi Tabenna inſula, Nilo circumfuſa Pachomianorum ſedes erat, iunco abundabat, autore Plinio lib. 21. Hiſt. nat. cap. 18. iunco inquam, *quem Mariſcon appellant, ad texendas tegetes aptiſſimo*, ex Theophraſto hiſt. plant. lib. 4. cap. 13. aiente: *Commodior ad texendum Mariſcus, quia mollis, carnoſuſque eſt.* Et Plinius: Et iuncus *amplitudine iuxta maritimas Alpes tanta, vt inciſo ventre, impleant penè*

Matta quid?

vnciarum latitudinem: in Ægypto vero cribrorum longitudimem, non alias vtiliorem. Porro *Mattæ* quas Tabenneſiotæ operabantur, tegetes ſunt, aut *Storeæ*, quæ infarciri ſolent ſtupa, fæno, aut rudiori lana; de qua Ouidius l. 6. Faſtor.

.... In plauſtro ſcirpea matta fuit.

Et varro de re ruſt. *Sicque fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, ſcirpo, vt funes, reſtes, tegetes.* Hiſpanis *Xergon*, vt mollior *Colchon*, forſam à *Colchide vellere* voce deducta. Dicemus de matta iterum ab cap. 55. Regulæ S.P.N. Benedicti.

24.
Ratiocinia dati & expenſi.

4. Præpoſitus domus, qui implet hebdomadem, & alius qui venturam ſuſcipit Princeps Monaſtery, habebit curam Videndi quid operis prætermiſſum ſit, vel neglectum; & excuti facient mattas quæ ſuper pauimentum expandi ſolent, numerabuntque funiculos, quos per ſingulas hebdomades torſerint, & eorum ſummam deſcribent in buxis, & ſeruabunt vſque ad tempus annuæ Congregationis, quando reddenda eſt ratio, & peccata omnibus dimittuntur.

NOT. Ergo hebdomadatim (vt ita dicam) vicatimque per domos ſingulas ſibi inuicem miniſteria præſtabant: & Præpoſiti domus tunc ea hebdomade inſeruientis eius, quæ in miniſterio proximè ſucceſſura erat, operum rationem exhibebant ad cuiuſvis hebdomadæ finem: ipſique in tabulis ratiociniorum appingebant, vt publicis Comitiis, quæ ſemel Paſchatis tempore celebrabantur, rationem dati, & expenſi totius anni Diſpenſatores redderent. Id Pachomius vocat, *eorum ſummam deſcribere in buxis*: tabellæ enim dicebantur *Codicilli*, ex ligno, cera obducti, in quibus olim teſtamenta, actaque publica ſcribebant: vti ex Cicerone orat. pro Cælio, & Quintiliano lib. 5. cap. 7. Calepinus probat; ex ligno præcipuè duro, quod cariem non ſentiret, quale *buxum* eſt, de quo Theophraſtus lib. 1. cap. 8. *Grauis buxus ebenus, quia denſa.* Ea propter ex buxo fiunt tibi multi foratiles, & pectines, & pyxides ad vſus varios. Conſule Plinum lib 16. cap. 40. aientem *Buxum maximè æternam putant: quod ſcilicet cariem, vetuſtatemque non ſentiat* & cap. 16. iterum de buxo, quo Pyrinæos aſſerit abundare. Ab hac Regula hauſit Hieronymus quod in Præfatione ſcripſit: *In hebdomadarum miniſterio ſibi ſuccedunt per ordinem.*

Buxi vſus apud antiquos.

25.
Diſciplina in menſa ſeruanda.

5. Dimiſſa Collecta ſinguli ingredientes vſque a *ad cellas ſuas,* b *vel vſque ad veſcendi locum, de Scripturis aliquid meditabuntur.*

a *Cellulas* in excuſſ.
b *&*

NOTA. Conſonat cap. 1. reg. 7. & cap. 2. reg. 6.

Nulluſque habebit opertum caput meditationis tempore.

NOTA. Iuxta illud Apoſt. 1. Corinth. 11. *Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum.* Et quoniam capitis operimentum libertatis inſigne fuit, vt apud Pierium lib. 40. de *Pileo*: nos verò decet in conſpectu Diuinæ Maieſtatis inſtar ſeruulorum, & clientium reuerenter adſtare.

Caput cooperire ſiuè libertatis inſigne.

7. Cum autem ad veſcendum venerint, ſedebunt per ordinem ſtatutis locis, & operient capita. Statimque cum tibi à Maiori fueris imperatum, vt c *ad aliam menſam* d *tranſire* e *debeas; in nullo penitus* f *contradices. Nec* g *audeas ante Præpoſitum domus tuæ extendere manum in menſam, nec circumſpicias veſcentes alios.*

c *de alia menſa ad aliam.*
d *tranſeas* e *ire debebis* f *contradicens*
g deeſt in

NOTA. Hoc vltimum ad præſcriptum Regulæ Angelicæ ſtabilium eſt n. X. ipſius.

8. Vnuſquiſque Præpoſitorum docebit in domo ſua, quomodo debeant cum diſciplina, manſuetudine comedere. Quod ſi h *aliquis vel locutus fuerit, vel riſerit in* i *veſcendo, aget pœnitentiam & in eodem loco* K *protinus increpabitur:* l *ſtabitque donec ſurgant alij* m *veſcentes.*

h *Quis.* i *veſcendi tempore* K *mox.* l *&* *ſtabit* m *de veſcendo.*

NOT. Et hoc de eadem Regula X. Angeli deſumptum eſt.

9. Si quis ad comedendum tardius n *venerit, excepto Maioris imperio, ſimiliter aget pœnitentiam, aut ad Domum ieiunus reuertetur.*

n *aduenerit.*

NOT. D. Benedictus c. 43.

10. Si aliquid neceſſarium fuerit o *in menſa, nemo audebit loqui, ſed miniſtrantibus ſigni ſonitum dabit.*

o *Ad menſam.*

NOT. Hoc etiam de Angeli tabula acceptum eſt, ſi qua fides Nicephoro habenda lib. 9. cap. 14.

11. Si egreſſus p *fuerit à cibo, non* q *loquatur in redeundo, donec ad locum* r *ſuum perueniat.*

p *fueris* q *loquaris* r *tuum peruenias.*

12. Miniſtri, abſque his quæ in commune fratribus præparata ſunt, nihil aliud comedant, nec mutatos cibos ſibi audeant præparare.

NOTA. Vt omnes eodem obſonio degant.

Signum refectionis.

13. Qui percutit s *ad veſcendum* t *congregat fratres, meditetur in percutiendo.*

s in excuſſ. deeſt *&* t *dum congregantur.*

NOT. Prius ad Collectam tuba fratres conuocari dixerat cap. 1. reg. 3. & cap. 2. reg. 2. nunc percuſſione inuitari ad veſcendum, nimirum tabulæ malleo ictæ, quale eſt illud Palladij in Lauſ. de Adolio Abbate: *Excitatorio malleo pulſabat cellas omnium eos congregans, &c.* Vtrum vero ſigillatim cellarum fores Tabenneſiotarum malleis ab eis pendentibus percuterentur: vel potius è loco edito percutiens Hebdomarius tabulam conuocaret veſcituros, diuinare non valeo. De tabulis, ſeu lignis ſacris in templis pulſari ſolitis mentio fit in II. Nicæna Synod. Act. 4 De Campanorum, Nolarumvè nouo vſu lege Durandum lib. 1. Rational. c. 4. vbi de *Squilla*, cuius etiam meminit Petrus Vener. l. 1. Miracul. c. 12. *Scillam* eam vocitans.

14. *Qui*

Digitized by Google

26.
Tragema quid? u *dulciamina.*

14. *Qui ante fores conuiuij egredientibus erogat fratribus u tragemata, in tribuendo meditetur aliquid de Scripturis.*

Not. perperam in editis *dulciamina* legimus, quæ ſcite in Coradignenſi Græca voce retenta, τραγήματα nuncupantur. Sunt autem propriè Italis *ſecunde viuande*, Hiſpanis *Poſtres*, à verbo Græco τρώγειν, cui Hiſpanum eſt *tragar*. Dicebantur & *Trogalia*, vt ab Abbate Sereno ſe accepiſſe Caſſianus Collat. 8. cap. 1. narrat. *Appoſuit ſalem frictum, oliuas ternas, cicer frictum, quod illi trogalia vocant, ex quibus quina tantum ſumpſimus grana, mixaria bina* (Plin. lib. 15. cap. 11. pruna) caricas ſingulas, quod genus fici eſt Plinio lib. 13. cap. 5. Et tametſi apud ſæculares ſecundæ menſæ *dulciamina* ſint, cibi ſcilicet ſacharo aut melle conditi; abſit tamen à priſcorum Monachorum puritate & pauperie, vt illis dulciamina quotidie impertirentur, aut bellaria. Sat fuerit fructuum deſſicatorum hyeme, vel æſtate viridium aliquid eis dari. Quamobrem verò à Pachomio tragemata egredientibus de Refectorio iuberentur exhiberi, ad regulam 17. aperiam.

x In excuſſ. deeſt *ante*. y *peruenerit.*

15. *Qui ſuſcipit ea quæ dantur, non in cucullo, ſed in pelle ſuſcipiat. Nec x ante guſtabit de his quæ acceperit, donec ad domum y perueniat.*

Not. Sermo eſſe videbatur & his qui extra domum facti, eleemoſinis donabantur. Hi ſiquidem non extra Monaſterium edere permittebantur, vt de more Veterum accepit B. Benedictus cap. 51. Excipere autem xenia in pallij ora iubebantur, non in cucullo, ne Monachus eo depoſito incederet. Verùm de excipientibus tragemata ad egreſſum triclinij ſermonem eſſe, dicam ad Reg. 17.

Miniſter aliis diuidẽs nihil ſibi accipiat.

16. *Ipſe autem qui cæteris diuidit, ſuam partem à Præpoſitio accipiet. Quod & cæteri miniſtri faciant accipientes ab alio, & nihil ſibi ſuo arbitrio vendicantes.*

Not. Plane notatione digniſſima regula, ab propriam miniſtrorum voluntatem penitus abolendam.

27.
Tragemata ſingulis ſenſim labãtur.

17. *Ea quæ acceperint per triduum eis ſufficient. Quod ſi cui reſiduum fuerit, reportabit ad Præpoſitum domus; & ille reponet in cellario, donec miſceatur cum aliis, & cunctis fratribus præbeantur.*

Not. Deeſt tota hæc regula in excuſſis, at abſque ea tres ſuperiores ad plenum intelligi nequeunt. Ergo ex ea fit manifeſtum de tragematis continuum in his quatuor regulis eſſe ſermonem; id eſt, a. 14. quæ egredientibus erogari præcipiuntur: & in 15. in pallij ora, non in cucullo recipienda fore ab ipſis, quæ nemo tamen guſtabit, priuſquam domum ſuam perueniat, Nemo autem (in 16.) ſibi ea miniſtrari permittebatur, ſed cæteri à miniſtris hebdomadariis, hi vero à Præpoſitis. Tandem in 17. quarto quoque dumtaxat die dari ſolere planè innuitur, cum dicitur: *per triduum eis ſufficient.* Cur vero ea illis concederentur, dum mente reuoluo, varij ſeſe offerunt fines, & commoda. Exiſtimabam hac ipſe. Regula innui quarto dumtaxat die ad obſonia condita veſcenda cogi ſolere, cæteris verò diebus ſeorſim vnumquemque in cella ſua tragematis tantum victitare: & *Xerophagiam* eis in pretio eſſe: eſt autem ξηροφαγία aridorum eſus. Sed obeſt quod in vita Pachomij lego cap. 43. quingentas mattas, quas coquus quidam texerat, ipſum igne cremaſſe, quod non quotidie cibos Monachis coqueret: in quo traditam ei circa diſpenſationem fratrum regulam deſpexiſſe, conqueſtus eſt. Rogatus ſiquidem: *Quantum temporis habes, ex quo non coxiſti fratribus olera vel legumina?* Reſpondet: *Sunt ferè duo menſes.* *Et S. Pachomius ait: Quare contra præceptum facere voluiſti, vt tanta fratrum negligeretur vtilitas? Qui ſub humili ſatisfactione reſpondit: Optaueram quidem, Venerabilis Pater, quotidie implere miniſterium meum: ſed quia quidquid coquebam non conſumebatur à fratribus, quia omnes abſtinent (ſoli quippe pueri aliquid coctura percipiunt) ne tanto labore parata proiicerentur expenſa, propterea pulmentum non coxi.*

Cur ſingulis tragmata concedebãto

Xerophagia quid?

Palladius itidem cap. 20. Lauſiacæ dum agit de S. Macario ad Tabenneſiotas effecto habitu declinante ait: *Aduenit Quadrageſima, & vidit ſenex Macarius vnumquemque ſuſcepiſſe diuerſa viuendi rationes; alium quidem comedere veſpere, alium vero poſt duos dies, alium poſt quinque.* Non ergo omnes ſemper ad 9 diem ieiunabant: nec mirum, cum potius ab Angelo Pachomius iuſſus eſt, neque comedere modeſtè, neque ieiunare aliquem prohibere regula, 1. Suſpicabar rurſus dari eis tragemata pro cœnis, ne ſcilicet iterum ad cœnandum conuenire cogerentur. Sed audio Hieronymum in Prologo aientem: *In cœna ſimiliter menſa ponitur propter laborantes, ſenes, & pueros æſtuſque grauiſſimos.*

28.
Exponitur ex Regula B. Benedicti.

Quapropter illud mihi proculdubio eſt quod ex interpretatione B. P. N. Benedicti accepi, qui hunc Pachomij locum planè & luculenter exponit ſuæ Regulæ cap. 39. vbi poſtquam diſpoſuit, quod pulmenta cocta duo fratribus omnibus ſufficiant, de tragemetis ſubdit: *Et ſi fuerint inde naſcentium legumina, aut poma, addetur tertium:* quod tamen Benedictus intra refectorium ſuos edere decreuit; ſed Pachomius in cellis; non aliò, vt credo, niſi ob nimiam fratrum multitudinem, quos ſemel trichinium vnum capere nequibat, vtpotè 1300. vel etiam 1400. Tabennæ commorantes Palladio Sozomeno, & Nicephoro teſtibus, ac proinde neceſſum erat calidis eſſitatis breuiter omnes ſe expedire, & acceptis crudis, aut aridis, in domum ſuam ſe recipere aliis dantes locum. Setiò tamen prouiſum, ne in itinere ea guſtarent, quaſi dedecens; prouiſum & quod ſemel data triduò ſufficerent, labori miniſtrantium indulgendo: prouiſum vt cui aliquid ſupereſſet, nihil vltra neceſſe de his guſtaſſet, ſed in cõmune iterũ reponeret, ne diſtributionis vniformitas impediretur. Cæterum in aliis Monaſteriis, vbi minor Monachorũ erat numerus, tragemata in ipſis menſibus apponebantur: de quibus illud Palladij intelligendum non ambio cap. 39. Lauſ. *Manè ergo ſurgentes, ij quibus ſua vice hoc munus obtingit, alij quidem ſunt occupati in culina, alij vero verſantur in menſis parandis, menſe imponentes panes & olera augreſtia* (Græcè eſt λαψάνας) *oliuas, caſeos, & comminuta olera* (Græc. λεπτολάχανα) De hora refectionis diuerſorum hæc Heraclides cap. 19. Parad. *Quibus in hunc ordinatis modum, alij ſexta diei hora ingredientes ſumebant cibum, alij ſeptima, alij octaua, alij nona, alij decima, alij vndecima, alij profunda iam nocte veſci conſueuerant.* Ne quis miretur, cum audiat, egredientibus, tragemata, ſeu ſecundas menſas miniſtrari. Sed reliqua proſequamur. Conſule Notam in regula 24.

18. *Nemo*

29. 18. z *Nemo plus alteri dabit, quam alter acceperit.*

Æqua portio cunctis tribuenda & quare? z Nemini.

NOT. De tragematis ſimul & pulmentis intelligo. Cenſebat omnes æqua portione donandos, vt abſtinentiæ bonum ex libera voluntate procederet, vti expreſſe docuit ipſe Pachomius cap. 43. vitæ ſuæ. *Cum plures eſcæ appoſitæ fuerint, ſi fratres parcius his vtuntur propter Deum, tunc apud Deum ſibi maximam ſpem reponunt. De cibis autem quos non vident* (vt non vidiſſent quibus minus apponeretur) *nec eis ad percipiendum facultas vlla tribuitur, quomodo pro parſimonia præmium conceditur? Itaque propter exiguos ſumptus tanta fratrum non debuit intermitti commoditas.*

30. 19. *Quod ſi a obtendetur infirmitas, Præpoſitus domus* b *pergat ad miniſtros ægrotantium, & ab his quæ neceſſaria ſunt accipiet.*

Ægrotorum Cura. a obtenditur b perget. c Ægrotauerit. d In coquinam. e permittitur. f deſiderabat. h Et ab aliis. In excuſſ. deeſt in. f Domus ducitur.

NOT. Vt nemo arbitrio ſuo aliquid ſumat.

20. *Si de ipſis miniſtris aliquis* c *languerit, non habebit licentiam introeundi* d *coquinam, vel cellarium, & ſibi aliquid auferendi, ſed cæteri miniſtri id, quod ei neceſſarium viderint, dabunt. Nec* e *permittatur coquere ſibi, quod* f *deſiderauit, ſed Præpoſitus* g *domum, quæ neceſſaria viderint ei,* h *ab aliis miniſtris accipient.*

NOT. Eodem tendit & hic Canon, & valde conſonat. 16.

21. *Nullus introeat* i *in locum ægrotantium, qui non ægrotat.*

NOT. Viſitantes etiam arcebit inferius reg. 28. Nunc vero prohibet, ne quis ægritudinem fingeret, aut valetudinarij more in loco ægrotantium veſci vellet.

22. *Qui ægrotauerit, à Præpoſito* f *ducitur in triclinium ægrotantium. Quod ſi opus habuerit palliolo, aut tunica, quæ ad operiandum, vel ad veſcendum neceſſaria ſunt, ipſe Præpoſitus accipiat à miniſtris: & dabit ægrotanti.*

23. *Nec poterit languidus ingredi cellam veſcentium, & comedere quod deſiderat; niſi à miniſtro, qui huic rei præpoſitus eſt, ducatur ad veſcendum.*

24. *Non ei licebit de his quæ acceperit in loco ægrotantium ferre ad cellam ſuam, nec pomum quidem.*

NOT. Cur ægri pomum in cellam ducere prohibentur, cum ſanis tragemata illuc inducenda darentur, niſi quia ægrotorum numerus paruus erat, quos facile vna aula ſimul reficiendos caperet: vnde ibidem etiam tragemata edere iubebantur. Sanis ob multitudinem, vt cæteris locum darent, ſola in triclinio eſcitare pulmenta permiſſum tragemata domi, in quibus poma ſunt. Vide notata ad Reg. 17.

25. *Qui* g *pulmenta coquunt, ipſi* h *viciſſim ex veſcentibus miniſtrabunt.*

g Pulmentaria. h vide Notam.

NOT. Aliis verbis in excuſſis: *Qui pulmentaria coquunt, ipſi nihil guſtantes edentibus miniſtrabunt.* Senſus ex vtraque lectione integer coaleſcit. Vetantur miniſtri, ne more ſæcularium de cibis condiendis iterato guſtatu periculum faciant, ſed bona fide, quæ apparantur & condiuntur, apponant. Sale vt plurimum olera, & legumina condiebantur. Rurſus vt iidem ipſi qui coquunt, cocta miniſtrent, viciſſim tamen mutati, id eſt quidem eorum hodie coquant, quidam miniſtrent, & è conuerſo cras. Inde eſt vt B. Benedictus de ſolis coquinæ hebdomadariis egerit (cap. 35.) nihil de Architiclinus, ſeu Refectorariis aut menſarum ſeruitoribus diſcernens; quod eiuſdem prorſus hebdomadæ totus labor incumberet.

26. *Vinum, & liquamen abſque loco ægrotantium nullus attingat.* 31.

Vinum, & liquamen prohibita. Liquamen, quid?

NOT. De vini prohibitione ſæpius dictum. *Liquamen vero* (teſte Iſidoro lib. 10. Ethimol. cap. 3.) *dictum eo quod ſoluti in ſalſamento piſciculi, eumdem humorem liquant: cuius liquor appellatur ſalſugo vel muria* An Hiſpane *Salmuera* complexa voce ex *ſalſugo* & *muria*? Quæ autem de eiuſmodi liquaminibus piſcium ſcribat Plinius lib. 31 cap. opere pretium duxi tibi pendere, ait enim *Nunc è Scombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis ſpartaria cetariis* (*peſquerias, vel almadrabas*) *ſociorum id appellatur, ſingulis millibus nummum permutantibus congios ferè binos. Nec liquor vllus penè præter vnguenta maiore pretio eſſe cœpit, nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidem* (inde Inſula proxima *Scombraria* dicta Strab lib 3. Geogr.) *& Mauritania Bæticaque ex Occeano intrantes capiunt, ad nihil aliud vtiles. Laudantur & Clezomena garo, Pompeiique & leptis, ſicut iniuria Antipolis, ac Thurij, iam vero & Palmatia. Vitium huius eſt halex imperfecta, nec colata fex. Cœpit tamen & priuatim ex inutili piſciculo, minimoque confici, Apuam, noſtri aphyen Græci vocant, quoniam is piſciculus è pluuia naſcitur. Tranſiit deinde in luxuriam creueruntque genera ad infinitum, ſicuti garum, ad colorem mulſi veteris, adeoque dilutam ſuauitatem, vt bibi poſſit, Aliud verò ad caſtimoniarum ſuperſtitionem, etiam ſacris Iudæis dicatum, quod ſit è piſcibus ſquama carentibus, ſic halex peruenit ad oſtreas, echinos, vrticas, cammaros, mulorum iocinera. Innumeriſque generibuſque generibus ad ſaporem gulæ ſal tabeſcere.* De halece Martialis lib. 11. Epigr. 28. ad Flaccum.

Cui putat gaudens ancilla paropſide rubra.
Halecem, ſed quam protinus illa voret.

Et Plautus in Aulul.

Qui mihi olera cruda ponunt halecem dabunt. Salſamenta quædam.

Erant ergo ſalſamentorum præcipua genera ex piſcibus confecta *Scombrus, muria, garum, halex*; viliora liquaminis nomine cenſebantur, iuxta illud Caſſiani Collect. 8. cap. 1. de Abbate Sereno eum hoſpitio excipiente: *Pro muria modicum liquaminis miſcuit.* Video Calepinum contendere omnium *animaliũ pinguedine ad ignem liquefactam, & in vſum coquinarium ſeruatam ad condiendos cibos,* liquamen vocari: tametſi etiam fatetur *genus* eſſe *condimenti liquidi, ex putrefactis piſcium inteſtinis confectum, & in vſum coquinarium ſeruatum ad condiendos cibos.* De quo planè hoc loco mentionem fieri ex regula ſeq. palam fiet. Quamquam ſuillam pinguedinem non ſemper ægrotantes Tabenneſiotas renuiſſe coniicio ex illo Heraclidis c. 19. Parad. *ſuas etiam paſcebant, quod cum ego reprehendendum putarem, hoc quoque ex traditione Maiorum ſe ſuſcepiſſe dicebant; quia id circo in Monaſteriis eſſe oportet ſues, ne cribatarum excrementa frugum perirent, & purgatorum folia olerum, & cætera quæ damnum, ſi proiicerentur, inferrent. Occidi igitur ſues ipſos iubebant, & carnes quidem ipſas ementibus vendi, vngulas tamen ac minimas partes eorum in ægrotorum, ac ſenum epulas deputari* (reor & liquatam pinguedinem) *eo quod in regione illa grandis eſſet inopia rerum, & frequentia hominum videretur.*

Sues cur alebant?

27. Si

32. *De infirmitibus in via, vel in naui. i In via. K aliquid eorum quæ. l Non conſueuerunt. m Concuſtotur.*

27. *Si aliquis eorum qui peregrè mittuntur, in itinere, vel in* i *naui ægrotauerit, & habet neceſſitatem, ſiue deſiderium comedendi liquamen de piſcibus vel* K *aliarum rerum, quæ in Monaſterio comedere* l *conſueuerunt; non manducabit cum fratribus cæteris, ſed ſeparatim ei dabitur à miniſtris ad omnem abundantiam, ne in vllo frater languidus* m *triſtetur.*

Not. Hæc ex ſuperiori plana eſt. Perperam in excuſſis pro *in naui* quod eſt in Caradignẽſi habetur *in via*, cum precedat *in itinere*. Tabenneſiotis vero nauigandi, & mos & neceſſitas fuerit, cum in inſula Nili vitam agerent. De ſcaphis, ac nauiculis eorum inferius mentio fiat. Vter verò codicum rectiùs habeat, *quæ in Monaſterio comedere conſueuerunt*, vt eſt in noſtro, vel *non conſueuerunt*, vt in excuſſis, non facile quis iudicabit: quamquam in hac parte pronior pro excuſſis ſtem, motus ex ſubinducta ratione, *non manducabit cum fratribus cæteris, ſed ſeparatim*: quæ tamen non omnino conuincit, cum adhuc non eiſdem ſani comites, ac frater recens ægrotus obſoniis ederet.

Ægrotorum Viſitatio.

28. *Ægrotantem abſque conceſſione Maioris nullus audeat viſitare; nec propinquus quidem, atque germanus ſine imperio Præpoſiti domus miniſtrandi habebunt poteſtatem.*

Not. Conſule reg. 21. huius cap.

Regularum obſeruantia.

29. *Si vnum ex his ab aliquo fuerit prætermiſſum, atque neglectum, increpatione ſolita emendatur.*

Not. De qua ſcilicet actum cap. 2. reg. 1. reſpondet vero reg. 15. quæ huic ſimilis calcem ſuo capiti impoſuit.

CAPVT IV.

Not. In M.S.S. caret titulo: agitur tamen in eo *de accedentibus ad Oſtium Monaſterij.*

33. *Ordo ſuſcipiendi nouitios. a Diſcere. b Aliquid. c contemnere.*

1. *SI quis acceſſerit ad oſtiũ Monaſterij volens ſæculum renuntiare, & fratrum aggregari numero, non habebit intrandi libertatem, ſed prius nuntiabitur Patri, & manebit paucis diebus foris ante ianuam. Hic docebitur orationem Dominicam, & Pſalmos quantos potuerit* a *ediſcere; & diligenter experimentum dabit; ne forte* b *aliud quidpiam fecerit; & turbatus ad horam diſceſſerit; aut ſub aliqua poteſtate ſit; & vtrum poſſit renunciare parentibus ſuis, & propriam* c *relinquere facultatem.*

Not. Mirum profecto ſanctum Pachomium in ſuis olim voluiſſe periculum facere de his omnibus, quæ poſt annos 1100. Sixtus V. à modernis tyronibus exigenda conſtituit.

d Et

2. *Si eum Viderint aptum ad omnia, tunc docebitur & reliquas Monaſterij diſciplinas, quas facere debeat, quibuſque ſeruire, ſiue in Collecta omnium fratrum, ſiue in Domo cui tradendus eſt, ſiue in veſcendi ordine:* d *vt inſtructus atque perfectus in omni opere bono fratribus copuletur.*

Not. De hoc Baſilius in ſuis Inſtit. cap. 7. & 48.

e Habitum. f Traditur. g Conſpectu. h Deeſt in excuſſ.

3. *Tunc nudabunt eum veſtimentis ſæcularibus, & induant* e *habitu Monachorum* f *traditurque Oſtiario, vt Orationis tempore adducat eum in* g *conſpectu omnium fratrum;* h *ſedebitque in eo loco, in quo ei præceptum fuerit.*

Not. Seſſionis modeſtam habitudinem expoſuit cap. 1. reg. 1. Nos autem de antiquiſſimo more mutandi veſtes eum, qui Monaſticem profitetur, latè egimus lib. 2. cap. 10. numer. 8. 17. & 15.

i deeſt aut in excuſſ. k Inferentur. l Repoſitorio. m Et erunt. n Habet. o Et

4. *Veſtimenta* i *autem quæ ſecum detulerat accipiat qui huic rei præpoſiti ſunt: &* K *inferantur in* l *repoſitorium,* m *eruntque in poteſtate Principis Monaſterij.*

Not. Hæc ſibi hauſit B. P. Benedictus præcipienda ſuis c. 58.

5. *Nemo manens in Monaſterio ſuſcipiendi quempiam ad veſcendum* n *habeat poteſtatem; ſed mitte eum ad oſtium Xenodochij,* o *vt ſuſcipiatur ab iis, qui huic rei præpoſiti ſunt.*

34. *Qualiter hoſpites ſuſcipiebantur.*

Not. Oppoſitum ſolemniſſimum erat inter eius temporis Monachos, quibus nihil vſitatius, quam hoſpites lautiuſculè cibare. Ortum procuIdubio ex eo, quod non ſemper omnes in commune veſcebantur, ſed quiſque in cella ſua, vt ſuperius de Scithiotis, & Nitriotis oſtendimus. Sed verò Pachomius & commune triclinium, & commune Xenodochium fratribus aut hoſpitibus omnium primus conſtituit; quod id Cœnobij vitæ congruentibus exiſtimaret: cuius poſteri omnes decretum imitati ſunt; preſertim Baſilius reg. 49. & Benedictus cap. 53.

Pachomius Xenodochij & Cœnobij inſtitutor.

Qualiter Monachi, & Clerici. p Suſcipiuntur. q Seruabit. r Præcepta.

6. *Quando ad oſtium Monaſterij aliqui venerint, ſi clerici fuerint, aut Monachi maiori honore* p *ſuſcipientur, lauabuntque pedes eorum* q *iuxta Euangelij* r *præceptum, & deducent ad locum Xenodochij, præbebuntque omnia, quæ apta ſunt vſui Monachorum.*

Nota. B. P. Benedictus id pariter præcepit cap. 53. Deſumptum planè ab Apoſt. 1. Tim. 5. illis verbis. *Si Sanctorum pedes lauit* ad quæ multa in laudem Monachorum declamauit Chryſoſtomus tum ibi; hom. 14. tum & hom. 59. ad Repul. Antioch. quæ tu conſulas.

s Si. t deeſt in excuſſ.

7. *Quod ſi voluerint orationis tempore atque Collectæ venire ad Conuentum,* s *& eiuſdem fidei fuerint,* t *Ianitor, vel miniſter Xenodochij & ſic deducentur ad orandum.*

Not. Recole quæ dixerat Angelus in ſua Regula numer. 8. *Si venerit hoſpes alterius Monaſterij, quod habeat aliam formam* (habitum, vel Regulam, penes diuerſas interpretationes) *cum eis nec comedat, nec bibat, & nec egrediatur in Monaſterium.* Hic tamen de licentia Abbatis in Oratorium dumtaxat admitti poſſe decernitur Redditurque vtriuſque ratio à Pachomio in eius vita c. 33.

u Si ſæculares. x Suſcipient. Sæculares & mulieres. y Tribuent. z Accipient.

8. u *Sæculares homines, aut debiles, aut vaſa infirmiora, id eſt mulierculæ, ſi venerint ad oſtium,* x *ſuſcipiant ſingulos, in diuerſis locis, iuxta ordinem Præpoſiti, & ſexus ſui. Præcipuè fœminas maiori honore, & diligentia curabunt, cum omni timore Dei, & locum ſeparatum ab omni virorum vicinia eis* y *tribuant, vt nulla ſit occaſio blaſphemandi. Quod ſi ad veſperam venerint, abiicere eas nefas eſt: ſed* z *accipiant, vt diximus, ſeparatum, & clauſum locum, cum omni diſciplina atque cautela: grex fratrum liberè ſuo officio ſeruiat, & nulli detur offendiculum detrahendi.*

Not. In hoc etiã à cæteris Monachis Pachomius diſcrepabat, quod fœminas hoſpitio ſuſcipiebat, quarum abloquium, ne dicam commertium refugiebant cæteri, vt multis exemplis è Vitis Patr. petitis comprobatur. Verum præter humanæ naturæ pietatem, & multis periculis

culis expoſitum videbatur Pachomio fœminas, quæ ad veſperum ad Monaſterium accederent, noctis exortu deſertis locis committere, ne dicam feris, aut prædonibus rerum & pudicitiæ. Id circo detineri eas in Xenodochio Monaſterij voluit, ita tamen ſeparatæ, & clauſæ remanerent cum omni cautela, vt nullum fratribus offendiculum darent.

CAPVT V.

Nota. Caret titulo. Agitur in eo *de propinquorum viſitatione.*

35. Propinquorum viſitatio quibus permittenda.
a *Si apud, &c.*
b *Mittitur.*
c In excuſſ. deeſt *ei.*
d *Suſcipiet.*
e Ab hinc deſunt in excuſſis vſque finem huius regulæ.
f Perperam *tragemaita.*

1. *SI quis ante oſtium ſteterit Monaſterij, dicèns velle ſe videre fratrem ſuum, vel propinquum. Ianitor nuntiabit Patri Monaſterij, & ille accitum interrogabit Præpoſitum domus,* a *vtrum nam apud eum ſit? Et permittente eo accipiet comitem egreſſionis ſuæ, cuius fides probata eſt; & ſic* b *mittetur ad fratrem videndum, vel ad proximum.*

2. *Si forte aliquid* c *attulerit ciborum, quibus in Monaſteriis veſci licitum eſt, ſuſcipere ipſe non poterit, ſed vocabit Ianitorem, & ille allata* d *ſuſcipiat, quæ ſi talia fuerint, vt cum pane veſcenda ſint, nihil eorum is cui allata ſunt accipiet, ſed cuncta ad locum ægrotantium deferentur.* e *ſi vero ſunt* f *tragemata, vel poma, dabit ei Ianitor ex his comedere quæ poterit, & cætera ad cellam languentium deportabit: ipſe autem nihil de eis, quæ adlata ſunt guſtare poterit, ſed reddet ei qui attulit, ſiue lapſanas (quod genus herbarum eſt vilium) ſiue panes, ſiue olera permodica. Eos autem cibos quos allatos à parentibus vel propinquis diximus, qui comedi cum pane debeant ei, cui aplata ſunt, deducetur à Præpoſito domus ad cellam ægrotantium, & ibi ſemel tantum ex his comedet: cætera autem erunt in manu miniſtri ægrotantium. Ipſe quoque miniſter de his comedere non poterit.*

Lapſana quid?

Nota. Deſunt in excuſſis ab illis verbis: *Si vero tragemata, &c.* De Tragematis diximus ſuperius num. 26. huius cap. De re agunt Baſilius cap. 26. & Benedictus cap. 54. Porro Lapſanas condiebat ólim Pachomius cum iuuenis eſſet, pro Paſchatis deliciis: dicitur enim cap 8. vitæ eius: *Præter ſollitum parum per accipiens olei, cum ſalibus tritis admiſcuit. Lapſanas enim, ideſt agreſtia olera, & herbas alias præter oleum conſueuerant edere, &c.* De eiſdem agit Dioſcorides lib. 2. cap. 142. & Plinius lib. 20. cap. 9. *Inter ſilueſtres braſicas* (vulgo *coles*, aut *berzas*) *& lapſana eſt pedalis altitudinis, hirſutis foliis, napi ſimillimis, niſi candidior eſſet flore. Coquitur in cibo: aluum leniter mollit.* Et lib. 9. cap. 8. *Olus quoque ſilueſtre eſt trium foliorum, D. Iulij carminibus præcipuè, iocisque militaribus celebratum: alternis quippe verſibus exprobrauere, Lapſanáque vixiſſe apud Dyrrachium, &c.* Itaque lapſana caulis eſt ſiluestris, trium foliorum. De eadem Caſſianus lib. 4. de Inſtit. Errat Gazæus eo loci notans: *Erat igitur lapſana pulmentum quoddam ex oleribus ſale conditis, & aqua dilutis confectum; quod pro magnis deliciis inter illos Monachos habebatur.* Planè non rectè Caſſiani verba interpretatus, qui non vocat pulmentū *lapſanum*; ſed inquit; *herbarum, quam Lapſanem vocant, ſale condiri, & aqua dilui ſolere*: quod totum ſimul acceptum pulmentum eſt. Sanè Scriptores omnes eam herbam ſilueſtrem fuiſſe dicunt. Vide &c. de Lapſana iterum Caſſianum eo l. c. 22.

35. Quid Monacho liceat propinquos & Conſanguineos viſitanti.
Vicinis clauſa deſunt in excuſſis.
g *Ianitor primum nuntiabit.*
h Deeſtque.
i *Accipiet.*
k *Hoc non faciet.*
l *Ei.*
m *Nec.*
n *Edere.*
o *Aliud.*
p *Sufficit.*
q Deeſt *ea vſque* in excuſſis.

3. *Si fuerit nuntiatum quod de propinquis [eorum, atque cognatis, qui in Monaſterio commorentur, ali] quis ægrotet: Ianitor* g *nuntiabit Patri Monaſterij, & ille accitum interrogat Præpoſitum domus, videbuntque virum, cuius fides & diſciplina probata eſt, & mittent cum eo vt viſitet ægrotantem: tantum* h *que* i *accipiet via* [i] *quantum Præpoſitus domus decreuerit,*

4. *Quod ſi neceſſitas impulerit, vt forìs maneat, & veſcatur in paterna, ſiue propinquorum domo,* k *nequaquam hoc faciet, ſed manebit vel in Dominico, vel in Monaſterio eiuſdem fidei. Quod ſi* l *eis affines & cognati præparauerint cibos, & appoſuerint,* m *non accipiant omnino, nec veſcantur, niſi his, quæ in Monaſterio* n *comedere conſueuerant: non guſtabunt liquamen, non vinum bibant, nec* o *aliquorum quidpiam, quorum edendi non habent conſuetudinem, Si à parentibus quidpiam acceperint, tantum comedant, quantum in via* p *ſufficiat. Cætera quæ remanſerint, dabunt Præpoſito domus ſuæ, & ille deportabit* q *ea vſque in cellam languentium.*

Nor. Sic charitati & pietati occurſum vult, vt Monaſticæ parſimoniæ & modeſtiæ nihil derogatum eat. Nemo vnquam tam prouide de ſingulis, peculiariſſimiſque rebus diſpoſuit. Porro quod nemo cum ad ægrotos, parentes ſeu conſanguineos egreditur alibi pernoctet, niſi *in Dominico, ſeu alio Monaſterio, quod tamen eiuſdem fidei ſit*; eo tendit, vt prouideat ne Monachi cum ſæcularibus permiſti à ſolitis nocturnarum orationum ſtudiis arceantur: ſed aut ad Eccleſiam ſe recipiant, vtpote aptiſſimum orationis locum ea enim *Dominicum* nuncupari olim ſolere, multis probat Card. Baronius in Notis ad 25. Decembr. Roman. Martyrol. ad illa verba. *Cum in Chriſti Natali ad Dominicum conueniſſent*, teſtimonio S. Cypriani ſerm. *de Eleemoſina*: Ruffini lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 2. Euſebij orat de *laudibus Conſtant.* Vvalafridi Strabi de Rebus Eccl. cap. 7. & Can. 28. Concilij Laodiceni: vbi quod vulgò legimus, & apud Gratianum D. 42. C. Non oportet: *Non oportet in Baſilicis ſeu Eccleſiis agapem facere*, Græce eſt [illegible]. Siue vero reciperent ſe ad aliud Monaſterium quod tamen non eſſet Origeniſtarum, vt quædam, ſorde infectum, ſeu cuiuſlibet alterius, à quibus omnibus vir Catholiciſſimus vehementer abhorrebat, & ſuos abhorrere monebat, vt dicitur in eius vita.

Dominicum quid?

5. *Si propinquus alicuius* r *& conſanguineus mortuus fuerit, proſequendi funus non habebit licentiam, niſi Pater Monaſterij præceperit.*

r *Aut.*

Nor. Vt implerent illud Dominicum luc. 9. *Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos*: & à turba omnium coeuntium ad funus ſegregarentur.

s *Ei.*

6. *Nullus ſolus foras mittatur ad aliquod negocium niſi iuncto* s *& altero. Quando autem reuerſi fuerint in Monaſterium, ſi ante oſtium viderint aliquem quærentem ſuorum affinium, de his, qui in Monaſterio commorantur, non audebunt ire ad eum,* t *vel nunciare, vel vocare.*

t *Et*

Nor. Ne officium aliorum vſurpent.

7. *Et omnino quidquid foris geſſerint, vel audierint, in Monaſterio nuntiare non poterunt,*

Nor. Ita quoque decreuit Benedictus c. 67.

CAPVT VI.

Nota. Caret titulo. Agitur in eo *de labore manuum, deque lauandis veſtibus hebdomadatim.*

1. *SI ſignum datum fuerit, vt egrediantur ad opus, Præpoſitus a domus antecedet eos; & nullus in*
36. Quo ordine ad opus manuum egrediendum.
Monaſterio remanebit, niſi is cui Pater præceperit. b Et ij qui pergunt, non interrogabunt, quo vadunt. c Cumque vniuerſa domus in vnum fuerint congregata, prioris domus Præpoſitus omnes antecedet. Et pergent iuxta ordinem domorum, & hominum ſingulorum. Nec loquentur mutuò, ſed vnuſquiſque de Scripturis aliquid meditabitur.

a Deeſt in excuſſis domus. b *Et qui vadunt quo pergunt non interrogabunt.* c Deſunt vſque *ſed vnuſquiſque* in excuſſis. d Deſunt in excuſſis vſque ad *Præpoſitus, &c.* e Deeſt in excuſſis *domus vel alius.* f *Loquentur.* g *Meditentur.*

Nor. Multa deſunt in excuſſis, quæ notaui ad marginem. Recole ex præcepto Angeli Monaſterium Pachomij coaluiſſe ex 24. domibus, & primã vocatam *Alpha*, ſecundam *Beta, &c.*

2. *Si forte eis aliquis occurrerit, & voluerit cum aliquo eorum loqui, d Ianitor Monaſterij cui hoc operis fuerit delegatum, occurret, & reſpondebit ei, eoque vtentur internuntio. Si Ianitor coram non fuerit. Præpoſitus e Domus, vel alius, cui hoc fuerit iniunctum reſpondebit.*

Nor. Truncata eſt valde ſententia in excuſſis, vbi deeſt quidquid de Ianitore dicitur.

3. *Operantes nihil f loquentur ſæculare, ſed aut g meditabuntur ea quæ ſancta ſunt: aut certè ſilebunt.*

Inter operandum quid faciendum. *Meditare, & meditari,* quo differant.

Nor. Plinius in Arte Gramm. quàm in præfatione Natur. hiſt. ſe ſcripſiſſe refert, inter *meditare, & meditari* hanc ſtatuit differentiam. *Meditare eſt ſecum cogitare; meditari voce dicere:* Ita ex Diomede Grammatico lib. 1. adducit. Ambroſ. Calep. Hoc loco planè *meditari* quæ ſunt ſancta, eſt voce dicere Pſalmos & Scripturarum aliquid: nam qui id non fecerit, ſilere iubetur, & ſolum ne quid ſæculare loquantur operantes, vt vides; vetabantur.

h *Nemo pallium.* i *tollat* k Deeſt *forte.* l Deſunt vſque ad *vtetur.*

4. *Nemo h lineum palliolum i tollet ſecum vidensad operandum, niſi k forte conceſſione Maioris; l ipſo quoque pallio in Monaſterio ambulans poſt Collectam nullus vtetur.*

37. Pallio inter laborandum non vtendũ.

Nota. In excuſſis media deeſt regula ab *ipſo quoque, &c.*

5. *Operans non ſedebit ſine Maioris imperio.*

Nor. Quid quieſcere ſine iuſſione quis poſſet, cum nec laborem arripere abſque eo quiret?

m Aliter in excuſſis vt in Not.

6. m *Doctores fratrum in itinere, ſi neceſſarium habuerint aliquem mittere, ſine Præpoſiti iuſſione non poterunt. Quod ſi ipſe, qui doctor eſt, cogetur neceſſitate ire ad aliquem locum, officium ſuum ei, qui poſt ſe eſt in ordine, delegabit, n miſſis fratribus vel foris conſtitutis.*

n Hæc omnia deſunt ibi.

Nor. In excuſſis Canon iſte ſic concipitur. *Abſque Præpoſiti iuſſione nemo fratrum, ſi neceſſarium habuerit, aliquem mittere poterit. Quod ſi ipſe, qui maior eſt, cogitur neceſſitate ire ad aliquem locum: officium ſuum ei, qui poſt ſe eſt in ordine, delegabit.* Sed planior eſt ſenſus in noſtro, vbi *Doctores* poni rebar. Verùm cum de Præpoſito præſente agatur, qui ad Collectam ducit; de magiſtris operum planè ſermo eſt, qui mittere aliquem laborantium abſque Præpoſiti licentia prohibentur.

o Deeſt hæc regula in excuſſis, & ſeq. vſque ad finem capitis.

7. o *Si abſque Monaſterio veſcentur; hebdomadarius qui eos ſequetur, dabit cibos abſque coctione pulmenti: & ipſe aquam circumferet iuxta ritum Monaſterij. Nullusque ſurgendi, & hauriendi aquam, vel bibendi habeat poteſtatem.*

8. *Quando reuertentur ad Monaſterium, nemo ex ordine remanebit.*

9. *Cum ad domos ſuas peruenerint, ferramenta quibus opus fecerant, & calliculas credent ei, qui ſecundus eſt poſt Præpoſitum domus: & ille feret ea ad Veſperam in cellulam ſeparatam, ibique concludet. Omnia autem ferramenta hebdomade completa, reportabuntur in vnam domum, vt rurſum qui ſuccedunt hebdomadis ſingulis domibus, nouerint quid diſtribuant.* Ferramentorum cuſtodia.

Nor. Cum tres iſtæ regulæ à ſeptima deſint in excuſſis, ſolum loco vltimæ habent: *Omnia autem ferramenta poſt operationem ad domum reportabuntur.* Hauſit hinc Benedictus cap. 32. ſuæ *de Ferramentis Monaſterij.* Quod vero *calliculas*, ſeu *calligulas* de agro redeuntes ſeruandas reddere iubentur, cum ex inferioribus liqueat *calliculis* omnes munitos incedere, & eas apud ſe habere; videntur alias duriores ad laborem habuiſſe, quas opere abſoluto cum ferramentis redderent ad deſtinatum locum. 38.

10 *Lebitonarium, & quidquid in veſte eſt Monachorum, nemo lauet, niſi die Dominica: præter nautas, & piſtrinarios. Nec vadent ad ſeruandum, niſi omnibus vnum ſignum inſonuerit, ſequenturque Præpoſitum ſuum, & lauabunt taciti cum diſciplina.* Ordo lauandi veſtes

Nor. Solos ergo feſtos, ſiue Dominicos dies à labore feriatos habebant; quibus, vt domum verrere, ita & veſtes abſtergere in vſu erat. Nautæ, & Piſtrinarij, quibus operari feſtiuis etiam diebus conceditur; cum integrum eis eſſet, licentia maioris habita lauare poterant. De Piſtrinario agit Vlpianus D. l. 16. tit. 3. l. 1.

11. *Nemo lauet retractis in altum veſtibus pluſquam ſtatutum eſt: cumque lauerint, omnes pariter reuertentur.*

Nor. Quouſque ſtatutum eſt? Forte reſpondet reg. 2. cap. 1. *Diligenter adſtringens, ita vt genua operiat.*

12. *Si quis remanſerit eo tempore, quo ibunt ad lauandum; vel in præſenti non fuerit; commonebit Præpoſitum ſuum, & ille mittet cum eo alterum, & ſic loto veſtimento reuertentur domum veſpere.*

13. *Sicca veſtimenta tollent, & dabunt ſecundo, id eſt, ei qui poſt Præpoſitum eſt; & ille reponet ea in cellula. Quod ſi ſicca non fuerint, altera die expandentur ad ſolem, donec ſiccentur. Nec dimittentur in ardore ſolis, pluſquam in horam tertiam. Cumque collecta fuerint, leniter mollientur, nec tenebunt ea ſinguli apud ſe; ſed dabunt, vt reponantur in cellula vſque ad Sabbatum.*

Nor. Deſunt in excuſſis ſeptem ſuperiores Canones, id eſt à ſeptimo incluſiuè, & deinceps, & cũ tam multa de lauãdis veſtibus diſponantur, ſolũ habent hæc: *Si quis lauare voluerit veſtimentum commonebit Præpoſitum ſuum, & ille mittet cum eo alium & lota veſte reuertentur domum, & ſiccatum reponet ille, cui hoc iniunctum eſt.* Tanta librariorum licentiæ fuit.

CAPVT VII.

Nor. Caret titulo. Agitur in eo *De Præceptis ad veram obedientiam, & paupertatem pertinentibus.* 39. Obedientiæ & paupertatis exempla.

1. *NVllus de horto a tollit olera, niſi ab hortulano acceperit.*

2. *Palmarum folia b quibus texuntur ſportæ, nemo ſibi ſuo c tollet, abſque eo, cui palmæ creditæ ſunt.*

a *Tollat.* b *Vnde.* c *Tollat.*

Nor.

NOT. Simile quid de iuncis præcipitur reg. 12. cap.8.

d *vuas vel.* e *Pomario.* f *Pater exhibeat.* g *audebunt edere.*

3. *Nullus* d *vuam,& ſpicas adhuc immaturas comedere audeat præter ordinem diſciplinæ. Et omnino de omnibus quæ in agro ſunt, vel in* e *pomariis nemo comedat ſeparatim, antequam* cunctis fratribus f pariter exhibeantur.

4. *Qui coquent antequam fratres comedant, non* g *guſtabunt.*

NOT. Excuſſi habent, *Non audebunt edere.* Aliter D. Benedictus inſtituit cap. 35. de *Septimanariis coquinæ* inquiens: *Septimanarij autem ante vnam horam refectionis accipiant ſuper ſtatutam annonem ſingulos biberes,& panem: vt hora refectionis ſine murmuratione, & graui labore ſeruiant fratribus ſuis.* Longè aliud intenditur Canone iſto,quam ſupra cum coquis non permititur cibum guſtare.

h *Arbores pomarias,& ſuper vineas ſunt.* i *Pomorum vel vinearum.*

5. *Qui ſuper* h *palmas eſt, non comedat de fructibus earum,niſi fatres prius comederint.*

6. *Si iuſſi fuerint* i *palmarum fructus colligere, Præpoſitus colligentium dabit in eodem loco ſingulis aduescendum modica: & cum ad Monaſterium venerint,inter cæteros fratres & partes ſuas accipiant. Si autem inuenerint ſub arboribus poma cecidiſſe, comedere non audebunt; ſed inuenta in tranſitu iuxta radices arborum collocabunt. Ipſe quoque qui cæteris colligentibus diſtribuit,guſtare non poterit, ſed portabit ad Diſpenſatorem: qui cum cæteris dederit* K *fratribus* l *etiam ipſi tribuat partem ſuam.*

K Deeſt in excuſſ. *fratribus.* l *Et.*

NOT. Plane eo ordine quo tragemata diuiduntur reg. 14. vſque ad 17. c. 2.

m *Cella.*

7. *Nullus in* m *cellula ſua reponat aliquid ad veſcendum, abſque his quæ à diſpenſatore acceperit.*

NOT. Id eſt tragematis pro vna hebdomade.

40. Idem proſequitur.

8. *De paruulis autem panibus qui dantur, Domorum Præpoſiti eos diſtribuant.*

NOT. Deeſt in excuſſis. Dabantur ieiunaturis; cæteri ſimul in triclinio edebant, de quibus ſubditur.

9. *Qui nolunt in commune veſci cum cæteris,quaſi maiori ſe abſtinentiæ dedicantes, ita obſeruare debebunt, vt nulli dent iuxta gratiam, nec proficiſcenti quidem peregrè; nec ponantur in medium; ſed quando comedere voluerint, cum diſciplina dabuntur in cellulis, & cum his nihil aliud comedant, niſi ſal tantum.*

NOT Aliter eſt in excuſſis. De partibus paruulis ieiunantium loquitur, qui non pro cuiuſque arbitratu dandi ſunt, vel vt ipſi tollant, in commune ponendi. *Et cum his* (ſcilicet panibus) nihil aliud comedant niſi ſal tantum. Excuſſi codices ſic habent hos duos canones confuſos: *Qui nolunt in commune veſci cum cæteris, quaſi maiori abſtinentiæ ſe dicantes; quando edere debuerint,quod eis vna die ſufficiat, panem & ſal accipient tantum.*

n *Nulli.* o *Habeat.*

10. *Præter Monaſterij autem coquinam* n *nullus coquendi cibos* o *habeat poteſtatem.*

11. *Et ſi quando foras vadunt, id eſt in agros, ad operandum accipiant olera ſale,acetoque condita, & in loco vſus æſtatis tempore præparata.*

NOT. Deeſt in excuſſis. Qui ergo cum hac regula ſtabit quod dicitur c. præced. reg. 7. *Si abſque Monaſterio veſcentur, hebdomadarius dabit cibos abſque coctione pulmenti?* Planè quod oleta cruda, ſale tamen & aceto condita (vulgo *enſalada*) licebat extra Monaſterium propinare, quod hoc canone conceditur: non verò ad ignem decocta in modum pulmenti, quod illo prohibetur. Neutrum tamen extra coquinam parari poterat.

13. *Nemo in domo &* [*cellula ſua habeant præter ea, quæ in communi Monaſterij lege præcepta ſunt: non tunicam lineam, non pallium, non pellem intonſis arietum lanis molliorem; non paucos nummos, nec puluillum quidem ad caput, aut aliud variæ ſupellectilis: exceptis his, quæ à Patre Monaſterij per Domorum Præpoſitos diuidentur. Id eſt armatura ſua lebitonariis duobus, & vno attrito ex vſu; Sabano longiori, quod collo humeriſque circumdatur; pellicula quæ pendet ex latere, caligis,& cucullis duobus, Zona,& bacillo. Præter hæc quidquid inueneris abſque contra dictione auferes.* 41.

Quas veſtes habere licuit?

NOT. Pro his multo breuius editi habent. *Nemo in cella ſua habeat præter ea quæ Monaſterij lege præcepta ſunt; nec paucos nummos; nec proprium aliquid,extra habitum ſuum. Si quid inueneris abſque contradictione auferes.* De re autem agit Benedictus c. 33. & 55. & Baſilius cap. 12. & 25. Plumbo ponderoſior videtur librario fuiſſe manus,qui vniuerſæ Monachorum ſuppellectilis ſyllabum intactam pertranſit. cum iniuria tamen poſteritatis, & literariæ rei. Formam vniuſcuiuſcumque veſtis prædictarum,ex antiquitatis pœnu eruere nos curauimus in ſuperioribus lib. 1. cap. 11. a. n. 11. Porro *Lebitonarium* teſte Iſidoro lib. 19. Orig. c. 21. idem eſt atque *collobium ſine manicis* de quo Caſſianus lib. 1 Inſtit. c. 5. Alcuinus de Diuin. offic. c. 37. & 35. Vnde *Sabanum* illud longius quod collo, humeriſque circumdabatur, alterum ex colobiis, ſeu lebitonariis fuiſſe credo. *Sabanum* vero vox eſt Hiſpana *Sindonem* ſignificans, quæ an etiam Ægyptia fuerit, & à Hieronymo conſeruata, an vero à Gotho aliquo librario addita explicationis gratia, non temerè definierim.

Quid lebitonarium? Sabanum.

14. *Nullus habeat ſeparatim mordacem paruulam ad euellendas ſpinas, ſi forte cal p....... abſque præpoſito domus & ſecundo: ponetque in feneſtra, in qua Codices collocantur.*

b hæreo ad ſcriptum fuerit. calcaneo hæſerit.

NOT. Deeſt in excuſſis. Vide reg. 33. huius cap.

15. *Si quis de altera domo transfertur in alteram exceptis his quæ ſuperius diximus, ſecum transferre nihil poterit.*

NOT. In excuſſis dicitur: *exceptis his, quæ vſui quotidiano neceſſaria ſunt.*

16. *Nulluſque* r *exeundi in agrum, neque ambulandi in Monaſterio, neque extra murum Monaſterij procedendi* s *foras, habeat facultatem, niſi interrogauerit Præpoſitum domus.* t

r Deeſt in excuſſ. *exeundi in agrum.* s Deeſt *foras.* t Additur in excuſſ. *& ille conceſſerit.*

NOT. Vide Baſil. in Inſtit. Dorotheum ſer. 9. Benedictum. c. 67.

17. *Cauendum* u *ne quis de domo in alteram verba transferat, nec de Monaſterio in Monaſterium,* x *de agro in Monaſterium.*

u Additur *eſt autem.* x Additur, *nec de Monaſterio in agrum.*

18. *Si quis ambulauerit in via, vel nauigauerit, aut operatus fuerit foris, non loquatur in Monaſterio, quæ ibi* y *agere vidit.*

y *Geri.* Ne alio geſta transferantur.

NOTA. Vide Benedictum c. 67.

42. Accubitus ad ſomnium.

19. *Ne dormiat præter reclinem ſellulam ſuam, quæ ei fuerit mancipata, nec in cellula, nec in domatibus, in quibus vitandorum æſtuum cauſa; nocte requieſcant; nec in agris.*

NOT. Excuſſi ſolum habent: *Non dormiat præter reclinem ſellulam* Gazæus perperam legit *reclinatur*, quod in vſu non eſt, vt *reclinis* de quo Naſo lib. 10 Metamorph.

Inque ſuâ iuuenis poſita ceruice reclinis.

Et Martialis lib. 9.Epigr.92.ad Flaccum.

Sic in gramine floreo reclinis.
Qua, gemmantibus hinc & inde riuis,
Curua calculus excitatur vnda,&c.

Explicuit vero rem ipſam Angelus apud Palladium reg.IV. *Dormiant autem non recumbentes, ſed extructis ſibi ſedibus paulo ſuperioribus.* Pro quo Heraclides habet : *Somnum vero capiant, non iacentes, ſed ſuper inſtructas & paululum reclines cathedras.* Super has pſiathia, aut ſingulos ſuos componebant *recliniter* (vt ſic dicam) expoſitos : Vnde Palladius : *Et illic ſuis impoſitis ſtragulis dormiant ſedentes* : quod Heraclidis Interpres non fuit aſſecutus; nam vertit : *& velatas palliis ſuis ſedentes quieſcant*, perperam *palliis* pro *pſiathis* reddens. Porro *Sellula* diminutiuum *Sella* eſt, quo vtitur Cornel.Tacit. l. 20. Annal. imò & *Sellariola* Martialis l.5.Epigr.66.

In Sellariolis vagus popinis, &c.

20. *Cumque ad dormiendum ſe collocauerit, alteri non loquatur.*

21. *Poſtquam obdormierit, ſi poſt ſomnum nocte euigilauerit, & ſitire cœperit, ieiunij autem inſtat dies, bibere non audebit.*

Not. Editi duas ex vna regula ſic conflant. *Poſtquam obdormierit, ſi poſt ſomnum nocte euigilauerit, oret, ſi ieiunij inſtat dies, & ſitire cœperit, bibere non audebit* : Non improbabiliter.

22. *Præter pſiathium, id eſt mattam, in loco ſellulæ ad dormiendum, nihil aliud omnino ſubſternat.*

43. Lectulus.

Not. Deſunt in excuſſis vſque ad reg. 29. Vide Notationem reg.19.huius cap.

23. *Cellam alterius, niſi prius ad oſtium percuſſerit, introire illicitum eſt.*

Not. Hunc canonem ſolum, ſed infra, ac inter alios his verbis proferunt excuſſi : *Ad alterius cellulam intrare nullus audebit* : exceptis nimirum tribus, qui eam habitabant, vt Hieronymus prodidit in Prologo Regulæ huius: ſupra num.14.

Qualiter in Monaſterio ambulandú.

24. *Ad cibum non pergant, niſi generali ſonitu conuocentur.*

25. *Nec ambulabunt in Monaſterio priuſquam commune ſignum intonuerit.*

26. *Abſque cucullo, & pelliculo nemo ambulet in Monaſterio; nec pergat ad Collectam, nec veſcendi locum veſperè.*

Not. Honeſtatis ergo.

44. Manus oleo mollire qualiter liceat.

27. *Ad perungendas, & molliendas ab opere oleo manus, abſque altero ire non poterit. Totum autem corpus non perungebit, niſi cauſa infirmitatis.*

Not. Vide n.29.

Totum corpus neque aqua lauare licebat.

28. *Nec lauabitur, aut aqua omnino nudo corpore perfundetur, niſi languor perſpicuus fuerit.*

Not. Conſule ſequentem Notationem.

Neque aliú in vngere. z Nemo.

29. z *Nullus lauare poterit alterum, aut inungere, niſi ei fuerit imperatum.*

Not. Hic ſolus, poſt lacunam ſex aliorum canonum, eſt in excuſſis. Quod in his tribus, de vngendis & lauandis corporibus, aſſeritur, inualeſcentem olim morem ſupponunt, de quo Plutarchus lib. de *Tuenda valetudine* vbi cum reprobaſſet *frigidis vti balneis*, quod hoc ambitioſum *magis eſt, ac iuuenile, quam ſalubre; nam diſpoſitio* (inquit) *qua ægrè externorum læſioni obnoxia eſt, & durities corporis, quam efficere videtur, ea plus mali gignit in intimis, cum meatus occupat, & humores condenſat, cum exhalationes ſiſtit, quæ ſemper laxari cupiunt, ac reſolui* : Calida mirè balnea commendans, ſubdit : *Verùm in calidis balneis multum eſt veniæ: neque enim ea res tantundem adimit vigoris, ac roboris, quantum adiumenti confert ad ſanitatem; dum ea ſubminiſtrat, quæ commoda ſunt, & amica concoctioni; ea verò quæ concoqui non poſſunt, niſi plane cruda fuerint, & in ſummo hæreant ſtomacho, citra moleſtiam diffundit, ac diſſipat, & occultas laſſitudines refocillat, ac mitigat tepore.*

Balnea infirmis permiſſa.

Ea propter Benedictus cap.36. *Balneorum* (inquit) *vſus infirmis quoties expedit offeratur, ſanis autem, & maximè iuuenibus tardius concedatur.* Quod itidem conceſſere Auguſt. in Reg. cap. 31. Iſidorus in ſua cap. 21. & ante omnes Athanaſius in Regula Monialium numer. 43. quam dedimus, cap. 4. huius lib. n. 35.

Corporis vnctio prohibita.

Sed de vnctione ſubiungit Plutararchus : *Vbi natura ſignificante ſenſeris corpus temperatè ſatiſque rectè affectum eſſe, ſatius erit omiſſis balneis, vngi ad ignem, ſi corpori tepore fuerit opus. Nam calor ipſius, prout libet diſtribuitur: Verum ſol, neque magis, neque minus, ſed prout ad aërem temperatus eſt, vſum ſui præbet.* Atque in eandem ſententiam Plinius lib.23.cap. 4. inter cætera, quæ olei vſum commendant, inquit : *Omni autem oleo mollitur corpus, vigorem & robur accipit & venena omnia hebetat & laſſitudinum perfectionumque refectio eſt, faciem purgat, inflationem ſedat; Vetus autem magis excalfacit corpora, magiſque diſcutit ſudores, duritias magis diffundit, capitis doloribus remedium eſt, idem ardoribus in febri cum aqua. Lethargicis magis auxiliare, & inclinato morbo.* Quid mirum ſi Ægyptij eo vterentur remedio ad ægritudines medendas, ſeu etiam laſſitudines ſubleuandas? Maxime cum oleo cicino abundet Ægyptus : *è cici arbore* (ait iſdem lib. 15. cap. 7.) *in Ægypto copioſa* : quæ & *in Hiſpania repente prouenit altitudine oleæ, &c.* Eſt & de manuum à labore vulneratarum vnctione, oleo facta exemplum Zachæi illuſtris Pachomij diſcipuli in eius Actis cap.52 Longè igitur à Monachis vnguentorum inunctio, quæ autore Xenophonte in Sympoſio mulieribus, non viris in vſu facit. Vnde illud Eſther cap. 2. vt *Sex manibus oleo vngerentur myrrhino, & aliis ſex quibuſdam pigmentis, & aromatibus vterentur*, puellæ ſcilicet quæ thalamum Aſſueri Regis aſcenſuræ erant. Longè & capitis vnctio, quæ apud Iudæos in vſu fuit, iuxta illud Domini Matth. 6. *Cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.* Et luc. 7. *Oleo caput meum non vnxiſti.* Vnde Hieronymus : *Palæſtini diebus feſtis ſolent vngere capita* : nimirum quoniam Plinio lib.23. cap.4. oleum *capillum fertini natura euocat* & Rodiginio lib. 30. lect. antiqu.cap. 25. Cum *Lana oleo irrorata candidiores euadant, pili vero uncti nigriores* : cuius ipſe ibidem rationem ſubdit. An & Monachi, quod Agoniſtæ, & pugiles quoque ſint, corpus itidem vngere conſueuerunt, videlicet vt labori & exercitationi corporali habiliores redderentur? Abſit : imo vt corpora ſua magis ac magis mortificarent, vnctionis remedium contra laſſitudinem non cohibebant: oleo autem exultationis animas eorum ſpiritus refouebat. Quamquam non defuit (Quintus) qui percunctanti Gymnaſtæ, *quam vnctio vim haberet?* reſponderit. *Veſtis ſubmouenda.* Rodig. l.30.c.25 ſed de his ſatis.

Et capitis.

30. *Nemo*

45.
In tenebris loqui non licebat.

30. *Nemo alteri loquatur in tenebris.*

NOT. Hinc Benedictus inſtituit cap. 42. *Vt poſt Completorium nemo loquatur:* & Caſſianus lib. 2. cap. 15. & lib. 4. cap. 16. Et id ratio ipſa quietis expoſtulat.

Nec cũ alio dormire.

31. *Nullus cum altero* a *in pſiato dormiat.*

Nec manum tenere.

32. *Manum alterius nemo teneat. Sed ſi vel* b *ſteterit, ſiue ambulauerit, ſiue ſederit, vno cubito diſtet ab altero.*

Nec ſpinam euellere.

a In excuſſ. deeſt *in pſiatho.*

b Tria hæc ſunt trãſpoſita in excuſſ.

33. *Spinam de pede alterius; excepto Domus Præpoſito & ſecundo, & alio cui iuſſum fuerit; nemo audebit euellere.*

NOT. Deeſt in excuſſis. Conſule reg. 14. huius cap. vbi de mordace ad euellendas ſpinas. At vtrobique de pede: tamen frequentius, præſertim in agro calligis vtebantur. Cur hoc? Planè e ſimplici pelle fuiſſe neceſſe eſt, quas tam facile ſpinæ perforaſſent, vt pedem pungerent. Vnde & per diminutiuum ſemper in hac regula *calligula*, vel *callicula* nuncupantur. Conſule reg. 41. ſeq.

Nec caput attendere.

34. *Nullus attondeat caput abſque maioris arbitrio.*

NOT. De barbæ tonſione nulla mentio. Innuitur planè quod promiſſam geſtabant. Diximus & de modo tonſionis ſeruata coronæ forma lib. cap. 10. a. n. 1.

Nec aliquid permutare. Nec veſtimento nouũ ſuper inducere.

35. *Mutare de his, quæ à Præpoſito acceperit, cum altero non audebit: nec accipiet melius, & dabit deterius; aut è contrario dans melius,* c *& deterius accipiens.*

c *deterius accipiet.*

36. *Et veſtimento, & in habitu ſuo nihil noui præter cæteros, cauſa decoris inueniet.*

NOT. Quam radices omnis abuſus præcidit ſanctus iſte Legiſlator! Hic, ne quis formam habitus, vel qualitatem mutare audeat, præcipit. Vnde & *veſtimenta ſplendida* defuncti aliquando exuri iuſſit à corpore eius ablata. De quo in vita ipſius Pachomij c. 34.

Pachomij veſtes.

37. *Omnes pelles ligatæ erunt, & pendebunt ex humeris.*

NOT. Hinc & de B. Iona Pachomij diſcipulo, qui 85. annos in monaſterio egerat, refert Metaphraſtes in Actis *Cum tres ſolas ouis pelles coniunxiſſet, iis ſolis fuit contentus ad omne amictum corporis; nihil aliud inducens, nec hyeme nec æſtate, &c.* Deeſt in excuſſ. hæc Regula.

47.
Cruce rubra in cucullis vſi.

38. *Cuculli ſingulorum habebunt & Monaſterij ſigna, & domus.*

NOT. Palladius in Regula Angeli, n. VI. quamquam verba Angelum minimè referri videantur: *Fecit autem eis cucullas, in quibus iuſſit imponi figuram Crucis purpureæ.* Hæc quidem Monaſterij ſignum eſſe potuit; cum vnum & idem omnibus eſſet: addi tamen oportuit & literam domus vnuſcuiuſque, quod vt ſignificaret Heraclidis Interpres, ſcitè vertit, *in quibus* (cucullis) *& quædam ſigna de purpura fecit intexi.* Deeſt etiam hæc regula in excuſſis.

d *in congregationem.*

e Deeſt in excuſſ. *aut.* Riſcus, quid?

39. *Nemo vadens* d *ad Collectam* e *aut ad veſcendum, dimittit codicem non ligatum.*

40. *Codices qui in feneſtra id eſt in riſco parietis reponuntur ad veſperam, erunt ſub manus ſecundi; qui numerabit eos, & ex more.*

NOT. Deeſt in excuſſis. Donæus *riſcum* ciſtulam eſſe interpretatur, & Pollux inter arculas memorat: & Vlpianus in mundo muliebri enumerat. l. 25. §. 4. de auro & arg. Sed quadrat regulæ huius inſtituto, quod ſeruius ait, eſſe feneſtram paruam in pariete. Nam & Terentius in Eunuch ait: *Abi, ciſtellam domo effer, cum monumentis. P. Vbi ſita eſt? T. In riſco:* neque longe abſunt voces Hiſpanæ *Reſquicio* (nam *riſco* durum, & magnum lapidem denotat) & *Rixa*, quæ ſontanella quædam eſt, ſeu rimula oculi in extremo palpebræ facta, non parum afferens doloris & moleſtiæ.

41. *Nullus vadat ad Collectam, vel ad veſcendum habens calligulas in pedibus, vel palliolo linteo circumdatus.*

NOT. Deeſt etiam. Aliquando ergo nudis pedibus incedere iubebantur. Vide ſuperius reg. 33. & reg. 9. cap. 6. Et de tempore, quo pallio vti deberent, vide reg. 4. eiuſdem capitis.

47.
Cur lineis veſtibus vſi.

42. *Siue in Monaſterio, ſiue in agro, qui veſtimentum ſuum pluſquam ad meridiem, quando fratres conuocantur ad cibum, in ſole eſſe permiſerit, negligentiæ increpabitur. Et ſi vnum de his, quæ ſupra dicta ſunt conſtitutum præterierit; correptione ſimili corrigatur.*

NOT. Etiam deeſt. Superiùs reg. 13. cap. 6. permittuntur Monachi veſtimenta ad ſolis ardorem tenere vſque ad horam tertiam. Iam qui ad Sextam ſinit ea exurere; correptione dignus dicitur. Quod quidem de pellibus reor, quæ ſolis ardoribus rugant; non de lineis, quibus à ſole nullum accidit nocumentum. Cur vero Tabenneſiotæ lineis vterentur, proculdubio vilitas pretij ex abundantia proueniens in cauſa fuit (vt regionis illius æſtus prætermittam) quæ tãta eſt, non tota Ægypto ſolum, ſed precipuè diœceſi Tentirorum ſub qua Tabenna (conſtat ex actis Pachomij) vt Plinius ſcribat lib. 19. cap. 1. *Ægyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera; Taniticum, ac Peluſiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus, in quibus naſcuntur. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens* (Tabenæ proxima eſt) *gignit fructicem cuius ex interiori bombyce lanugo netur. Nec vlla ſunt eis in candore, mollitiáve præferenda. Veſtes inde Sacerdotibus Ægypti gratiſſimæ.* An Monachi à Plinio inter Sacerdotes computati? eius tempore iam ibi Therapeutæ florebant. Sed & copia Ægyptiaci lini. *Ignoſcat aliquis Ægypto ſerenti, vt Arabia, Indiaque merces importet, &c.*

Lino Ægyptus abundat.

43. *Calligulas, & ſi quid aliud vngendum eſt, vel componendum, abſque eo, qui in hoc Monaſterio delegatur, & Præpoſito domus; ferre nullus audebit.*

NOT. Deeſt etiam in excuſſis. De Calligarum vnctione vide quæ diximus lib. 2. cap. 11. numer. 51. & 52.

De valetudinariis.

f aliter in excuſſis, vt in NOTA

44. *Si quis fratrum læſus fuerit, aut percuſſus, & tamen lectulo non decumbit, ſed ambulat inualidus, & aliqua re indiget, veſtimenta videlicet, vel palliolo, & cæteris vtenſilibus,* f *Præpoſitus vadet ad eos, quibus fratrum veſticula commiſſa ſunt, & accipiat: cumque ſanus fuerit, reportabit abſque vlla mora.*

NOT. In excuſſis pro illis verbis, *Præpoſitus vadet, &c.* eſt, *Præpoſitus accipiet, & dabit, &c.*

48.
Claudere cellam non licet.

g *accipiet.*

45. *Nemo ab altero* g *accipiat quicquam, niſi Præpoſitus iuſſerit.*

46. *Clauſa cella nullus dormiat; nec habebit cubiculum, quod claudi poſſit; niſi fortè ætati alicuius, vel infirmitati Pater Monaſterij conceſſerit.*

NOT. Duæ cauſæ claudendi portam cellæ, infirmitas

Digitized by Google

mitas,& Senectus;quæ tamen in idem recidunt, nam *Senectus ipſa eſt morbus.* Terent.in Phorm. Aliàs totis his regulis Ægyptiorum de Inſtitutorum laxamento, vel ad horam, vel de perſonarum acceptione (vulgò *recreationibus* , vel *iubilationibus*) verbum nullum , ſi vnum demas Antonium, de quo Pelagius lib. 10. num. 2.ait: Venator *viderat Abbatem Antonium gaudentem cum fratribus,& diſplicuerat ei.* Et cum iuberet ſæpius arcum intendere,& ille ne frangeretur, tenuerea , ſubintulit : *Ita eſt in opere Dei ; ſi plus à menſura tendimus, fratres cito deficient ; expedit ergo vna laxare rigorem eorum.*

Artifices Monaſterij. h Deſunt ſequentia in excuſſis.

47. *In villam nullus vadet, niſi miſſus* , h *exceptis armamentariis & bubulcis,& agricolis.*

Not. De opificibus Tabĕnenſis cœnobij hæc habet Heraclides Paradyſ. cap.19. *In ipſis erant & operas diuiſa : alij enim agricultura inſeruiebant, alter hortum colebat,ille officina fabrica vacabat , ille piſtoris , alter carpentarij , alter vero fullonis arte clarebat : alter pellium,alter coriorum confectione ſudabat:alius codicum conſcriptione gaudebat; alter ſpatellas grandes intexere ſolitus erat , alter minores : omnes tamen ſimul memoriter ſpirituales libros tenebant.* Quibus conſentientia , vel eadem ſcribit Palladius cap. 39. Lauſ. qui & fabros ferrarios,ſeu æreos , inter cæteros enumerat:& modo adduntur in Regula armamentarij,& bubulci.

48. *Super nudum dorſum aſini duo pariter non ſedebunt ; nec ſuper terrorem plauſtri,*i *Si aſino ſedens aliquis venerit excepta infirmitate deſiliet ante fores Monaſterij,& ſic aſinum pracedens, funiculo ducet ad manum.*

49. Æquitatura ſanis prohibita. i Deſunt ſequentia in excuſſ.

Not. En equitaturam à Pachomio ſanis Monachis prohibitam ſub pœnis hic aſſignatis;prohibitum magis,ne duo ſimul ſuper aſini dorſum aſcenderent , indecentiam remouendo. Conceſſum vt ægroti equitarent , ſed in aſino; proculdubio cæterorum animalium equitatura vetita.

k Offi-inas. l Quod. m Deſunt in excuſſ. ſequentia.

49. *Ad tabernacula diuerſarum artium ſoli pergent Prapoſiti, vt accipiant* l *quod neceſſarium eſt.*m *Ipſique ante meridiem, quando fratres ad veſcendum vocantur, ire non poterunt, niſi grauis incumbat neceſſitas ; & conſilio Patris Monaſterij mittetur Hebdomadarius , vt deferat quod neceſſe eſt. Et omnino abſque iuſſione maioris in alteram cellam intrare nullus audebit.*

Not. Omnes iſtas regulas valde in excuſſis mancas eſſe , in margine notauimus. Galæus exiſtimat,quod in calce huius exprimitur : *Omnino abſque iuſſione,&c.* coincidere cum eo, quod D.Benedictus cap. 48 præcepit ; *Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus.* Sed abs re , aliud enim eſt, loquutionem horis ſilentio deſtinatis euitare (quod Benedictus intendit) aliud cellam alterius nunquam abſque Maioris licentia introire,quod hic præcipitur. Cum verò obtenta ea quis in ſua cella fratrem conuenire cupit , ſuperiùs reg. 23. niſi prius oſtium percuſſerit,introitus ei prohibetur. De cellis diuerſarum artium diximus ſupra in Not. ad regulam 47.

50. Commendatum à fratre non accipiendum. n *Aliquid etiam.* o *Accipiat.*

50. *Commendatum* n *à germano fratre nullus* o *accipiet.*

Not. Super hac re Abbas Orſiſius (aut certe Theodorus) hæc grauiſſima in ſua Regula verba concepit : *Hoc quoque maximè prouidendum eſt, ne quis in alteram domum & in alterius cellulam commendet aliquid , & contra Monaſterij diſciplinam. Qui talis eſt, non eſt de numero fratrum , ſed mercenarius , & aduena ; nec Paſcha Domini inter Sanctos debet comedere quia factus eſt lapis ſcandali in Monaſterio. Si enim lebitonaria quando lauamus,& ſicca non fuerint, vſque ad veſperam non habemus poteſtatem apud nos tenere,damuſque Prapoſito , cui crediti ſumus, vel ei cui creditum eſt cellarium , vt deferat ad eum locum vbi ad veſtimenta pariter omnium ſeruantur , & manè nobis dantur, vt expandamus illa ad Solem,& cum ſicca fuerint , non apud nos tenemus , ſed damus in commune ſeruandum iuxta praceptum Maiorum.* (ita reg. 10 vſque ad 13.cap.6.) *quanto magis ea qua propriè viſus es poſſidere ſi alteri commendaueris , aut in tua volueris eſſe poteſtate ,peccas in Monaſterij diſciplinam ? Sciat quoque ille qui ab alio ſuſcipit commendatum, vt rem ſe arbitratur facere piam , vt fratrem refrigeret , quod peccat contra animam ſuam, ſubuertens regulam Monaſterij. O ſtulte, anima tua commiſſa eſt Prapoſito tuo, & qui animam tuam corpuſque cuſtodit, indignus habebitur, vt peritura conſeruet ?* Hæc ille Pachomij diſcipulus.

51. *Nihil in cella ſua abſque Prapoſiti iuſſione* p *quiſpiam condet : nec poma* q *quidem viliſſima , & catera huiuſmodi.* Proprietatis vitium omnino amputat.

p *quidpiam.* q Deſunt hæc.

Not. Perperam librarius Gothus in Caradignenſi pro *condet* , ſcripſit *comedet* , quod ad rem non erat , cum de ea ſuperius decretum eſſet reg.7. Proſequitur intentam proprietatis vitij amputationem , & qui ſuperiori canone vetuerat,ne quis alteri rem quampiam commendaret,hic ne condat, ſeu abſcondat in cella ſua prohibet. Qua de re hæc quoque ſcribit ſuis Tabenneſiotis Orſieſius. *Vigilemus attentius, & Sciamus quod magnam nobis Deus praſtiterit gratiam per Patrem noſtrum Pachomium , vt renuntiemus ſaculo,& omnem ſolitudinem mundi, vt curas rerum ſacularium pro nihilo poneremus. Qua nobis occaſio relicta eſt , vt habeamus quidquam proprium à funiculo vſque ad corrigiam calceamenti ; cum habeamus Prapoſitos, qui pro nobis ſoliciti ſunt, tam in cibo, quam in veſtitu , & corpuſculi languore ? Ad quos vſus ſuperfluum , aut epula lautiores, aut mollior lectus ; cum omnia in commune ſint parata , & Cruce Chriſti nihil durius ? Sufficit nobis habere quod homini ſatis eſt ; duo lebitonaria, &c.* Et facto Monaſticæ ſupellectilis Cathalogo, addit : *Et ſi ex ea lucrum faciat, Scelus putetur , & ſacrilegium quidquam ex ea contingere , & in propriam vertere requiem.*

52. *Si prapoſitus domus alterius quidquam profectus fuerit, alius Prapoſitus dumtaxat eiuſdem gentis & Tribus gerat curam proficiſcentis , & eius vtetur partibus, ac ſolicitè faciat : doctrinamque duorum ieiuniorum ita diuidet, vt vnum in ſua domo , alterum in proficiſcentis exerceat.*

Not. Valde aliter in excuſſis ſic : *Si Prapoſitus profectus fuerit, aut alter Prapoſitus , aut qui ſecundus eſt, curam proficiſcentis exerceat, vel quem ipſe Prapoſitus elegerit de fratribus , & curam ei ſuam iniunxerit.* De doctrina duorum ieiuniorum nec verbum, quando præcipuè de Scripturis SS. diſputatio inſtituenda erat, vt dicet infra c.8.reg.29.

CAPVT

Digitized by Google

CAP. VIII.

Dicamus & de Piſtrinariis.

Not. Sic eſt titulus in M. S. Sed agit in hoc capite *de multis*, & eſt quaſi altera pars capitis procedentis.

51. Piſtrinariorum diſcinas.
a *Loquatur*
b Deeſt in ex cus *mane quoque.*
c Deeſt *vel ad clibanos.*
d *Meditabuntur.*
e Fuerit.
f *Dent.*
g *Neceſſaria ſunt.*
h *Reſideat.*
i *Sufficient.*

1. Q*Vando farinam conſpergunt aqua, & maſſam ſubigunt, nemo* a *loquitur alteri.* b *Manè quoque quando ſtabulis ad furnum* c *vel ad clibanos doportant panes, ſimile habebunt ſilentium, & tantum de Pſalmis, aut de ſcripturis aliquid* d *decantabunt donec opus impleant.*

Not. Durè obiurgat fratres tunc loquentes c.47. vitæ eius.

2. *Si quid neceſſarium* e *habuerint, non loquantur, ſed ſignum* f *dabunt his, qui poſſunt afferre* g *quibus indigent.*

3. *Quando ad miſcendam farinam vocati fuerint, nullus* h *reſedeat in loco panes coquentium, exceptis his, qui coctioni* i *ſufficiunt, & quibus iuſſum eſt.*

k Nauigantium.
Lẽbus quid?

4. *In nauibus quoque ſimilis diſciplina eſt. Nemo à terra ſoluet funiculum abſque iuſſione Patris, nec mouebit nauigium* k *nec lembum quidem.*

Not. Lembus nauigij exigui & velociſſimi genus eſt; de quo Virgil. 1. Georgic.

Non aliter, quam qui aduerſo vix flumine lembum
Remigiis ſubigit.

De eo Polibius. lib. 1. Liuius Dec. 4. lib. 4. &c.

5. *In loco ſentina & interiore parte nauis, cæteris fratribus ſuper tranſtra & tabulata quieſcentibus, nullus dormiat.*

Tranſtra quid?

Not. Nimitum vt omnes etiam poſiti quieſcant, neque aliquis latibulum amet. *Tranſita* ſunt ſuper quæ remigas ſedent Virgil. 4. Æneid.

Præcipites vigilate viri, & conſedite tranſtris.

6. *Et ſeculares homines dormire ſecum in naui, nemo patiatur.*

7. *Vaſa infirmiora cum eis non nauigabunt; niſi forte Pater Monaſterij præceperit.*

Not. Sic Petrus 1. epiſt. cap. 3. Mulieres vocat, inquiens: *Quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem.* Vide Reg. 8. cap. 4. ſuperioris.

8. *Nullus in domo ſua audebit focum facere, niſi in commune omnibus ſuccendatur.*

52. Pœna tarde occurentium ad Dei laudes.
l Deeſt *ſex Orat. Veſp.*

9. *Qui vna oratione* l *de ſex Orationibus veſpertinis tardius venerit, vel qui miniſtrauerit, & locutus fuerit ad alterum; vel ſubriſerit in reliquis Orationibus, conſueto ordine aget pœnitentiam.*

Not. An potius *de duodecim*? Nam Angelus duodecim iuſſit veſperè fieri, & duodecim nocte numer. 11. Sed & ſex locis Veſpertinis, & ſex Completorio deputabantur.

m *Si quid*
n *Quas.*

10. *Quando domi ſedebunt, non eis liceat loqui aliquid ſæculare, ſed ſi* m *quid Præpoſitus de ſcripturis docuerit, viciſſim inter ſe ruminent, & referant quæ quiſque audierit, vel* n *quæ memoriter tenent.*

Not. Superiùs id laborantibus præſcripſerat. Reg. 1. & 3. cap. 6. Hic etiam quieſcentibus.

11. *Nemo quidquam operis faciet, nec ſcyphos plenos aqua circumferet, nec funiculum quidem contorquebit, niſi Præpoſitus iuſſerit.*

Not. Deeſt in excuſſis.

12. *Nemo iuncos infuſos aqua ſibi tollet ad operandum, niſi miniſter hebdomadarum ei dederit.*

Not. Etiam deeſt. Non otioſus canon, rametſi ſuperius cap. 7. Reg. 2. ſimilis extet: quia hic de iuncis præparatis ad funiculos faciendos, ibi de foliis, quibus texuntur ſportæ, ſermo eſt.

13. *Qui vas fictile fregerit,* o *& iuncos tertio infuderit, aget pœnitentiam veſpere in ſex orationibus.* o Aliter in excuſſ. vt in Not.

Not. Longè aliter in excuſſis; videlicet deſunt; *& iuncos tertio infuderit*; pro quo habent quaſi explicandi gratia, *vel aliquam vtilem rem ad vſum Monaſterij:* generaliùs Crediderim tertia infuſione iuncos vſui ineptos reddi in Ægypto. Deſunt etiam verba illa *Veſpere in ſex orationibus*, quo nomine Completorium innui ſequentia indicant. Vide not. ad Reg. 9. huius cap.

14. *Poſt ſex Orationes, quando ad dormiendum omnes ſeparantur; nulli licebit, excepta cauſa neceſſitatis, egredi cubiculum ſuum.*

Not. Deeſt in excuſſis.

15. *Si frater dormierit; omnis eum fraternitas proſequatur.* 53. Funera Monachorum & Virginum.

Not. Scilicet ad tumulum. Sic in Vita Pachomij cap. 34. *Fratres ipſius Monaſterij funus proſequebantur honorificè pſalmos ſolitos concinentes.* Et cap. 28. de ſororibus ſanctimonialibus. *Si defuncta eſſet virgo; curantes funus eius reliquæ, cunctaque, quæ ad ſepulturam pertinent, adimplentes deferebant vſque ad ripam fluminis; quod vtraque Monaſteria diuidit, pſalmos ex more canentes. Tunc tranſeuntes Monachi* (nauigiis) *cum ramis palmarum, & oliuarum frondibus pſallentes tranſuehebant eam, & in ſepulchris ſuis cum hilaritate condebant.* Idem refert Palladius in Lauſ. cap. 38. & Heraclides cap. 20. Parad.

16. *Nemo remaneat abſque Maioris imperio; nec pſallat niſi ei iuſſum fuerit: nec poſt alterum ſine Præpoſiti voluntate.*

Not. Adhuc de funere eſt ſermo: Hæc valde aliter habent excuſſi, id eſt. *Nemo exeat foras, nemo loquatur, nemo remaneat excepto Maioris imperio. Audito ſigno excitantis, aut voce pſallentis, omnes ſurgant currentes ad orationes. Nullus ante pſallat, niſi ei miſſum fuerit; nec completo Pſalmo alterum ſine Præpoſiti iuſſione audeat iungere.*

17. *Duo ſimul tempore luctus non pſallent: nec palliolo circumdabuntur lineo; nec quiſquam erit, qui pſallenti non reſpondeat; ſed iungentur & gradu, & voce conſona.*

Not. Deeſt in excuſſis. Vide antiquam pſallendi in exequiis defunctorum conſuetudinem, vbi vni pſallenti accinebant cæteri. In feſtiuitatibus non ita, ſed duo pſallere conſueuerunt cæteris reſpondentibus.

18. *Qui eſt infirmus, in funere habebit miniſtrum; vt eum ſuſtentet omnino.*

Not. Etiam deeſt. Cum debilis feretrum portare nequiret adiutorio prouidebatur.

19. *Ad quamcumque locum miſſi fuerint fratres; habebunt de hebdomadariis eos, qui ægrotantibus ſeruiant: ſi forte in itinere, vel in agro languor obrepſerit.*

Not. Non de itinerante fratrum biga ſermo eſt, ſed cum Conuentus aliquò it.

20. *Nemo ante Præpoſitum ſuum, & Ducem ambulet. Nullus remaneat ab ordine.*

Not. Meminit *Ducum* quoque Orſieſius, aiens: *O Duces & Præpoſiti Monaſteriorum &c.* Sed vt puto non alij ſunt à Præpoſitis, vel forte eo etiam nomine compræhenditur, qui abſentiam Præpoſiti ſupplet.

21. *Si quis aliquid perdiderit, ante altare publicè concipietur.*

Not. Vide cap. 2. Reg. 1.

22. *Si vero de propriis veſticulis fuerit, quod perditum eſt; tribus hebdomadis non accipiet, & in*

p *Amiſit*

quarta acta pœnitentia dabitur ei, quod p amiſerit.

q *Suſpendat*

23. *Qui inuenerit aliquid, per dies tres ante Collectam fratrum q ſuſpendet, vt tollat qui cognouerit.*

54. Quæ correctiones Abbati reſeruentur.

24. *Cunctis increpationibus, atque doctrinis, quarum ſcripta eſt & conſtituta conceptio, Præpoſiti ſufficient. Si quid autem fuerit in delicto, refertur ad Principem Monaſterij.*

Not. Deeſt in excuſſis. Ergo maiores cauſæ ad Abbatem ſpectant, de minoribus etiam Præpoſiti iudicare poterunt.

r *Lotum*

25. r *Lutum in domo nullus abſque eo faciat; & omne quod nouum eſt, illius ſententia diſponatur.*

Not. Pro luto *lotum* habent excuſſi, ſed perperam. Coradignenſis *lutum* perſpicuè legit. Et quidem *lotio* ſatis ſingulis ſuperiùs prohibita erat cap. 6. Reg. 11. 12. & 13. *Lutum* pro reficiendis cellulis fieri abſque Maioris permiſſu, hactenus in ſpecie non erat cautum.

26. *Omnis conceptio ita fiet; vt diſcincti ſint, qui concipiuntur, ſtentque in maiori Collecta, & in veſcendi loco.*

Not. Rectè addictur in excuſſis. *Et demiſſis manibus, & humiliato capite, emendaturos ſe promittentes vitia, in quibus arguuntur, veniam deprecantur*, vt ita aliquid noui dicatur ſupra id quod cap. 2. Reg. 1. fuerat conſtitutum.

ſ *Ordine*

27. *Qui abſque ſ communione fratrum receſſerit, & poſtea acta pœnitentia venerit, non erit in ordine ſuo abſque Maioris imperio.*

Fugitiuorum Pœna.

Not. Fugitiuis eadem ſtatuitur pœna à D. P. Benedicto cap. 29.

28. *Præpoſitus quidem Domus, & diſpenſator, qui vna nocte abſque fratribus foris dormierit, & poſtea acta pœnitudine venerit ad Conuentum fratrum, non ei permittitur, vt introeat domum, aut ſtet in ordine ſuo abſque Maioris imperio.*

Not. Deeſt in excuſſis. Agit itidem de fugitiuorum pœnis.

55. De ſtudiis litterarum.

29. *Omne quod in Conuentu fratrum audierunt diſputatum, neceſſitudine coguntur, vt inter ſe replicent ieiuniorum maximè tempore, quando à ſuis docentur Præpoſitis.*

Not. Hæc poſt 30. ponitur, ſed manca. Hoc autem, vt plane neceſſarium ſæpe inculcat, id præcipiens laborantibus in agro, & in quouis opere; & tunc abſolutè, vt nullum ſit opus, nullum otium huius ſtudij expers. Sed præſertim *tempore ieiuniorum*, quo à Præpoſitis erudiendi ſunt: iuxta id quod diceret ad calcem cap. 7. Reg. 52.

Quid ſaltem quiſque ſcire tenebemur?

30. *Qui rudis Monaſterium fuerit ingreſſus, docebitur prius quæ debeat obſeruare. Et cum doctus ad vniuerſa conſenſerit, dabunt ei viginti Pſalmos vel duas Epiſtolas Apoſtoli, aut alterius ſcripturæ partem. Et ſi litteras ignorauerit, hora prima tertia & ſexta vadit ad eum qui docere poteſt, & qui ei fuerit delegatus: & ſtabit ante eum, & diſcet ſtudioſiſſimè cum omni gratiarum actione. Poſtea vero ſcribentur ei elementa, ſyllabæ, verba, ac nomina, etiam nollens legere compellatur. Et omnino nullus erit in Monaſterio, qui non diſcat litteras, & de ſcripturis aliquid teneat. Qui minimum vſque ad Nouum Teſtamentum, & Pſalterium.*

Not. Excuſſi habent: *quod minimum eſt*: Vbi Gezæus abſque luto hæſit. Senſus planus eſt in Caradignenſi: Qui minimum de ſcripturis ſacris memoriæ mandauerit, in Nouum Teſtamentum, & Pſalterium addiſcet, iuxta Chryſoſt. Baſil. Hieronymum, & Caſſiodorum ab ipſo citatos. Piiſſima Pachomij cura erga ſuorum eruditionem pro animarum profectu; quam tamen non omnes ſucceſſores recepere, vt quorumdam humilitati ſuccurrerent. Nam de Conuerſis noſtri Ciſtercienſes ita ſtatuere diſt. 14. cap. 2. ſub titulo, *De Conuerſis, ne diſcant literas*: videlicet: *Nullus Conuerſus habeat librum, nec diſcat aliquid, niſi tantum Pater noſter, & Credo, & Miſerere, Aue Maria, & cætera quæ de B. Maria dici ſtatutum eſt infra, & hoc non litera, ſed corde teneat.* Cæterum ſub Pachomio nulli erant Conuerſi à Monachis differẽtes, ſed omnes ad Chorum habiles, & deſtinati, quod valde diuerſum eſt. Pro his autem, qui ex profeſſione chori ſeruitio addicuntur, Pſalterij ſtudium diſpoſuit R. P. Benedictus Regulæ cap. 8. vbi: *Hyemis tempore, id eſt à Kalendis Nouemb.* Lamperilla Ciſterienſis.
vſque ad Paſcha iuxta conſiderationem rationis octaua hora noctis ſurgẽdum eſt, vt modico amplius de media nocte pauſetur, & iam digeſti ſurgant. Quod vero reſtat poſt vigilias, à fratribus qui Pſalterij vel lectionem aliquid indigent meditationi inſeruiatur. Idem credo voluiſſe Macarium in Regula Can. 24. ſupra cap. 3. huius lib. nu. 15. Quod quidem vſque in hanc diem inuiolabiliter obſeruatur; præſertim apud Ciſtercienſes noſtros, quibus ſtudij tempus poſt Matutinas laudes celebre ſatis eſt, atque laborioſa vigilia, ſub nomine *lamparilla*, non ſolum noſtris, ſed & lippis & tonſoribus notum. Cum primum enim inſinuerit Primæ horæ ſignum, ſtatim iuxta Pachomij atque Benedicti regulis, reuerentur ſtantes iuniores ante Nouitiorum Magiſtrum, aliumvè ad docendum ab Abbate delegatum, memoriter recitant Pſalmum, vel Pſalmos quos ſilentio ſtudij tempore dicto memoriæ commendare potuerunt, dataque negligentibus pœna recedunt: quod quidem ſtudium quinquennio poſt ſuſceptionem habitus iunioribus (quos noſtri *Hermanos* vocant) impoſitum eſt. Perſeuerat autem inter Noſtros Pachomiana adhuc diſciplina circa ſtudium Noui Teſtamenti: poſtquam enim Iuniores aliqui cæteris habiliores totum Pſalterium, Hymnoſque memoriæ commendauerint, eodem tempore, ordine, & diſciplina Epiſtolas Diui Pauli, vel alium Nouæ Paginæ librum, memoriæ commendare iubentur.

31. *Ad Collectam & pſallendum, & orandum,* u Deeſt *Ad Collectam &c.*
nullus ſibi occaſiones inueniat, quibus x quaſi ire non x *Quibus ſe dicat occupatum quaſi &c.*
poſſit. Et ſi in naui fuerit & in Monaſterio, & in agro, & in quolibet miniſterio, y orandi atque pſallendi tempora non prætermittat.

Not. Penè ad literam hauſit R. P. Benedictus cap. 50. ſuæ Regulæ. y Additur detentus.

CAPVT

CAPVT IX.

Dicamus & de Virginum Monaſterio.

66. Diſcip'ina in viſitatione Virginum ſeruanda.

1. N*Emo ad eas vadat viſitandas, niſi qui habet ibi matrem, vel ſororem, aut filiam, & vel propinquas, & conſobrinas; ſiue matrem filiorum ſuorum.*

Not. Ne *vxorem Monachi* diceret, matrem filiorum ſuorum vocauit.

2. *Si autem [neceſſitas fuerit, vt videant eas, & ante quam renuntiarent ſæculo, & intrarent in Monaſterio] paterna eis deberetur hæreditas, aut aliqua cauſa manifeſta eſt; mittent cum his probatæ virum* a *ætatis, ac vitæ, a videbunt eas, & pariter reuertentur.*

a Addunt &

Not. Pro his quæ vncinis continentur, excuſſi ſolum habent, & *ante conuerſionem.*

3. *Nemo vadat ad illas, niſi ij, quos ſuperius diximus* b *[ſi eas videre voluerint] primum facient renuntiari Patri Monaſterij, & ille mittet ad ſeniores, qui Monaſterio Virginum delegati ſunt: qui occurrunt eis, & cum ipſis videbunt, quas neceſſe* c *habuerint cum omni diſciplina & timore Dei.*

b Pro his [] eſt *itaut.*

c *Habebant.*

4. d *Cumque eas viderint, non eis loquentur de rebus ſæcularibus.*

d Deeſt *atque eas viderint.*

5. *Quicumque de his mandatis* e *præterierit, abſque vlla* f *retardatione negligentia, atque contemptus aget publicè pœnitentiam, vt poſſidere valeat* g *regnum cælorum.*

e *Aliquid.* f *Dubitatione.* g *Valeamus.*

Not. Nihil amplius Sacra Petri ſedes Tridentina Synodus, & DD. Cardinalium Congregatio poſt multa ſæcula, & longas de remediis adhibendis frequenti ſanctimonialium viſitationi, ſtatuiſſe comperiuntur, vt mira Pachomij emicat prouidentia. De inſtitutione earum inferiùs agemus.

SECVNDA * PARS

* Hæc pars in excuſſis vltima ordine eſt, non ſecunda.

PRÆCEPTA, ET INSTITVTA PATRIS NOSTRI

Pachomij hominis Dei, qui fundauit ab exordio ſanctæ vitæ communionem, iuxta præceptum Dei.

NOTA Ità ad verbum in Codice Caradignenſi hoc loco. Excuſſi habent. *De Collecta fratrum.* Sed perperam, cum de aliis multis hic ſermo ſit: præſertim *de emendandis delictis.*

67. Vtilitas audiendi verbum Dei.

1. *Quomodo Collecta fieri debeat, & fratres congregandi ſunt ad audiendum* a *ſermonem Dei, iuxta præcepta Maiorum, & doctrinam Sanctarum Scripturarum, vt liberentur de errore animæ,* b *& glorificent Deum in luce viuentium: vt ſciant quomodo oporteat in domo Dei conuerſari ſine ruina & ſcandalo: vt non inebrientur aliqua paſſione, ſed ſtent in menſura veritatis, & traditionibus Apoſtolorum & Prophetarum; & ſolemnitatum ordinem teneant imitantes* c *Congregationem eorum in domo Dei; & ieiunia atque orationes ex more complentes, qui enim benè miniſtrant, ſequuntur regulas ſcripturarum.*

a *Verbum*

b *Animæ Conuerſarū.*

c *Conuerſationem.*

Not. Vtilitates audiendi verbum Dei, breui proloquio recapitulat, quibus ipſe motus ſequentes edidit regulas; quas ex iteratione, ſeu nouitate tituli diuerſo à prioribus tempore editas colligimus.

2. *Hoc eſt ergo miniſterium quod Eccleſiæ miniſtri* d *exercere debebunt. Congregent fratres Orationis tempore, & omnia faciant, quæ rite complenda ſunt, vt nullam* e *detractionis occaſionem tribuant, nec ſinant ambulare quempiam* f *contrarium diſciplinæ.*

d *Implere*

e *Detractioni.*

f *Contrarium.*

Aliquarum negligentiarum correctio.

3. *Si codicem poſtulauerint deferant eis. Si quis de foris venerit veſperè, & non occurrerit accipere opus, quod* g *altera die facturus eſt, manè ei tribuant. Si* h *defecerat opus, quod habebat in manibus;* i *referant ad Maioris* k *ſcientiam, & quod ille præceperit,* l *faciant.*

g *Poſtea.* h *Defecerit.* i *Referant.* k *Sententia* l *faciat.*

4. *Qui miniſter eſt, habeat ſtudium, ne quid operis pereat in Monaſterio in nulla omnino arte, quæ exercetur à fratribus. Quod ſiquidem perierit & negligentia fuerit diſſipatum; increpabitur à Patre miniſter operum ſingulorum, & rurſus ipſe increpabit alium, qui opus perdiderit, dumtaxat voluntate & ſententia Principis, abſque* m *quo nullus increpandi fratres habebit poteſtatem.*

m *Quâ.*

Not. Nomine *Patris* aut *Principis,* etiam *Præpoſitus domus* oportet intelligi cum ei increpandi facultas omnis delegata ſit ex Reg. 26. cap. 8. 1. p.

5. *Si veſtimentum ad ſolem expanſum tertium inuenerit dies; dominus veſtimenti pro eo increpabitur, & agat pœnitentiam publicè in collecta, ſtabitque in veſcendi loco.*

Not. Hac noua Conſtitutione mitigari videtur Regula 3. cap. 6. quæ vſque ad horam tertiam ſolum veſtes ſoli eſſe oppoſitæ, & Reg. 42. cap. 7. quæ vſque ad meridiem impunè permittebantur. Modo ad diem tertium extenditur, quamquàm modò de ſiccis agi, de madidis pridem explicare poſſemus: & palam eſt, minus à ſolis radiis ſiccas, quam madidas accipere nocumentum: præſertim pelle.

6. *Pellicula, & calliga, & cingulum, & ſi quid aliud perierit, qui perdiderit, increpabitur.*

Not. Renouantur regulæ 11. & 21. cap. 8. prioris partis. Sextæ & ſeptimæ Regulæ ſedes mutarunt in excuſſis, ſcilicet poſt nonam ſequentem.

7. *Si inuentus fuerit* n *aliquis de fratribus per contentionem agens, vel contradicens Maioris imperio, increpabitur iuxta menſuram peccati ſui.*

n *Vnus.*

8. *Qui*

o Aliquem.

8. *Qui mentitur, aut odio o quemquam habere, fuerit deprahenſus, aut inobediens, aut plus loco, quam honeſtum eſt, deditus aut otioſus, aut durè reſpondens, aut habens fratribus detrahendi conſuetudinem, vel his qui foris ſunt: & omnino quidquid contra Regulam ſcripturarum eſt, & Monaſterij diſciplinam, audiet Pater Monaſterij, & vindicabit iuxta menſuram opuſque peccati.*

58. Grauiter delinquantium punitio.

9. *Si quis tulerit rem non ſuam, ponetur ſuper humeros eius, & aget pœnitentiam publicè in Collecta; ſtabitque in veſcendi loco.*

Furonis. Fugitiui.

Not. Excuſſi addunt. *Si autem in furto fuerit deprahenſus, triginta nouem verberabunt eum, & foris dabunt ei ederet panem & aquam tantum: & opertum cilicio, & cinere per ſingula orationum tempora cogent eum agere pœnitentiam. Eademque lex in fugitiuis obſeruabitur.*

Not. Hinc incipit de delictis emendandis certis impoſitis pœnis agere: quod plane in prima regularum parte omiſſum erat: eo quod nondum fortè, vt aſſolet, in ipſo inſtitutionis exordio, in peccata fratres prolapſi eſſent. Quod vero 39. ſcilicet *plagis* fur verberari decernatur, ex Iudæorum moribus deſumptum eſt, à quibus Paulus *quinquies quadragenas vna minus accepit* 2. Corinth. 11. id eſt vnde 40. plagas. Vbi Chryſoſtom. hom. 25. *Quare vna minus? Lex erat vetus ignominioſum fieri eum, qui ſupra 40. accepiſſet. Ne igitur percutientis impetus ſupra numerum plagas inferens, ignominia notaret, decreuerunt vna minus inferri, vt licet verberans multiplicet, ne ſupra 40. excidat, ſed intra conſtitutum numerum maneat: verberatuſque ignominia non notetur.* Lex vero vetus hæc erat Deuterom. 25. *Sin autem eum, qui peccauit, dignum viderint plagis, proſternent, & coram ſe facient verberari. Pro menſura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat vt 40. numerorum non excedat, ne fadè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.*

40. Plagarũ num eius ignominioſui.

59. Præpoſitorũ correctio.

10. *Præpoſitus domus culpa & increpationi ſubiacebit, ſi ante tres dies non nuntiauerit Patri, ſiue in agro, ſiue in via, ſiue in Monaſterio, quid perierit: p agatque pœnitentiam iuxta ordinem conſtitutum.*

p & aget.

q fuerit ſed prauè.

11. *Quod ſi homo q fugerit, & ante tres horas non nuntiauerit, reus erit perditionis eius; niſi tamen eum rurſus inuenerit.*

Not. Non ergo integrum cuique erat ſtatum Monaſticum ſemel arreptum deſerere.

12. *Hæc eſt vltio in eum, qui fratrem de Domo perdiderit. Tribus diebus agat publicè pœnitentiam. Quod ſi eadem hora in qua fugit, nuntiauerit Patri, reus non erit.*

Not. Excuſſi aliter. *Quod ſi eâdem hora qua fugerit, non nuntiauerit Patri, reus erit peccati.* At vndenam ſciret frater fugam alterius? aut fratrem cuſtodire alterum teneretur? Sanè cum tres in qualibet cella agerent, fugientem duo reliqui prodere tenerentur: nam ſemper, & vbique comites erant.

13. *Peccatum ſi in domo ſua Præpoſitus viderit, & non ſtatim increpauerit delinquentem, nec nuntiauerit Patri Monaſterij, ipſe increpationi ſubiacebit.*

Not. Aliter editi habent, ſed in idem recidit: *Si in domo ſua Præpoſitus viderit delinquentem, & non nuntiauerit Patri Monaſterij, ipſe increpationis ordini ſubiacebit.* Verùm ſi ipſe delinquentem increparit, non tenebitur Patri nuntiare: quod planè addit Caradignenſis.

14 *Per Domos ſingulas veſpere ſex Orationes, pſalmoſque complebunt, iuxta ordinem maioris Collectæ, quæ à cunctis fratribus in commune celebratur.* Collectæ maiores minores & mediæ.

Not. Rectè Alardus obſeruat, minores Collectas à fratribus eiuſdem domus celebrari ſolitas quotidie, orationis gratia, vel eruditionis: vbi 30. vel 40. fratres coibant: maiores vbi omnium domorum in vnum cogebantur, id eſt 1300. plus minuſue. Ego medias Collectas dicerem, quæ ab vna Tribu celebrabantur, nimirum à fratribus trium Monaſteriorum.

15. *Per ſingulas hebdomadas bina diſputationes r Catecheſes à Præpoſitis complebuntur.* Concio bis in hebdomade.

Not. Bis in hebdomadas concio habenda ad fratrum inſtructionem. *r* Deeſt *Catecheſes* in excuſſ.

16. *Nullus in domo quidpiam faciet, niſi quod Præpoſitus iuſſerit.*

Not. Rem vnicè neceſſariam ſæpius inculcare oportuit.

17. *Si omnes fratres, qui in vna domo ſunt, viderint Præpoſitum nimirum negligentem, ſ aut durè increpantem fratrem, & menſuram Monaſterij excedentem, referent ad Patrem, & ab eo increpabitur.* *ſ* Deeſt *aut durè incr. frat.*

Not. B. Benedictus c. 65. Regulæ.

Ipſe autem Præpoſitus nihil t faciet, niſi quod Pater Monaſterij iuſſerit: maximè in re noua: nam in his quæ ex more accidunt u ſeruabit regulas Monaſterij. 66. Virtutum Præpoſiti ſyllabus.

t Faciat. *u Obſeruabit.*

Not. Sequitur exactiſſimus virtutum Præpoſiti cathalogus: cui ſimilem texuit B. Benedictus cap. 4. pro omnibus Monachis, & cap. 31. pro Cellerario, & cap. 64. pro Abbate.

18. *Præpoſitus non inebrietur. Nec ſedeat in humilioribus locis iuxta vaſa Monaſterij. Nec rumpat vincula, quæ Deus in cælo condidit, vt obſeruentur in terris. Nec lugeat in die feſto Domini ſaluatores.*

Not. *Non ſedeat &c.* id eſt grauitatem ſeruet & decorum perſonæ conuenientem: *Iuxta vaſa Monaſterij*; hoc eſt propà vaſa vinaria, & ſimilia. *Non lugeat &c.* Petrus Chaconius ita interpretatur, vt ſonet: *Ne ieiunet Dominicis diebus*: ne videlicet feſtiuos cum cæteris dies confundat. Ego actiuè intelligo: Ne ieiunare faciat fratres Dominicis diebus. *Nec rumpat vincula &c.* id eſt vota fratrum frangat.

19. *Dominetur carni ſuæ iuxta menſuram Sanctorum.*

Not. vetat ne Præpoſiti nobiliores ſibi cellas extruant, & cubilia; quod propriè Gentilium eſſe ait; non Chriſtianorum non habentium hic ciuitatem permanentem, ſed inquirentium futuram, non manu factam æternam in cælis.

20. *Non ſit duplicis fidei. Non ſequatur cordis ſui cogitationem, x ſed legem Dei. Non reſiſtat ſublimioribus tumenti animo poteſtatibus. Non fremat, neque y inhiet ſuper humiliores. Non transferat terminos. Non ſit fraudulentus, nec in cogitationibus z verſidolus. Ne negligat peccatum animæ ſuæ a nec vincatur carnis b ſua luxuria.*

x Deeſt *ſed legem Dei.* *y Irruat.* *z Verſet dolos.* *a Extirpare nec &c.* *b* Deeſt *ſua.*

21. *Non ambulet negligenter. Non cito loquatur verbum otioſum. Non ponat ſcandalum ante pedes cæci. Non doceat c voluntatem animam ſuam. Non ſoluatur riſu ſtultorum, ac ioco. Non rapiatur cor eius*

c Voluptates

ab

Digitized by Google

ab his, qui inepta locuntur, aut dulcia. Non vincatur muneribus. Non paruulorum ſermone ducatur.

d Eminentem.

22. Ne affligatur in tribulatione. Ne timeat mortem, ſed Deum. Ne preuaricator ſit propter d *imminentem timorem: Non relinquat lumen verum propter modicos cibos.*

Not. Alia lectio habet apud Chaconem: *Ne relinquat verum flumen propter modicos riuos:* vt ſit alluſio ad illud Hierem. 2: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas &c.* Sed nihil modò ſub ænigmate Præpoſito dicitur. Itaque ſto dictis: & ſenſus eſt: Ne grauetur cor eius in crapula, quæ aciem rationis hebetat.

e Vacillat, & f Veram. g Firmus. h Iuſta. i Appetitu. k Deo & hominibus. l Elongans ſe.

23. Non e *nutet, aut fluctuet in operibus ſuis. Non mutet ſententiam* f *ſed* g *firmi ſit, ſolidique decreti:* h *iuſtus conſiderans cuncta, iudicans in veritate, abſque* i *appetitione gloriæ: manifeſtus* k *apud Deum, & homines, & à fraude* l *procul.*

m & perſonam.

24. Ne ignoret conuerſationem ſanctorum; ne ad eorum ſcientiam cæcus exiſtat. Nulli noceat per ſuperbiam. Ne ſequatur concupiſcentias oculorum ſuorum. Non eum ſuperent incentiua vitiorum, veritatem nunquam prætereat. Oderit iniuſtitiam. m *Secundum perſonam nunquam iudicet pro muneribus. Nec condemnet animam innocentem per ſuperbiam.*

n Seductus. o Lautioris.

25. Non rideat inter pueros. Nec deſerat veritatem timore ſuperatus. Non comedat panem de fraudulentia. Non deſideret alienam terram. Non opprimat animam propter aliorum ſpolia. Nec deſpiciat eos qui indigent miſericordia. Ne falſum dicat teſtimonium n *ſeducens lucro. Ne mentiatur propter ſuperbiam, Ne contendat contra veritatem ob timorem animi. Ne deſperet iuſtitiam propter laſſitudinem. Ne perdat animam ſuam propter verecundiam. Ne reſpiciat dapes* o *lautiores menſæ. Ne pulchra veſtimenta deſideret. Ne ſenes negligat, ne inebrietur vino, ſed humilitatem iunctam habeat veritati.*

26. Quando iudicat, ſequatur præcepta maiorum, & legem Dei, quæ in toto Orbe prædicata eſt.

Not. Illud *Quando iudicat,* in excuſſis finis eſt ſuperioris ſententiæ vbi ſequens incipit ſic: *Sequatur præcepta &c.* Sed noſtra Cardignenſis lectio magis ad rem.

61. Imprecatio in Præpoſitū negligentem. p Reddetur ei menſura. q Animi. Falſo. r Deſideriis temporalibus. ſ Et eueniet

27. Si quidquam de his præterierit, p *reddent ei menſuram iuxta quam menſus eſt, & recipiet ſecundum opera ſua: quia mechatus eſt in ligno & lapide, & propter ſplendorem auri, & fulgorem argenti dimiſit iudicium:* r *& deſiderio temporalis lucri laqueis ſe induit iniquorum.*

28. ſ *Vt eueniat ei contritio Heli & filiorum eius* 1. Reg. 4. *Maledictio Dauid quam imprecatus eſt Doeg.* Pſ. 51. *Signum quo denotatus eſt Cain* Geneſ. 4. *Sepultura aſini de qua loquitur Ieremias* cap. 48. *Perditio qua peccatores terræ hiatus abſoluit.* Numer. 16. *Et interitus Chananæorum* Pſ. 138. *Et contritio hydriæ ad fontem:* Eccleſ. 12. *Et arenarum comminutio in littoribus, quæ ſalſis fluctibus verberantur: Et confractio virgæ glorioſæ de Iſaia:* cap. 14. *Vt ſit quaſi cæcus palpans manu parietem* Iſai 59. *Hæc omnia ei eueniant, quia non ſeruauit veritatem in iudicio, & iniquè egit de omnibus quæ ei credita ſunt.*

Not. Elegantem collegit maledictionum manipulum: quas in iudiciorum corruptores ſeuerè vibrauit. Vbi tamen in editis duæ illæ maledictiones Doeg, & Cain confunduntur ſic: *Maledictio Dei quam imprecatus eſt Cain:* multo elegantius Caradignenſis Codex, maledictionem Doëgo tribuit, ſignum Caino, quo ſcilicet à Domino in facie inſignitus, eſt. Porro in libris Regnorum quando Dauid Doëgo maledixerit non reperitur. Verùm Pſalmum 51. totum in eum compoſuit: vbi inter alia maledicta: *Propterea* (inquit) *Deus deſtruet te in finem, euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium, &c.* Quo Pachomium reſpexiſſe credo: cum maledictiones ibi à Propheta in Doëg iactatæ in pœnam eorumdem criminum imprecatæ fuerint, à quibus proximè Præpoſitum abſtinere præcipit; videlicet quia lingua eius iniuſtitiam cogitauit, quia ſicut nauacula acuta fecit dolum, quia dilexit malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem: quibus contraria prorſus in hoc ſyllabo ſanctus legiſlator à Præpoſito exigit.

Sed verò vnde tibi putas Pachomium tot criminum ſcelerumque Præpoſitos domorum 62.
ſuarum reos eſſe præſcripſerit, Qui ſanctiſſimos viros ei muneri adaptaſſe dicitur cap. 24. vitæ ipſius, & c. 25. Sanè non in viuos vibrauit ſtilum, ſed in diſcolos, qui poſt multa annorum curricula futuri erant, de quibus Domino reuelante præſciuit. (cap. 45.) *quæ nouiſſimis erant euentura temporibus, cæcitatemque mentis eorum, qui poſt futuri ſunt; & errorem cordis bonorumque defectum valde doluit. Maximè verò* (hoc maximè ad rem) *quod Præpoſiti tunc negligentes ac deſides forent, nec in Deo confiderent, ſed concordia diſcordioſi vterentur, placentes ſtultè multitudini, & oſtentantes habitum Monachorum, nullaque bona opera præferentes. Semel autem peſſimis primatum tenentibus, ipſumque nomen ſanctæ conuerſationis ignorantibus, neceſſe eſt æmulationes ac iurgia generari: & quis præſit, ac maior ſit, ambitioſa litè contendere &c.* Ergo vt hos à longe ſalutaret, prophetico plenus ſpiritu ſuperiores dictauit canones in Præpoſitos nequam. Et quoniam ſub iniquis Præpoſitis eiuſdem farinæ homines fore oportebat, in eos etiam ſequentia tela contorſit.

Cur & quibus Pachomius talia imprecatur.

TERTIA PARS.

Item præcepta Sancti Pachomij, atque iudicia.

Nota. Ita Caradignenſis: pro quo editi habent: *Præcepta & Inſtituta P. N. Pachomij hominis Dei qui fundauit ab exordio ſanctæ vitæ communionem iuxta imperium Dei.* Sed magis ad rem titulus noſter, cum de punitione ſcelerum his tantum agatur.

Proœmium. 63.

PLENITVDO *legis charitas, a ſcientibus tempus, quod iam inſtat hora, vt è ſomno conſurgamus:* b *& vicinior ſit ſalus, quam eo tempore* c *quo credidimus. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit;*

Penæ grauiter peccantium.

a *ſcientes* b *quod* c *cum* Detractoris. d *qui* e *contempſe-rint.* f *ſeparabunt eum.*

pinquauit, deponamus opera tenebrarum, quæ ſunt contentiones, detractiones, odia, & tumentis animi ſuperbia.

1. *Qui facilis eſt ad detrahendum, dicitque quod non eſt;* d *ſi in hoc peccato fuerit deprehenſus, monebunt eum ſecundò, & ſi audire* e *contempſerit,* f *ſeparabitur extra Conuentum fratrum ſeptem diebus, & panem tantum cum aqua accipiet, donec polliceatur, atque confirmet, ſe ab hoc vitio receſſurum, & ſic dimittetur ei.*

Not. De eiuſmodi pœna pro grauioribus culpis infligenda agit Benedictus cap. 23. & 25.

Iracundi. g *ſi quis iracundus &c.*

2. g *Iracundus, & furioſus, ſi frequenter iraſcitur ſine cauſa, & propter rem inanem, & vacuam, per ſex vices commonebitur: in ſeptima facient eum conſurgere de ordine ſeſſionis ſuæ, & inter vltimos collocabitur, docebuntque eum, vt ab hac mentis perturbatione mundetur. Cumque tres teſtes dignos teſtimonio, qui pro eo polliceantur, nequaquam ſimile quid eſſe facturum,* h *adduxerit, recipiet ſeſſionem ſuam: alioquin ſi ipſe remanſerit in vitio, moretur inter vltimos perdito priore loco.*

h verbum hoc eſt poſt ly *teſtimonio*

Not. De fratrum degradatione iuſtis ex cauſis ab Abbate infligenda agit R. P. Benedictus c. 63. & quod ea fugitiui mulctentur, decernit cap. 29.

Calumniatoris. i *priori loco fuerit, ſiue de infer.*

3. *Qui falſum cupit probare contra alterum, vt opprimat innocentem, tertio commonebitur, & poſtea reus erit iniquitatis, ſiue de* i *prioribus ſit, ſiue de inferioribus.*

Peruerſoris fratrum. k *ſuo* l *animos*

4. *Qui habet peſſimam conſuetudinem, vt fratres* k *ſuos ſermone ſollicitet, & peruertat* l *animas ſimpliciorum, tertio commonebitur; ſi contempſerit, & obſtinato animo in duritia perſeuerauerit, ſeparabunt eum extra Monaſterium, & verberabunt ante fores, dabuntque ei ad veſcendum foris panem ſolum, & aquam donec mundetur à ſordibus.*

Not. Excuſſi habent: *Et verberabunt ante fores triginta nouem,* id eſt vna minus quadraginta de quo ſuperius dictum 2.p.can.7. numer.58. Vbi tamen non dicitur quod extra fores infligantur verbera, quæ maximæ ignominiæ pœna eſt.

Murmurationis pœna. m *peſſimam* n *perſpicuè*

64. 5. *Qui habet* m *conſuetudinem murmurandi, & quaſi graui opere ſe opprimi queritur; docebunt eum quinquies quod ſine cauſa murmuret, & oſtendent ei* n *perſpicuam veritatem. Et ſi poſt hoc inobediens fuerit, & eſt perfectæ ætatis, ita eum habebunt vt vnum de ægrotantibus & ponetur in loco infirmorum, ibique aletur otioſus, donec redeat ad veritatem. Sin autem iuſta eſt illius querela, & à Maiore iniquè opprimitur, qui cum ſcandalizerit, eidem ſententiæ ſubiacebit.*

Not. Pœna plane verecundiam ingerens, quam dolorem, & quæ ſæpè prudentiſſimè & cum magno fructu infligeretur verecundioribus.

Inobedientis & mendacis. o *alterius culpa.*

6. *Si inobediens quis fuerit, aut contentioſus, aut contradictor, aut mendax, & perfectæ ætatis decies commonebitur, vt deſiſtat à vitiis: Si audire noluerit, Monaſterij legibus increpabitur. Quod ſi* o *per alterius culpam ad hæc vitia deuoluetur, & hoc fuerit comprobatum, ille qui cauſa extitit, reus erit vltionis.*

Puerorum amatoris.

7. *Si deprehenſus fuerit aliquis de fratribus libenter cum pueris ridere, & ludere, & habere amicitias ætatis infirmæ, tertio commonebitur, vt recedat ab eorum neceſſitudine, & memor ſit honeſtatis, & timoris Dei. Si non ceſſauerit, concipient eum, vt dignus eſt, correptione ſeueriſſima.*

Not. Mirum eſt eiuſmodi enormiſſimorũ ſcelerũ puriſſimum virum Pachomium meminiſſe, cũ longè ab eius temporibus & diſcipulis fuerint: nam de perditione futurorum anxium, ita eum Angelus alloquutus eſt: *Modo qui præſentia tua ſe continent tuarum ſequentes exempla virtutum, maxima gratiæ luce reſplendent.* Diſcoli multo poſt eum extinctum tẽpore futuri erant, & nihilominus iterum Monaſticem flores priſtinos recepturam, his docuit. *Poſt te quoque qui in huius ſæculi caligine fuerint immorati, quia prudenter intelligent quæ petenda ſunt, quæve fugienda; & ſpontanea voluntate nullo humanitus vtentes exemplo, de tantis exilierint tenebris, omnemque iuſtitiam ſeruantes æternam vitam toto corde dilexerint; amen dico tibi quia cum iſtis erunt, qui nunc tecum in ſumma continentia, & ſanctitate præclari ſunt, eamdemque ſalutem, ac requiem ſortientur.* Itaque de malis futuris anxius hæc dictabat homo Dei.

8. *Qui contemnunt Maiorum, & regulas Monaſterij, quæ præcepto Dei conſtituta ſunt, & paruipendunt ſeniorum conſilia, corripientur iuxta ordinem conſtitutum, donec corrigantur.* Præceptorũ contemptoris.

Not. Iterum hinc ad Præpoſitos reddit.

9. *Qui iudex eſt peccatorum omnium, & peruerſitate mentis vel negligentia reliquerit veritatem, viginti viri ſancti & timentes Deum, ſiue decem; & vſque, de quibus omnes dent teſtimonium, ſedebunt, & iudicabunt eum, & degradabunt eum in vltimum gradum, donec corrigatur.* 65. Iniqui Præpoſiti correptio.

Not. Non diſſimiliter puniendos Præpoſitos nequam decreuit D.P.Benedictus cap. 71. quem tu conſules.

10. *Qui conturbat fratrum animos, & facilis ad loquendum eſt, lites ferens ac iurgia, decies commonebitur. Si non fuerit emendatus, corripietur ordine Monaſterij corrigatur.* Seminantis diſcordias.

11. *Qui viderit de Maioribus & Præpoſitis fratrem ſuum in tribulatione, & noluerit cauſam tribulationis inquirere, eamque contempſerit: quæratur cauſa à ſupradictis iudicibus inter fratrem, atque Præpoſitum: & ſi deprehenderint negligentia Præpoſiti, vel ſuperbia coanguſtatum fratrem, & iudicaſſe eum non ſecundum veritatem ſed ſecundum perſonam, degradabitur de ſolio donec corripiatur, & ab iniuſtitiæ ſordibus emundetur; quia non conſiderauit veritatem, ſed perſonas; & ſeruiuit prauitati* p *animi ſui, & non Dei iudicio.* Præpoſiti perſonarum acceptoris. p *animæ ſuæ*

Not. In margine Caradignenſis M.S. minio notatur *De iudicio iniuſto.*

12. *Si quis promiſerit obſeruare ſe* q *regulam Monaſterij, & facere cœperit, eamque dimiſerit: poſtea autem reuerſus egerit pœnitentiã oſtendens infirmitatem corpuſculi, per quam non poſſit implere quæ dixerat; facient eum inter languentes commorari, & paſcetur inter otioſos, donec* r *apta pœnitentia impleat quod promiſit.* q *regulas* Proprio vitio exeuntis de Monaſterio. r *acta*

Not. Ad marginem Caradignenſis eſt: *De Vitioſo.* D. Benedictus de his agens cap. 29. *Frater,* ait *qui proprio vitio egreditur de Monaſterio, &c.* Ex taxatione penæ huius regulæ elicio, neminem debilitatis obtentu Monaſterium poſſe relinquere, cum is inter ocioſos, & languidos degere poſſit obedientiæ militans.

13. *Pueri, ſi in Domo fuerint dediti luſibus & otio, & correpti non poterint emendari, debet Præpoſitus vſque ad dies 30. ipſe eos monere, & corripere. Si viderit in prauitate perſiſtere, & non nuntiauerit* Præpoſiti pueros non corripientis.

Patri,

Digitized by Google

ſ Matrimonij. *Patri, ſ & aliquod peccatum in eis fuerit deprehenſum, ipſe pro his culpæ ſubiacebit, iuxta quod peccatum in eis fuerit deprehenſum. Qui iniuſte iudicauerit, iuſte ab illis condemnabitur.*

Puerorum in prudentium. Not. In excuſſis additur ante illud: *Qui iniuſtè &c.* hoc: *Omnes autem pueri qui non timent confundi pro peccato, & per impudentiam iudicium Dei non cogitant, & correpti verbo non emendauerint, verberentur quamdiu diſciplinam accipiant, & timorem. Qui iniuſtè &c.* De educatione puerorum in Monaſterij agit R.P. Benedictus c.30. & 37. & 59.

66. Scandalizantium pœna. 14. *Si vnus de fratribus, aut duo vel tres ſcandalizati ab aliquo receſſerint de domo, & poſtea venerint, ventilabitur inter eos, & ſcandalizantem iudicabunt: Qui reus inuentus fuerit, Monaſterij regulis emendabitur.*

Not. Deeſt in excuſſis.

Præceptorē defendentis. 15. *Qui conſenſerit peccantibus, & defendet alium delinquentem, maledictus erit apud Deum, & hominest. Corripietur increpatione ſeueriſſima.*

t &

Not. Hæc ſpectat illa Orſieſij lex in ſuis Inſtitut. *Nos inuicem amare debemus & oſtendere quod ſimus famuli D.N. Ieſu Chriſti, & filij Pachomij, & diſcipuli Cœnobiorum. Si Præpoſitus Domus aliquem corripuerit ex fratribus, qui ſubiecti ſunt, erudiens eum in timore Domini, & cupiens ab errore corrigere: & alius voluerit pro eo loqui, & eum defendere, ſubuertens cor illius; qui hoc facit, peccat in animam ſuam, quia ſubuertit eum qui corrigi poterat, & conſurgentem deiecit in terram, atque ad meliora tendentem mala perſuaſione decepit; errans ipſe, & alios errore faciens.* D. Benedictus cap.69. idcircò vetuit; *Vt in Monaſterio non præſumat alter alterum defendere.*

16. *Quod ſi per ignorantiam deceptus eſt, & non ita putauit vt verum eſt, ignoſcetur ei.* Præpoſiti nō recte iudicantis.

Not. Adhuc de Præpoſito non rectè iudicante agit.

17. *Et omnis qui peccat per ignorantiam, facile accipiet veniam qui autem ſciens peccauerit, ſuſtinebit increpationem iuxta menſurā u operis.* FINIS. Peccantis ex n altera. u opuſque peccati. dictandus.

QVARTA PARS

Nota Quæ ſequuntur deſunt in Codice Catadignenſi; extant vero in excuſſis à Petro Chacone qui ea è M.SS. extraxit.

Poſtquam pro diſcolis tot tantaque iudicia S.Pachomius perſcripſerat temporibus futuris profutura: nunc ad pietatis profeſſores, proboſque alumnos conuertitur, quibus quæ ſequuntur edicit.

Præcepta, & leges Pachomij.

67. Labor manuum moderandus. a deeſſe videtur, *quàm ferre queāt.*

1. *NE plus fratres facere compellantur; a ſed moderatus labor omnes ad laborandum prouocet.*

Not. Ita Angeli Regula, & Benedictus cap. 48. Metaphraſtes in vita Pachomij: *Regula hæc continet, vt vnuſquiſque frater vnam in die faciat ſtoream.* Et qui duas vana gloria ductus fecit, durè ab eo corripitur.

2. *Sit inter eos pax, & concordia, & libenter maioribus ſubiiciantur.*

3. *Sedentes, & ambulantes, & ſtantes inuicem de humilitate decertent.*

4. *Si quis peccatum fecerit, Patres Monaſteriorum emendare poterunt, & conſtituere quid ſequi debeat.*

Præpoſiti autoritas. 5. *Præpoſitus autem domus, & qui ſecundus ab eo eſt, hoc tantum iuris habebunt, vt compellant fratres in punctis ſingulis, vel Collecta domus, ſiue in Collecta maiori, hoc eſt omnium fratrum, ſubiacere pœnitentiæ.*

Not. De his Collectis diximus ſupra 2. p. Reg. 14. De Præpoſiti autoritate in puniendo vide 1.p.c.8. Reg.14.

Præpoſitus primus & ſecundus Ciſtercienſibus ſupprior. 6. *Quod ſi Præpoſitus peregrè fuerit; qui ſecundus eſt, locum eius implebit, tam in pœnitentia fratrum recipienda, quam in quocumque alio eorum, quæ in domo neceſſaria ſunt.*

Not. Secundus à Præpoſito, nunc à Ciſtercienſibus noſtris *Supprior*, à Benedictis Hiſpanis *Prior, ſeu Præpoſitus ſecundus*, qui tamen Præpoſiti abſentis omnes numeros explet. Videtur hæc regula reformari 52. cap. 57. quā alterius Domus Præpoſito id committebatur, quod tamen ægrè poſſet perficere.

7. *Si quis abſque conſcientia duorum ierit ad alteram Domum, vel ab alterius Domus fratre codicem ad legendum mutuum poſtulauerit, vel quodlibet aliud; Monaſterij ordine increpabitur.*

8. *Qui vult ſine macula & contemptu in Domo in qua deputatus eſt viuere; omnia quæ præcepta ſunt coram Deo obſeruare debebit.*

9. *Quidquid neceſſarium eſt, ſiue in agro, ſiue in Monaſterio, Præpoſitus, etiam non poſtulatus impleat.*

10. *Sex orationes facient veſpertinas, iuxta exemplum maioris Collectæ; in qua omnes fratres pariter congregantur.*

Not. Dictum de eiſdem 2.p. Reg.14. & 1. p.cap. 8. Reg.9. & 14.

11. *Summa dilectionis eſt, etiam ſi difficile fuerit, vt multum onus habeant, nec ex onere naſcatur tædium.*

12. *Si quis de foris venerit, & æſtu laborauerit, aliique fratres orationem celebrauerint; ſi ire non poteſt, non cogatur.*

13. *Quando Præpoſiti Domorum fratres de conuerſatione ſancta vitæ docebunt, abſque grauiſſima ægritudine nullus aberit.*

Not. Diebus ieiuniorum. 1.p.cap.7.Reg.52. & bis in hebdomada 2.p. Reg 15. 68.

14. *Maiores, quicumque ei fratribus mittuntur foras, quando ibi fuerint, habebunt ius Præpoſitorum: cuncta gerent arbitrio eorum docebunt fratres per conſtitutos dies. Et ſi fortè aliquid inter eos ortum fuerit* Extra Monaſterium qualiter abſoluendæ controuerſiæ.

ſimultatis, audient ipſi Maiores, & indicabunt cauſam, & dignum culpa increpabunt: & ad imperium eorum ſtatim ad pacem pleno corde conſentient.

Not. D. Franciſcus cum iter agebat, obedientiam comiti præſtabat, vt narrat Bonauentura in eius Actis cap. 6.

Controuerſia inter Præpoſitum & fratrem qualiter abſoluenda.

15. *Si quis de fratribus contra Præpoſitum Domus ſuæ triſtitiam habuerit, aut ipſe Præpoſitus contra fratrem aliquam querimoniam, fratres probatæ conuerſationis & Fidei audire eos debebunt, & indicabunt inter eos. Si tamen abſens eſt Pater Monaſterij, vel aliquò profectus, primum quidem expectabunt eum: ſi autem diutius commorari viderint, tunc audient inter Præpoſitum & fratrem, ne de ſuſpenſo iudicio maior triſtitia oriatur. Et ille, qui ſubiectus eſt, & hi qui audiunt, iuxta timorem Dei cuncta faciant, & in nullo dent occaſionem.*

Not. Videlicet detrahendi. De his iudiciis ſuperius actum 3.p.Reg.9. Sequens habet titulum, *De veſtibus. Monachorum.*

16. *Si quis de his quæ præcepta ſunt amplius habuerit abſque conceſſione Maioris, deferentur ad cuſtodiam veſtrum; & introeundi illic vel poſtulandi, non habebit poteſtatem, ſed erunt ſub Præpoſiti arbitrio, aut qui ſecundus eſt ab eo.*

Not. Satis de his dictum ſupra 1.p.c.7.Reg.13.ſed replicare libuit conſequenti tempore, ne res tanta memoria in poſterum laberetur.

FINIS REGVLARVM S. PACHOMII De quatuor partitionibus eorum iudicium.

69. Integra Pachomij Regula in prima parte continetur.

POſtquam ſeriò eæ à me diſcuſſæ ſunt, & Notulis vtcumque colluſtratæ, illud pro comperto habeo, primam partem eſſe integram S. Pachomij Regulam, quam ſuis promulgauit diſcipulis; in ea enim nouem diſtincta capitibus continetur quidquid optimi Cœnobitæ obſeruare tenentur. Sequentes duæ, id eſt ſecunda & tertia, poſtmodum reuelatione de Religionis deliquio habita, corde tremulus exarauit: quas tamen crediderim ſecretò Orſieſio, Patronio, Theodoro, Syro, & aliis talibus perfectis viris tradidiſſe ſuo tempore in lucem dandas; neque enim vtile piis eſſet, eiuſmodi ſcelera, quæ in eis taxantur, vel auretenus percipere. Atque hæc cauſa fuerit, vt ſub nouis titulis æditæ reperiantur. Quarta potuit publicè, quaſi ſecundæ æditionis lex, ab eo promulgari, & primæ ſuperaddi: quamquam non tam neceſſaria contineat Inſtituta, vt prætermitti non poſſit; quod & fecit. M. SS. nobilis atque irrefragabilis Caradignenſis Codex.

Iam reddamus eiuſdem ſancti Pachomij Epiſtolam ad Syrum Abbatem, ſeu Patrem Monaſterij *Cenum*, & ad Ioannem Præpoſitum eius Domus vt in eodem extat Caradignenſi Codice, magno Dei beneficio conſeruata. Porro de Syro, cui data eſt, egit Hieronymus in Prologo, Regulæ. Ioannis vero meminit autor vitæ Pachomij cap. 24. cum inter præcipuos eius, diſcipulos enumerans. Epiſtola autem Pachomij ſic habet.

EPISTOLA

PATRIS NOSTRI PACHOMII.

AD SYRVM PATREM MONASTERII cenum, & Ioannem præpoſitum domus eiuſdem Monaſterij, Ita & titulus M. SS.

TRANSIVIMVS *per te, & non potuimus ore nimia feſtinatione, Diuinum tecum conferre ſermonem. Ideo nunc per Epiſtolam loquimur. Omni virtute contende, vt impleas conſuetudinem Monaſterij, & facias quod præceptum eſt: ne correctioni futuri temporis præpareris, ſeruerisque in peccatorum vinculis condemnandus, & offerendus Deo propter negligentiam: non tuam ſolum, ſed & fratrum, qui tecum ſunt, & cooperantur tibi. Sciendum quod ea, quæ nobis dedit Deus, illis fideliſſimè tradere debemus: & memineris miniſterij, laboriſque ſanctorum, tu, & amici tui, qui cognouerunt æternam voluntatem, vt & ipſi fiant cohæredes eiuſdem repromiſſionis, & habeant immortalem à Deo, quæ creata eſt per Spiritum Prophetarum, & Apoſtolos roborata, qui ſuſtinuerunt pro ea omnes anguſtias, & perſecutiones. Crediderunt enim promiſſioni eius & idcirco fragrantia boni odoris ſibi parauerunt. Conſideremus ergo eos, quos Deus dominationae donauit, ſi forte eis ſeruire mereamur, & eorum adhærere doctrinæ, relicta omni ſuperbia, & peccato fortiſſimè reſiſtentes. Alpha quod abſque timore operatur in corporibus: abſorta eſt enim mors in victoria. Et quomodo rurſum infirmi ſumus in hoc tempore, ſcientes quod ſtatura ſit Eccleſia, & dirigenda in bonum, ſicut & prædixi tibi. Non eſt timendus interitus in loco peregrinationis noſtræ, ſed pugnandum quomodo pacem cũ his, qui Dei iuſtificationes cuſtodiunt, habere poſſimus. Si lucreris totum mundum, & habeas contra Deum inimicitias, quæ eſt vtilitas? Decet igitur, vt quæ dicuntur nobis, aliquando intelligamus, ſcientes quod mundus prætereat, & concupiſcentia eius. Vigilate, & videte quomodo ambuletis. Nouimus quod ineruditis occurrat mors: & ideo intelligite tempora, in quibus erit error, & ſeductio. Conſidera horas atque momenta, & menſium ſpatia, quorum curſu humana vita deuoluitur: & eorum numero ſcies, quanto tempore vnuſquiſque vixerit* (in M.S. eſt *viſcuerit*: an forte, *vir fuerit*) *vt poſſit colligere fruges ſuas, & implere ex eis horrea, & ſementem futuris menſibus*(an *futuris meſſibus?*)*præparare: vt cultura ſtudia tempore meſſionis inueniat, & coram Deo & hominibus poſſideat neceſſaria. Mortis timore ſuperato, & tranſeunte mundo, non celebret feſtos dies in veteribus veſtimentis. Ciuitates deſtructæ ſunt, & repletæ alienis. Qui autem pij ſunt, ſapient inire conſilium. Fluxit in deſerto aqua, & exultauerunt momenta, & volatilia: homo non vngetur vnguento, quod demolita ſunt muſcæ morientes: & quod compoſitum eſt filij agri. Ideo vigilare debemus, & omni ſolitudine futuris dapibus prouidere: ne confundamur in tempore, quando venerint tempora refrigerij, & ne conueniamur ſubditi ſeruitute, ſed vt ſimus noua conſperſio, ſcientes quod* 70. Eius Epiſtola.

Digitized by Google

quod pulchritudo agri nobiſcum eſt. Loquitur alibi ſermo Diuinus. Numquid comedam carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum bibam? Quamobrem non circumferamur omni vento doctrinæ, quia venit tempus, vt ſancti regnum accipiant: Expandit Sion manus ſuas, non eſt qui conſoletur eam. Iuuenes infirmati ſunt in plagis lignorum; diſpergens aquas itineris ſui. Mirmicollem periit, eo quod non haberet eſcam. Qui cum fure patitur, odit animam ſuam: Prophanas & varias doctrinas è vita. Aduena, ſicut indigena ſint inter vos. Occidit in grandine vineas eorum, & ſiccamina eorum in pruina. Acceptabilis Regi miniſter intelligens. Mel inueniens comede quod ſufficit, ne forte ſatiatus euomas illud. Memento iudicij, & miſericordiæ, per quam glorificatus eſt Deus, fideique fundamentum atque viuorum, vt per hac ſpem poſſidere valeamus: pugna, atque contende tu, & qui tecum ſunt fratres. Quia ſcripſi vobis in figuris & in parabolis, vt quæratis ſapienter, ſequentes ſanctorum veſtigia, ne incurratis iudicium Dei. Doctos ſermonibus eius omnipotens præſenti ſæculo nos ambulare non prohibeat, ſed inceſſabiliter iuſtitiam Dei ſemper operemur. Recordatio illius teſtimonij: Donec pertranſeat dies, & pluuia abeat, & recedat ſibi. Deus adiutor ſit noſtri in pace, quæ menſuram non habet largitatis quæ ſit in omnibus veſtris donec veſpertinum tempus pertranſeat. Hæc ſcripſi vobis omnia, vt nunc laborantes, requiem in futuro habere poſſitis. Amen.

Explicit Epiſtola R.P. N. Pachomij Hominis Dei.

Vide quæſo quàm verè de Pachomij Epiſtolis
71. Gennadius ſcripſerit: *Scripſit & ad Collegas Præpoſituræ ſuæ Epiſtolas, in quibus Alphabetum myſticis tectum Sacramentis, velut humanæ conſuetudinis excedens intelligentiam, clauſit; ſolis, vt credo, eorum gratia vel meritis manifeſtum.* Vnde & faſſus eſt ipſe: *Scripſi vobis in figuris, & in parabolis*; & illud: *Alpha quod abſque timore operatur in corporibus.* Suſpicor & cætera Alphabeti elementa in exemplari eiuſdem Epiſtolæ à Pachomio inſerta, quæ tamen à librario omiſſa ſunt. Et non tantum Suſpicor, cum audiam eius interpretem Hieronymum hæc in Prologo aientem. *Quas nos Epiſtolas, ita vt apud Ægyptios, Græcoſque leguntur, in noſtram linguam vertimus; eadem vt reperimus elementa ponentes.* Sed quæ? *Aiunt*, ait, *Thebæi quod Pachomio, Cornelioque, & Syro Angelus linguæ myſticæ ſcientiam dederit, vt ſcriberent ſibi, & loquerentur per Alphabetum, ſpiritualibus Hymnis quibuſdam, & ſymbolis abſconditos ſenſus inuoluentes.* Planè dictio ipſa Apoſtolicum redolet pectus. Alterius vero erit eam elucidare, nam Inſtituti noſtri metas exilire non audemus ad alia properantes: noſtrumque, cum omnibus Monaſticæ diſciplinæ alumnis, theſaurum Epiſtolarum Pachomij temporis iniuria rerum omnium edacis amiſſum, lamentari.

Alias eiuſdē myſticæ dictionis ſcripſit.

§. III.

Pachomiani Inſtituti ratio amplius aperitur, de eiuſque ſucceſſione, ampliatione, & duratione.

72. NVnquam ſatis mirari poſſum Diuinum Pachomij ſpiritum, qui nunquam antea Cænobiticam ſectatus vitam, ſed cuiuſdam Anachoretæ diſcipulus, ſubitò tam perfectus Cœnobiticæ magiſter euaſit, vt nemo ad tam minima prouidè deſcendere viſus ſit, nihilque, quod ab aliquo vnquam tactum fuerit prætermiſerit: Inſuper non ſolum Monaſteriorum exactiſſimam docuerit œconomiam, vt regulæ ipſius manifeſtant, ſed & magnæ cuiuſdam Religionis corpus tanta ſubornauit politia, vt ſuæ nihil deeſſe dicas eorum, quæ pro modernis moderandis poſt tot temporum curricula excogitatæ ſunt; & innumeras remediorum excogitandorum occaſiones. Quod ad Monaſteriorum œconomiam ſpectat, qui Regulas has callere cupit, præ oculis habeat neceſſum eſt perpetuam diſtinctionem domorū à Monaſteriis: quodlibet namque Monaſterium plures habebat domos, vt Tabenneſæ 24. & quælibet domus cellas plus minus 12. quarum quælibet ternos capiebat Monachos, vnde ſingulæ domus 30 vel 40. Monachos habebant. Monaſterio vniuerſo vnum dumtaxat erat caput, quod nunc *Pater*, id eſt Abbas, nunc *Princeps*, ſeu etiam *Maior* Monaſterij nuncupabatur. Singulis Domibus ſinguli erant *Præpoſiti* conſtituti: vnde nunquā *Præpoſitus Monaſterij* dictum reperies, ſed *Præpoſitus Domus*: ſicut è conuerſo, nunquā *Pater*, *Maior*, aut *Princeps Domus*, ſed *Monaſterij*. Toti etiam Monaſterio vnus œconomus deputabatur, quem D.P. Benedictus *Cellerarium* vocitauit. Is omnem rationem accepti & expenſi apud ſe habebat, emptionumq; & venditionum erat Præfectus. In Domibus poſt Præpoſitum erat & à Præpoſito *ſecundus*, qui poſt illum cuncta diſponebat Domus ſuæ. Erant & alij officiales inferiorū munium, vt Præfecti ſingularū artium, etiam Veſtiario, ac oſtiario Monaſterij nā Domorum Oſtiarij nō erant, cum omnes Domus ſub eiſdem continerentur Monaſterij muris, & qui hebdomadatim & viciſſim fratribus miniſtrabant, & coquinæ, triclinij, ac officinarū reliquarum curam gerebant. Quibus omnibus & ſingulis leges accommodatiſſimæ latæ ſunt; quas & recenſuimus iam, & tantiſper illuſtrauimus. Atque vndecumq; & exactiſſimè Monaſteriorum gubernatio, quâ nihil amplius deſiderari queat, expenſa manſit. Si tamen dictis adiungas; nihil in illis abſque ſeniorum conſilio diſponi ſolitum, etiam in Nouitiorum receptione, vt planè indicat illud Palladij in Lauſ. c. 20 & Heraclidis in Paradiſo c. 12. *Perſuadet fratribus Magnus Pachomius, vt eum admittant.* Macarium ſcilicet, qui cæmentito laboratoris habitu Tabennā acceſſerat Monaſticè à principio profeſſurus, & ſenectutis cauſabatur obſtaculo.

Integra Monaſterij & Domus œconomia.

Diſtinctio ***Domus à Monaſterio.***

Conſilio cūcta diſponebantur.

Sed quod amplius miteris ex multis magniſque Monaſteriis Tabenneſiotarum Religio ita coaleſcebat, vt nunc temporis ſingulæ noſtræ: atque ita 73.
numeris omnibus abſoluta gubernabatur politia, corpus vniuerſum, vt omnibus ſimul *Generalis* Pater, *Abbas*, aut *Princeps* vnus præeſſet, cui ex officio incumberet munus vniuerſa Monaſteria viſitandi & reformandi, tam in capite, quam in mēbris. Eius electio ad ipſos ſubditos vt expectaret, Pachomius ipſe decreuit, vt Acta eius produnt c. 53. & vltimo quæ ſic habent: *Ante duos ergo dies dormitionis ſuæ conuocans vniuerſos fratres, ait ad eos: ego quidem chariſſimi viam Patrū ſecutus ingredior, nam video me à Domino protinus euocari. Eligite vobis fratrem me præſente, qui poſt Deum præſit omnibus; curamque veſtrarum agat animarum. Quantum verò mea diſcretione perpendo, Petronium ego ad hoc opus idoneum iudico: veſtrum autem eſt, quod expedit vobis, eligere.* Conſilio dumtaxat vſus eſt ad ſuos, eligendi illis iure ac libertate retentis. Sed quod illi? *Receperunt ergo, & in hoc, obedientiſſimi filij conſilium Patris*, mentis eli-

Omnia Monaſteria ſub vno Generali capite.

Petronius Pachomij ſucceſſor qualis vir.

gendi moti; *Erat enim Petronius potens in fide, humilis in conuerſatione, intellectu prudentiſſimus, bonis moribus, diſcretione perfectus. Pro quo precem Domino S. Pachomius fudit, quia & ipſum in Monaſterio cognomento Chinoboſciorum ægrotare compercrat. Cui licet abſenti cunctam fraternitatem commendauit in Domino, mittens ad eum protinus vt veniret.*

Abbas Generalis bis Petronius eligitur.

47. Dices: Vndenam habebimus Petronium Abbatem Generalem totius ordinis (loquor modernis vocibus) & non potius ſolius Monaſterij Tabennenſis? Planè ex multis id planum reddentibus. Primo quia vniuerſam fraternitatem illi dicitur commendaſſe, in quo nullus Pachomij ſubditorum excluditur. & de viro eligendo actum eſt, qui in omnibus Pachomio ſuccederet, & totum munus eius expleret. Secundo: quia vniuerſa Monaſteria eius Regulis addicta, ita in vnum coaluerant corpus, vt ad præceptum Pachomij omnium Monaſteriorum Præpoſiti bis in anno vnà conuenire cogebantur ad Monaſteriorum *Baum* Paſchatis feſtiuitatem celebraturi, & de rebus ſuis acturi, vt in Prologo Regulæ apertè inquit Hieronymus à nobis adductus n. 16. quod proculdubio Capituli Generalis ſpecimen habebat. Nec dubium tibi ingerat, quod duo ſingulis annis Capitula cogi difficile videretur, cum id ad exemplar vniuerſalis Eccleſiæ ſtatutum à Pachomio ſit. Enimvero 38. Apoſtolorum Canone ſic decretum fuit; *Bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur, vt inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant. Semel quidam quarta ſeptimana Pentecoſtes, ſecundo vero 12. die menſis Hyperboretei, id eſt iuxta Rom. 4. Idus Octobris.* Confirmauere hoc idem decretum Nicæna Generalis Synodus, & Antiochæna. Can. 20. Refertur à Gratiano D. 18. c. Propter, & à S. Martino Dunienſi in Collect. Canon. num. 18. Idque Hiſpanis noſtris ſcribens Hormiſda iterum idem ſtatuit c. 4. Epiſt. ad ipſos data. Pachomius autem Eccleſiæ Patrum veſtigia ſecutus, tantumdem ſuis decreuit, vt Gennadius lib. de Vit. Illuſtr. prodit c. 7. inquiens: *Pachomius ſcripſit ad omnium Monaſteriorum Præpoſitos, vt in vnum antiquius Monaſterium, quod lingua Ægyptiaca Parum vocabatur, congregati, Paſchadiem velut æterna lege celebrent, Epiſtolam vnam. Similiter & diem remiſſionis, quæ menſe Auguſto agitur, vt in vnum Præpoſiti congregarentur, Epiſtolam vnam.* Quare non ſemper ipſe, poſtquam eius inſtitutio dilatari cœpit, in Tabennenſi Cœnobio degebat, ſed in alio, vnde cunctorum facilior adminiſtratio erat: quod Tabenna inſula in ſuperiori Ægypti angulo exiſteret. En Metaphraſtem tibi profero, in Actis Pachomij hæc aientem: *Theodorum, qui ſatis habebat ſpiritus, & poterat multis prodeſſe, conſtituit Diſpenſatorem* (ſeu Præfectum) *Monaſterij quod eſt in Tabenniſſe: Ipſe autem habitauit in alio Monaſterio, vbi erat œconomia* (id eſt diſpenſatio ſeu gubernatio) *aliorum Monaſteriorum*, nimirum in Baum: vt ſic ad occurrentias omnes gubernationis omnibus præſto eſſet.

Capitula generalia bis in anno celeberata in Monaſterio Baum.

Sequens Pachomius Eccleſiæ morem.

Pachomius in Baum commoratur.

Theodorus Tabennenſi Monaſterio præficitur.

Succedit Pachomio in Generali Præfectura.

75. Tertio denique argumento prætenſi Generalatus ſit, quod Theodorus egit, ſcripſitque poſt Pachomij mortem ad Monaſteriorum quorumdam Præfectos, qui conabantur priſtinum vitæ conſortium reſcindere: de quo hæc habet Gennadius c. 8. *Theodorus Presbyter ſucceſſor gratiæ, & Præpoſituræ ſupradicti Abbatis Pachomij, ſcripſit ad alia Monaſteria ſimul & hortatur permanendum in propoſito cordis, & ſtudij, & redire in concordiam & vnitatem, eos qui poſt Abbatis obitum diſceſſione facta à cœtu ſemetipſos abſciderant vnitatis.* Sunt autem eius exhortationis Epiſtolæ tres. Porro non Petronium dumtaxat vniuerſæ fraternitati Tabenneſiotarum poſt Pachomium liquet fuiſſe præfectum, ſed eo decedente etiam Orſieſium: de quo ſic ſcriptum in Actis c. 55. *Qui* (Petronius) *paucis diebus totam fraternitatem gubernans, & hic in pace defunctus eſt, relinquens poſt ſe virum iuſtum, & acceptum Deo Orſieſium nomine*, cuius nimirum ſæpe ſuperius mentionem egimus. Ei verò Theodorum itidem in munere ſucceſſiſſe, ſatis expreſſit Gennadius illis verbis: *Succeſſor gratiæ & Præpoſituræ ſupradicti Abbatis Pachomij.*

Orſieſius Patronio ſuccedit.

Ab Athanaſio Generalis confirmatur.

Accedit teſtimonium Metaphraſtis, qui vult S. Pachomium à Magno Athanaſio Alexandrino Tabennenſe Cœnobium inuiſente ad petitionem Aprionis Tentyrorum Epiſcopi Generalem Patrem electum, ac confirmatum fuiſſe; erat enim vtrique ſubiectus; huic vt proprio Epiſcopo, illi vt Patriarchæ: ait ſiquidem Metaphraſtes ex Gentiani verſione: *Tentyrorum Eccleſiæ Epiſcopus pro ipſo rogabat S. Athanaſium dicens: Habeo Patrem Monachorum in locis mihi ſubiectis virum mirabilem, & magnum Rogo tuam ſanctitatem, vt eum conſtituas Patrem omnium Monachorum:* Verùm cum hoc refert amor vitæ ipſius c. 27. non de ſuperioritate vniuerſali, qua iam pollebat, ſed de Ordine Presbyteratus intelligit: *Orabat vt ad honorem Sacerdotij dignißimè promoueret.* At cui potius credendum? Ego Metaphraſti aſſentiar, vtpote qui rem multo magis rationi conſonam refert; namque Presbyteri gradus ad Epiſcopum proprium expectabat: quare non pro eo Patriarcham rogaret, ſed ipſe dignum agnitum promoueret: ergo quod Patriarchæ proprium erat precabatur: videlicet, vt Archimandritæ vniuerſalis munus illi impertiretur, ſeu confirmaret; quòd Monaſteria ipſa ſubiecta per varias diœceſes erant diſperſa, & Patriarchæ præditus facultate à nemine Epiſcoporum Ægypti Prælati Generalis functio impediri poſſet. 76.

Viſitat ſibi ſubdita Cœnobia.

Cæterum de Viſitationis munere, quod Pachomius in ſibi ſubiectis Monaſteriis implebat, multa in eius vita extant præclara teſtimonia: nam c. 15. dicitur: *Omnia quoque Monaſteria ſolicitè circuibat, vſque dum rurſus ad eoſdem filios ſuos paterno repedaret affectu: quos inueniens in opere Dei ſolicitè vigilare, gaudebat: multumque profectum eorum lætabatur augmentis.* Rurſus c. 14. *Cum multis ex cauſis precibus acquieuiſſet Epiſcopi* (videlicet Panopolitani, qui eum ad extruenda noua in ſua diœceſi Monaſteria conuocabat) *dum properat ad eum, iuſtum credidit, & per iter omnia Monaſteria, quæ ab eo curabantur inuiſeret, &c.* Extat & quorumdam Viſitationum exemplar. In hoc ipſo itinere, *cum vni ex ipſis Monaſteriis appropinquaſſet, cuiuſdam fratris occurrit exequiis, qui vitam negligenter conſumpſerat.* Ea re cognita, *præcipit defuncti veſtimenta ſplendida auferri, & coram omnibus fecit exuri: & ita adauer* (nullum ſcilicet) *efferri, ac præter aliquam pſalmodiam ſepeliri, renuentibus eius conſanguineis, qui funeri intererant. Moratus eſt autem ſanctus ibidem cum Monachis duobus diebus: docebatque inprimis ſingulos timorem Domini: deinde qualiter aduerſus diabolum dimicare deberent, & inſidias eius per Chriſti poſſent declinare gratiam.* Egregia planè viſitationis forma de ſingulorum agere profectu, & breui ſe alio ſubtrahere. 77.

Veſtes pretioſæ taxantur.

Tunc

Tunc nuntiatur ei quod frater quidam de Chenoboſciorum Monaſterio graui infirmitate detentus benedictionem precis eius vltimam poſtularet. Hæc audiens homo Dei confeſtim ſecutus eſt eos, qui hæc ſibi retulerant. Deinde extructis propè Panopolim Monaſteriis, *in iſdem nuper extructis diebus plurimis immoratus eſt: Exinde profectus eſt.* ita cap. 43.) *atque ad aliud Monaſterium, quod ſub eius erat ditione, peruenit. Quem cum fratres omnes in occurſum eius properantes ſumma veneratione ſuſciperent: infantulus quidem de ipſa Congregatione, qui inter alios occurrerat, clamare cœpit: Verè, Pater, ex quo hinc ambulaſti, nullus nobis olera, nec legumen aliquod coxit.* Retulimus rem hanc in ſuperioribus ad regulam 3. cap. 3. qua quingentas vnius coqui mattas combuſſit dicens: *Sicut vos traditam vobis erga diſpenſationem fratrum regulam deſpexiſtis, ſic ego paſſim labores veſtros incendio concremaui: quatenus cognoſcatis, quam periculoſum ſit Patrum inſtituta conuellere, quæ pro animarum ſalute prouiſa ſunt.*

78. Alia Viſitatio.

Addam & aliam Viſitationem eius ex Metaphraſte hac aiente: Cum Magnus Pachomius ſtuduiſſet diligenter in vnoquoque Monaſterio conſtituiſſet fratres potentes ſpiritu ad reliquos gubernandos & hoc Generalis Præfecti muneris eſſe, quis neſciat? *Ipſeque certis interiectis internallis Viſitaret Monaſteria, & illuc quoque veniſſet* (vocabatur Muchonſe) *dum ipſe ingrederetur Monaſterium, ſtabat ficus alta admodum, in qua ſolebant quidem pueri clam aſcendentes ex ea ſumere fructus, & comedere. Cum hoc autem vidiſſet vir ille magnus, & ei appropinquaſſet, videt ſpiritum quemdam immundum, qui ſedebat ſuper ipſam, Cum verò cognouiſſet hunc eſſe dæmonem gulæ, & exploratum habuiſſet hunc eſſe qui maximè decipiebat iuuenes; vocat prædictum fratrem, qui erat hortulanus Monaſterij, & dicit ei: Excinde frater hanc ficum: eſt enim indecorum eam ſtare in medio Monaſterij, propterea quod ea afferat offenſionem in his, qui cognitione nequaquam ſunt ſtabiliti. Is autem cum hoc audiſſet, magno dolore eſt affectus, & dicit illi magno: Nequaquam, ô Pater; magnum enim fructum ſolemus ex ea percipere. Cum autem eum vidiſſet affectum moleſtia, ſciretque eius vitam admirabilem, & vtilem, noluit eũ amplius cogere, ne afficeretur maiori triſtitia, (erat is tantus vir, quod cum ſolus horti curam gereret, & frugiferas ipſe plantaſſet arbores, nullum vnquam omnino fructum guſtauit vſque ad mortem; ſed ea fratribus, & hoſpitibus ſeruabat. Vixit vero in Monaſterio 85. annos* (Sed quod? *Sequenti die viſa eſt arbor adeo ſicca, vt nec folium viride, neque fructus in ea omnino inueniretur. Cum id ergo vidiſſet B. Ionas (ita enim vocabatur ſenex) maiorem accepit dolorem ex inobedientia, quod cum dixiſſet ſanctus, non eam ſtatim omni ſtudio & alacritate animi excidiſſet.*

Gulæ occaſio reformatur.

Adiicit & aliud, quo fratrem ob oſtentationem duas vno die ſtoreas contexentem, & eas coram Pachomio diſſimulanter conſtituentem, ita de iactantia mulctauit; vt palam edito ex imis viſceribus ſuſpicio fratrum vniuerſitati dixerit: *Videte hunc fratrem qui à manè hucuſque laborauit, Diabolo totum ſuum donauit laborem, & ſui operis nihil reliquit, quò ſuam recrearet animam: quoniam magis amauit hominum gloriam quam Dei: & labore quidem corpus ſuum conſumpſit, fructu vero laborum vacuam reddidit animam.* Vocatumque illum fratrem increpauit, *& præcipit, vt orantibus fratribus* (id eſt dum in oratione eſſent) *duas tenens ſtoreas, ponè eos diceret. Rogo vos fratres, vt oretis pro infelici mea anima, vt ſummè miſericors Deus veſtris precibus eius miſereatur; quæ has duas ſtoreas eius regno prætulit. Et eius dum fratres comederent, iuſſit eum eodem modo ſtare in medio eorum cum ſtoreis, donec fratres à menſa ſurgerent. Et poſtea iuſſit eum includi ſolum in cella, & tempore quinque menſium quotidie facere duas ſtoreas, & panè veſci cum ſale, & nullum fratrem conuenire.* Obſerua ſeueriſſimam eiuſdem vanæ gloriæ animaduerſionem.

Vanæ gloriæ ſeuera punitio.

Neque ſilentio decretum aliud dignum eſt abſoluamus, de pulchritudine ædificiorum vitanda, quod in viſitationem eiuſdem Cœnobij Muchonſe edidit ſanctus vir: quod quidem ita refert Metaphraſtes: *Cum in hoc Monaſterio oratorium ſanctus ædificaſſet Pachomius, porticuſque & columnas numeroſè conſtruxiſſet lapidibus* (porticus nos *Naues* vocamus) *delectatus eſt opere, propterea quod id pulchrè ædificaſſet. Cum autem apud ſe conſideraſſet non oportere hominum opera admirari, & delectari ſpecie pulchrorum ædificiorum, recenti adhuc opere, acceptis funibus & columnis alligatis, iuſſit fratribus, vt eas traherent totis viribus, donec inclinata, non fuerunt amplius decora.* Futilis planè fabrica ædificij, cuius columnæ funibus trahi potuere, & nihilominus de pulchritudine arguitur à Pachomio, & emendatur. *Deinde vero cœpit dicere: Nec vos quoque fratres multum contendatis iactare, & magnificare opus manuum veſtrarum, ſed orate potius; vt gratia Chriſti & dono S. Spiritus integra maneant opera veſtra, & ne mens lapſa propter laudem artis fiat præda diaboli: ſunt enim multa eius inſidiæ.* Subditque Metaphraſtes: *Ita in vnumquodq; veniens Monaſterium eis proderat: & ſedens, eis ſanctas exponebat Scripturas, & hortabatur vt nulli eſſent affines reprehenſioni, &c.* 79.

Alia viſitatio.

Ædificiorũ pulchritudo vitanda.

Porro Monaſteriorum ſibi ſubiectorum quædam ab eo ædificata ſunt, quædam ab antiquis retro temporibus erecta, famâ ſuæ inſtitutionis id operante ſponte ſeſe illi ſubiecere. Vniuſque rei profert Metaphraſtes teſtimonium, inquiens: *Iam vero cum vidiſſet Dei prouidentia multiplicari fratres, & in arctum cogi Monaſterium* (Tabennæ) *traduxit ex eis aliquos in vicum qui dicitur Pibi; & extructo illic Monaſterio, eis præfecit œconomum, vt diſpenſaret quæ opus erant fratribus. Cum autem eis ſcripſiſſet Regulas, & arrham dediſſet orationem, & plurimas ſpirituales adhortationes, &c. curam gerebat ſenex, viſitans aſſiduè hæc duo Monaſteria.* Rurſus *Poſt aliquod tempus ad eum venit ſenex quidam, qui ſe maximè exercebat, nomine Eponychus, qui ipſe erat Præfectus alterius Monaſterij* (nomine Cheno boſcium) *antiquiſſimorum fratrum, & perfectorum. Is magnum rogabat Pachomium, vt ipſum aſſumeret, & ſibi coniungeret. Ille vero ei acquieſcens* (quo eum ſuis melius legibus inſtrueret, vt & non facimus) *illuc quoque fratres adduxit ex proprio Monaſterio. Cumque Deum pro illis oraſſet, & præce-* 80.

Monaſteria Pachomio ſubiiciuntur.

piſſet fratribus, qui primi illic erant, vt hi ſuas omnino regulas ſequerentur & eis quoque formas pro more præbuiſſet, & eis conſtituiſſet, vt viuerent conuenienter regulis primi Monaſterij; Ipſe Domino agebat gratias, &c. Et quid plura? *Eodem modo rogatus à fratribus, qui degebant in Monaſterio Machonſe, vt eorum curam poſt Deum ſuſciperet, ceſſit Pater, & cum eis quoque feciſſet eaſdem Conſtitutiones; & eos coaptaſſet inter proprios fratres, ipſos quoque commendauit Deo, & tradidit, & commiſit ſuis Sanctis.* Suis, inquam, fratribus, quos Tabenna acceſitos eis præfecit. Neque aliter inter nos hiſce temporibus contingere video in reformatione Religionum recentiſſimarum aggregari Monaſteria in Congregationem, & vni ſubiici Prouinciali, vel Generali Prælato ius Viſitationis acquirenti ex noua Monaſteriorum ſubiectione, omniaque eiſdem inſtitutionibus gubernanti. Egimus ſupra de Monaſteriis ab eo denuò extructis in diœceſi Panopolitana, ad Epiſcopi petitionem: meminimuſque aliorum propriis nominibus, id eſt *Baum*, vbi ad Comitia omnes inuitabantur; *Canum*, cui S. Syrus præerat; & *Tanobo*, quod in *Metanea* nomen tranſlatum eſt, vti Hieronymus dixit in Prologo Regulæ Pachomij.

81. *Tabennaſiotæ quot numero fuerint*

Creuit autem Tabenneſiotarum numerus, vt ipſe Hieronymus pro Comitiis congregari ſolitos teſtatur ad quinquaginta millia. Sed an error in numeri notam irrepſerit, videndum. Sanè Codex Caradignenſis literis manifeſte id expreſſit, non Arithmeticæ notis. *Ad illud omnes congregantur* (ad Baum) *vt quinquaginta millia ferme hominum Paſſionis Dominicæ ſimul celebrent feſtiuitatem.* Huic conſonare videtur autor lib. 1. de Verb. ſenior: quem alij Ruffinum, nos Palladium credemus, dum numer. 34. inquit de S. Pachomio: *Qui fuit Pater infinitæ multitudinis Monachorum, multorumque Monaſteriorum in partibus Thebaydæ.* Cæterum numerum haud ſatis veroſimilem ſic limitat Palladius cap. 38. Lauſ. *Sunt autem hæc Monaſteria quæ formam hanc obtinuerunt, habentia virorum circiter ſeptem millia.* Et Heraclides cap. 19. *Plurima igitur ſunt Monaſteria, in quibus ad ſeptem millia ſunt virorum, quæ eiuſmodi inſtituta cuſtodiunt.* Vnius vero Tabennenſis incolæ ad mille quadringentos fratres aſcendiſſe, vterque profitetur eiſdem locis: & Palladius quoque alibi id eſt cap. 20. Vbi de S. Macario agit Tabennam aſcendente: *Eſt autem vnius Monaſterij Conuentus mille quadringentorum virorum vſque in hodiernum.* Atqui Caſſianus cum de eo agit, valde ab eis diſſentit, nam lib. 4. de Inſtit. cap. 1. ſic ait: *Quædam de Tabenneſiotarum regulis admiſcens, quorum in Thebaide eſt Cœnobium quanto numero populoſius cunctis, tanto conuerſationis rigore diſtrictius. Siquidem in eo pluſquam quinque millia fratrum ſub vno Abbate reguntur: tantaque ſit obedientia is tam prolixus Monachorum numerus, omni æuo ſeniori ſuo ſubditus, quanta non poteſt apud nos vnus vni, vel obedire pro modico tempore, vel obedire pro modico tempore, vel præeſſe.* Neque in numero quinque millium mendum eſſe videtur; nam contuli textum hunc cum M. SS. 800. annorum vetuſtatis, qui clariſſimis ei concinit literis, non numerorum notis ſcriptus. Sed planè Caſſianus hallucinatus eſt, nam numeratis 30. lib. 40. Domibus de quibus conſtabat Hieronymi teſtimonio, quarum ſingulæ 40. fouebant fratres, ſit vt ex eis reſultet numerus 1200. velut plurimum 1400. à Palladio & Heraclide notatus; vel ex iis medius 1300. quem Sozomenus lib. 3. cap. 33. & Nicephorus lib. 9. cap. 14. amplectuntur. Quamquam haud ſciam, quomodo id quadret Angelico præſcripto, quo in 24. ordines, ſeu turmas vniuerſa Monaſterij multitudo diſtribuenda erat: ex quo totidem domus concedendas eſſe, nec plus nec minus, palam eſt cunctis, & Regulæ planè conforme. In has vero 24. ſi 1300. diſtribuas, 54. Monachos cuiuis Domui accommodare opus erit: ſi 1400. Monachos 58. & pluſculum quid, qui ſanè calculus mihi multò magis arridet.

82. *Virginum Monaſteria & numerus.*

Augebát etiã numerum ſubditorum, & ſupremi Præfecti autoritatem, ſanctimonialium ſacra Cœnobia, quorum duntaxat Tabennenſe in aduerſa Nili fluminis ripa conſtructum quadringenta, & eo amplius, Virgines alebat, Palladio & Heraclide autoribus. Primum earum ſoror Magni Pachomij iecit fundamenta, de qua cap. 28. Actorum eius ſcribitur, quod cum fama ducta ſanctimoniæ fratris ad eum inuiſendum accederet, & ille renueret (vt poſtmodum Bernardi mei contigit ſorori) corde compuncta eſt: & pedem ad ſæculum retrahere nolenti, Monaſterium à Pachomio extructum eſt; multiſque ei Virginibus adiunctis, *Pachomius deſcripſit Regulas, quibus vtentes, iugiter conuerſationis ſuæ momenta dirigerent. Exceptis enim melotis, quæ fœminæ non habent, omnis inſtitutionis earum forma Monachis præbetur eſſe conſimilis.* Conſule quæ de earum inſtitutione, & modo ad eas inuiſendas accedendi in Regula ipſa dictum eſt. 1. p. cap. 9. De ordine funeris Virginum diximus ibidem cap. 8. reg. 15. Primum earum Præfectum ipſe itidem Generalis Pachomius conſtituit Petrum nomine, ætate grandæuum, & venerandâ ſenectute conſpicuum: de quo autor vitæ eius cap. 28.

83. *Diſcipulorũ ſerapionis numerus.*

Quodnam verò iudicium ferre æquum erit de ſerapione Presbytero, & Archimandrita, quem Ruffinus refert habuiſſe, *ſub cura ſua plura, & diuerſa Monaſteria, quaſi decem millium Monachorum, qui omnes ex laboribus propriis partem plurimam ad vſus pauperum deſtinabant?* Ita ille lib. de Vit. PP. cap. 18. An forte ex Tabenneſiotis vnus erat? aut error innumeri nota? *An Tabennaſiota fuerit.* Errorem omnem abeſſe, certum faciunt Palladius cap. 76. qui id expreſsè aſſerit: *Serapionem, patrem multorum Monaſteriorum, & qui præeſt multa fraternitati, vt qui ſit decies mille numero:* Et Græcus ſcriptor de Verb. ſenior, quem Paſchaſius latinitati reddidit cap. 43. *Serapionem Abbatem habentem ſub regimine ſuo decem millia Monachorum.* At ex Tabenneſiotis non fuiſſe, numerus ipſe indicat, multis millibus copiam eorum excedens: præſertim quia hunc in Arſenoite regione degere ſcripſit Ruffinus ipſe, & Palladius; non in Tabenna, aut Thebaide ſuperiori, vbi erant Pachomij diſcipuli. Planè huiuſmodi decem millia Monachorum de illorum numero ſunt, quorum de hoc Ruffini opere agens meminit Hieronymus Epiſt. ad Creſiphontem: *Librum ſcripſit quaſi de Monachis, multoſque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt.* Sunt & de illis,

quos

Digitized by Google

quos cap. 5. in vna Ægypti ciuitate non valde frequenti, id eſt Oxyrincho, degere dixit, inquiens. *Requirentes enim à Sancto Epiſcopo loci illius viginti millia Virginum, & decem millia Monachorum inibi haberi comperimus* : Quod Palladius in ſuam Lauſiacam transferre veritus eſt; tametſi alia quoque incredibilia ab eo hauſerit. Tale eſt quod Ruffinus de vbertate eleemoſinarum ſub litorum Serapionis ait : *Neque intra Ægyptum ſufficiunt pauperes qui poſſint miſericordia eorum fructus & largitates abſumere*. Numerus item Monachorum ſub Or Abbate Origeniſta à Palladio c. 9. *Factum eſt vt ad eum conuenirent tria millia Monachorum.*

84. Monachorum totius Ægypti numerus.

Vt igitur hæ Monachorum copiæ incredibiles & falſæ ſunt, ita quoque vitandum eſt aliud exiguitatis extremum, quo nimirum Theodoretus in calce Philothei inquit : *In Ægypto autem, inquiunt, etiam pluſquam millia virorum habere Monaſteria, qui operantur, & interim Dominum laudant, hymniſque celebrant.* Conſtat ſiquidem diſcipulos Antonij, quibus Macharius ægyptius Regulam exarauit, ad quinque millia excreuiſſe; & Nitriotas, ſub quibus & Cellarum habitatores ſemper intelligo, ſub Amone totidem fuiſſe autore Hieronymo Epiſt. 22. ad Euſtoch. Scithiotarum numerum ad mille trecentos, Moſchi teſtimonio probatum à nobis eſt : quingentos quoque habitaſſe in mente Pherme, (qui inter Scithim & Nitriam iacet) ſub Theodoro Patre prodit Palladius in Lauſ. cap. 23. Admittimus & alios quingentos ſub Patre Apolonio coaluiſſe in finibus Hermopolis; ad quam ciuitatem ſaluatorem noſtrum cum Maria & Ioſeph de Iudæa adueniſſe tradunt : admittimus inquam teſtimonio eiuſdem Palladij cap. 7. Sed & Or non exiguam diſcipulorum manum corrupiſſe (vtpote Origeniſta) non renuimus. Liquet & alia multa virorum Monaſteria, vt S. Heleni, & aliorum per Ægyptum ſparſa extitiſſe, & floruiſſe, nulli certæ Regulæ, aut peculiari inſtituto addicta; id eſt nec Antonij, aut Macharij, Ammonis, Arſenij, & ſociorum, aut tandem Pachomij Regulis regerentur, quos enumerare poſſibile prorſus non eſt. Denique Pachomiani cæteros multitudine, & ordine ſuperarunt; vt qui in vno dumtaxat Cœnobio mille quadrigenti extiterint, & in vniuerſum ſeptem millia ſuperarint. Atque vltra hos fœminarum non minora forte floruere contubernia, cum Tabennenſe quadringentas aluerit, & Theodoretus citato loco ſcribat : *Ducenta & quinquaginta, & plures & pauciores ſimul viuunt, vno veſcentes cibo &c. Sunt autem huiuſmodi innumerabilia ſapientiæ gymnaſia, non ſolum in noſtra regione, ſed etiam per totum Orientem. Iis autem plena eſt Paleſtina, & Ægyptus, &c.* Numerum autem nouit ſolus Deus, qui numerat multitudinem ſtellarum. Illud Ambroſij afferre ſit ſatis lib. 3. de Virginibus. *Diſcite quantas Alexandrina, totiuſque Orientis & Africana Eccleſia quotannis ſacrare conſueuerint. Pauciores hic homines prodeunt, quam illic Virgines conſecrantur.*

85. Quoque Pachomij ſe extenderit iſtitutio?

Supereſt vt tandem dicamus, quouſque Pachomij ſe extenderit inſtitutio? Qua de re autor vitæ eius cap. 45. refert ita ab Angelo fuiſſe edoctum: *Veruntamen animæquior eſto, & confortetur cor tuum, quia poſteritas tua manebit in ſæculum, nec vſque in finem mundi deficiet! ipſique qui poſt te futuri ſunt, de profunda illa caligine liberabuntur; quotquot vixerint abſtinenter, & curam ſalutis propriæ geſſerint.* Quod ſane de Cœnobitico Inſtituto dictum credo, quod Pachonius præcipuè ſtatuere intendebat. Hoc ſiquidem Baſilius in Aſia, Hieronymus in Syria, Auguſtinus in Africa, ac tandem Benedictus in Occidente datis legibus reſtituere enixè curarunt. Aut quid aliud ſibi Benedictus voluit cap. 1. cum dixit. *Ad Cœnobitarum fortiſſimum genus diſponendum adiuuante Domino, veniamus.* Et tamen nihil penè Regularum Pachomij omiſit, quod ſuis non inſeruerit, vt ſuo loco adiuuante Domino demonſtrabimus, & ex parte in Notis ſuperioribus ad Pachomianas mõſtratum eſt. Quamquam ſi de ipſiſmet numero Pachomij Regulis agitur; vt ab eo elaboratæ ſunt, Hieronymus ſuis eas propoſuerit in Paleſtina, verba illa indicant eas latinitate donantis : *Vt noſtri fratres Ægyptiorum; hoc eſt Tabennenſium Monachorum, exempla ſequerentur.* Et Caſſianus eas libris ſuis *de Inſtitutis renuntiantium* ex profeſſo intexuit. (vt ille lib. 4. cap. 1.) vt Monachi Galliarum, quos Caſtorius Epiſcopus inibi congregare cœperat, ad præſcriptum illarum inſtruerentur: eo dumtaxat habito temperamento, vt ſi quæ illarum *pro aſperitate aerum, ſeu pro difficultate ac diuerſitate morum, impoſſibilia in iis regionibus, vel dura, vel ardua comprobaſſet; inſtitutis Monaſteriorum, quæ per Paleſtinam, vel Meſopotamiam habentur, aliquatenus temperaret* : vt verbis eius vtar ex Prologo ipſius operis de Inſtit. ad Caſtorium. Quouſque autem in Galliis Regula S. Pachomij in vſu fuit, ſatis Bernardus meus aperit lib. de Præcepto & Diſpenſ. cap. 7. cum ait : *Proinde ſi profeſſio ſecundum illam Regulam Abbas meus mihi aliud fortè imponere tentauerit, quod non ſit ſecundum iſta inſtituta, verbi cauſa Baſilij Auguſtini, PACHOMII: quænam mihi, quæſo, in hac re neceſſitas imminet obſequendi? ſolum quippe id à me poſſe exigi arbitror, quod promiſi.* Quod quomodo intelligendum ſit, in Commentariis ad cap. 1. Regulæ S. P. N. Benedicti conabimur, Deo dante, explicare : ſat ſit modo quod Pachomij Regulæ meminerit S. P. Bernardus. Eſt & aliud eiuſdem perſiſtentiæ argumentum, quod nobis Codices Caradignenſis, & S. Petri de Arlanza ſuppeditant; dum inter cæteras Monachorum vſibus & inſtructioni perneceſſarias Regulas, Pachomianas digniſſimo loco conſtituunt Magni Benedicti Noſtri Diſcipuli.

86. Ægyptus Monachis referta.

In calce annotarim plures abſque dubio Ægypti regiones præter annumeratas à nobis Monachis atque Monachorum Doctoribus fuiſſe adeo refertas CONTINVATOR, vt vix commentario quantumvis prolixiori earum Monaſtices comprehendi queat: atque huius rei impoſſibilitate victum verba iſta crediderim ſcripſiſſe Palladium cap. 40. Lauſ. *Vidimus autem alios quoque Patres & Monachos per totam Ægyptum multas virtutes & ſigna facientes quorum non meminimus propter multitudinem : ſed pauca pro multis narrauimus* (quod & nos fecimus) *Quid enim dixerit aliquis de ſuperiori Thebayde quæ eſt per Sienem, in qua ſunt viri admirabiles, & multitudo Monachorum infinita, quorum non crediderit aliquis vitæ inſtituta & quæ vitam humanam ſuperant, qui etiam mortuos in hodiernum vſque diem ſuſcitant, & ſuper aquas ambulant ſicut Petrus : & quidquid*

ſeruator per Sanctos effecit Apoſtolos, ea nunc quoque efficit. Sed quia magnum imminebat periculum, ſi vltra lico tranſiremus propter latronum irruptionem non auſi ſumus videre illos ſanctos.

87. **Thebaydæ Monachi Tabenneſiotæ.**

Sed quæris. cuius Inſtituti fuerint Thebayđenſes Monachi quorum diſciplina vſque ad ſtuporem & prouerbium peruenit quoties de veterum Monachorum diſtrictione agitur. Reſpondeo ex dictis numer. 81. & 85. huius capitis Monachos in Thebaydæ ſuperioris partibus degentes, quorum Palladius meminit, Magni Pachomij fuiſſe diſcipulos, ac proinde eiuſdem Regulis vixiſſe, ac profeſſione extitiſſe Tabenneſiotas: Quod expreſsè teſtatur Caſſianus totius Ægypti Monachatus oculatus teſtis de Inſtit. Renunt. cap. 1. Vbi Regulam Monachorum ſcribere aggreſſus, eam ex diuerſorum moribus concinnare proponit, inquiens: *Quædam de Tabenneſiotarum Regulis admiſcentes, quorum in Thebaide eſt Cœnobium, quanto numero populoſior cunctis, tanto conuerſationis rigore diſtrictius, ſiquidem in eo pluſquam quinque millia fratrum* (de certitudine numeri huius vide dicta in hoc cap. a. n. 81.) *ſub vno Abbate reguntur.* En celebris Thebaydæ Monachatus. Quapropter quidquid toto præſenti capite de Thabenneſiotarum diſtrictione, Inſtitutiſque Pachomij colluſtrauimus, de Thebaydæ mirabili Monachatu dictum putas. Aliarum autem regionum Monachi Ægyptij alij Arſinoitarum, alij, Nitriotarum, alij Scithiotarum moribus proculdubio conuerſati ſunt: atque hoc pacto quoſquos in aliis Ægypti regionibus Monachos repereris, alicui ex his quatuor præcipuis annumera, Lector, Inſtitutis. Sed iam tempus eſt vt ad alias regiones, Ægypto relicta, ſeſe transferat oratio.

Hactenus Continuator.

Finis Tomi Prioris de Veteri Monachatu

INDEX

Digitized by Google

INDEX

IN PRIMVM TOMVM DE VETERI Monachatu.

A

ABBAS cur olim non requirebatur præſens ad valorem profeſſionis? num. 36. 105. Abbatis nomen in vſu à 2. Eccleſiæ ſæculo cap 14. num. 2. Abbates qui dicti apud Scithiotas n. 16. folio 145. Abbas apud Tabenneſiotas Maior, Pater, & Princeps dictus ibid. c. 6. num. 3. Abbas qualis eſſe debeat *V. Prælatus.* Abbas Ioachimus *V. Ioachimus.*

Abdias an Eliæ diſcipulus n. 11. 35

Abdicatio rerum omnium, *V. Paupertas, Renunciatio.* num 28. 249

Abel Monachorum prototypon fol. 11. numer. 1. primus Sanctorum & iuſtorum typus ibid. præceſſit Eliſeum 42 generationibus num. 1. ibid. eius obedientia num. 3. ibid paupertas, numer. 4. ibid. Caſtitas & Virginitas num. 5. 13. vt virgo permanſerit ibid. primus abſque gemello natus ibid. Oblatorum ordo ab Abele n. 6. ibid. Eius oratio & ſacrificium ibid. Hilaritas fol. 14. Contemplator eximius n. 7. ibid. Nominis eius interpretatio & myſteria quod ad Monaſticem ſpectant n. 8. ibid. ab Abele ad Eliſeum in nullo Monachorum mores ſimul extitere n. 1. ibid.

Abnegatio vera in quo ſita ſit. n. 14. 195

Abraham Patriarcha Monachorum vmbra n. 1. 15. animo continens & Virgo ibid. n. 16. ad perfectionem vocatus n. 44. 202

Abrahames Syrus Eremita quo tempore floruerit. n. 30. 185

Abraſio capitis quid in ſacris & prophanis literis ſignificat n. 6. 124

Abſtinentia V. Ieiunium n. 75. 264

Abſtinere pro ſeparari & excommunicari num. 16. 219

Abſtractio à ſæcularibus Monachis commendata ab Antonio num. 195. à Poſthumio num. 15. 212

Acacius tertij ſæculi Monachus Epiſcopus factus Monaſticem colit num. 18. 189. egregius in vita Monaſtica. ibid.

Acceptatio Eccleſiæ neceſſaria in voto ſolemni. n. 8. 58

Accubitus Iudæorum in conuiuiis num. 58. 175. Tabenneſiotarum ad ſomnium lib. 3. cap. 6. n. 5. & 42 266

Achillis lyra animum temperabat n. 14. 29

Achillis Abbatis Scithiotæ Zelus n. 31. 150

Acuminalis cucullus antiquus Ciſtercienſium ha- n. 21. 135

Adæ ſomnus Monaſticæ orationis typus num. 2. 9. victus in eius victu demonſtratus num. 4. 10. eius obedientia n. 7. ibid. edere ipſi præceptum ibid. Continentiam centum annis ſeruauit n. 12. 18

Ædificiorum pulchritudo taxatur in Monachis l. 3. cap. 6. n. 79

Ægritudinum animæ curatio n. 44. 202

Ægrotorum cura V. Infirmi.

Ægyptus Monachorum & virginum choris à B. Virgine decorata. n. 10. 11. ſecundo Eccleſiæ ſæculo ingenti Monachorum numero ditata n. 15. 182. Quatuor ibi Monachorum palæſtræ n. 2. 193. lino abundat Ægyptus ibid. c. 6. num. 47. 181. Monachorum totius Ægypti numerus num. 84 195

Ægypti Monachi lineis veſtibus vſi n. 55. 45. cur, ibid. n. 56. cur albis n. 71. 144. Ægyptiorum Monachorum palæſtræ 193. & ſeq. numerus eorum ibid. c. 6 n. 84 195

Afri Monachi fuſcis veſtibus vſi n. 73. 152

Agapetus Marciani Syri diſcipulus cuius ſæculi Monachus n. 30 185

Agathon iuuenis Monachus Scithiota cur dictus Abbas n. 16. 245. aliquæ illius inſignes ſententiæ ibid. num. 17. 28. 30. 35. 39 274

Agricultura cur antiquis Monachis interdicta num. 7. 14

Agrippa Syrus cuius ſæculi Monachus numer. 30. 185

Albus color priſcis Monachis vſui fuiſſe probatur n. 60. 146. Cur is color Monachis frequentior ibid. num. 71. & 72. 150. Eo vſus D. P. Benedictus ibid. n. 80. 153

Alexander Abbas Scithiota n. 4. 240

Alloquia mutua Monachorum quibus circumſtantiis permitti debeant. n. 23. 233

D. Ambroſij de Monachatus antiquitate ſententia n. 4. 6. à Petrarchæ iniuriis vindicatur Ambroſius 11. 41. Eiuſdem ſententia de vi voti ſolemnis n. 25. 101

Ammon Nitriotarum Monachorum dux n. 1. 216. Nuptias celebrat & Virgo perſeuerat ibid. n. 2. eius gloria S. Antonio monſtrata. 217. Deſideratur eius memoria in martyrologio Rom. ibid. quo tempore floruerit. ibid. D. Athanaſij diſcipulus. num. 12. 230. Athanaſium de rebus moralibus conſulit numer. 13. 16. Athanaſij Epiſtola ad ipſum num. 14. 131. Inſtituta eius Monaſtica *V. Athanaſius, Nitriota.*

Amonas Abbas Scithiota n. 4. 240

Amor inimicorum Monachis commendatus. 21. 233

Amoys Abbas Scithiota n. 4. 240

Anachoreſis tacita profeſſio quo differat à Cenobiticæ vitæ profeſſione. num. 33. 104. Anachoretæ veri religioſi. n. 16. 115. Cui obedierint ibid. *V. Epiſcopus.* Anachoreſis quo anno in Hiſpaniam inuecta ibid. num. 46. Anachoretarum tertij ſæculi mores n. 11. 188. Anachore-

tarum

Digitized by Google

tarum Nitrio arum mores n.16.231. Anachoretæ locuſtis ſine Rege gradientibus comparati n.16. 245

Analabus veſtis monaſtica n.8. 131. Quid ibid. n. 28. 137. Eius myſteria n.94. 156

Andronicus Monachus Scithiota n.4. 240

Angeli boni à malis quibus indiciis diſcernendi num.37. 199

Angelus Pahomio Regulam tradit numer. 2. 265

Animalia munda & immunda ſubditorum typus n.5. 21

Antiquitas Monachatus Secundum Patres. numer. 1. 5

D. Antonini de veri Monachatus initio ſub Apoſtolis ſententia n.18. 81

·*D. Antonius* an primus Monachus? num. 24. 9. Ipſius Regula Euangelium num. 13. 75. Vita martyrium num. 25. 127. Eius veſtes numer. 6. 130

Abbas fuit num. 71. 150. Eius ſoror Monaſterium fundat Monialium num.36. 169

Antonij ieiunium num.39. 170. Cella, numer. 49. 172. Non fuit Monachorum autor num. 7. 180. Eius Monachatus quo anno inciderit num. 1. 214. Monachorum ipſius paleſtræ n. 2. 193. Regulam ſcripto non tradidit. num. 2. 204. Vita eius Regula. ibid.

Inſtitutiones Monaſticæ D. Antonij n. 2. 194. Paupertas ibid. Obedientia num 3. Omnium virtutes in ſe exprimebat num. 4. Opus manuum, quo vitam alebat 5. Oratio 6. ſtudium Sacræ ſcripturæ num. 7. 195. Veſtes 8. Victus 9. Silentium & ſolitudo 10. Abſtractio à ſæcularibus 11. Lectus & afflictio 12. Feruor ſemper incipientis 13. Rerum omnium abnegatio 14. Inertiæ aliorumque vitiorum remedia. 15. Virtutis commendatio 16.196. Fidei. ibid manſuetudinis ibid. Examinis conſcientiæ, ibid. ſcribenda ſingula per diem peccata docet 17. Obedientia 18. Patientia ibid. Circumpectio. ibid. Probatio ſpirituum num. 19. Humilitas ibid. Abſtinentia ibid. Opus manuum. num. 20. Dei præſentia ibid. Damnat indiſcretas mortificationes, ibid. 197. Correctiones, ibid. Commendat ſilentium, lacrimas, perſeuerantiam. ibid.

Inſtituta militaria S. Antonij aduerſus verſuuias dæmonum. numer. 21. ibid. Cur ea ſcripto non tradiderit ibid. Eiuſdem ad Monachos ſermo num. 22. Plura docet de multitudine, diuerſitate nequitia, & decipulis dæmonum ibid. *V. Dæmon*, quantæ à dæmone paſſus ibid. num. 18. 198. Ipſius Epiſtolæ ibid. num. 43. 201. Stylus earum obſcurus ex Interpretis dictione num. 43. ibid. Apoſtolicus num.44. Epiſtolæ ipſæ & paraphraſis num. 44. 202. In eis Arrium inſectatus num. 76. & 81. 213. Longæuus eas ſcripſit. 72. 78. & 81. ibid. Theodidactus Doctor Antonius n 81. ibid.

Quouſque Antonij ſe extenderit inſtitutio num. 1. 214. Quo anno Monachos regere cœperit. ibid. Monachorum ipſius multitudo ibid. Sanctimoniales rexit ibid. Monachatu orbem repleuit. ibid. num. 2. Non fuit Monachatus autor ſed propagator num. 3. 215. Syria ante ipſum Monachis diues num. 5. & Aſia ibid. n. 6. Eius vita Monachorum magiſterium num. 7. 216. Duo amici nobiles vitæ ipſius lectione Monachi facti ibid. num. 8. Eadem lectione conuerſus S. Auguſtinus num. 9. Eius vita in gratiam Hiſpanorum ab Athanaſio ſcripta numer. 10. 217. Præſtantiores eius diſcipuli ibid. num. 11. Quænam in Ægypto de ipſius inſtitutione memoria manſerit ibid. num. 12. Prælatum quaſi Generalem agit, numer. 13. 218. Monaſteria Viſitat ibid. Quinque millibus Monachis præfuit, ibid. num. 14. & 21. Corpus eius qui ſepelierint numer. 23. 221. In Alexandriam delatum ibid. vidit Amonis animam in cœlum eleuari n. 2. 247. Pallium, & ſpiritum Athanaſio legauit ibid. num. 39. 238

Antoniani Monachi ſub Clemente VIII. Romam veniunt. n.67. 262

Apocriphis libris qualiter vtendum n. 20. 213

Apollinaris virgo, alias *Dorotheus* facta Monachus Scithiota n.4. 241

Apoſtoli Monachatus autores l.2.c.3. & 4. per totos.76. Eorum tempore Therapeutæ à D. Marco inſtituti ibid. num. 6. 81. Ab Apoſtolis Virginum collegia num.7. ibid. Nullus præter eos Monachatus inuentor ibid. num. 84. Votum paupertatis ab ipſis deriuatum num. 16. 86. Caſtitatis num. 20. 87. Obedientiæ num. 23. ibid. Eorum veſtes tunica & pallium num. 3. 119

Aqua calida apud veteres vſus n.61. 176

Aragonenſis Hiſtorici decepti aſſerentes Ramirum Regem in voto ſolemni caſtitatis diſpenſatum n.14. 98

Arca Noë Monaſterij typus num. 1. 19. Monachi pericula extra cellam ibid. Vbi ſeorſum maræ & fœminæ ibid. Obedientia paupertas & caſtitas ibidem ſeruatæ numer. 2. Monaſtica clauſura & ſecuritas ibi adumbratæ ibid. num. 3. 20. Noë Prælatorum typus numer. 4. ibid. Animalia munda & immunda ſubditorum figura ibid. num. 5. 21. Vita actiua & contemplatiua ibid. num. 6. aliæ virtutes Monaſticæ ibid. num. 7. Cellæ ibid. num. 8. Tria Monachorum genera in tribus filiis Noë figurata ibid. n. 9. *V. Noë*.

Arcadius Imper S. Arſenij diſcipulus numer. 60. 260. Quot annis magiſterium eius egerit Arſenius ibid. n. 62.

Archidiaco natu perfectior ſtatus Monachatus n. 9. 119

Archriteria quid n. 16. 163

Ariſtonici ſtatua n. 14. 29

Arrij habitus & mores. n.76. 211

Arrogantia Monachis fugienda numer. 15. 218. n. & 28. 235

S. Arſenius Monachus Scithiota num. 4. 240. Eius ſermo ad fratres in Capitulo congregatos ibid. num. 21, 246. Ætatis ſuæ 65. annorum fit Monachus num. 28. 249. Aliquæ illius ſententiæ Monaſticæ num. 27. 28. 249. 36. 252. 47. 256. Eius veſtes, num. 30. 250. Caſtitas num. 43. 255. Hoſpitalitas, 45. ibid. Summa eius conſtantia & modeſtia 57. 259. Vitæ ipſius Chronologia 59. 60. ibid. Quo anno Archadio Imper. datus magiſter 60. 260. Quot annos magiſterium egerit 61. ibid. Quo anno in Scythim ſeceſſerit ibid. quot annos in Scithi egerit 61. Primam ne an ſecundam Romæ cladem lamentatus 63. 261. Scithis eius tempore non reſtaurata. ibid.

Arſinoitarum palæſtra in Ægypto, n. 2. 193. vnde

ſic

ſic dicta ibid . quibus recta. ibid.
D. Antonij Epiſtolæ ad Arſinoitas num. 43. 201
Arſinoitarum mores Monaſtici. *V. Antonius.*
Artifices diuerſi apud Tabenneſiotas, numer. 16. 269
Aſaph cantor chori Prophetarum, num. 5. 26. princeps vnius gregis, num. 12. 29. Vndecim Pſalmorum autor num.19.31.Quanto tempore eius familia Monaſtica durauerit numer. 28. 49
Aſceſſis quid num.4. 83
Aſceta quæ pars Eccleſiaſticæ Hierarchiæ num. 4.82. *V.Monachatus, Monachus.*
Aſia minor ante S. Antonium Monachis diues. num.6. 215
Aſſidæi ab Eſſenis diuerſi,numer. 5. 54. idemque Phariſæi,n.8. 57
Athanaſia vulgo dicta Athanaſius facta Monachus Scithiota,n.4. 240
Athanaſij Epiſcopi Alexand. de antiquitate Monachatus ſententia nu. 5. 6.de duplicato Eliſei ſpiritu num. 2.39. S. Antonij vitam in gratiam Hiſpanorum ſcribit, n.10.217. Ammonis eiuſque diſcipulorum magiſter, num.12. 230. Monaſticem cum Pontificatu coniunxit , ibid. Triennio cum Nitriotis degit. num. 13. ibid. Ammonem Nitriotarum autorem in moralibus ſcripto docet. 16. 231. Dioſcorum Monachum Epiſcopatum ſuſcipere ſuadet ibid.Pambonam Alexandriam trahit ibid.Epiſtolæ eius ad Ammonem Nitriotarum principem ibid. n.14.231. Amonem docet quæ edocere ſuos debeat n.16. 231
S.Athanaſij Regula Monachorum , num.17.232. ipſius charitas & humilitas , ibid. Quæ ſeruari debeat abſtinentia ibid. num. 18. Continentia ibid. Ieiunij ratio qualis 19. 233. Oratio ibid. Lectio, numer. 20. qualiter apocryphis libris vtendum ibid. Legendi vtilitas ibid. Præcepta ipſius moralia ibid. num.21. victus & veſtitus ibid.Silentium ibid. Humilitas num. 22. Non licere quempiam iudicare , ibid. Duriora amplectenda idid. exemplo docendum ibid.Cum fœminis qualiter alloquendum ibid.Acceſſus mutui inter Monachos menſura ibid. Infamia Monachis vitanda 24. 234. Egreſſus domo qualis 25. ibid. Paupertas ibid. Caſtitas ibid. Quibus Monachi nuntium dederint 26. ibid. Peroratio , & Regulæ concluſio ibid. 235
S. Athanaſij Regula Monacharum lib.3.cap.4.n. 27.ibid. Fides in Deum recta ibid. Rerum omnium abdicatio nu. 28. Imitatio Chriſti ibid. Humilitas ibi.Arrogãtia & vana gloria fugienda ibi.& diaboli palpantis aſtutiæ ibi. & Vanæ Laudes ibi.Frequens meditatio n. 29.ibi. Diurnum officium ibid.Chori ratio ibid. Lectio ib. Stationis perpetuitas ibid.Lacrymæ numer. 30. 236. Ieiunium quantum & quale num.31.Moderanda exercitia ibid. Prandij hora ibid. numer.32.gratiarum actio ibid. 237.Cum quibus Virginibus conuerſandum ibid. num. 33. Veſtium color & forma ibid. num. 34. Tonſura, crines ibid. Leciniarum proſcriptio ibid. Velum ibid. Nudis pedibus ambulandum ibid. Nudari non licere ibid. Balneis qualiter vtendum num. 35. 238. Comi non debere. ibid. Modico vino vtendum ibid. in publicum non procedendum ibi. Hoſpitalitas ibid. Sibi non confidendum ibid. Iniuria remittenda ibid. de peccatis tantum dolendum n. 36.ibi. loquendi diſciplina ibid. Regulæ commendati. ibid 37
Athanaſius pallij & ſpiritus S. Antonij legatarius ibid.numer 39. Ad quam Virginem ſcripſerit Regulam ibid. n.40. ad Virginem Alexandrinam num.41.239. An verum apud ipſam delituiſſe ibid.Autoris iudicium.ibid.num.42
D.Auguſtini ſententia de inceptione Monachatus ſub Apoſtolis num. 5.77.De vi voti ſolemnis contra deſertores num.24.98. Lectione vitæ S.Antonij conuerſus num.9. 216
Auitus Marciani diſcipulus quo tempore floruerit num. 30. 181
Auris pro obedientia n.3. 43
Aymony de Monachatus antiquitate ſententia n. 20. 8
Azarias Eliſei diſcipulus n.28. 49

B

Bacillus ſeu baculus inter Monachi ſupellectile numeratur numer.8. 131.Eius myſteria ibid. n.27. 137
Baculus V.Bacillus.
Batica Lana natiuus color quis num.63.147.& 73. 150
Balnea quantum Monachis liceant n [illegible].238. &c. 6.nu.44. 282
Bartheolos V. Zona.
Baptiſmus Chriſti & Ioannis quo differant num. 79. 213
Barbam radere cur Monachis non præceptum num 7. 124. Ethnicis barba raſa nobilitatis inſigne. ibid.
S.Barlaam de Monachatus antiquitate ſententia n.14. 7. S. Ioannis Damaſceni de ipſius geſtis Hiſtoria vindicatur n.42. 142
S. Baſiliſſa Monialis tertij ſæculi , numer. 25. 284
S.Baſilij Magni de Monachatus antiquitate ſententia num.2. 6. de inceptione Monachatus ſub Apoſtolis num. 4. 72. De vi voti ſolemnis 22. 101. de tacita profeſſione caſtitatis ibid. de emiſſione trium Votorum n.13. 115
Baſilius ſaleucienſis quo tempore floruerit nu. 30. 185
Baſſianus Scithiota martyrio coronatus num. 55. 258
Baum Tabenneſiotarum Monaſterium l. 3.cap. 6. num. 16.269.ibi celebrata Capitula generalia 74. 292,Pachomij domus. ibid.
Benedictio Monachi ad Presbyteros,non ad Pontifices ſpectat. num. 4. 117. Formula priſcæ benedictionis ibid. numer. 5.118. Benedictionis menſæ magiſter Chriſtus num. 9. 74. Antiqua formula benedictionis menſæ. ibid.
L.P.N. Benedictus extrema Monachatus perfectio num. 2. 1. eius tempora in Veteri Pagina præfigurata ibid. 4.num.17. 4. in Noë adumbratus num.4.20. Monachatus ipſius concordia cum filiis Prophetarum num. 23. 32. Non habuit Monachatus magiſtrum num 8.71.Eius ſententia de Veri Monachatus initio ſub Apoſtolis num. 22. 81. de vi voti ſolemnis contra deſertores num.25.101.formula profeſſionis ex eiuſdem Regula deſumpta qualiter intelligenda num.8.113.Cur neque ibi,neque in Regula caſtitatis vel paupertatis meminerit ibid num. 11.114. Melote vſus num. 48.144 nigro colore

nunquam

Digitized by Google

nunquam veſtitus, ſed fuſco ibid.num.80.153.
Albo indutus ſui Monachatus initio ibid. Sacræ ſcripturæ ſtudium Monachis ſuis impoſuit num. 20. 164. Bibliothecas extruxit ibid. Plura è Macharij Regula hauſit n.15. 218.& Nitriotarum n.4.227. Regula ipſius qualis, in Prologo Biuarij per totum.
S.P.N. Bernardi de antiquitate Monachatus ſententia num.15. 7
Bernardus carpitur à Petrarcha num. 12.42. Vindicatur ibid. In Ionadab præfiguratus num.10. 53. De veri Monachatus initio ſub Apoſtolis eiuſdem ſententia n.15. 80
Bethel ſecũdum Cœnobium ſubiectione, erectione primum num.6.44 Crucifixio Domini in eo à priſcis Patribus celebrata ibid.n.21. 47
Beſarion Abbas Scithiota n.4.240. Eius ſanctitas num.21. 247. Demoniacam curat ibid.24. Eius Regula Euangelium num. 13. 75. Ipſius ſententia de initio Monachatus ſub Apoſtolis. ibid.
Biduana ieiunia qui peregerint num. 40. 170
Binos & binos incedere Monachos, vnde ortum n.11.75. & lib.3.c.3.n.18. 219
Biſarion V. Beſarion.
Biuarij Acta in calce Prologi Continuatoris.
S.Bonauentura de antiquitate Monachatus ſententia n.21. 8.de Veteri Monachatus initio ſub Apoſtolis num.17. 81
Brachiarium Monaſtica veſtis quid, numer.13. 133
Bracbilis Monaſtica veſtis num.8. 131.Eius miſteria ibid. num.94. 156
Brunus color quis n.70. 149
Bubulus Abbas Scithiota n.4. 140

C

CÆlibatus Eliſæi num. 1. 38. Monachatus neceſſarius num.25. 234
Cœna, non prandio in antiquis ieiuniis Monachi vſi n.39. 170
Cœna quid apud Nitriotas n.8. 228
Cain primus diuerſionis rerum inuentor num. 4. 12
Calceamenta Monachis aliqui Patrum prohibuere num. 9. 131. alij permiſere, ibid. num.10. *V. Caliga.*
Caldarum vſus *V. Aqua.*
Caliga Monachorum habitus n. 8. 131. aliquibus prohibitæ n.9 ibid. Aliis conceſſæ,n.10. ibid.
Caligæ pedum operimenta,non tibiarum ibid. n. 29.138.Idem ac ſandaliæ, & ſoleæ. ibid.
Caliga maximini vnde in prouerbium ibid. quo differant à ſoleis,ſoccis muleis, & perone n.32. ibid.
Caligarum materia,& ineuntio,ibid.num.51.144. Soleæ ligneæ 53. 145
Caligarum myſteria 96. 157
Caligula Imperator vnde ſic dictus numer. 30. 138
Calumniatoris falſi pœnæ.n. 61. 288
Camiſia perperam *tunica* dicta n.86. 154
Candidum. V. Album.
Canobo Thebaydæ Monaſterium n. 14. 169. alias *Pœnitentia.* ibid.
Canticum quo differat à Pſalmo lib. 2.c.12. n. 29. 167.Canticum dramatis quid ibid.num. 68.289
Cantus V. Laudes Dei. Muſica. ibid.
Capa y capilla vnde ortum habuerint n.7. 130
Capilli. V. Coma.
Capitium ſeu cucullum vnde n.7. ibid. illius forma n.11. 132
Capitulorum typus ſub Eliſeo & filiis Prophetarum n.25. 48
Capitula generalia à Scithiotis celebrata n. 17. 245. à Pachomio ibid. n. 74. 292. bis in anno ibid.n.64. 288
Caput abradere quid in ſacris & prophanis literis ſignificat num. 6. 124. Caput operire libertatis inſigne num.25. 275
Caput vngere Monachis prohibitum ibid. n. 44. 280 Et attondere ibid. 45.281.*V.Tonſura.*
Caradignenſis codex membranaceus 800. annorum antiquitatis laudatur num.14.218.& cap.6. numer. 13. 269. Eo vſus Smaragdus eiuſdem antiquitatis ſcriptor num. 14. 218. Regula S. Pachomij inde integrè extracta num.13.269. Pachomij Epiſtola in eo conſeruata num. 70. 290.Regula S.Poſthumij inde hauſta num. 24. 221.& S.Macharij n.14. 218
Carmelus mons præ ceteris Eliæ charus num. 16. 37.Inde Elias ſubleuatus ibid. vitri in eo prima origo.n. 17. ibid.
Carnium Eſus in Elia non reprobandus n. 7. 34. Miraculis eius non obfuit ibid. num.7.cur carnium eſus ipſi à Deo permiſſus ibid. Caro noſtra demonis inſtrumentum nocendi num. 63. 207.Latronis domus ibid. num.69. 209
Carthuſianorum perpetuum ſilentium ex Patrum priſcorum exemplo num.45. 143
Caſſiani de Monachatus antiquitate ſententia num.12.7.De veri Monachatus inceptione ſub Apoſtolis n.11. 79
Caſſimiri Polonorum Regis tranſitus à Monachatu ad nuptias fabuloſus n.16. 99
Caſtitas protoplaſtis non licuit n.8. 11.ab Abele obſeruata num. 5. 13. Abrahæ continentia n. 7.16. Patrum continentia vſque ad nuptias ibid.n. 8. Noë 500.annis Virgo permanſit n. 11. 17. Quid iuris de præcepto illo *Creſcite & multiplicamini, &c.* ibid. Mira Adami continentia num.12.18.Tobiæ ibid.num.13. Totius naturæ ante diluuium ibid.num. 14. In Arca Noë caſtitas ſeruata num.2.19.Moyſes quanto tempore caſtitatem coluerit num. 6.23. Soror eius Maria perpetua Virgo ibid.num.8. 24.
Caſtitas filiorum Prophetarum ibid.n. 10. Eliæ n. 2.33.Eliſæi n.1. 38
Caſtitatis votum cum vero Monachatu inſtitutum num. 20 187.Tacita caſtitatis profeſſio vetuſtiſſima ibid.num. 22. Caſtitatis votum ſemper ſolemne in Monachatu num.5.90. Indiſpenſabile ibid.num. 5. voto caſtitatis adſcripti perpetuo nuptiarum incapaces ibid. *V.Votum.*
Caſtitas omnis à B. Virgo Maria num. 19. 110
Caſtitatis votum in Regulis priſcorum non expreſſum num.10.114. Requiſitum tamen ab ipſis ad veram Religionem num.11. ibid.
Cur in Regulis non expreſſum ibid.num. 12.alibi expreſſum ibid.num. 13. Scithiotarum caſtitas quanta num.43. 255
V.Continentia Virginitas.
Cellarum ſeparatio ab antiquis obſeruata num.16. 163
Cellæ nomine quod ſignificetur ibid. numer. 18. 163. Therapeutarum cellæ num.25. 248
Cellæ nomen vetuſtiſſimum num.4.187. Scithiotarum cellæ num.25. 248

Digitized by Google

Cellæ cuſtodia num. 37. 252. Oſtium cellæ ſera claudebant ibid. Quid in cella agendum ibid.
Cellæ Tabenneſiotarum lib.3.cap.6.n. 5.266.14. 269.& 70. 290
Cellia deſertum à Nitriotarum cellis ita dictum num.3.227. celebris olim Chriſtianorum peregrinatio. ibid.
Chamaleuchium veſtis Monaſtica num. 8. 131.& 16. 134
Charitas Monachis commendata num. 15. 218. & 26. 222
Chlamys quæ veſtis, num.22. 135
Chocolate ſorbitiuncula in ieiuniis taxatur n. 48. 172
Chorearum quis inuentor num. 17. 30
Chriſti D. Paſſio in Eliſeo præfigurata num.7.40. Humanitatis eius myſteria à Filiis Prophetarum ſub Eliſeo celebrata ibid.c.11.n.9.44. Incarnatio in Ierico celebratur n.20. 47
Crucifixio in Bethel.21. ibid. Prædicatio in Galgalis 22.ibid. Sepultura & reſurrectio in Iordane 23. 48
Chriſtus Monachorum Doctor & exemplar n.1. 72. Singularum obſeruantiarum ibid. n. 5.73. Orationis num. 6. ibid. Ieiunij 7.74. Menſæ frugalis.8.ibid. Benedictionis menſæ 9.ibid. Nocturnæ & diurnæ precis 10.ibid. Binos, & binos incedendi 11.75. Vilitatis veſtium. 12.ibid. Autor Eccleſiaſticæ Monarchiæ num.3. 82. Virorum Virginum caput ibid. num. 25. 88. Voti Virginitatis Deiparæ matris acceptator ibid. c.7.n.8.107. Virginitatis illius cuſtos ibid. In deſerto pelliceis veſtibus vſus numer.69. 149. Virginum examina excitat num. 37. 170. Solus potuit Adæ debitum ſoluere num. 75. 211. Aduentus eius in hominibus varij effectus n. 76. 212
Chriſtiani primi antiqui Therapeutæ num. 19.59. num. 1. 179
Chriſtianorum mos orandi ad Orientem n. 71. 178
Cilicij materia & vetuſtas num. 40. 141. Vetuſtorum Monachorum veſtis ibid.num.41. Diuerſa ciliciorum genera 43.142. Præcipui Monachorum præceptores cilicio vſi. num. 44. 45.ibid. *V. Antonius, Athanaſius, Poſthumius.*
Cinai V. Recabita.
Cingulum V. Zona.
Cinctum V. Zona.
Ciſtercienſium alias *Griſæorum* cum Adamo & Angelis ſimilitudo num. 13. 11. Vindicari à ſupina cuiuſdam reuelationis intelligentia num. 15. 127. Eorum perpetuitas in Ionadab præſignata num.10. 53
Ciſtercienſium antiqua cucullâ ſagus acuminatus num.21. 135. Funiculus Ciſtercienſium, noſtris *Sobrecintas* vnde in vſu n. 13. 133. Pallij vſus apud eorum Conuerſos num. 48. 144
Caligarum pellicearum vſus & inunctio apud ipſos ibid. num. 51. 144. dicti *Griſæi* à colore veſtium n. 65. 148. diuerſis coloribus vſi num. 70.149. à quo tempore nigro vſi num.81.153. Prohibentur ſeparatas cellas habitare num 17. 16.164. Eorum ſtuſtium Sacræ ſcripturæ poſt Matutinum vulgo *Lamparilla* vetuſtiſſimus num. 55. 284. Supprior Præpoſitus ſecundus ibid.67. 289
Clauſura Monaſtica in Arca Noë præfigurata n.3 20
S. Clementis Papæ de initio veri Monachatus ſub Apoſtolis ſententia num. 19. 81
Clericatus noui & veteris concordia numer. 4. 2. Noui maieſtas à quo cœperit. ibid.
Cœnobiorum primi inſtitutores Greges Prophetarum num. 8. 27. Eorum primordia ſpiritu prophetico conſecrata ibid. prima omnium Cœnobia num.12.29. Primum in Ierico num.3.41. Ierico prius maledicta cœnobio ſanctificata ibid.num.4. Monaſterium in Bethel fundatione primum ſubiectione ſecundum n. 5. & 6.ibid. Tertium in Galgalis num. 7. 44. Quartum in mente Ephrain num.8.ibid. Quintum adfluenta Iordanis num. 9. ibid. Syllabus obſeruantiarum eorundem ibid.num. 10. Cenobia viſitat Eliſeus ibid. num.24. 48. Prima Virginum Cœnobia num.6. & 7. 83. Primorum Cœnobiorum exiguitas num.15. 163
Cœnobium & Monaſterium quo afferant ibid. n. 164. Sanctimonialium Cœnobia ſimul cum cœnobiis Monachorum exorta, & propagata num. 36. 169
Cœnobia, & Cœnobitarum mores ſub Onuphrio num.10.188. Scithiotarum Monaſteria numer. 25. 248. Quo differat Monaſterium à domo num.72.263. Vtriuſque œconomia. ibid.
Cœtus Prophetarum V. Filij Prophetarum.
Cogitationes reuelare illuſionum remedium num. 63.107. & c.5.n.42. 254
Collatio. V. Collecta.
Collecta ad ſtudium Sacræ ſcripturæ à priſcis coacta n. 19. 164. Quibus diebus & horis ſinaxes à Therapeutis & aliis cogebantur ibid.num.30. 168.& 31. ibid. Docentis & auditorum modeſtia n.33. 169. Templum diuiſum pro viris & mulieribus n. 34.ibid. die 50.celebrata à Therapeutis n. 59. 173. Quo ſigno vocabantur n. 55.174 Fœminæ ad collectas concurrebant 57. ibid. Anus, non puellæ ibid. 125. Tertio die coacta num.63. 176.pœna dormientium. ibid. Nitriotarum collectæ numer. 4. 227. Scithiotarum n.16.245 Quàm exactè in eis de interiori homine agebatur 21.246. Tabenneſiotarum Collectæ n.10 271. & 55.184. Eorundem maior & minor, & media Collecta ibid. num.59. 286
S. Sinaxis ſignum.
Colobium Monaſtica veſtis n. 8. 131. Eius forma num.11.132. myſterium. 9. 155. Quid ſitnum. 42. 279
Color Monaſticarum veſtium apud Veteres quis n 57.145. Pro nigro fundamenta ibid. pro albo num.60.146 Varietate colorum ethnici vſi 61. ibid. veſtium colorem Monachi olim parum curabant. ibid.
Colores natiui Lanarum quatuor n.63. 147
Commendantur in veſtibus Monachorum n 66. 148. Pro albo colore reſolutio n. 71. 149. Pro nigro n.73. 150
Colorum Monaſticorum myſteria n.58. 157
Comam nutrire Monachis nunquam licuit num. 2. 123
Capillorum abſciſſio quid ſignificat num. 6. 124. *V. Tonſura.*
Comitia. V. Capitulum.
Commendatum à germano fratre à Monacho non accipiendum n.50 282
Communis Monaſterij Regula commendatur n. 15. 195.& c.5.n.33. 251
Communio V. Euchariſtia.
Concilia ſua dæmones habent n 62. 260

Cœna bis in hebdomada apud Tabenneſiotas n. 59. 286
Condimentum. V. Salſamentum.
Congregationis nomine quid in Regula Benedictina ſignificatur n.15. 127
Conſanguinei. V. Propinqui.
Conſenſus in futuram copulam an requiſitus ad matrimonium n.3. 206
Compatibilis cum voto Virginitatis ibid. numer. 4.
Conſtantiæ ſiculorum Reginæ ſanctimonialis nuptiis traditæ hiſtoria fabuloſa num. 13. 98. Eius origo ibid. 99
Conſtantinopoli viri à mulieribus in templo tabulatis ſeparati n.35. 169
Contemplatio V. Studium Sacræ ſcripturæ.
Contemptoris Regulæ pœna n.65. 189
Continentia Adæ & Noë n.12. 18. Tobiæ ibid.n. 13.ibid.totius naturæ ante diluuium n.14.ibid. Moyſis ibid. n.6.& 7.13.Regulis Patrum commendata n.17.22.& c.4.n. 19. continentes filij Dei,& Angeli dicti, libidinoſi homines n. 15. 19
Controuerſia inter præpoſitum & Fratrem quomodo abſoluenda n. 68.190. Inter fratrem & fratrem. ibid.
Contumax V. Incorrigibilis.
*Conuentus. V.*Collecta.
Conuitia ſæcularium in Monachos. *V. Sæculares.*
Copres Abbas Scithiota n.20. 246
Corona cur dicta Sacerdotum tonſura num.1. 123. Monachorum tonſura corona n.4. 124
Correctiones indiſcretæ damnantur n.19. 196
Correctionis Monaſticæ ordo apud Scithiotas n. 18.245. Apud Tabenneſiotas n. 20. 271. Quæ Abbbati reſeruatæ num. 54. grauiter delinquentium punitio 58. Præpoſitorum 59. *V. Culparum iudicium.*
Crepida quod calceamentum n.32. 138
Crinium abraſio. V. Tonſura.
Crura tegere apud Romanos inſania num. 30. ibid. Monachis priſcis non permiſſum ibid. num.31.
Crux rubra Pachomianæ cucullæ ſignum num.55. 145
Cruce ſignatio ſuper nouellum Monachum quid ſignificet? n.20. 122
Crucis egregius typus ſub Elia n. 13. 36. Eius ſigno fugati dæmones 25. 197
Cuculla. V. Cucullum.
Cucullum ſeu *cuculla* alarum Seraphin ſimilitudo n. 12.11.Innocentiæ Schema n.12. 126
Cucullum ſeu capitium vnde ortum n.7.230.Cuculli duo Monachis permiſſi ibid. n. 8. cucullus & cuculla idem n.19. 234
Capitis tegumentum num. 20. 235. Acuminalis cucullus. ibid.
Cucullæ forma & denominatio.21.antiqua cuculla ſagus acuminatus ibid. Pachomiani cruce rubra,ſigniſque Monaſterij in cucullo vſi n.55. 145. Eius myſteria n.93. 156
Culparum iudicium apud Scithiotas num.18.245. Palam ſe arguebant ibid n.19. 246
Culparum leuium correctio apud Tabenneſiotas n.20.271.grauium n.58. 286. 63. 287
Cuneus Prophetarum. *V. Filij Prophetarum.*
Cura animarum ſuperat perfectione Monachatum n.9. 119
Cylix V. Theodorus Cylix.
Cyrion Abbas Scithiota n.4.242. Martyrium paſſus ibid.n.55. 258
Cytharæ & chorearum quis inuentor n.17. 30

D

D*Æmonum* multitudo & diuerſitas num. 22. 197. Vnde mali n.23. ibid.
Diſpar in nocendo nequitia. 24.ibid. in Monachos & Virgines præcipuè infenſi 25.ibid.Variæ nocendi artes. 26. 198. Doli eorum ſub pietatis ſpecie ibid n. 19. Arma eorum fortiſſima quæ? n. 33. 199. Qualiter futura prænuntient. 34. ibid.Aliæ dæmonum verſutiæ n. 36. ibid.quæruntur aduerſus S. Antonium 40. 200. Inertia noſtra dæmonis arma 41.ibid. quid viſo dæmone faciendum 42. 201. Eorum arma ingluuies 53.204. Inuidia eorum 60.206. Malitia manifeſta 61. ibid. malignitas multimoda 62.ibid.Concilia ibid. pugna in alterutrum ib. infeſtiſſimi ibid Caro noſtra dæmoni inſtrumentum nocendi 63.207.Dæmonum differentiæ 64.ibid. nomina varia ibid. Superbia deiecti n.70.209.turba dæmonum à Pachomio diſperſa n.30.224. diaboli palpantis aſtutiæ fugiendæ n. 28. 235. Eius technæ in Monachos n.28.223.& c.5.n 21. 246
Daniel Abbas Scithiota n.4. 240
Dauid à filiis Prophetarum pſalterium edoctus n.13.29.non omnium Pſalmorum autor n. 19. 31.Quos ſcripſerit. ibid.
Dauidis Abbatis Scithiotæ miraculum. num. 76. 264
Defendentis peccata alterius pœna numer. 66. 189
Democritis Philoſophi peregrinationes num. 13. 162
Derogatio V.Detractor.
Deſertor cur olim non admodum acriter coercebatur n.26. 102
Detractoris pœna num.15. 218. & cap.6.num.63. 287
Dei verbo ſincerè credendum n.9.41. Eius reuelationes tacendæ ibid. tripliciter vocat ad gratiam num.44.201. Pœnitentis deductor 48.203 Dei opera munda mundis n.14. 231. Dei laudes. *V.Laudes Dei, V.Dilectio. Amor.*
Diaconorum genuflexio in ſuſceptione ordinum quid ſignificet.n.7. 118
Digamia V. Nuptiæ.
S.Dionyſius Areopagita primam Veteris Monachatus inſtitutionem luculenter tradit num. 1. 116. acceptam à D.Hierotheo n. 2.ibid. diſcipulo Ieſu n.3. 117
Dioſcorus Monachus D. Athanaſij ſuaſu Epiſcopatum ſuſcepit l.3.n.15. 231
Diſcipuli S. Ioannis Baptiſtæ à Monachatu deſciuere n.9. 71
Diſcordias ſeminantis inter fratres correptio n.65. 289
Diſcretione moderanda pœnitentia numer. 47. 203
Diſcretio mater virtutum ibid n.71. 209
Diſpenſatio in voto caſtitatis cum Conſtantia Siculorum Regina fabuloſa n.13.98.Fabellæ huius origo ibid. 99. idem iudicium de diſpenſatione cum Ramiro Aragonum Rege num. 14. ibid. idem de Caſimiro Polonorum Rege ibid.num.16.idem de Nicolao Iuſtiniano n.17.
Diuinum officium. V.Laudes Dei.
Diuiſibiles villæ quibus olim Monachi renunciabant.

bant, quæ? num. 11. 119

Diuiſio rerum à Caino inducta n. 4. 13

Doctores Eccleſiæ præcipui fere omnes Monachi num. 20. 164. Qui Therapeutarum tempore ſcripſerint. n. 28. 167

Dominica dies ſemper In Eccleſia ſolemnis, num. 31. 168

Dominicus Eccleſia dicta. num. 35. 277

Dominij capaces fuiſſe veteres Monachos, qui aſſerant num. 11. 192. Diſpoſitum certum ibid. n. 12. 193

SS. Domna & Indes tertij ſæculi Monachi, num. 23. 184

Domus quid apud Tabenneſiotas num. 72. 91. Quo differat à Monaſterio. ibid.

Donati an in Nathinæis præfigurati num. 15. 64

Dorothei nomine Apollinaris Virgo in Scithi conuerſatur num. 4. 240

Doſithæorum Religio. n. 16. 58

Dragmatis canticum quid apud veteres num. 68. 177

Dulas Abbas Scithiotha n. 4. 240

Durare, pro *tollere* n. 19. 231

E

Eccleſia gubernio quantum Monachi contulerint num. 16. 7. Eccleſiæ Doctores Monachorum præceptores, vel Monachi fere omnes num. 20. 165. Eccleſia perſecutionibus aucta ibid. num. 3. 179. Eccleſia dicta *Dominicus* num. 35. 277

Eccleſiaſtica Hierarchia. V. Hierarchia.

Edacitas libidinis mater num. 53. 204

Egreſſus è domo qualis Monachis deceat n. 25. 234

Eleemoſina ad portam Monaſterij ſub Eliſeo. n. 17. 47

Elephas non genuflectens Regis ſimbolum n. 6. 118

Elias & Eliſeus primæ Monachatus lineę num. 2. 1. Eliæ mira perfectio num. 1. 32. Virginitas num. 2. 33. & cap. 10. num. 1. 38. Paupertas ib. num. 3. 33. Abſtinentia ibid. num. 4. ieiunium num. 5. 34. Obedientia num. 6. ibid. Eſus carnium non minuit eius perfectionem num. 7. ibid. Elias non attingit vltimam veri Monachatus perfectionem. num. 8. ibid. Defuit illi lenitas Monaſtica num. 9. 35. Adhuc poſt mortem Zelo Dei feruidus num. 10. ibid. Quo tempore raptus ibid. Quando ignæum Zelum depoſuerit ibid. Eliæ diſcipuli num. 11. ibid. Sareptanæ viduæ filius an fuerit Eliæ diſcipulus ibid. Abdias an Eliæ diſcipulus num. 10. 36. Eremitarum princeps Elias ibid. & cap. 11. num. 1. ibid. Cur Pater Monachorum dictus cap. 9. num. 13. ibid. Quænam deſerta incoluerit num. 14. ibid. Quo à Sarepta peruenerit n. 16. 37. Quo ab Oreb. num. 17. 37. Vnde ſublevatus in cœlũ ibid. Quot miracula ediderit n. 2. 19. Non habuit Monachatus magiſtrum num. 8. 71. pallio vſus n 5. 110

Eliſeus & Elias typi Monachatus numer. 2. Eliſeo ſubduntur Filij prophetarum num. 11. 28. Muſica vſus ad prophetandum ibid. num. 15. 30. Eliæ diſcipulus num. 11. 35. Suſcitat puerum per incuruationem ibid. Virgo fuit num. 1. 38. Omnia relinquens ſequitur Eliam, ibid. à quanta perfectione cæperit num. 2. 39. Qualiter duplex in eo ſpiritus Eliæ ibid. Quot miracula ediderit ibid. Quid pallij inuolutio ſignificet num. 5. ibid. Autoris mens ibid. Duplicis ſpiritus ſigna num. 6. 40. Neminem vnquam timuit ibid. Mira eius manſuetudo ibid. Cur 41. pueros ab vrſis occidi fecerit numer. 7. ibid. Chriſtus patiens in ipſo præfiguratus ibid. Humilitate ad Prælaturam venit. num. 8. 41. Duo eius præcepta num. 9. ibid. nunquam minus ſolus, quam cum ſolus num. 11. ibid. Vindicatur ab iniuria Petrarchæ ibid. Primus Cœnobita num. 1. 42. Ipſius Cœnobitæ filij Prophetarum num. 2. ibid. Quæ ſub ipſo ædificata cœnobia num. 3. 43. Quo ordine ipſis ſubiecta num. 5. ibid. Quæ in eis obſeruantia inſtituta num. 10. 44. Paupertas num. 12. 45. Proprietatis ſeuera punitio num. 12. ibid. Obedientia. 14. 46. Mirum obedientiæ exemplum num. 15. ibid. Parſimonia num. 16. ibid. Eleemoſina ad portam Monaſterij 17. 47. Dei laudes 18. ibid. Incarnati Verbi myſteria ibid. celebrata 19. ibid. Frequens Monaſteriorum Viſitatio n. 24. 48. Capitulorum typus num. 25. ibid. In quo diſciplina Eliſei à vero Monachatus deſciuerit num. 26. 49. Quanto tempore durauerit eius inſtitutum num. 27. ibid. Inſignes aliqui eius diſcipuli num 28. ibid. Inſtituti huius ſucceſſio num. 29. 50. Pallio vſus Eliſeus num. 5. 110

Elxai pſeudo propheta Eſſenis coniunctus num. 16. 19

Euβίαϛμὸς quid n. 21. 272

Ependites veſtis Monaſtica num. 8. 131. Quid ſit n. 27. 137

Ephemereuta quid n. 55. 174

Epiſcopatus Monachatu perfectior ſtatus num. 10. 119. ad eum frequenter olim Monachi aſſumpti, num. 17. 121

Epiſcopi & Monachi munia ſimul exercuit Athanaſius numer. 12. 230. & Acacius num. 18. 189

Epiſcopus nullo vnquam tempore valuit Religionem approbare num. 34. 104. Eius genuflexio in ſuſceptione ordinum quid ſignificet num. 7. 118. Anachoretæ obedientiam Monaſticam Epiſcopo præſtant n. 16. 115

Epiſtemes Monialis tertij ſæculi n. 21. 183

Epitecti tertij ſæculi Monachi mores numer. 4. 187

Equitatura priſcis Monachis prohibita num. 9. 131. & lib. 3. cap. 5. num. 46. 256. & cap. 6. n. 49. 281

Eremum primus Moyſes aufugit n. 4. 11

Eſſei & *Eſſeni* idem n. 14. 17

V. Eſſeni.

Eſſeni veteres qui fuerint num. 1. 53. Varia placita de eorum origine ibid. Hebræi à modernis diuerſi num. 2. ibid. Tempora Chriſti præceſſerunt, num. 3. 54. Ioſephi & Plinij de eorum antiquitate ſententia num. 4. ibid. Ab Aſſidæis diuerſi num. 5. ibid. Eorum mores ex Ioſepho num. 6. ibid. Inter ſe repugnantes & erroribus pleni. num. 7. 55. Eorum error implexus circa immortalitatem animæ num. 8. ibid. Iuſtitiæ titulo libertatis à vidi num. 9. ibid. Quo fine ab vxoribus abſtinebant num. 10. 56. In abſtinentia à carnibus ſuperſtitioſi num. 11. ibid. Variis diuinationibus dediti num. 12. ibid. Pſeudoprophetæ, ſicarij, hæretici, & ſectarij ibid. Eorundem mores ex Philone num. 13. 57.

Barbara eorum diſciplina 14. ibid. Carpuntur eorum errores ibid. Eſſei & Eſſeni idem ibid. Præcipuus eorum error num.15. 58. Vtrorumque morum identitas ibid. Eſſenorum Samaritanorum mores ex Epiphanio num. 16. ibid. Idem qui Oſſeni ibid. Quoſnam Eſſenos laudauerit Philo num.18. 59. Elxai Pſeudo propheta Eſſenis adiunctus ibid. Eſſeni à Therapeutis valde diuerſi ibid.num.19. Eſſeni omnes Iudæi n. 2. 158. Omnes numero 4000. ibid. Eorum ædiculæ Synagogæ, non Monaſteria ibid. & num. 18. 164. Ieiunia Eſſenorum & Therapeutarum diuerſa ibid.n.44. 17

Etham cantor chori prophetarum n.5. 26. ſapientiſſimus. num.6.ibid. Princeps vnius gregis n. 12.29. Quorum Pſalmorum autor num. 19.31. cur *Ezraita* dictus n.22. 32

Ethnici varietate colorum delectati num. 61.146. Monachos irridebant natiuo Lanarum colore veſtitos n. 62.147. Qualiter temporalia bona aliqui ſpreuerint num. 11. 162. Inconſtantes n.13. ibid.

Euagrius Ponticus Origeniſta.n.8.244. Eius hipocryſis n.42. 254

Euangelium Regula totius perfectionis num. 13. 75

Eucharistia typus ſub Elia.num. 13. 36. Sub Eliſeo num.22. 47

Euchariſtiæ vſus apud Therapeutas num. 65. 176. apud Scithiotas n.34. 276

Eugenia Romana ſecundi ſæculi monialis n. 15. 182. Monachatus eius Chronologia. num 16. 182. Abbatiſſa ſui Monaſterij num 2.186. Humilitas eius. ibid. Opus Dei ibid. Hoſpitalitas ibid. Oeconomia. ibid.

Eugenij I. Papæ de Veri Monachatus initio ſub Apoſtolis ſententia num.21. 81

Eui feſtum Pachomij quaſi iubilæum num. 16. 269

S. Eulalia monialis tertij ſæculi n.25. 184

Euſebius Syrus tertij ſæculi Cænobita n. 22. 190. incredibili pondere ferri onuſtus. ibid.

Euſtachij Monachi hæreſis damnata in Gangrenſi Concilio.n.7. 130

Examen conſcientiæ docet S. Antonius num. 16. 196

Excalceati Therapeutæ concedebant num. 50. 144

Excommunicationis Monaſticæ vſus apud Scithiotas n.33. 251

Exemplum bonum à Monachis edendum n. 13. 233. Exemplo docendum. ibid.

Expulſio V. Incorrigibilis.

Excriptio. *V. Tranſcriptio.*

F

Fabricianus Abbas & martyr Hiſpanus tertij ſæculi Monachus n.24. 184

Fœminarum tonſura per antiqua num.3.123. Deo non conſecratis prohibita ibid. 124. Olim cum Monachis ad collectam fœminæ vocabantur. num.57.174. Anus, non puellæ ibid. 175. à viris olim in templo diuiſæ ibid. num. 34. 169. Virorum in Monachatu adiutrices ibid. num. 36. 169. Qualiter fœminæ à Monachis alloquendæ n.15. 231

Femoralia veſtis Monaſtica n.8.131 antiquis non non fuere in vſu. ibid.n.35. 139

Feſtorum celebritas apud Therapeutas num. 9 181. apud Scithiotas n.23. 247

Fama bona de qua nihil in contrarium licet falſitati n.14. 234

Fato cuncta ferri Eſſenorum error num.6.& 7.54. 55. & Phariſæorum ibid.cap.14.n.3.60. 5. 61

Fides Chriſtiana perſecutionibus aucta lib. 1. c. 13.num. 3.170 dei commendatio n. 16.195. & cap.4.n.27. 235

Fides muſicis inſtrumentis qui addiderint n. 20. 31

Filij Prophetarum Monaſticem coluere n. 1. 25. Eliam & Eliſeum præceſſere n. 2. ibid. Eliam ſibi magiſtrum conſtituere voluerunt ibid. Saulis tempore ſub Samuele floruerunt n. 3. 26. Samueli chori eorum caput num.4.ibid. Eorum præclariſſimi Heman, Aſaph, & Idithum 5 .ibid. eorum munia, & modi prophetandi n. 7. 27. Boni & improbi ipſis adhærentes prophetabant,n. 8. ibid. Sub Heli, & Samuele prima eorum cœnobia ibid. 28. Diſcrimen inter Prophetas & Filios Prophetarum num 10. Ibid. Eliſeo præſtant obedientiam ibid. Vbi prima eorum extructa cœnobia 12.29. In tres cœtus diuiſi ibid. Muſicæ vſus in choro ab his cœpit exordium n. 13. ibid. Muſica mentem in Deum eleuabant ibid. Pſalterij inuentores n.18. 30. aliquorum Pſalmorum autores 19. 31. Concordia Monachatus eorum cum Benedictino n.23.31. Cœnobia ſub Eliſeo conſtruunt num.1.42. Primi Cœnobitæ n.2. ibid. Quæ & quot eorum cœnobia n.3. 43. Quibus vixerint Inſtitutis ibid.n.10.44. Inſtituta ipſes *V. Eliſeus.*

S. Flora Monachatus n.18. 183. Eius reliquias Nucalenſe noſtrum cœnobium Hiſpanum condit. ibid.

Fluenta Iordanis à Filiis Prophetarum inſigni extructo Cœnobio habitant n. 9. 44. ibi Chriſti Domini ſepultura & reſurrectio celebrata ib. num.23. 48

Formula profeſſionis Benedictinorum exponitur. num.9. 113

Franciſcani habitus color griſæus, Leucopheus n. 65.147. Ciſtercienſes olim,& Valumbroſani eo colore vſi. ibid. 148

S. Franciſci Regula quam conſona Euangelio n.15.76. Eius ordo non eſt de iure diuino. ibid. num. 16.

Franciſcus Petrarcha repræhenſus n.11.41. Sanctos Patres carpere ſolitus ibid.num.12. Bernardum P. N.carpit ibid.quidlibet audet vt Poëta. ibid.

S. Fronto ſecundi ſæculi Monachus, & Monachorum parens n.14.181. Eius Monachatus ib. c. 14.num. 3.187. Labor manum, ibid. Victus, ibid. Opus Dei ibid. Collatio ſpiritualis ibid.

Fugitiui pœna apud Tabenneſiotas n.54 284. & 58. 286

Funera apud Scithiotas n.44.255. Tabenneſiotas num.53. 255

Funiculus Ciſtercienſium (noſtris ſobrecintas vvnde in ſu n.13. 133.

Fuſcus color quis n.63.147.65.ibid.73.150. Eo vt-pore natiuo Monachi vſi. ibid. Fuſci coloris Monachi quando primũ in Hiſpania.n. 9. 152

Futurorum præſcientia nobis inutilis n.157. 199

G

Galaction & Epiſtemos tertij ſæculi Monachi n.21.183. Eorum Monaſtici mores n.7.187

Galaction

Digitized by Google

Gallaction ſemel tantum in hebdomada cibum ſumit ibid. Mulierem Monachus non vidit. ibid.
Galbaneus color quis n. 64. 147
Galgalis ciuitate tertium Cœnobium Filiorum Prophetarum extructum n. 7. 44. Prædicatio Chriſti D. ibi celebrata n.22. 47
Galli Monachi fuſco colore vſi n.76. 151
Generales Prælati tempore S. Antonij in Ægypto n. 13.218. Pachomius Abba verè Generalis num.73. 291. Petronius n.74.292. Theodorus n.75. ibid.
Generationes naturales ab Adamo vſque ad Chriſtum n.5.2. Spirituales à Chriſto D.deinceps ibid.n.9. 3.Carnalium cum ſpiritualibus concordia n. 16. cum Monachatu.n.17. 4
Gentilium oratio ad Orientem n.71. 178
Genuflexio humilitatis inſigne n.6.118. Epiſcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum genuflexio in ſuſceptione Ordinum quid ſignificet ibid. num. 7.
Giezi proprietas ſeuerè punita n. 12. 45
Gortheni aliquantulum ab Eſſenis diuerſi num. 16. 58
Gothicus Codex. V. Caradignenſis.
Græcus Alphabetus pro diſcernendis Monachorum ordinibus Pachomio ab Angelo traditus num.6. 266
Gratiæ vocantis tres modi n.44. 202
Gratiarum actionis poſt cœnam antiqua forma num.9.74.num.32. 237
Greges Prophetarum Monaſticem coluere num. 1.
V. Eliſeus, Filij Prophetarum.
Gregorij Magni de initio veri Monachatus ſub Apoſtolis ſententia n.12.79. De vi voti ſolemnis in deſertores n.16. 102
Gregorij Nazianzeni de antiquitate Monachatus ſententia num. 3.6. Quid de illius teſtamento ſentiendum n.16. 195
Griſeus color quis n.65. 151. Qui eo vſi.n.8. 153. In ouibus Iacobi præfiguratus 83.ibid. Ciſtercienſes Griſei dicti num.13. 11. cur, num.65. 151
Gulielmi de S.Theodoric. ſententia de antiquitate Monachatus n.21. 8
Gula taxatur n.78. 193
V. Edacitas, In plures.

H

HAbitus Monachorum Angelicus num.1. 1.11. Habitus geſtatio qualiter tacitè profeſſum conſtituat num. 30.103. *V. Veſtes.*
Hebdomadæ integræ ieiunium qui perfecerint. n. 4. 160
Hebdomadarum ordo apud Tabenneſiotas n.21. 272
Hebræorum veſtes tunica & pallium num.3. 129
Hæreticorum ſimulationes n. 76. 211
Hanani Eliſei in Monaſticis diſcipulus num. 28. 49
S.Helenius ſecundo ſæculo Monachorum Præfectus in Ægypto n.15. 182
Heman chori Prophetarum cantor eximius.n. 5. 26. Quatuordecim eius filij & tres filiæ cantores domus Domini num.7. 17. Sapientiſſimus ibid. Propheta & autor Pſalmi 87. ibid. Princeps vnius gregis n.12.29. Cur *Ezraita* dictus? n.22.32. Quo tempore Monaſtica eius familia durauerit n.27. 49
Heraclides autor Paradyſi Origeniſta num.8.241. 42. 254. 48. 256. Quo tempore ſcripſit. num. 64.161. Regula S. Pachomij ab ipſo è Græco Latine reddita num.4. 265
Hierarchia Eccleſiaſtica ſecundum omnes ſui partes à Chriſto D. inſtituta num.3.82. Monachatus illius pars idid. abſque illo ſaluari nequit num.5. 180
S.Hieronymi ſententia de antiquitate Monachatus num. 1.5. de inceptione veri Monachatus ſub Apoſtolis num 3.77. De vi voti ſolemnis num. 23. 101. fuſco colore vſus num.73.150. Nitrienſes inuiſit num. 3. 227. Præfatio ipſius in Regulam S. Pachomij hactenus non vulgata n. 14. 169
S.Hierotheus S. Dioniſij Areopagitæ magiſter n. 2.116. Ieſu diſcipulus, non Pauli n.3. 117
S.Hilarionis ieiunium num. 40. 170. & 43. 171. Tigurium num.49.172. Paleſtini Monachatus illuſtrator num.4. 215. Cur cum S. Antonio duobus tantum menſibus manſerit ibid. Quo tempore floruit. ibid. Præſtantior inter Antonij diſcipulos ibid.n.11.217. Antonij cellulam viſitat.ibid. num. 13. 221
Hipocryſis deſcripſitio num. 51. 173. numer. 76. 212
Hiſpani tranſlatores libri de Verbis ſeniorum n. 12. 243. Hiſpani Monachi fuſco colore vſi n. 73. 150. Quando primum in Hiſpania Monachi nigri numer. 70. 154. Monachatus ad Hiſpanos à D. Iacobo Apoſtolo adductus n. 9.181. Anachoreſis à Simeone Nigro ibid. n. 10. Philibertus & Fabricianus tertij ſæculi Monachi & Abbates Hiſpani num. 184. Hiſpani Monachi tertio ſæculo Monaſterium ſub Deiparæ patrocinio extruunt num. 6. 187. D. Athanaſius in gratiam Hiſpanorum S.Antonij vitam exarauit num. 10.217. Eius tempore Monachatus in Hiſpania florens ibid. Hiſpani color *V. Baticus.*
Homo ad laborem natus num. 2. 9. Hominum numerus maior, vbi maior Monachorum & Virginum num. 20.111. Homo inſufficiens ad ſatisfaciendum Deo num. 75. 211. Peccatum eſt contra naturam hominis ibid. Homo ad ignominiam veſtitus num.84.153. Cur non ab initio num.85. 154
Honor vetus ille de quo nihil contra falſitati licet num.24. 234
S.Honuphrius ſecundi ſæculi Monachus num. 26. 285. Antonium in Monachatu præceſſit ibid. Eius Monachatus n. 10. 188. Vita communis ibid. Abſtinentia ibid. Silentium ibid. Diuinum Officium ibid. Infirmorum cura. ibid.
Hora mortis dæmones acrius ſæuiunt n.62. 207
Hoſpitalitas Commendatur ab Antonio num. 17.219 Poſthumio ibid.num.17 223. Ammond num. 9. 229. Scithiotarum Hoſpitalitas num. 45.255.& 75. 264. Erga Hoſpites qualiter ſegerere oporteat. ibid. Tabenneſiotarum hoſpitalitas num. 7.267. Erga Clericos, Monachos, ſæculares, mulieres n.34. 276
Humerale habitus Monaſticus n.8. 131
Humilitas Eliſeum ad Præfecturam euexit. numer. 8. 41
Humilitas & humiliatio quo differant. num. 69. 209
Commendatur humilitas num. 15. 218. num. 22. 233. 28. 235. & cap. 5. numer. 39. 253

Hiena pellem ouis Machario offert, num.47. 143

Hymnorum vſus in Eccleſia à quo tempore n.29. 167

Hymnus & Pſalmus & Canticum quo differant ibid. Modus canendi hymnos apus Therapeutas n. 64. 176. Alternis & diuiſis choris n.67. 177. Qua melodia 69. 178

I

S. I*Acobus* Apoſtolus Monachatum in Hiſpaniam inuexit n.9. 181

S.*Iacobus* Niſibira quo tempore floruit n.36. 185. cellula eius victus, veſtitus, ibid.

Iabaziel Eliſei diſcipulus n.28. 49

Idithum cantor chori Prophetarum n.5.26. Quos Pſalmos ediderit n.19. 31

Iehu Eliſei diſcipulus n.28. 49

Ieiunia Moyſis num.10.24. Eliæ n. 5. 34. Ioannis Baptiſtæ num.3.69. Chriſti D.n.7.74. à ieiunio placidus ſomnus num. 21 165. Qua moderatione ieiunandum num. 38, 170. Priſcorum ieiunium abſque prandio vſque ad cœnam ibid. 39. Biduanum triduanum, & quinque dierum ieiunium qui peregerint. num 40. ibid. Integræ hebdomadæ num.41. ibid. *V. Biduanum, Triduanum, Quatridnanum, Quinque dierum Hebdomada.* Pane tantum & ſale qui ieiunauerint ibid.num.42. 171. Qualiter ieiunandum n.48. 172. Sorbitiuncula *chocolate* dicta in ieiuniis taxatur ibid. Nitriotarum ieiunia n. 19. 220. Scithiotarum ieiunia n. 22. 247.31.32.33. 250.251. Tabennaſiotarum n.15. 269

Ieſſæorum qualis Religio n.18. 59

S.*Ignatius* Martyr an diſcipulus Ieſu num. 7. 83

Ignoſce Verbum Scithiotis vſitatiſſimum n. 41. 254

Illuſionum remedia n.63. 207

Incarnati Verbi myſteria à filiis Prophetarum ſub Eliſeo celebrata n.19. 47

Incarnatio Verbi ad redemptionem mundi neceſſaria n.58. 205

Incorrigibilis pœna expulſio è Monaſterio in Schola Macarij n.17. 219

Indes & Domna tertij ſæculi Monachi n. 23.184 vtriuſque oratio, abſtinentia, Vigilia ibid. Domnæ Monaſterium. ibid.

Indiſcretio pœnitentibus cauenda n.47. 203.48.ib. 71.209.n.31. 236

Infamia Monachis cauenda n.23. 233. num. 44. 255

Infirmorum cura quanta apud Nitriotas n. 6. 218. Scithiotas n.44.255. Tabenneſiotas n. 15.269. n. 30. 275

Ingluuies mater libidinis n.53.204. damna illius n. 62. 176

Initia Monaſticæ conuerſationis quotidie iterandan.13. 195

Innocentij II. canon de ſeparatione Eccleſiaſticorum vxoratorum n. 14. 99. Ramiri Aragonum Regis occaſione editus ibid. n.15.

Inobedientis pœna n.64. 288

Inſtituta Monaſtica in Adam præfigurata n. 3. 9. Abelis virtutes Monaſticæ n.1, 12. Patriarcharum veterum mores num. 6. 16. Noë & cum eo in arca exiſtentium n.1. 19. Moyſis n.1.21. Gregum Prophetarum ſub Samuele, n. 1. 25. Eliæ num.1.32. Eliſei n. 1. 38. Filiorum Prophetarum num. 1. 42. Rechabitarum num. 1. 50. Eſſenorum num.6. 54. Phariſæorum num. 3. 60. Scribarum ibid.num. 6.61. Nazaræorum ibid.n. 9.61. Nathinæorum ibid. num. 15. 64. Doſitheorum num.16.ibid. Regula Ioannis Ieroſolymitani falſo ei adſcripta num. 5. 61. S. Ioannis Baptiſtæ mores monaſtici num.1. 68. Chriſtus D. Monachorum Princeps & exemplar. n. 1. 72. Myſterium Monaſticæ conſummationis ſub Apoſtolis num.1.116. eius Theoria num. 4. 117. Ordo inſtituendi Monachum parui Schematis num.99. 157. Ordo magni & Angelici habitus ibid. num. 100. 158. Therapeutarum inſtituta cap.12.num.4.159. S. Antonij inſtituta moralia n. 2. 194. Militaria n. 21.197. Eius vita Monachorum Regula 3.n. 7. 216. S.Macarij Regula n.15.218. S. Poſthumij Regula ib. n. 25. Nitriotarum Inſtituta Athanaſio Doctore n.4. 227. S. Athanaſij Regula Monachorum ib. n. 17 .232. Eiuſdem Regula Monacharum ibid.num. 17. 235. Scithiotarum Inſtituta num.16. 245. Eorundem poſt reſtaurationem mores ibid. num. 75.264. Tabenneſiotarum mores cap.6.num.1.265. Regula S.Pachomio ab Angelo tradita ibid. num. 2. Regula Monachorum ab ipſo exarata num. 14. 269. Thebaydenſis Monachatus Inſtituta ibid.n.86. 295

Inſtrumenta muſica Sacræ ſcripturæ num. 17. 30. eorum myſteria n.21. 32

Inuidia peccatum dæmonis n.70. 209

Ioachimi Abbatis mira ſententia de figuris Monachatus in Veteri Pagina contentis num. 2. 1. Eiuſdem ſententia de antiquitate Monachatus num. 23.8. Eiuſdem prophetia de duratione Ciſtercienſis Ordinis n.10. 53

Ioannes Abbas Scithiota presbyter num. 17. 245. Aliquæ illius ſententiæ num. 26.27. 248. 249. Captiuus ducitur in vltima Scithis vaſtatione num. 69. 262. Redimitur ab Abbate Leone ibid. Probatur fuiſſe Scithiotam num.70. 263. & ſecundi ſæculi Monachum n.71. ibid.

S. *Ioannes* Baptiſta Sydus matutinum in aurora legis gratiæ num. 1. 68. Prima veri Monachatus ianua ibid. Deſertum petit ibid. Veſtis eius aſperitas n. 2. ibid. Victus ac ieiunium num. 3. 69. Paupertas & Virginitas num. 4. ibid. animi firmitas ibid. Qualiter à diebus eius cogitur Regnum cœlorum num. 5. ibid. Ipſo duce Monachi cœlum cogere cœperunt num. 6. 70. Oraculum de ipſius Monachatu num. 7. ibid. Dux Monachorum abſque magiſtro n. 8. ib. Diſcipuli Ioannis Monachatum eius non ſunt ſecuti, num.9. 71. Cur diſcipulos ſuos Monaſticem non docuerit num. 10. ibid. Virginitas eius à Maria Deipara emanauit 19. 110. Eius baptiſmi à Baptiſmo Chriſti diſcrimen, n. 79. 113

Ioannes Caſſianus V. Caſſianus.

Ioannis Chriſoſtomi de antiquitate Monachatus ſententia n.6.7. de Veri Monachatus initio ſub Apoſtolis n.9. 78

S.*Ioannis* Euangeliſtæ Virginitas à Maria Deipara emanauit n.19. 110

Ioannis Hieroſolymitani Regulam falſo ipſi adſcriptam probatur n.5. 61

Ioannes Moſchus ſecundæ vaſtationis Scithis occulatus teſtis num. 69. 262. Secundi ſæculi Patrum vitas ſcripſit in Prato ſpirituali num.71. 263. Sophronij in omnibus ſodalis ib. 4.n.72

Ioannes

Digitized by Google

Ioannes Nanus (noſtris *enario*) Abbas Scithiota num.4. 240. Mira eius diſcretio n.23.247. Sanctitas n.26. 248
Ioannes Pachomij diſcipulus n.69.290. Pachomij Epiſtola ad ipſum n.70. ibid.
Ionadab. Rechabitarum magiſter n.1.50. Eius Inſtituta n.3. 51
V. Rechabita. Eximiæ virtutis vir ibid. Bernardi P.N. typus n.16. 53
S.Ioſeph Deiparæ ſponſus poſt eius partum à vinculo matrimonij ſolutus n.10.108. Quid iurium nuptialium ipſi relictum numer. 11.ibid. Adhuc poſt votum non potuit à ſponſa ſeparari n.13. 109
Iouiniani hæretici mira hypocriſis num. 78. 152
S. Iphigenia primo ſæculo Monialium præfecta n.11. 181
Iſaias Abbas Scithiota n.4. 240. Presbyter factus ibid.n.17. 245
Iracundi pœna n.63. 288
S.Iſidori de Monachatus antiquitate ſententia n. 13.7. De inceptione Veri Monachatus ſub Apoſtolis n. 13. 79. Eius Monachi melote vſi. n. 48. 144
Iſidorus Abbas Scithiota n.4. 240
Itali Monachi fuſcis veſtibus vſi n.65. 151
Iubal Lamechi filius cytharæ & choræarum inuentor. n.17. 30
Iubilæum feſtum apud Tabenneſiotas numer. 16. 269
Iudæorum accubitus in conuiuiis n.58.175.Oratio contra templum n.71. 178
Iudicare alios Monacho non licet numer. 23. 233
Iudicij extremi diſtrictio n.80.213. Iudicium culparum *V. Culparum.*
Iudicium linea à Moyſe ad Chriſtum D.n.31.1. Secundum ſpiritum à Chriſto D. & deinceps n. 13.4. Qualiter in his præfigurata Monaſtices ibd n.17.
Iulianus Sabas Syrus tertij ſæculi Monachus n. 25.184. Eius victus,cellula ibid. Singularis eius cęremonia in canendis Dei laudibus ibid. infirmorum cura ibid. Solitudo orationis ibid. Ædificij Monaſterij eius humilitas.

L

L*Abor* manuum. *V. Opus manuum.*
Lacinia Virginibus Deo dicatis prohibita n. 34. 237
Lacones muſicis choris ad virtutem hortabantur. n. 14. 29
Lachryma Mona-his ſuadentur n. 10 .196. & 30. 198
Lana quid n. 25. 236
Lamparilla Ciſtercienſium Hiſpanorum (nempe ſtudium poſt matutinum) vnde initium habuit. n.55. 284
Lana Monachorum indumentum n. 40. 141. & 54 145. Pedulum materia n.50.144. Lanarum natiui colores quatuor n.63. 147
Lanæ canæ Polentia ferax n.82. 153
Lanceæ veſtis myſteria quoad monaſticem ſpectat num.90. 155
Lapſana quid n.35. 277
Latinæ linguæ imperiti recitantes Horas Canonicas conſolantur n.42. 254
Latronis punitio n.58. 287
Lauare corpora mortuorum Scithiotæ conſueuerunt n. 44.255.Tabenneſiotæ veſtimenta num. 38.278. Totum corpus nudum lauare ipſis non licebat n.44. 280
Laudes Dei Samuel in choro cantauit n.4. 26.Filij Prophetarum ſub Eliſeo n.18.47.Therapeutæ n.6. 159. Alternis choris n.67. 177. Signum quo vocabantur n. 55. 174. Laudes Dei apud Macarium n. 16.269. Iuliani Sabæ ceremoniæ in Dei laudibus n. 16. 189. Horarum Canonicarum antiquitas n.24. 166. Tardè occurrentium penæ Monaſticæ apud Macarium n. 16. 119.Dormientium ibid. Dei laudes apud Nitriotas num.9. 229. Ordo Horarum Canonicarum ex Athanaſio n.29 235. Apud Scithiotas num.34. 252. Conſolantur ignari linguæ Latinæ recitantes Laudes Dei n. 42. 254. Dei Laudes apud Tabenneſiotas num.8.267.Græci & Syri in Schola Publij propriis linguis opus Dei agunt n.24. 191
Laudes vanæ vitandæ n.18. 235
Lauſiaca Palladij cautè legenda n.5. 241
Lebitonarius veſtis Monaſtica n.8. 131. Eius forma n 11. 132
Lectionis frequentia Monachatus fundamentum n. 18. 132 & 10. 233.Commendatur n. 29. 235
Lectus priſcorum Monachorum humus num.59. 175
Lectus Scithiotarum n.30.250. Tabenneſiotarum num.42. 279
Leo Abbas Scithiota in ſecunda Scithis vaſtatione martyrium paſſus n.69. 262
S. Leocadia tertij ſæculi ſanctimonialis num. 25. 184
Leucophæus color quis , n.65. 147
Leucophæi Monachi in Veteri Pagina præfigurati n.83. 153
Legis antiquæ Monachatus *V. Elias Eliſeus* cæteraque Patrum Veteris Teſtamenti nomina.
Libri Vitarum Patrum ratio n.5.241.Tertius, ideſt Lauſiaca Palladij, & quartus, ideſt Heraclidis Paradyſus cautè legendi.ibid. Sententiarum libri à quibus ſcripti num. 6. ibid. Paſchaſij liber à nullo autore Græco ante ſcriptus num. 7. ibid. Euagrius duos ſententiarum libros ſcripſit.num.8.242. Palladius alterius libri ſententiarum autor num. 9. ibid. Plura hic à Recentionibus addita num.10. ibid. Libri Apothegmatum quis autor numer. 11.243. Tranſlatores libri de Verbis ſeniorum Hiſpani 4. num. 12.ibid.Librorum ſcriptio opus manuum Monachorum lib.3.ibid.n.48. 281
Libidinoſi homines gigantes dicti n. 15. 19. Libidinum.
Licurgus Muſicam bellicæ exercitationi coniunxit n.14. 24
Linea Patrum ab Adamo ad Chriſtum & deinceps n.7. 2. Iudicum linea ibid. num. 11. 3. Qualiter in vtraque Monachatus præfiguratus, & executus ibid.n.17. 4
Lingua qualis quique ſit manifeſtat. num. 51. 204
Linum Monachorum veſtis num.4.136. Qui eo vſi , & quibus veſtibus lineis num.55.145. Eorum apud Veteres vſus num.86. 154. Myſteria 87.ibid. Linum cruciamentis fit vſui aptum ib. Lineis veſtibus cur Tabenneſiotæ induti n.47. 281
Lino abundat Ægyptus. ibid.

Digitized by Google

Liquamen quid n.31.275.Tabenneſiotis prohibitum. ibid.
Locare operam ad meſſionem Scithiotis Monachis frequens n.19.144.& 76. 164
Locuſtis ſimiles Scithiotæ n.16. 243
Locuſtarum S.Ioannis Baptiſtæ qualitas & myſteria n.3. 69
Loth Abbas Scithiota n.34. 251
S.*Lucillæ* reliquiæ vbi condit. n.18. 183
Luxuria perditionis mundi cauſa numer. 16. 19. cunctis ætatibus infeſtiſſima n. 54. 204. Eius effectus ibid. n.74. 210
V. Libidinoſi.

M

Macarius Ægyptius ſucceſſor Antonianæ paleſtræ num. 13.218. Regulam ſcribit quinque mille Monachis ibid.num. 14.Regula ipſa ex Codice M. S.Caradignēſi ibid.num.15. Variæ virtutes, ſeu inſtrumenta bonorum operum ibid. Meditatio poſt Matutinum. ibid. Opus manuum ibid.Pœna murmurantis ſeparatio ibid. pœna tarde occurrentium ad opus Dei num. 16. 219. Miſſa quid apud Macarium ibid. Lectio, ibid. Correptio qualiter ferenda ibid. Incorrigibilis pœna expulſio num. 17. ibid. Silentium ad menſam ibid. Hoſpitalitas ibid. Patientia num. 18. ibid. Parentum obliuio ibid. Egreſſus è domo qualis ibid. forma ſuſcipiendorum fratrum ib.Negligentium pœnæ num.19. 220. Volentis abire è Monaſterio ibid. Ieiunia quartæ & ſextæ feriæ ibid. Artificij exercendi ratio ibid. De alia Macarij Regula iudicium num. 20. ibid. Antonij corpus ſepelit Macarius num.23.221.Poſthumium ſucceſſorem relinquit num. 22. 220. & 24. 221. Macarij duo num.31.224. Difficile diſtinguntur num.32.Ægyptius Antonij diſcipulus num. 33. Alexandrino ſenior 32. ibid. Eorumdem diſtinctio ex diuerſitate Poſthumij & Pachomij 35. 225. Senior Antonio & Poſthumio, iunior Pachomio coæuus num. 36. 226. Alia quæ ipſos diſcernunt num. 37. ibid.Quo tempore vterque floruerit n.58. 259
Macarij Alexandrini de vi voti ſolemnis ſententia num.21.101.Hyena pellem ouis ei affert n. 47. 147. Vna tantum ſomnij hora contentus num. 21.165.Quibus à Macario ſeniore differat n.31. 224
Macarius Ægyptius Alexandrini acta ibid. num. 35.225. *Vrbanus* dictus num. 2. 241. Primum in Scithi Monaſterium ædificat ibid. cauſa receſſus in Scithim ibid.num. 3. 240. Eius manſuetudo & patientia ibid.Aliquæ illius ſententiæ ibid. num.5.241.23.247. 35. 252. 36. ibid. 42.254. Scithis deſolationem prophetat num. 51 257. Quo anno è Scithi ſeceſſerit, & obierit ibid.num.58. 259
Macrina Baſilij magni ſoror pulla veſte induta num.8. 131
Mataneum Thebaidæ Monaſterium num. 14. 269
Maſortes al. *Mauortes* Monaſticus habitus num. 8. 131.Eius forma num. 24. 136
Mauorte Gallicum nomen num. 25. ibid. Eius myſteria ibid n.95. 157
Magiſtri munus duplici ſpiritu eget numer. 4. 39
Maior Abbas dictus apud Tabenneſiotas n. 22. 172
Malchus tertij ſæculi Monachus num. 27. 185. Monaſterium extruit n.13. 188
Manicæ Monachis prohibitæ num. 11.132.poſtea permiſſæ ibid.n.14. 133
Mantum quæ veſtis num.22. 135
Manus hominum ad opera pietatis emortuæ n. 52. 104. Tabenneſiotis manus à labore oleo mollire licebat num.44.280. Magnum alterius tenere non licebat ibid. n.45. 281
Manuum labor.
V. Opus manuum.
Marcella primum Romæ ſanctimonialium cœnobium extruxit n.7. 216
Marcellus Abbas Scithiota n.4. 240
Marcianus Syrus quo tempore floruit num. 50. 185.Eius cellula, oratio, ieiunium Modeſtia. ibid.
S.*Marchus* Euangeliſta Monachorum inſtitutor n.6.& 7. 83. n.12. 181
Marci Scithiotæ mira obedientia n. 38.253.Humilitas ibid.n. 39
Maria Virgo Deipara fœminarum Virginum caput n.15.88.Primiceria virginitatis ibid. num. 1.105 Votum ſimplex virginitatis emiſit num. 2. ibid. Quo tempore num. 3. 106. Cur in ſalutatione Angeli turbata num. 2. & 3. ibid. Qualiter cum voto virginitatis conſenſum aliquem in copulam iungere quiuerit num. 4. ibid. Perpetua eius Virginitas ſibi reuelata ib. in conceptione & partu votū iterarit,& ſolemne fecit num. 5. ibid. Solemnitas hæc ſummæ Trinitatis conſecratione celebrata num.6. 107. Nihil defuit ex requiſitis ad ſolemnitatem n. 7.ibid.Chriſtus D.voti huius acceptator num. 8. ibid. Effectus voti ſolemni, in Maria collucent num. 9.ibid. Poſt partum à vinculo matrimonij ſoluta num.10.108. Quid ſponſi iurium Ioſepho relictum num. 11. ibid. Etiam poſt ſolemne votum nequiuit Ioſeph à Maria ſeparari num.13.109. Votum eius ſine exemplo, & exemplar cæterorum num. . 14. ibid. qui ſolemne,cum in Religione approbata non fuerit emiſſum ibid. Prima omnium virginitatem vouit,num.15.ibid.Prima Noui teſtamenti virgo 17.110. Veteris Virgines cur non dicantur virgines 18.ibid.à Maria puritas & caſtitas omnium ſanctorum num. 19. ibid. Eius veſtes natiui coloris l.2.c.11.n.68
Maria Moyſi ſoror perpetua virgo num. 8. 131
Maria Ægyptiaca & aliorum nuditas extrema. num.5. 10
S.*Martha* Virginum collegium ædificat n. 7.83. & c.13.n.12. 181
Martialis Poëta morum veterum apotheca n.60. 146. Chriſtianorum mimographus num. 61. 147.Carpit veſtimenta Monachorum ſui temporis. ibid.
S.*Martinus* nigro colore non eſt vſus numer.76. 151
Martyrium ab Abele initium ſumpſit n.3.12. Eſt holocauſtum n. 13.126. Martyres Monachi in Scithi n.69. 262
S. *Matheus Apoſtolus* collegium Virginum ædificat n.6. 83
Mattæ à Tabenneſiotis elaboratæ n.23. 272
Matrimonium an requirat conſenſum in copulam n.3. 106. Qualiter in Deipara Virgine cum ſolemni voto virginitatis compaſſum ib.n.10. 108

Mauorte

Mauorte. V. Maforte.

Mazices barbari Scithim deſtruunt, & Monachos occidunt n. 53. 258. Secundo Scithim deuaſtant ibid. n. 69. 262

Medicis an priſci Monachi vſi n. 6. 228

Mediolani tabulatis in templo viri à mulieribus ſeparati n. 35. 169

Meditare & meditari quo differant num. 36. 277

Mel ſilueſtre Ioannis Baptiſtæ quid ſignificet n. 3. 69

Melania Celliam Nitriæ perficit n. 3. 227

Melotes Monachorum habitus n. 8. 131. quid n. 7. ib. Eius forma n. 26. 137. Eo vſus D.P.N. Benedictus num. 48. 144. Eius myſteria num. 95. 15. Moniales eo vſæ non ſunt num. 36. 169

Menſa frugalis magiſter Chriſtus n. 8. 74. Benedictionis menſæ ibid n. 9. Menſa Therapeutarum. n. 19. 164. Miniſtratio, num. 59. 175. Sobrietas 62. 176 Iacobi Niſibitæ menſa n. 14. 189. Iuliani ſabæ ib. n. 15.

Menſa ſybaritica quæ n. 23. 191. Silentium ad menſam num. 17. 133. Nitriotarum victus ac menſa n. 21. ibid. Antonij n. 9. 195. Scithiotarum numer. 31. 250. Tabenneſiotarum num. 16. 169

Meſſioni opera ſua locabant Scithiotæ num. 29. 249

Minæorum hæreſis n. 9. 61

Minorum ordo non eſt de iure diuino num. 16. 76

Modeſtia cuiuſdam Scithiotæ eximia num. 45. 255

Monachatus à quibus initium, ſtatum & perfectionem habuerit num. 2. 1. numer. 26. Cherubinis Arcæ adumbratus num. 2. 1. Veteris & Noui concordia numer. 3. ibid. Qualiter in generationibus Patrum præfiguratus num. 17. 4. Patrum ſententiæ de ipſius antiquitate num. 1. 6. Autoris mens num. 24. 8. Monachatus Scopus imaginem Dei in homine reparare n. 1. 9. quibus mediis id aſſequendum ibid. num. 2. Monachatus perfectior ſtatu innocentiæ quo pacto ibid. num. 9. Angelicæ vitæ ſimilis ibid. num. 10. in Abele præfiguratus num. 1. 12. In Patriarchis num. 1. 13. In Arca Noë num. 1. 19. Moyſes Monachatus pater num. 1. 21. Monachatus à Samuele inſtitutus num. 10. 28. Non attigit in Elia vltimam perfectionem num. 7. 34. Neque in tota lege Veteri num. 1. 64. num. 10. 71. Iudicium autoris de toto Monachatu Veteris Teſtamenti num 1. 64. In quo veteres à vero Monachatu deſciuerint ibid, num. 2. Perfectus Monachatus Euangelio reſeruatus ibid. 65. num. 25. 88. in Veteri Teſtamento non promulgatus, ſed figuratus ibid. Ante Chriſti aduentum monaſtica omnia defecere inſtituta num. 4. 65. Quid ad Regulam Ioannis Hieroſolymitani dicendum num. 5. 66. S. Ioannes Baptiſta Monachatus ianua num. 1. 68. Qui abſque magiſterio Monaſticem didicerint ibid. num. 8. 71. Chriſtus Dominus Monachorum magiſter num. 1. 72. Monachatus Regula Euangelium ibid. num. 13. 75. Hieroſolymis verum cœpiſſe Monachatum concors Patrum ſententia eſt num. 1. 76. Non vtcumque, ſed trium votorum emiſſione ſubnixum n. 1. 82. Quæ requirantur ad verum Monachatum ibid. num. 12. 85. Monachatus eſt pars Eccleſiaſticæ Hierarchiæ à Chriſto D. inſtitutæ num 3. 82. Traditio Apoſtolica num. 5. 83. à D. Marco inſtituti Therapeutæ primi Monachi ibid, num. 6. eodem tempore ſimul cum Euangelio toto orbe vulgatus ibid. Vviclephi error obtunditur num. 7. ibid. Nullus ex Recentibus Ordinum Patriarchis Monachatus inuentor num. 8. 84. Primitiuus tribus perfectus n. 13. 85. Vota ſimplicia ad Monachatum ſufficere num. 3. 89. Opinio aſſerentium vota omnium Monachorum ſimplicia fuiſſe ibid. num. 2. Veteres Monachi Solemnia ſemper vota emiſere ibid. num. 4. 90. ſatisfit in contrarium adductis num. 8. 91 Monachatum ab Apoſtolis initium ſumpſiſſe votorum ſolemnium emiſſione ratione conuincitur n. 1. 96. Ægyptij & Paleſtini Monachatus princeps Maria Virgo Deipara num. 20. 111. Vbi crebrior Monachatus profeſſio, ibi maior hominum numerus ibid. Monachatus nequit humana poteſtate aboleri num. 3. 113. Vnde tria eius vota deſumpta num. 5. ibid. quod Monachatus nomine à priſcis intellectum num. 6. ibid. Forma Monaſticæ profeſſionis ex D. Dionyſio Areopag. n. 7. 113. Bnedictio num. 9. ibid. Tria vota à Veteribus non expreſſa num. 10. 114. Cur? num. 12. ibid. Caſtitatis & paupertatis vota Monachatui eſſentialia n. 11. ibid. 14. 115. 15. ib. Nihil præter tria vota ipſi eſſentiale num. 17. 116. num. 19. 122

Monachatus Solemnitas ex D. Dionyſio Areopag. num. 1. 116. Monachatus dignitate inferior ordine ſacro num. 9. 119. præſtantior officio Parrochi & Archidiaconi num. 10. ibid. inferior Epiſcopatu ibid. Monachatus martyrium protenſum ibid. num. 13. Holocauſtum ibid. Morte ipſa acerbior 15. 120. Paphnutij, Bernardi, & Cæſarei de hac re egregiæ ſententiæ ibid. & n. 16. 121. Crucifixis ibid. Veſtium mutatio in vſu ab initio Monachatur num. 17. ibid. *V. Veſtes.* Qua deliberatione & vocatione amplectendus Monachatus num. 10. 161. Eccleſiæ perſecutionibus extingui non potuit Monachatus origo num. 1. 179. Pari caſu cum Euangelio propagatus ibid. n. 2. ibid. perſecutionibus aboleri nequiuit ibid. num. 3. 215. Eccleſiaſtica Hierarchia abſque Monachatu non conſtat num. 5. 180. Origo Monachatus nequit inter Patres aſſignari num. 6. ibid. Nullum Eccleſiæ ſeculum Monachatus deſtitutum ibid. 18 1. & ſeq. Monachatus priorum trium ſeculorum ibid. num. 8. Monachatus à S. Antonio per orbem dilatatus num. 2. 214. Tria Monachatus fundamenta num. 18. 222. Scithis Monachatui, quod Roma imperio num. 47. 256. Monachatum & Epiſcopatum qui ſimul egerint. *V. Epiſcopus.*

V. Inſtituta, Monachus.

Monachus vnde dictus num. 4. 111. num. 18. 184

Monachis quantum fundationi, & gubernio Eccleſiæ contulerint num. 16. 7. Tria Monachorum genera in tribus filiis Noë adumbrata num. 9. 21

Monachi pars non minima Eccleſiaſticæ Hierarchiæ n. 3. 83

Monachi benedictio ad Presbyterum attinet num. 4. 117. Cur dum benediceretur non genu flectebat ibid. num. 8. 119. Monachi officium ibid.

Mona

Monachus renuntiat vitis diuiſibilibus num. 11. ibid. eiuſque phantaſiis num. 12.120. Monetur plebi perfectione præire num. 14. ibid. Frequentius olim ad Pontificatum Monachi electi num. 17. 121
Monachi quando primum in Hiſpania num. 79. 153
Monachi parui ſchematis inſtitutio ibid. num. 99. 157
Magni num. 100. 158
Monachorum præcipui ductores ſorores habuere Monialium ductrices num. 36.170. Nullum Eccleſiæ ſæculum Monachis deſtitutum num. 5. 180
Monachi primi ſæculi ibid. num. 8. 181. Eorum mores ibid. Secundi ſæculi ibid. num. 14. tertij ſæculi num. 18. 183
Monachorum ſecundi & tertij ſæculi mores numer. 1. 186
Monachorum paleſtræ quatuor in Ægypto n. 2. 193
Monachis orbem replet S. Antonius ibid. Perantiqua Monachorum à ſæcularibus irriſio n. 24. 234
V. Sæculares. V. Monachatus.
Monaſterium pro vnius Monachi habitatione vſurpatum num. 18.164. n. 10. 229
V. Virgines. Sanctimoniales.
Mons Ephraim à Filiis prophetarum Cœnobij fundatione nobilitatus n. 8. 44
Mores Monachorum *V. Inſtituta.*
Mortuorum corpora lauabāt Scithiotæ n. 44. 255
Motus inordinati corporis num. 49. 203. Animales n. 50. ibid.
Moſchus V. Ioannes Moſcus.
Moyſes an Monachus dicendus n. 1. 21. Omnia, etiam Regnum, propter Deum relinquit num. 2.22. & ſapientiam ibid. An metus cauſa fugerit ægypto num. 3 ibid. Autoris mens num. 4. Eius paupertas ibid. Sapientiam & coronam Ægypti proculcat num. 5. ibid. Quot annis virginitatem in eremo coluerit num. 6. 25. Quo tempore nupſerit ibid. nuptiarum eius myſteria ibid. Soror eius Maria eo doctore perpetua virgo n. 8. 24
Moyſis obedientia num. 9. ibid. Oratio ieiunium aliæque virtutes Monaſticæ num. 10. ibid.
Moyſes Ætyops Abbas Scithiota num. 4. 240. Eius probata virtus ibid. num. 19. 246. & 26. 248. Sententiæ. 36. 251. Hoſpitalitas num. 45. 255 Scithis deſolationem prophetat num. 52. 258. & martyrium ſuum num. 53. ibid. martyrium patitur n. 54. ibid.
Mucij Ægyptij Monachi mores n. 26. 191
Mullei calceamenti genus n. 32. 139
Muria ſalſamentum quoddam quid n. 15. 189. n. 31. 175
Murmuratio V. Detractio.
Miſica vnde in chorum Dei Laudum tranſlata n. 13. 29
Muſicæ effectus varij ibid. Prophana exempla n. 14. ibid.
Muſicæ vis ad eleuandum ſpiritum num. 15. 30. De inuentore muſicæ varia placita num. 16. ibid. Inſtrumenta muſica quando primùm inuenta 17. ibid. Sacræ paginæ inſtrumenta muſica ibid. Iubal choræarum inuentor ib. Ethnici muſicis inſtrumentis fides addidere num. 30. 21. Ob luxum addita muſica ipſa deplorat ibid. Pſalterij forma num. 21. 32. Eius aliorumque inſtrumentorum myſteria. ibid.
Muſica theatralis improbatur in Dei Laudibus. ibid.

N

Nathinæorum inſtituta num. 15. 64. An Conuerſis & Donatis noſtris reſpondeant Nathinæi ibid. Habitabant in muro Ieruſalem ibid. Nihil in eis religioſum præter ſeruile miniſterium aquæ & lignorum in templo. ibid.
Natiui coloris genera num. 63. 147. Commendata in veſtibus Monachorum numer. 66. 148
Nauis in modum cur templa extructa num. 34. 169
Nazaræorum mores ex lib. Numer. 9. 62. Eorum votum *magnum* per antonomaſiam ibid. n. 10. quid in eorum abſtinentia à Vino ſignificatur num. 11. 63. quid in cæſario num. 12. ibid. Quid in mortuo non contingendo num. 13. ibid.
Noui Nazaræi, nempe Monachi in illis præfigurati veteribus religioſores n. 14. ibid.
Nicolai Iuſtiniani Veneti diſpenſatio in voto caſtitatis fabuloſa n. 16. 99
Nigellus color quis n. 73. 150
Niger color an veteribus Monachis fuerit in vſu num. 57. 145
Negatiua reſolutio n. 73. 150
Niger color non eſt natiuus ſed fictitius ibid. n. 57. 151. Pſeudo monachi olim eo veſtiti num. 78. 152. Iam à ſede Apoſtolica probatur num. 81. 153. Aquo tempore Ciſtercienſibus in vſu. ibid.
Nitria vnde dicta n. 1. 226. Monaſteria ibi. Sita. ibid.
Nitria priſcorum fidelium frequens peregrinatio n. 3. 227
Nitriotarum paleſtra in Ægypto num. 2. 193
Nitriotarum numerus n 3. 227
Inſtituta num 1. 226. n. 9. 89. Obedientia ibid. Diuiſio per decurias & centurias ibid. Monaſterium ibid. Decani ibid. & ſeqq. reuelatio cogitationum ibid. Collecta ibid. & ſeqq. abſtinentia num. 5. Vinum ſolis ſenibus permiſſum ibid. Opus diei, noſtris *tarea* num. 6. Veſtes ibid. Infirmantium cura, ibid. Lectio, & oratio ibid. Studium Sacræ ſcripturæ num. 7. Ieiunia num. 8. quid cœna apud ipſos ibid. In proprietatis deteſtationem Monachus cum pecunia ſepultus num. 9. Hoſpitalitas ibid. Xenodochium pauperum ibid. Dei Laudes ibid. Sinaxis. ibid.
Nitriotarum Anachoretarum mores num. 10. 229. Silentium ibid. Diſtantia cellularum ibid. Charitas ibid. Cibus ibid. Somnium ibid. Sacramentorum miniſtratio ibid. num. 11. Cætera Nitriotarum Inſtituta vide *V. Athanaſius* Nitriotarum qui fuerint Origenis errore reſperſi n. 48. 236
Nobiles quando primum Romæ Monachatum arripuerint n. 7. 216
Noë quinquentis annis virgo permanſit num. 11. 17. à diluuio vſque ad mortem continens. n. 12. 18. n. 4. 21. Prælatorum typus ibid. S. P. N. Benedicti vmbra. ibid.
V. Arca Noë.
Nouatorum error aſſerentium Monaſticem rem eſſe

Digitized by Google

eſſe nouam in Eccleſia refellitur in Prologo Continuatoris n. 2. 97
Nouitij olim approbationis tempore ſecularem habitum retinebant n. 31. 105. Per triennium probati à Tabenneſiotis num. 7. 267. Ordo ſuſcipiendi eos ibid. num. 33. 276
Nucalenſe Cenobium ſanctorum Valeriani & Floræ condit reliquias n. 18. 183
Nuditas quorundam Monachorum extrema n. 5. 10. Monaſtica nuditas in protoplaſtis præſignata. ibid.
Numerus hominum maior vbi crebrior virginitatis profeſſio n. 20. 111
Nuptiarum præceptum qualiter veteres obligabat num. 10. 17. Monachis ab initio Monachatus interdictæ num. 21. 87. & cap. 5. num. 5. 90 & cap. 6. per totum. Nuptiarum ſecundarum ratio n. 53. 237

O

Elementum ſemiexaratum relictum à Marco Monacho perfectiſſimè obediente n. 38. 253. & c. 4. n. 1. 216
Obed Eliſei diſcipulus n. 28. 49
Obedientia Monachorum in protoplaſtis præſignata num. 7. 10. In Abele num. 5. 12. In Arca Noë numer. 1. 19. Moyſis obedientia num. 9. 24. Eliæ num. 6. 34. Eliſei num. 1. 38. Filiorum Prophetarum num. 14. 46. & 15. Rechabitarum num. 4. 51. Obedientiæ votum ab initio veri Monachatus num. 23. 87. Indiſpenſabile. *V. Votum* ad eſſentiam Monachatus requiſitum n. 13. 114. Anachoretarum obedientia quem ſuperiorem reſpiciat ibid. num. 16. 115. *V. Epiſcopus.* Qualiter obediendum num. 59. 205. Ex Macario num. 15. 218. Poſtumio ibid. n. 25. 211. Scithiotarum obedientia miraculoſa num. 38. 253. Tabenneſiotarum obedientia num. 39. 278
Oblatorum ordo ab Abele n. 6. 13.
Obſeruantiarum Monaſticarum magiſter Chriſtus D. num. 5. 73
Obtrectatio Monachorum ſecularibus perantiqua n. 24. 234
Occaſio peccati vt vitanda n. 4. 227
Odilonis Cluniacenſis de antiquitate Monachatus ſententia n. 17. 8
Odonis Cluniacenſis de antiquitate Monachatus ſententia n. 18. ibid.
Officium Diuinum V. Laudes Dei.
Olimpij Abbatis mira humilitas num. 26. 248. & 39. 253
Onuphrius, V. Honuphrius.
Opus Dei. V. Laudes Dei.
Opus manuum Monachorum exercitium num. 15. 219
Opus diei (Hiſpanis tarea Nitriotis impoſita n. 7. 228 Scithiotæ laborem ad meſſionem locabant num. 29. 249. & 76. 264. Defectus laboris cauſa deſolationis Scithis ib. 49. 257. Labor viribus & alimentis admetientibus numer. 5. 266
Opus manuum Tabenneſiotarum num. 21. 272. Ratio operis ab eis reddita num. 23. ibid. Quo ordine ad opus manuum egrediebantur, eique aſſiſtebant ib. 36. 276. Pallio inter laborandum exuti 37. ibid.
Operis manuum diſcreta moderatio 67. 289
Oratio Monaſtica in ſomno Adæ præfigurata n. 3. 5. In Abele num. 6. 13. In Arca Noë num. 6. 14. Moyſis oratio aſſidua num. 10. 24. à Chriſto edocta n. 6. 73
Oratio mentalis apud Macarium num. 15. 218. & 25. 211. Athanaſium num. 19. 233. Scithiotarum publica oratio pro ingruenti neceſſitate num. 12. 247. Eorum aſſidua oratio num. 35. 252. Corporis habitudo in oratione. ibid.
Ordo Sacer dignitate ſuperior Monachatu num. 9. 119
Ordo ſeſſionis populi Chriſtiani in Eccleſia ab Apoſtolis traditus num. 34. 169. Inter Monachos Therapeutas n. 34. ibid. Tabenneſiotas n. 15. 269. & 67. 289. 289
Orientem verſus orare mos Chriſtianorum num. 71. 178 & Gentilium. ibid.
Origeniſtæ qui Monachi fuerint n. 48. 256
Orſieſij Inſtitutiones Monaſticæ à Pachomianis diuerſæ num. 4. 265. & 11. 268. Qualia eius ſcripta num. 17. 270. Pachomio & aliis ſuccedit Orſieſius in Generali præfectura ibid. num. 75. 292
Oſſenorum more (al. *Oſſeorum*) num. 17. 58
V. Eſſeni.

P

S. Pachomij Abbatis habitus num. 6. 130. Taxat Pachomius veſtes pretioſas ibid. num. 37. 140. Pachomius à Poſthumio diuerſus num. 31 224. & num. 35. 225. Tabenneſiotarum inſtitutor Pachomius num. 1. 265. Regulam ab Angelo accipit ibid. num. 2. Eius Regula ab Angelica diuerſa n. 3. & ab Orſieſij & Theodori inſtitutionibus n. 4. ib. Regula Angelica num. 5. labor viribus admetiendus ibid. Cellæ, Refectorium, accubitus, veſtes ibid qualiter ad Communionem ſacram accedendi ibi. num. 6. Alphabetum pro Monachis diſcernendis ibid. Hoſpitalitas num. 7. 267. Nouitiorum probatio ibid. menſæ diſciplina ibid. Diuinum officium ib. Paucula à Nicephoro huic Regulæ addita numer. 9. 268. Non tam Monachis quam Pachomio ipſi Angelica Regula data n. 10. ibid.
Pachomij Regula ab ipſo exarata num. 11. ibid. Non ab Orſieſio. ibid. Neque à Theodoro n. 12. ibi Præfatio D. Hieronymi de Regula S. Pachomij ex Caradignenſi codice nunc denuo extractus num. 13. 269. Tranſlationis huius Regulæ occaſio num. 14. ibid. Tabennenſium Monaſteria, cellæ, & miniſtri, ibid. Ordo Congregationis ibid. num. 15. Veſtes ibid. Cura ægrotorum num. 15. Ieiunia ibid. Artifices num. 16. ibid. Iubilæi feſtum ibid. Pachomij ſcripta n. 17. 270. Regula ipſa S. Pachomij num. 19. 271. Tirunculorum ſeſſio, & externi hominis compoſitio num. 19. ibid. Correptionis Monaſticæ forma num. 20. ibid. Collectæ ſignum ibid. Prior quis num. 20. ibid. Oratio inter opera manuum num. 21. ibid. Hebdomadarum ordo ibid. Pſallendi ibid. Diſputatio de maioribus num. 22. ibid. Laboris manuum ratio reddenda num. 23. ibid. Manuum labor moderandus ibid. n 67. 289. Ratio dati & expenſi ibid. n. 24. 273. Diſciplina menſæ num. 25. ibid. Signum ibid. Tragemata num. 26. 274. Singulis data num. 27. ibid. Æqua portio numer. 29. 275. Vinum & liquamen prohibita num. 31. ibid. Ordo ſuſcipiendorum fratrum num. 33. 276.

276.Hoſpitum n.34. ib. Xenodochium primus inſtituit Pachomius ibid. Propinquorum viſitatio quibus prohibita numer. 35.277.Quid ab illis accipere liceret ibid. an eos viſitare num. 35. ibid. Quo ordine ad opus manuum egrediendum num.36.278 Ferramentorum cuſtodia 37.ibid.Ord. lauandi veſtes num.38.ibid.Obedientiæ & paupertatis documenta num. 39. ibid.Quas veſtes habere licuerit num. 41. 179. Qualiter induendæ 45.260. Accubitus ad ſomnum num.42.lectuli num.43.279.Qualiter ambulandum ibid. 280. Manus oleo lauare non licebat num.44.ibid. Neque balneis vti ibid.In tenebris loqui proſcriptum num. 45.ibid. & cum alio dormire ibid. & manum alterius tenere ibid. & ſpinam euellere abſque licentia ibid. & caput tondere ibid. & aliquid permutare ibid. & aliquid nouum ſuperinduere ibid. Cruce rubra in cucullis vſi Tabenneſiotæ ibid. num.46.281. Veſtes eorum lineæ num.47.ibid. Cur? ibid. Claudere cellam non licebat num. 48. ibid. Artifices ibid. 282. Equitatura ſanis prohibita n. 49. ibid. Ingreſſus ad officinas prohibitus ibid. & eulogia accipere num. 50. ibid. Proprietatis amputatio ibid. Piſtrinariorum diſciplina num. 51. 283. Pœna tardè occurrentium ad opus Dei 52. ibid. Multa aliarum negligentiarum ibid.Funerum ritus 53. ib. Correctiones Abbati reſeruatæ quæ? num. 54. 284. Fugitiuorum penæ ibid. Quid quiſque ſcire teneretur num. 55. ibid.ſtudium Pſalmorum poſt matutinum, Hiſpanis *Lamparilla* ib. Diſciplina in viſitatione Virginum ſeruanda n. 56. 285. Aliquarum negligentiarum correctio ib. Grauiorum culparum punitio num.58.287. Præpoſitorum correctio num. 59. Collecta n. 57. maior minor, & media num. 59. ibid.Concio bis in hæbdomada ibid.Præpoſiti virtutum ſyllabus num.60.ibid. Imprecatio in Præpoſitum negligentem num. 61. 287. In quoſnam iactata num.62. ibid. Præpoſiti autoritas num. 67.289 Præpoſitus; & ſecundus, noſtris *Supprior* ibid. Controuerſiæ qualiter abſoluendæ num. 68.ibid.De quatuor partitionibus Regulæ Pachomianæ autoris iudicium num. 69. 290

Pachomij Epiſtola ad Syrum & Ioannem, num. 70.ibid. Scripſit alias eiuſdem dictionis num. 71. 291. integra Monaſterij Pachomiani œconomia num.72.ibid Abbas fuit verè Generalis num.73.ibid ab Athanaſio confirmatus n. 76. Capitula generalia bis in anno celebrat 74. Succeſſorem deligit Petronium num. 73. ibid. Viſitat ſibi ſubdita cœnobia num.77.292. Quæ ipſi ſubiecta numer.80.293.Subditorum vtriuſque ſexus numerus num. 81. 294. Quouſque Pachomiana ſe extenderit inſtitutio num. 85. 295

Pœmen Abbas Schithiota n. 4. 240. Aliquæ illius ſententiæ num. 37. 252. 39. 253. 42. 43. 254

Pœna variè delinquentium num.58. 286. num.63. 287

Paleſtina à B. Virgine Deipara virginum multitudine decorata n. 10. 111

Paleſtini Monachi fuſco colore vſi n.73. 150.Hilarion. ibid.

Palatij vitæ pericula n.8. 216

Palladius origeniſta n.8.144. Quo tempore lauſiacam ſcripſit num. 64.261. Regula Angelica Pachomij ab ipſo Latinè reddita num. 5. 266. Eius Lauſiaca cautè legenda num. 5. 241

Pallium Veſtis Chriſti D.& Apoſtolorum n. 3.129 Hebræorum ibid. num. 4. 130. Samuelis Eliæ, & Eliſei ibid. num. 5. coniugatis prohibitum ibid. num.7.Eius forma num. 22. 235. Monachorum, & Græcorum Philoſophorum amictus num.23.236.Monachorum pallium & ſagum idem ibid. Tabenneſiotarum pallium n. 23.ibid.n.57. 278

Pambo ab Athanaſio Alexandriam adductus num. 13. 230. Celebre eius dictum de meretrice compta. ibid.

Pane tantum & ſale qui ieiunauerint num. 44. 171. & c.14.n.15. 289

Paphnutij Abbatis de martyrio Monachatus celebre dictum num.15.127.Fuit Monachus Scithiota n.4. 240

Paradyſum operari & cuſtodire quid n.2. 9. Paradyſus Heraclidis legendus n.5. 241

Parſimonia.V. Ieiunium, Menſa.

Paſtor Abbas Scithiota n.4.240. Aliquæ eius ſententiæ ibid.n.19.246.25.248.32. 252

Paſtoritia ars contemplationi accommodata n. 7. 14

Pater dictus Abbas apud Tabenneſiotas num.73 291

Patrum Catholicorum de Antiquitate Monachatus ſententiæ n. 1. 5. de increpatione veri Monachatus ſub Apoſtolis num. 1.5.de emiſſione trium votorum aqud Veteres num. 13. 85

Patrum linea *V.Linea.* In patribus Veteris paginæ qualiter præfigurata Monaſtices num.17.4. In eis diſperſæ virtutes Monaſticæ, in nullo omnes collectæ num.6.16. Eorum virginitas vſque ad nuptias ibid.num. 9.aliquorum mira continentia n.11. 17

Patientia Monachis commendata num. 18.196.& cap.3.num. 16.219.& 18.ibid.& cap.4.num.21. 233

S.Paula viduæ vita martyrium num.14.127.Marcellæ,& Euſtochij filiæ ſocia num. 7. 216. In gratiam eius Pachomij Regula à D. Hieronymo in Latinum conuerſa n. 14. 269. Nitriam peragrauit num.3.227.Non Scithim n. 65.261. Quo anno. ibid.

Paulus primu eremita quo pacto primus Monachus dictus n.24.8. Eius Monachatus quo anno inciderit n.19. 183. Tertij ſæculi Anachoreta ib.c.14.n.5. 187

Paupertas Monaſtica in protoplaſtis præſignata num. 6.10. in Abele cap. 4.num.4.12. In Arca Noë obſeruata cap.6.num. 2. 19. Moyſis paupertas num.4.22.Eliſei cap. 10.num.1. 38. Filiorum Prophetarum ſub Eliſeo cap.11. num. 12.45.Ioannis Baptiſtæ num.4.69.ab Apoſtolorum tempore à Monachis voto promiſſa n. 15.85. Solemni cap.5. num.10. 193. Qualiter olim poſſeſſionibus renuntiabatur ibid. num. 13. quo tempore,num.14. 194. Quid iuris de teſtamento S.Gregorij Nazianzeni ibid. num. 16. 195

Paupertas in antiquorum Regulis non expreſſa num. 10. 114. Semper tamen ad verum Monachatum requiſita ibid.num.11. cur non expreſſa numer. 12. alibi expreſſa numer. 13. ad veram Religionem neceſſariam eſſe probatur ibid. num. 14. 115. Arſinoitarum paupertas 2.194. & 14.195. Nitriotarum paupertas

pertas num. 9. 229. & 27. 235. Scithiorarum paupertas num.28.249.Tabenneſiotarum,ibid. n.39.278. & 50. 282

Peccatores deffendentium pœna n. 66.289.ex malitia. ibid.

Pedites V. Equitatura.

Pedules quod calceamentum num.33.139. An perones ibid. non calcæi num. 34. ibid. Eorum materia n.50. 144

Pelion nominis cur pro mali origine vſurpatum n.7. 216

Pelles Monachorum indumentum num. 40. 141. 46.143.47.ibid.Qui eis vſi ibid. Quouſque durauerint num. 48.144. Chriſtus in deſerto veſte pellicæa vſus ibid. n. 69.149. Pellium myſteria n.88. 154

Pellicis vox vnde ſcortis accommodata num. 89. 155

Penula quæ veſtis n.26. 137

Peregrinatio ſacrorum locorum apud veteres Monachos pluris habita n. 3. 227

Perfectio vitæ Monacho in profeſſione commendatur num.13.120. Plebi perfectione anteire. ibid. n. 14.

Permutare Tabenneſiotas prohibitum num. 45. 281

Pero quod calceamentum num.29.138.& 32.139. Non pedulis 33. ibid.

Perſeuerantia V. Locus profeſſionis.

Peruerſoris fratrum pœna n.63. 288

Petrarcha V. Franciſcus Petrarcha.

Petronius Pachomij ſucceſſor qualis vir num. 78. 293.Abbas generalis eligitur ibid. & ſeqq.

Petri cazalla area Societatis Ieſu ſale ſanata num. 4. 43

Petrus Niger Anachoreſim in Hiſpaniam inuehit n.10. 181

Petri Damiani de antiquitate Monachatus ſententia n. 16. 7. De duplici ſpiritu Eliſei num 2. 39. De initio veri Monachatus ſub Apoſtolis n.14. 80

Phariſæorum origo num. 1. 60. Quo tempore in Veteri lege exorti Phraſæi ibid. Quo pacto ſcribis priores num. 2. ibid. Eorum mores ex Ioſepho ibid. num.3.ex Epiphanio num. 5. 61. Eorum mentio in Euangelio num.7.ibid.Recti & iuſti amatores num. 8. ibid.Quæ in ipſis taxauerit Chriſtus D. ibid. Eorum ſecta extincta poſt Chriſti mortem ab ipſis patrata ibid. Idem qui Aſſidæi. ibid.

Philibertus Abbas & martyr Hiſpanus tertij ſæculi Monachus n.24. 184

Philo Hebræus diuinæ Philoſophiæ oblitus num. 11.162.teſtis Euangelicæ veritatis num.23.166. Therapeutarum ſpiritum propheticum ſomnio attribuit, ſed falſò, ibid.165. Rephenſus. ibid.

Piamonis ſententia de antiquitate Monachatus num.11.8. De inceptione veri Monachatus ſub Apoſtolis n.11. 7

Pimenius Abbas Scithiota n.4.

Pior Abbas Scithiota n. 4. 240. Aliquæ eius ſententiæ ibid.n.19.246.25.248. 32. 251

Piſtrinariorum Tabenneſiotarum diſciplina n.61. 287

Plebs quia quæ pars Eccleſiaſticæ Hierarchiæ n. 14. 120

Pænitentia diſcretione moderanda num. 47.203. Commendatur n.25. 221

Pænitentia Thebaidæ Monaſterium num. 14. 269

Polygamia V. Nuptiæ.

Pontificatus frequens vetuſtis Monachis num. 17. 121

V. Epiſcopus Epiſcopatu.

Porticus duo in templis Apoſtolorum tempore, virorum vnus, mulierum alter num. 34 169

Poſſidy ſeu *Poſſidonij* ſententia de initio veri Monachatus ſub Apoſtolis n.8. 78

Poſthumij Abbatis acta num. 21. 220. Macarius Poſthumium ſucceſſorem exoptat ibid. num. 22.viſitat Poſthumius S.Antonij reliquias ib. 221. Succedit Macario in paleſtra Antoniana ibid.num. 24. vnde ipſi gubernandi peritia ib. Poſthumij Regula ex Caradignenſi codice ibid.num.25.à Deo accepta ibid. Valde ab ea variant excuſſi.num. 26.222.Obedientia num. 26.ibid. Mortificatio,ieiunium,oratio, humilitas,paupertas num.25. ibid.Charitas num. 26. ibid. Nihil abſque ſuperioris arbitrio faciendum ibid. Lectorum ſeparatio ibid. Opus Dei ibid. Perfectio num.29.223. Continentia ibid. Murmuratio fugienda ibid. & 26. pax ibid. Hoſpitalitas num. 37. manſuetudo ibid. Cum ſæcularibus in iudicio non contendendum ib. Dæmon quomodo vincendus num. 38. ibid. Dæmonum technæ in Monachos ibid. Eius Regula ab Angelo ſibi miniſtrata num 29. ibid. Quibus Poſthumius à Pachomio differat ibid. n.31. 224. Diſcernuntur ex diuerſitate Macariorum num.35.225. Alia quæ Poſthumium à Pachomio diſcernunt ibid. num. 37. 226

Potitianus comes S.Antonij vitam legens ſit Monachus n.8. 216

Præceptorum contemptoris pœna n. 64. 288

Prælatorum typus Arca Noë n.4.10. Eorum virtutes ibid.Spiritus duplex ibid.cap.10.n.4. 39

Præpoſitus & Prior quo differant num. 20. 271.

Præpoſiti correptio num. 59. 286. Virtutes num. 60.ibid. Imprecatio Pachomij in negligentem num. 61. 187. Eius Præpoſiti quales num. 62. ibid. Iniqui correptio num.65. 288

Præpoſiti pueros non corrigentis pœna ibid.non rectè iudicantis ibid.num.66.289. Eius autoritas n.67. ibid.

Præpoſitus primus & ſecundus ibid. Inter eum & fratrem controuerſia quomodo abſoluenda n.68. ibid.

Præpoſiti à cæteris officialibus differentia n. 72. 291

Prandio in ieiuniis veteres non vſi num.39. 170 *V. Menſa.*

Precationes quibus veſpere & manè primitiua vtebatur Eccleſia n.25.166. Ad prandium ibid.n. 53. 173

Presbyteratus dignitas excedit perfectione Monachatum n.9. 119

Presbyteri Nitriotarum n.11. 229

Primogeniti raro à primogenitura deiecti n. 10.17. olim primogeniti Sacerdotes. ibid.

Princeps dictus Abbas apud Tabenneſiotas n. 72. 291

Prior V. Præpoſitus.

Profeſſio tacita caſtitatis perantiqua n.22.87.Tacita & expreſſa profeſſio quid num.29. 103

Profeſſio ſolemnis ſtatus Religioſi abſque expreſſa votorum emiſſione ſtare poteſt ibid. Profeſſio tacita duplex n. 30. 103. Vnde olim tacitæ & expreſſæ indicium ſumebatur num. 31. ibid.

Quis vota profeſſionis tacitæ acceptet num. 32 ibid. Diſcrimen inter profeſſionem tacitam Cænobitæ & Anachoretæ num. 33. 104. An ſemper fuerit neceſſarium emitti in Religione approbata num. 34. ibid. & approbata à ſede Apoſtolica num. 35. ibid. Cur olim valida profeſſio in manu Abbatis non facta num. 36. 105

Profeſſionis vetuſtiſſima formula ex D. Dionyſio Areopag. n. 7. 113. ex D. Benedicto ibid. num. 8. Profeſſio Baptiſmus quidam. *V.* Monachatus.

Prophetæ aliquorum Pſalmorum autores num. 19. 31. *V. Filij Prophetarum.*

Prophetandi variæ acceptiones ibid. n. 7. 27. Muſicæ vſus ad prophetandum ibid. num. 15. 30

Propinquorum Viſitatio quo pacto Tabenneſiotis permiſſa n. 35. 277. Quid eis à propinquis accipere permiſſum. ibid.

Proprietatis ſeuera punitio num. 12. 45. Aliorum vitiorum maculas induit proprietas num. 13. ibid.

Protoplaſtorum mores Monaſticem præfigurabant num. 1. 9. Monaſtica eorum opera ibid. num. 2. Oratio num. 3. Victus num. 4. 10. Nuditas n. 5. ibid. Paupertas num. 6. ibid. Caſtitas num. 8. 11. *V. Adam.*

Pſalmorum ſupra cæteras Veteris Teſt. paginas excellentia num. 18. 30. Non omnes Pſalmi à Dauide compoſiti ibid. num. 10. 28. Quo differat Pſalmus ab Hymno & Cantico num. 29. 167

Pſalterium à quo inuentum 18. 30. Eius forma & myſteria ibid. n. 21. 32

Pſeudo-Monachi olim nigro colore vſi num. 78. 152

Pſiatum al. *Pſiathium* monaſtica ſuppellex n. 8. 131. Stratus n. 41. 279

Publij Syri Monachi mores num. 23. 191. Subſtantiam ſuam vendit ibid. Summa eius vigilia. ibid. Diuerſa ſacella pro Græcis & Syris extruit ibid. n. 24.

Puerorum educatio Scithis deſolatio num. 50. 257.

Puerorum amatores qualiter corripiendi num. 64. 288

Puerorum impudentiæ correptio ibid. num. 65.

Pulcheria Hiſpana nupta Arcadio Imper. Virginitatem ſolemniter vouet num. 12. 108. Quo fine. ibid.

Pullus color quis n. 73. 150

Puluillus Monachis à Pachomio prohibitus n. 8. 131

Pura veſtis quæ n. 15. 133

Q

Quadraginta plagarum numerus ignominioſus n. 38. 278. & n. 63. 287

Quatriduana ieiunia qui peregerint. n. 4. 159

Quinquageſima diei myſteria n. 42. 171

Quinque dierum ieiunia qui peregerint num. 4 160

R

Ramirus Aragonum Rex nuptias iniit abſque diſpenſatione in voto ſolemni caſtitatis num. 14. 99. Excuſatur à transgreſſione voti ibid. n. 18. & ſeqq. 100

Ratiocinia dati & expenſi apud Tabenneſiotas n. 24. 273

Raſa Monaſticus habitus n. 8. 131. Quid, & qui ea vſi ibid. n. 15. 133

Rebrachiatorum Monaſticus habitus n. 8. 131. Eius forma ibid. num. 12. 132. & 28. 137. Myſteria n. 94. 156

Rechabitæ Monachorum principes ex D. Hieronymo num. 1. 50. Diſcipuli Ionadab, non Eliſei num. 2. ibid. Rigida eorum obſeruantia ib. num. 3. 51. Paupertas ibid. Parſimonia ibid. Studium Sacræ ſcripturæ num. 4. ibid. Obedientia ibid. præceptum abſtinendi à vino abſque culpa tranſgrediuntur ibid. Tale non habuiſſe præceptum probabilius ibid. Eorum obedientia num. 5. 52. An obedientiam tranſgreſſi fuerint ingredientes Ieroſolymam ibid. ſpiritu prophetico ditati num. 6. ibid. Cur *Cinæi* dicti ibid. Sacerdotes fuere, al. leuitis permixti num. 8. 53. In quo præſtantiores filiis Prophetarum num. 9. ibid. In quo à vero Monachatu deſciuerint ibid. eorum duratio. ibid.

Recreandi animi tempus Scithiotis nullum conceſſum n. 46. 256

Refectorium V. Menſa.

Reformatio & relaxatio Monachatus in extenſione & inuolutione pallij Eliſæi præfigurata, n. 4. 39

Regula V. Inſtituta, Codex.

Relaxatio V. Reformatio.

Religio nunquam ab Epiſcopo approbari valuit. n. 34. 104

Religionis ethymon num. 2. 112. & 4. ibid.

Religioſus ſtatus V. Monachatus, Monachus, Profeſſio. Votum. Inſtituta.

Renuntiatio rerum omnium qualiter olim à Monachis facta num. 13. 193. Quo tempore ibid. num. 14. 194. Vtrumque à iure diſpoſitum ibid. num. 15. qualiter facienda n. 10. 161

Reuelationes diuinæ occultandæ num. 9. 41

Riſus quid n. 46. 281

Rodulpho Ciſtercienſi conuerſo facta reuelatio qualiter intelligenda n. 15. 127

Roma quibus annis primò & ſecundo euerſa n. 61. 261

Romæ cladem lamentatur S. Arſenius ibid. primamne, an ſecundam ibid. Romanis olim cura tegere, inſania n. 30. 138

Ruffini Monachi liber de Monachis taxatur num. 5. 241. Fuit Origeniſta ibid. 48. 256. Quo tempore ſcripſerit ibid. n. 64. 261

S

Sabanum quæ veſtis num. 55. 145. num. 41. 172

Sabbatum olim in Eccleſia dies ſolemnis ſicut Dominica num. 31. 168. Cur hæc ſolemnitas abolita ibid. n. 32

Sacella diuerſa pro Græcis & Syris extruit Publius Syrus. n. 24. 191

Sabini Marciani diſcipuli mira abſtinentia num. 21. 190

Sacerdotum genuflexio in ſuſceptione ordinum quid ſignificet n. 7. 118

Sacerdotium in Monachis perpetuum ibid. num. 17. 121

Sacerdotij

Digitized by Google

Sacerdotij primæ lineæ in Abele num. 1. 12
Sacrificij norma n.6. 13
Sacerdotium ante Aaron primogenituræ annexum n.10. 17
Saccus V. Cilicium, Sagus.
Sacræ ſcripturæ ſtudium officium Monachorum n. 16.121.& cap. 12 num.19.164. Dei ſecreta non naturæ ſcrutari ibid. n. 2. 167. Nitriotæ in hoc excellentes n.7. 227
Scithiotæ literis non vacabant n.42. 254. Tabenneſiotarum diſputatio de moribus & Sacris ſcripturis n.22. 272.& 55. 284
Sacramentorum miniſtratio qualis apud Scithiotas n.11. 229
Sæcularibus perantiquum Monachos irridere n. 24.234. Eorum admonitio num. 25. ibid. Cum illis Monachus non contendat num.27. 223
Sæculum nullum à Chriſto Domino Monachis deſtitutum n.7.181.Primi ſæculi Monachi ib. n. 14. ſecundi ibid. n. 18.183.& lib. 3. cap. 5. n.71. 263. Tertij lib.2.c.14.n.1.186.Anachoreſis ibid.n 11. 181
Sagus quæ veſtis num. 22. 135. Pallium Monachorum ſagus ibid. num.23. 136
Sale tantum & pane qui ieiunauerint. num.42. 171. & cap.14.n.15. 189
Salſamenta ciborum Monachis prohibita num. 51.275. Liquamen & alia ſalſamenta ibid.
Samgar non fuit Iudex populi Dei n.11. 3
Samuel gregum Prophetarum caput num. 4. 26. Monaſticæ vitæ magiſter ibid.num. 10.28. Chori inuentor ibid.n.4. 26
V. Filij Prophetarum. V. Greges.
Sanctitas, V. Virtus.
Sanctimoniales à primo Eccleſiæ ſæculo inſtitutæ num.11.181.15.16.182.18.21.23.25. ibid. Antiquarum mores ibid.cap 14.num.18.189.Sub S.Antonij diſciplina num. 44.202. & cap. 3. num. 1. 214. Athanaſij num. 27.235. Pachomij n.56. 285
V. Monialis. Virgo Virginitas. Votum.
Sandalia quod calceamentum num.29.238. Idem ac caligæ. ibid.
Saul inter Prophetas verè prophetauit num. 8. 27. Muſica ſpiritum refocilabat, & melius habebat. ibid.numer. 15. 30
Scandalizantis pœna n.66. 289
Scapulare idem quod Ependites n.27. 137
Schematis parui Monachum inſtituendi ordo n. 99. 157. Eius myſteria ibid. Schematis magni ibid. num.100. 158
Scipionis dictum *Nunquam minus ſolus, &c.* Eliſeo accommodatum à D. Ambroſio num.12.41.Petrarcha D. Ambroſium repræhendens taxatur ibid.n.11.
Scithis mons vbi n.1.239. Quis primum ibi Cœnobia extruxerit ib.n.2. 240
Scithiotarum paleſtra in Ægypto num.2.193.Vnde ſic dicta num. 1. 239. Reliquis Ægyptiis Monachis ſanctitate præſtantiores Scithiothæ ibid. num.4. Abbates Scithiotæ num. 4. 240. Virgines ibid. à quibus eorum acta ſcripta ibid. num 5. 241. Eorum mores & Inſtituta num. 16.245. Democratiam eligunt ibid. Abbates qui dicti ibid. Conuentus eorum publici pro negotiorum occurrentiis ibid. Presbyterorum & Diaconorum electio ibid. num. 17. quinam in Comitiis vocem habuerint ibid. Culparum iudicium conuentuale apud ipſos ibid. num. 18. Palam ſe ipſos arguebant num. 19. 246. Probabant Monachorum virtutes ibid. Sacræ ſcripturæ dubia enodabant num. 20. ibid. Senes concionabantur ibid. Sermo S. Arſenij ad Monachos in Capitulo congregatos num. 21.ibid. Orationes publicæ pro ingruente neceſſitate num. 22. 247. Ieiuniorum indictio ibid. Feſtorum celebratio num. 23. ibid. Vini vſus reprobatio ibid. Ordinata ſeſſio num.24. ibid. Alterna monita ibid. Monaſteria, & cellæ num. 25. 248. Ex omni genere & ætate ad Monachatum admiſſi num. 26. ibid. Facilis negligentium expulſio numer. 27.249. Paupertas. 28.ibid. Labores manuum locabant ad meſſionem pro victu parando. num. 29. ibid. Signum quo vocabantur ad Collectam ibid. Veſtes num. 30. 250. Stragulum, & horæ ſomni ibid. victus & ieiunij modus 31.ibid. Vetera ieiunia num. 32. 251. Noua ibid. Conuentualitatis amor num. 33. ibid. Excommunicatio monaſtica ibid. Horæ Canonicæ num. 34. ibid. Euchariſtiæ vſus. ibid. Aſſiduitas orationis num. 35. 252. Corporis habitudo in oratione ibid. Iuge ſilentium num. 36.ibid. Cellæ cuſtodia 37. ibid. Oſtium cellæ ſera claudebant ibid. Quid in cellis agebant ibid. Obedientia præſtantes num. 38. 253. Eorum humilitas num. 39. ibid. Mortificationes num. 40. ibid. Verbum *Ignoſce* ipſis frequentiſſimum num.41.254. Non vacabant literis num. 42. ibid. Senioribus cogitationes aperiebant 43. ibid. Eorum modeſtia ibid. Caſtitatis cuſtodia eximia ibid. ægrotorum cura num.44. 255. Mortuorum funera ibid. Corporum defunctorum lotio ibid. Hoſpitalitas num.45.ibid. Pedites incedebant num. 46.256. Recreandi animi tempus nullum habebant ibi.
Scithiotarum prima deſtructio num. 47.256. Miranda & deploranda ibid. Scithis Monachatui, quod Roma Imperio ibid. Scithiotæ non fuerunt origeniſtæ num. 48. ibid. Vaſtationis Scithicæ num.49. 257. Prima defectus laboris ibid. & ſeq. Secunda puerorum conuerſatio, num. 50. ibid. Veſtes eorum deprauatæ ibid. Tertia deliciæ num. 51. ibid. Quarta inobedientia num. 52.258. Scithis deſolatio à Macario Moyſe & aliis prædicta ibid. num. 53.ibid. Alia prophetia ibid. Martyres Scithiotæ num. 54. ibid. Mazices barbari Scithim deuaſtant num. 56. 259. Quo anno cœperit & deſierit Scithica Religio ibid. num. 58. & num. 66. 262
Scithiotarum diſciplinæ reſtauratio num.67.262. Vnde autori nota ibid. Arſenij tempore non reſtaurata Scithis num. 68. ibid. Iterata deuaſtatio num.69. ibid. Quomodo acciderit ibid. Martyres & captiui Scithiotæ ibid. & ſeq. cuius ſæculi numer. 71. 263. Scithiotarum poſt reparationem mores monaſtici ibid. num. 75. 264. Amor paupertatis ibid. Charitas, abſtinentia, diſcretio ibid. Hoſpitalitas ibid. Locatio laboribus manuum ad meſſem num. 76. ibid. Horæ Canonicæ 77.ibid. Mortificationes, modeſtia, ibid. Vltima Scithis deſolatio num.78. ibid.
Scribæ quo pacto Phariſæis recentiores num. 2. 60. Eorum mores ex Epiphanio ibid. num. 6. 61. Eorum mores in Euangelio relati num. 7. ibid. Æqui & iuſti amatores num. 8. ibid. Quid in eis reprehenderit Chriſtus D. ibid. Eorum ſecta ſtatim poſt crucifixum Dominum ex-

tincta. ibid.
Sebnai aliquantulum ab Eſſenis diuerſi num. 16. 58
Semnaeon quid num. 2. 158.& 18. 164
Sepeliendi ritus Monachorum vetuſtiſſimus num. 44. 255
Serapionis diſcipuli num. 83. 294. An fuerit Tabenneſiota. ibid.
Seſſionis ordo apud Scithiotas num.24.147.Tabenneſiotas num.15.269.& 20. 271
V. Gradus. Ordo.
Signum quo antiqui vocabantur ad collectam num.55. 174
Signis Monaſterij in cuculla vſi Pachomiani n. 55. 145.Eorum myſteria n.91. 155
Silentium virginibus decens num. 8. 24. Chriſtus D.ſilentij magiſter num.5.73. Monachis obſeruandum num.21. 233
Scithiotarum ſilentium n.36. 252
Simplex & Solemne votum. *V. Votum Monachatus.*
Siſois Abbas Scithiota num. 4. 240. Eius oratio ibid.num.35.252. Caſtitas n.43. 255
Smaragdi Abbatis de Monachatus antiquitate ſententia n.19. 8
Sobrecintas. V. Funiculus.
Societas Ieſu vera Religio num. 3 89. Cur eius Coadiutores votis dumtaxat ſimplicibus adſtricti ſint veri Religioſi n.2. 96
Societatis ſale area Petri Cazalla ſanatur numer. 4. 45
Soccus Caligulæ Imper. calceamentum num. 29. 138. Quo differat à Soleis n.32. ibid.
Solea in quo à caligis differant num.32. ibid. Veterum calceamentum. ibid.
Soleæ ligneæ ibid.num.53. 145
Solemnitas antiqui Monachatus ex D. Dionyſio Areopag n.1. 116
Solemne Votum *V.* Votum Monachatus.
Somnus ex ieiunio placidus num. 21. 165. Somno prophetare rarum ibid num. 23.166. Nitriotarum ſomnus num. 10. 239
Schithiotarum ibid.cap.5.n. 30 & 50. Tabenneſiotarum ibid.c.6. num. 41. Diſciplina dormiendi ibid. n.45. 279
Sophronius ſecundę vaſtationis Scithicæ teſtis oculatus .num. 69.262. Quis ille fuerit ibid. num. 71. 263. Monachatus & Sophiſta ibid. Eius Monachatus quo tempore inciderit num. 73. 264. Prati ſpiritualis autor ſimul cum Ioanne Moſcho n.74. ibid.
Sozomeni de Monachatus antiquitate ſententia. n.10. 7
Spermatum expulſionem non licere, quòd excrementorum liceat expulſio ſeriò docet Athanaſius n.15. 251
Spinam de pede euellere abſque licentia Tabenneſioris non licebat n.45. 281
Spiritus boni à malis quibus indiciis diſcernantur numer.37. 199
V.Dæmon.
Sportarum contextura opus manuum Tabenneſiotarum n.21. 272
Statio ſuperioris habitus n.6. 118
Status omnium hominum in tribus primis præfiguratus num. 1. 12
Status Religioſus *V. Monachatus.*
Stratum. V.Lectus.
Studium Theologiæ V. Sacra ſcriptura.
Subditorum typus animalia arcæ Noë num. 7.28
munda & immunda n.5. ibid.
Succinctorium Monaſticus habitus num. 8. 131. Quid n.28. 137.
Sues cur alebant Tabenneſiotæ numer. 31. 275
Summus Pontifex, & nullus vnquam alius Religionem potuit approbare num. 34. 104. Nequit Monachatum abolere ibid. cap. 8.num.5. 112
Superbia peccatum diaboli n.70. 208
Supprior Ciſtercienſium Præpoſitus ſecundus n. 67. 289
Sura quod calceamentum num.29. 138
Syluanus Abbas Scithiota n. 45. 255
Synaxis. V. Collecta.
S. Syncletica Athanaſij in Monachatu cooperatrix numer. 37. 170. Eius vita ab Athanaſio ſcripta num.40. 238. Regula Virginum Athanaſij an ad ipſam ſcripta. ibid.
Syrus Pachomij diſcipulus dono linguarum ab Angelo donatur num. 16. 269. Pachomij Epiſtola ad ipſum ibid. num.70. 290
Syri Monachi fuſco colore veſtiti num. 58. 146. & 77. 152
Syria à quibus ſæculis,Monachis diues lib.2.cap. 13.& 14.per totos Ante Autonium Monachi in Syria n.5. 215

T

TAbenna vbi ſita num. 47. 281. Lino diues ibid.
Tabenneſiotæ Monachi pallio vſi num.23.236. Lineis veſtibus ibid. num. 55. Albo colore num. 71. 249. Eorum accubitus ad ſomnum num. 21. 165.Eorum paleſtra in Ægypto num. 2. 193 & cap.6.num. 1.265. Religio in omnibus ſimillima noſtris ibid. à Pachomio fundata ibid. num. 2. Regula ab ipſo eis tradita,& mores quibus vixere ibid. *V. Pachomius* integra eorum œconomia ibid. num.72.291. Omnia cum conſilio in ea fiebant ibid. Quot numero fuerint Tabenneſiotæ ibid.num. 81. 294. Quoſque eorum ſe extenderit inſtitutio num. 85. ibid.
Thebaydenſes Monachi fuerunt Tabenneſiotæ ibid.
V. Pachomius.
Tabulantis olim viri à fœminis in templis diuiſi n.34.& 35. 169
Tanobo.V. Canobo.
Tarea (Latinè *opus diei*) Nitriotis impoſita num. 6. 228
Tegumenta. V.Veſtes.
Templi Salomonis diuiſio pro viris & mulieribus num. 34. 169. Aliorum ibid. & 35. Chriſtianorum templa ab Apoſtolis ad eius inſtar ædificari iuſſa ibid.Cur in modum nauis ibid. Ordo ſedendi cleri virorum & mulierum, eorumque ſeparatio ibid. Conſtantinopoli qualiter diuiſa ibid.num.35. Mediolani. ibid.
Tentyris lino abundat n.47. 281
Teſtamentum ab initio Monachatus Monachis prohibitum num. 19.89. Quod iuris de teſtamento D.Gregorij Nazianzeni n.16. 95
Thebayda Monaſteria num.14 269. Quot numero fuerint Thebaydenſes Monachi num. 81.294. & 83. ibid.
Thebaidæ Monachatus. ibid.
V.Tabenneſiota.Pachomius.

Digitized by Google

Theodoreti de antiquitate Monachatus ſententia num.7. 6

Teodorus Cylix Abbas Scithiota n.4.240.In vltima Scithis vaſtatione captus ib.n.69. 290. Scithiotam fuiſſe probatur num.70.ibid. Secundo ſæculo floruiſſe n.71. 291

Theodori Tabenneſiotæ Inſtitutiones à Pachomianis diuerſæ num.4.265. & 12. 269. Qualia eius ſcripta num.17. 270. Pachomio & Petronio ſuccedit Generali præfectura ibid.num.64. 288

Theodoſi Syri Cœnobitæ abſtinentia num.25.191 Catena ibid. hymnodia ibid. Labor manuum multiplex ibid.Hoſpitalitas. ibid.

Theologiæ ſtudium. V. Sacra ſcriptura.

Theophilacti de antiquitate Monachatus ſententia num.8. 7

Therapeutæ ab Eſſenis longè diuerſi num.19. 191. num.1.159. Apoſtolorum tempore à D. Marco inſtituti num.6.83. Eodem tempore toto orbe florentes ibid. Quid Therapeutæ nomen importet num. 15. 115. & cap. 12.num. 1. 158. Tunica & pallio vſi num.6. 130.cur albo colore ibid.num.71. 149. Nihil Iudaicum in eorum moribus admiſtum num 3.159.& 18.164. Eorum mores ex Philone ibid. num.4. 159.Perfecta renuntiatio ibid.Cellæ & Monaſteria num. 5.ibid. Diuina officia , & quotidiana exercitia & ſtudia num. 6. ibid.Frequens collecta num. 7. ibid. Victus & veſtitus num. 3. 159. Solemniores collectæ & feſtorum celebratio num. 7. ibid. Menſa ibid. Studium Sacræ ſcripturæ ibid. Nonex more,neque rogati Monachatum ſuſcipiebant numer. 10.161. Rerum omnium derelictio num.11.162. Patris & matris num. 12 ibid.Deſerta incoluere num. 14. Monaſteriorum exiguitas num.15.Cellarum diuiſio & ſeparatio num.14. 163. Menſa communis num. 19. 164. Collecta ibid. Extaſes eorum ab iniuriis Philonis Vindicati num 22. 165. Diuinum officium num.24.166.Precationes matutinæ & veſpertinæ num.25.ibid. Medij temporis precationes num.26.167. Contemplantur Dei opera,non naturæ num.27.ibid. Quos libros habuerint num.28. ibid. Hymnos canebant num 29.ibid. Quibus horis ad Synaxim colligebantur num. 30. 168. Quibus diebus num.31.ibid. Docentis & audientium modeſtia num. 33. 169. Templi diuiſio pro viris & mulieribus num. 34.ibid. Ieiunia num. 38. 170.Sine prandio num.39.ibid Varia antiquorum ieiunia num 40.ibid. Ieiunia eos ab Eſſenis diſcernunt.44. 171. vinum eis prohibitum 46.ibid. Chryſoſtomi ea de re inſignis ſententia num. 47.172. Qualia eorum ieiunia num. 48. ibid.Domus 49.ibid.Veſtes 50. ibid. Calceamentis non vſi ibid.Eorum modeſtia num. 51. 173.Quinquageſimum diem celebrant n. 52.ibid. Huius diei myſteria ibid. Precationes ad prandium numer.53.ibid. ab Apoſtolis inſtitutæ 54. ibid. Signum quo vocabantur ad Collectam num.55.174.Ordo ſedendi 56.ibid. Anus Therapeutrides ad collectam conueniebantnum.5. 174.Eorum lectiſternia ibid. 175. humicubatio num.59. ibid. Menſæ miniſtratio ibid. Cur diſcincti miniſtrabant num 60. ibid. Calida aqua vſi num.61.176.Ingluuiem fugiebant num. 62.ibid. Tertiæ diei collecta num. 63. ibid. Dormientium pœna ibid.Euchariſtiæ vſus numer 65.ibid. Gratiarum actio poſt cœnam num.66.177. Alternis choris Laudes Deo canebant num.67.ibid. Dramatis cantica num 68.ibid. Muſica in hymnis vſi num. 69. 178. Tota nocte cantus productus num.70.ibid. Ad orientem orabant num. 71. ibid. Eorum perpetuitatem Philo prædixit n. 72. ibid.

Therapeutridæ eiuſdem æui & inſtituti cum Therapeutis num. 36. 169. Monachorum præcipui ductores ſorores habuere fœminarum ductrices ibid. & num. 37. 170. Therapeutridæ ad Collectam virorum vocabantur ibid num. 57. 174. Anus,non puellæ , ibid. Therapeutridum mores *V.Therapeutæ,Sanctimonialis,Virgo.*

S. Thomæ Aquinatis de initio veri Monachatus ſub Apoſtolis ſententia num. 16. 80

Thimothei muſicæ effectus n. 13. 29

Tobiæ continentia n.13. 18

Toga quæ veſtis n.22. 135

Tonſura Sacerdotum in modum coronæ vnde orta num.1. 123. Fœminis Deo non conſecratis prohibita ibid.num. 3. in veteri pagina præſignata num. 5. 124. Quid ea ſignificetur ibid. num. 6. Tonſura ſanctimonialium Nitriotarum ex D. Athanaſio num. 34. 137

Traditio vouentis eſſentialis in voto ſolemni. *V. Votum.*

Tragema quid n.26.274. Cur Singulis Tabenneſiotis dabatur ibid. n.27.

Tranſcriptio librorum opus manuum Veterum Monachorum n.48. 282

Triduana ieiunia qui peregerint n.40. 270 *V. Ieiunium.*

Triginta nouem plagarum numerus non ignominioſus n.58.286.& 63. 287

S.Trinitatis inuocatio ſuper Monachum quid ſignificet num.8. 115

Tunica ſola aliquorum Monachorum veſtis num. 1. 129. Omnes Monachi tunica vſi num. 3. ibid. Chriſti D. & Apoſtolorum veſtis ibid. n. 11. 72. Protoplaſtorum & Hebræorum num. 3.130. Eius forma ibid. Manicata Monachis peruetuſta ibid. num. 14. 133. Tunica raſa & priora quid ibid.Tunicæ Monachalis longitudo num. 17.134. Perperam camiſia tunica dicta num.86.154.Tunicæ myſterium ibid. num. 91. 155

V

VAlumbroſani Monachi griſæo colore primum vſi n.65. 148

Vana gloria Monachis fugienda n. 15. 218. &c. vanæ gloriæ ſeuera punitio num. 78. 293

Vaſa & vtenſilia Monaſterij. *V.Ferramenta.*

Verbo Dei ſincerè credendum num.9.41.Verbum Dei in pane hordeaceo figuratum num. 22.47. Vtilitas audiendi Verbi Dei n. 57. 286

Veſtes Monachorum Viles & abiectæ num. 12.75 Veſtium mutatio quid deſignat num. 8. 125. Ab initio Monachatus vſitata ib.num.17. 128. Cur diuerſas à ſæcularibus veſtes gerant ibid. num. 19. Quot numero fuerint priſcorum Monachorum veſtes num. 1. 129. Tunica & Zona tantum qui vſi ibid.Chriſti D.veſtes ibid. num. 3. Apoſtolorum ibid. Primorum parentum ibid. Veſtes ſuper quam milites miſerunt ſortem, quæ ibid.Hebræorum veſtes num. 4. 130. Therapeutarum veſtes num.6.ibid. Veſtes Monaſticæ coniugatis prohibitæ num. 7. Recenſentur Monachorum veſtes ibid. num.8. Cal-

Digitized by Google

ceamenta num. 9. ibid. Quæ fuerit veſtium Monaſticarum forma ibid.num. 11. 132. Tunicæ, ibid. Collobij ibid. Lebitonarij ibid. Manicæ Monachis prohibitæ ibid.Rebrachiatorij forma ibid. num. 12. capitij ibid. Brachilis num.13.133 Brachiatorij ibid. Tunica manicata perantiqua num. 14. ibid. Raſa quid ibid. Galbanum quid ibid. Camaleuchium quid ibid. num.16. 134. Zonæ brachilis, cincti,& cinguli forma num.18. ibid. Cucullum & cuculla quid n. 20. 135. acuminalis cucullus ibid. cucullæ forma num. 21.ibid. Palladij n. 22.ibid. Quo pallium à toga & chlamide differat n. 22. ibid. Pallium Monachorum ſagus num.23.136.Mafortis forma n.24. & 25. ibid. Lenæ n.25.ibid.Melotis n. 26. 137. Ependitis num.27.ibid. Analobi num. 28. ibid. Caligarum num. 29. 138. Suræ & Pero quæ calceamenta num.30 ibid.Caligæ,Soleæ,mullei,quid n.32.ibid.Pedules n. 33. 139. Femoralia num. 35.ibid.Quæ fuerit harum veſtium qualitas & materia n.36. 140. Earum extrema vilitas ibid. Taxantur veſtes prætioſæ n.37.ibid.n.77. 292

Veſtium Monaſticarum quadruplex materia n. 40.141. Collobij vetuſtas ibid. Cilicium priſcorum veſtis ibid.num.41. pelles aptum Monachorum indumentum num.46.143.Calceamentorum materia n.50.144.Lana veſtium Monaſticarum materies n.54.145. Linum n.55. ibid. Veſtium Monaſticarum colores apud priſcos n.57. ibid.Cuius coloris extiterint ibid.Pro nigro colore fundamenta ibid.& ſeqq. pro albo n.60. 146.Ethnici colorum diuerſitate vſi ibid. num.61.ibid. Vilia & natiui coloris fuiſſe Mochorum indumenta n. 62. 147.Galbanæus color quis n.64.ibid.Leucophæus num. 65. ibid. Griſæus ibid. 148. Natiuus color in veſtibus Monaſticis commendatur n.66. ibid. Taxantur fucati colores n.67. ibid. Veſtes Deiparæ Virginis natiui coloris n.68. 149. Chriſti Domini n.69.ibid. Pellibus in deſerto veſtitus ibid. Ciſtercienſes non vno ſemper colore vſi.num.70. ibid. Albus color vilior,& ideo Monachis frequentior num. 71.ibid. Qui eo vſi ibid.& ſeqq. Tuſcus color veteribus placuit, num. 73. 150. nigro colore veteres nuſquam vſi numer.75. 151.Niger color fucatus & factitius ibid. Nigro colore Pſeudo Monachi olim veſtiti num. 78. Monachi nigri ſeu fuſci quando primum in Hiſpania num.79.152. S. Benedictus nigro colore nunquam vſus n.80. 153. Albo veſtitus ſui Monachatus initio num.80.ibid. niger poſtmodum ab Eccleſia approbatus ibid. num. 81. griſæo colore qui vſi num. 82.ibid.Griſæi Monachi in Veteri Pagina præfigurati num. 83. ibid. Veſtes homini datæ ad ignominiam num. 84. ibid. Cur non ab initio veſtitus num. 85. 154.Monachi ad operimentum dumtaxat veſtiti num. 86.ibid.Veſtium Monaſticarum myſteria ſigillatim exponuntur ibid. num. 87. ibid. Veſtes Nitriotarum num. 6.228.& 21.233.Virginum eiuſdem Inſtituti ib.num. 34. 237. Scithiotarum num.30.250.Tabenneſiotarum n. 5. 266.&25. 269.41.279. 45.281. Veſtes lauabant Tabenneſiotæ ib.num. 38. 278. Veſtes Iacobi Niſibitæ num.14.189. Baſilij magni num. 66. 148

Victus V. Menſa.

Vigilia nocturna. V.Preces , Laudes Dei, Vigilia, ſomnus.

Vinum Rechabitis prohibitum num.3. 51. Priſcis Monachis num.42.171. Chriſoſtomi de hac re inſignis ſententia ib.num. 47. 172. Nitriotis n. 5.218.Scithiotis n.23. 247

Viri & fœminæ olim in templis ſeparati. *V.Templum.*

Virginum collegia à quo tempore in Eccleſia num. 6.83. *V. Sanctimoniales, Moniales.*

Virginitas primùm ab Abele ſeruata n.5.13 à priſcis Patribus vſque ad nuptias num.9. 16. Moyſes quanto tempore virgo permanſerit num. 6. & 7. 23. Maria ſoror Moyſis perpetua virgo ibid.num. 8.24.Eliæ virginitas n.2.33. Eliſæi c. 10.n.1.38. Ioannis Baptiſtæ num.4.68. Virginitatis ſolemne votum quo pacto in Deipara Virgine cum matrimonio coniunctum num. 1.105. *V. Maria* vbi crebrior virginitatis profeſſio maior ibi hominum numerus ibid. num. 20.111. Virginitatis propoſitum cum Monachatu exortum num.5. 159. Virginum ingentia examina à Chriſto D num.37.170. Virgines ſanctimoniales qualiter inuiſendæ n.56. 285

Virtus abſcondenda n.68.208.Virtutes Monaſticæ in Patribus Veteris legis diſperſæ, in nullo collectæ num.6.16.& c.15. num. 1. 64. Omnium exemplar Chriſtus D. num. 1. 2. Apoſtoli ib. cap.3.71. Per totum S. Antonius num.1. 194. Sanctitas etiam apud perditos venerabilis n. 15. 46

Viſitatio generalis culparum apud Scithiotas num. 18.245 Monaſteriorum viſitatio apud Tabenneſiotas num.77.292. Viſitatio propinquorum *V. Propinqui.*

Vita actiua & contemplatiua in arca Noë præfiguratæ num.7.21.Vitæ diuiſibiles quibus olim Monachi renuntiabant quæ? num.11.119.Vita beata de qua nihil licet falſitati n.24. 234. Vitarum Patrum liber *V. Libri* Vita Monaſtica *V. Monachatus, Monachus. Inſtituta.*

Vitiorum remedia numer. 15. 195. Vitio proprio exeuntis de Monaſterio pœna n.65. 288

Vitri origo in Carmelo monte n.17. 38

Vocatio ante Monachatum expectanda num. 10. 161.Vocatio ad gratiam triplex n.44. 202

Vota omnia veterum Monachorum fuere ſolemnia num.1.88.Ratione conuincitur ibid. cap.6. per totum 96.Cur eorum vota ſimplicia veros Religioſos non conſtituerint ibid.n.2.quo differant ſimplex & ſolemne votum ibid. num.3. ſententia D. Thomæ ibid.Aliorum placita ibid. num.4. Mens autoris num.5.97. Traditio & acceptatio ſunt de eſſentia voti ſolemnis num. 8. 98.Qualiter ſe habeant num. 9.ibid.Qui verum ſit Solemnitatem Voti ex Eccleſiæ inſtitutione pendere.numer. 10. ibid. Votum ſolemne omnino indiſpenſabile ibid num. 11. Caietani fundamenta in contrarium num.12.Diſpenſatio cum Conſtantia ſiculorum Regina fabuloſa ibid.num. 13. Fabellæ huius origo ibid. 99. Idem iudicium de diſpenſatione cum Ramiro Aragonum Rege num.14.ibid. Innocencentij II. Canon contra Eccleſiaſticos vxoratos ibid. Ramiri occaſione editus ibid.Caſſimeri Polonorum Regis è Monachatu ad nuptias tranſiiſſe fabuloſum n.15.ib. & Nicolaum Iuſtinianum Venetum num. 16. ibid. Votum ſolemne caſtitatis indiſpenſabile iure diuino n.7. ibid. Quo pacto ex diſpenſatione Eccleſiæ nuptias inire Monacho licere poſſit num. 18. 100. Obedientiæ & paupertatis ſolemnia vota

indiſpen